112

R 10051



Tu es Petrus: et ſuper hác petram edificabo eccl'iam meam: et porte inferi non preualebũt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni celoꝝ. Mat. 16.



Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimoniũ perhibet de iis: et ſcripſit hec: et ſcimus quia verum eſt teſtimoniũ eius: et ille ſcit quia vera dicit. Joan. 21.



Si quis eccl'iam non audierit: ſit tibi ſicut ethnicus et publicanus. Mat. 16.

Cantate dño canticum nouũ: laus eius in eccleſia. Ps. 149.

# ¶ Expoſitio libri miſſalis pere gregia: nuper edita ex officina ſapientiſſimi viri tam humanarum q̃ ſacrarum litterarum profeſſoris/ diuiniq; verbi predicatoris ⁊ clariſſimi Petri Ciruelli Darocenſis in Complutenſi Achademia.



Examẽ apũ ⁊ fauus mellis in ore eius. Judicũ. 14.



Sonet vox tua i auribus meis: vox enim tua dulcis. Canti. 2.



Profunda fluuiorũ ſcrutatus eſt: et abdita deduxit in lucẽ. Job. 28.



Uocate cetũ/ cõgregate p̃plm ſctificate eccleſiã. Johel. 2.



Stare fecit cãtores cõtra altare: dedit in celebrationibus decus. et c. Eccleſiaſti. 47.



Quicunq; nõ receperint vos/ neq; audierint. et c. Marci. 6.

Addita ſunt ⁊ tria eiuſdem autoris opuſcula. De arte predicandi. De arte memorãdi. Et de correctione kalendarij.

¶ Cum priuilegio imperiali.



Qui vos audit me audit: et qui vos ſpernit me ſpernit: qui autẽ me ſpernit: ſpernit eũ qui miſit me. Luce decimo.



Attendite vobis ⁊ vniuerſo gregi: in quo vos poſuit ſpiritusſanctus epiſcopos regere eccleſiam dei. Actuũ. 20.



¶ Obuiauit illi quaſi mater honorifi-
cata: exaltauit illum apud proximos ſuos: & ſtola gloriæ
induit eum. Eccleſiaſtici. 15.



Conteſtor omni homini qui hoc
noſtro opere vti voluerit: vt ante omnia in quolibet
officio eccleſiaſtico accipiat ſenſum litteralem ep̄læ/
euangelii/& cuiuſlibet alterius autoritatis bibliæ in
eo poſitę: p homilias ſermones/& alias gloſſas cōmunes doctoꝝ:
quas oēs fere inueniet recollectas in copioſiſſimo Apiario Tole-
tano nup ædito. nam litterali officiorum ſenſu preſuppoſito: hoc
noſtrum opus duos alios ſenſus hiſtoricum et moralem ſuperad
dens optime concipere poterit.



## ¶ Petrus Ciruelus Daroceñ. Theologorū

minimus: admodum Reuerendis/nobilibus/ac multiplici ſapientia decora-
tis dn̄is ſuis Decano/Canonicis/& toti clero Sanctę Eccleſię Toletanę Salutē
& diuinorum officiorum domus dei exactam intelligentiam.

DECREVI iampridē apud memetipſum: admodū reuerendi p̄res & dn̄i
celebratiſſimi: poſtq̄ iuuenilē exceſſi ętatē/& hoīm fauorē cōtemnere cœ-
pi: nulla mea opuſcula magnis Principib⁹ nec Sęcularib⁹/nec Eccleſiaſti
cis eſſe dicanda. Et hoc quidē nō abſq̄ iuſta (vt arbitror) rōne. Siue quia
ea pua & īdigna reputarē munuſcula: q̄ illorū maieſtati aut excellētię of-
ferrent. Siue quia ego paup & modic⁹ fere ſemp eis oīb⁹ fuerim īuiſus/& penit⁹ ignot⁹.
Siue demū qa in hac nr̄a tēpeſtate paſſim eos viderim a bonis lr̄is/artib⁹/& ſciētiis alie
niſſimos. vtpote qa corpaliū diuitiarū et honorū ſint poſſeſſores: ſpūaliū bonoꝝ/ac verę
ſapiētię theſaurorū effecti ſint cōtēptores. Vn̄ nihil apd̄ eos magis ludibrio haberi ſolet
q̄ ver⁹ Philoſoph⁹/aut ad ſummū Theolog⁹. A ſuoꝝ itaq̄ p̄deceſſorū nobilitate degene
rātes: q̄s ſoli pn̄cipes tr̄ę m̄ltis laborib⁹ īuētas venerabāt artes & ſciētias: iſti adeo puſi-
llipēdūt: ac ſi nihil/aut vix eēnt hoīb⁹ vtiles. hac de re et ego: q p̄cioſitatis ſapiētię cū Salomōe
cōſcius: oē aurū nihil eſſe dixi in cōparatiōe illi⁹: hinc cœpi indignari aduerſus hos tā in
digne iudicātes de ſapiētię dignitate: eoſq̄ digniſſime reputare indignos: qb⁹ offerat̄ iſti
nit⁹ ſapiētię theſaur⁹. Quare huiuſcemodi hoīes valere ſinēs cū ſua mūdana gl̄ia: ad vni
uerſitates et ſapiētū viroꝝ collegia me cōuerti: ad eos mea opuſcula dirigēda cēſui: eiuſmo
di cēſores mihi elegi: a qb⁹ digne approbari vl̄ reprobari valeat qcqd ſcripſeri. Quū itaq̄
ī hac ſeniori ętate iā cōſtituto dei miſeratio mihi īſpiraſſet expoſitiōes q̄ſdā diuinoꝝ offi-
cioꝝ nō oīno (vt reor) tēnēdas: qa nō vulgares/ſed īſolitas/et hoīb⁹ nr̄i ęui valde ignotas:
libuit tādē ad multoꝝ ſacerdotū vſū: eas in lucē ędere. At qa illi⁹ opis ea erat natura: vt nō
tā ad viros ſcholaſticos q̄ ad eccl̄iaſticos eſſet dirigēdū: poſt alia q̄dā nr̄a philoſophica
opuſcula ad varias vniuerſitates directa: hoc vnū Theologicū vl̄ certe alioꝝ maximū/atq̄
digniſſimū/nulli alii dign⁹ q̄ Sctę vr̄ę Eccl̄ię Tholetāę dicādū putaui: eo q̄ hęc aliaꝝ oīū
in tota Hyſpania ſit abſq̄ cōtrouerſia maxima/digniſſima/et velut caput ſup eas primatū
gl̄ioſiſſime tenēs. Et id qdē iure optimo. qū in ea ſemp reſideāt viri optimi/omnigenaq̄
ſciētiaꝝ eruditiōe/et ſumma prudētia p̄ſtātes: q alioꝝ merito duces rectoreſq̄ eſſe valeāt:
paſtorale officiū ī oēs viros eccl̄iaſticos exercētes. Quū igit̄ ī hoc nr̄o ope hiſce de reb⁹ p̄
cipue agat̄: q̄ ſūt officia paſtoꝝ maxime ꝑpria: videlicet de p̄dicatiōe/et de doctria ſalutis
aīaꝝ: quā ſub noīe paſt⁹ Chriſt⁹ petro cōmēdauit dicēs. Paſce agnos meos/paſce oues me
as. iis optime hoīb⁹ cōueniet q̄s dn̄s alioꝝ cōſtituit paſtores ac doctores. hoc ē vobis: de
qb⁹ vulgare habet ꝓuerbiū: Quos de⁹ amauit in eccl̄ia Toletana collocauit. videlicet nō
ſolū ꝑpt̄ pinguia valde ibidē bn̄ficia: vt curiales intelligūt: qn poti⁹ ob id q̄ maiorum
ſuoꝝ ſctitatis veſtigia ſecuti ſeſe ī religiōe toti⁹ Hyſpanieñ. cleri p̄buerūt principes et du-
ctores. Priſci etenī illi p̄res p̄miſſum dn̄i mādatū ī corde iugiter habētes aīaꝝ paſtui cōti
nue inuigilabāt: eo vel maxime tp̄e: q tyrānoꝝ rabies ſacrilega fideles chriſti vexabat/vt
ei⁹ fidē relinquerēt. Tūc enī ſanctis illis p̄ſbyteris & Diaconib⁹ nō paſſim vacabat ſmo
nes ſcribere: ſed ſatis eis videbat̄ fideles ſibi ſubditos verbis dūtaxat cōmonere/hortari/
docere. Poſt tēpeſtatē vero illā: facta Eccl̄ie trāquillitate: libuit imo & licuit eis ſalutaria ſua
dogmata ſcripturę cōmittere: vtpote fidelib⁹ ppl̄is ī poſteꝝ ꝓfutura. Ea ſūt q̄ nos hodie
ſolēnit ī tēplo dei agim⁹ officia miſſalia. hoc ē ſmōes ſctoꝝ patrū primitiuę eccl̄ię. Qui
ideo maiore cum veneratiōe ab eccl̄iaſticis ſunt recepti q̄ poſterioꝝ doctoꝝ homilię ſeu

expoſitiões qa ſcilicet a ſctioribus pr̄ibꝰ ęditi:aliud fere cõtineāt nihil p̄ter ſacre biblię
textū:aut noui aut veteris teſtamēti.q̊cõtra poſteriores eccl'ię doctores minꝰ ſcti p̄ter di
uinas autoritates plęraq; i ſuis ſmonibꝰ miſcuere ꝓpria/& ex ſua officina/aut ex philoſo
phoꝝ ſchola deprõpta. q̄ ꝑfecto nõ ſunt pari veneratiõe cū aliis dignificāda.Hac itaq;
rõe ego dimiſſis neotericoꝝ ęditionibꝰ:q̄ itellectu faciles ſunt:de antiquioribꝰ.i.de offi
ciis miſſalibꝰ curādū cenſui attentiſſime.nam hæc valde obſtruſos/latenteſq; habēt ſen-
ſus: & quos ob nimiā coꝝ antiquitatē a memoria hoīm elapſos non facile ſit inuenire/
aut p reminiſcētiā ad nos reuocare.Quū em̄ introitꝰ Miſſę/Epiſtola/Graduale/Euange
liū/Offertoriū/& alię partes eiuſdē officii ſint varię autoritates Sacræ ſcripturæ in vnū
collectę ſmonē:ad aliquod certū ꝓpoſitū fideli pp'lo ꝑdicādū:nec intētio authoris eas
ſic applicātis nob inoteſcat:qa eā iꝑe nõ expꝑſſit:certe difficillimū erit cuilibet vl' ſapiētiſſi
mo Theologo illaꝝ ſēſum/aut ſmõis ꝓpoſitū explicare,Interroget ſe vnuſqſq; ſup hoc
& piculū faciat:vt qd' dicimꝰ veꝝ eē cognoſcat.nā ſi aliqd' vnū vl' duo officia decēter ex
poſuerit:tm̄ ea oīa p ordinē ꝓſeq:ſemꝑ loqndo cõformiter ad p̄cedētia & ſeqntia:erit ſibi
ꝙ laborioſiſſimū. Pręſerti qa nullū iſtoꝝ officioꝝ ab vnico autore/imo nec a pluribꝰ
in vno tpe cõditū ē:ſed ſucceſſiue a diuerſis p̄ſbiteris diuerſę partes eiꝰ aggregatę ſūt ha
bentibꝰ tm̄ eūdē ſenſum eandēq; intētionē. nā poſteriores ſenſa prioꝝ habātes:addēdo
ea ꝓſequebant̄.Qd' ex eo cõiectare poſſumꝰ:ꝙ tēpore Damaſi papę Hyſpani:hoc ē cir
ca annos dn̄i quadringētos:p̄ter ſecretū Miſſę canonē/ſolū euāgeliū publice legebatur
in tēplo dei fideli pp'lo:quaſi ſmo quidā p̄paratoriꝰ ante Euchariſtię cõſecratiõem & ſū
ptionē:Huiꝰ rei ſignū eſt qa illiꝰ ætatis doctores Hieronymꝰ/Ambroſiꝰ/Auguſtinus/
& alii plures homilias ſup euāgelia nõ aūt ſup ep'las ędiderūt.ꝙ videlicet ep'lę tūc nõ lege
rent̄ i officio Miſſę:ſed eas ſeqns ętas addiderit/ad ſenſum tm̄ et ꝓpoſitū euāgelioꝝ iā in
ſtitutoꝝ pꝰ totū annū.Legimꝰ em̄ circa ānos chriſtianę ſalutis quingētos fere iā iſtitutas
ep'las in officio Miſſali:atq; homilias doctoꝝ deſup ęditas:vt videre licet Homiliā ſancti
Fulgētii ep̄i Carthagineñ.ſup ep'lam in officio.S.Stephani ꝓthomartyris.Sicq; paulati
vētū ē vſq; ad põtificatū ſctiſſimi Gregorii primi papę:q circa ānos chriſti dn̄i ſexcētos.
magnifico illo ſuo ſēſu:q̊ Ezechielis et Iob ſecreta penetrauit ēt officioꝝ miſſaliū a ſuis
maioribꝰ ęditoꝝ intelligētiā calluit,Quare ad maiorē eccl'ię decorē itroitū/graduale/of
fertoriū/et alios cātꝰ chori eidē officio ſupaddidit:ex pſalmis Dauidicis et ex aliis ſacrę ſcri
pturę libris:ad ſēſum & ꝓpoſitū Euāgelii & Ep'lę i quolibet officio inuētę.inſup et orō
nes deuotas ſeu collectas breuit̄ explicātes ſecretā officioꝝ intelligētiā certis i locis diſpo
ſuit.Hęc idcirco recēſui:nõ q̄ſi ignota.R.P.vr̄is:ſed q̄tenꝰ ſignificarē q̊ ordīe hęc officia
eccl'iaſtica(ſup qbꝰ ſcripſimꝰ)ędita ſint:et ꝙ difficile fuerit coꝝ itelligētiā quēpiā callere i
hac nr̄a ętate:niſi deꝰ eiꝰ mētē ſpecial'r illuſtrauerit.et ſi ſciētia natural'r acqſita ad hoc opꝰ
valere poſſit:reqrit certe multę lctõis viꝝ/et valde igenioſū/atq; ſenſatū expoſitorē.Quę
ego ſępiſſime attēdēs et ꝓprię iſufficiētię cõſciꝰ:voluiſſē ꝑfecto ab ope cū timore icepto
miſtoties d̄ſiſtere:niſi me deuictū zelꝰ domꝰ dei ac ꝓximoꝝ charitas tēnuiſſet:q̄ ibecillitatē
meā cõfortauit / audacē me faciēs:et ſpē ꝓmittēs ex rei poſibilitate parit̄ et magna opis
vtilitate.Accipiet igit̄ ſapiētiſſima paternitas vr̄a hos q̄leſcūq; meos officioꝝ eccl'iaſtico
rū cõmētarios et ſi hūili planoq; ſtylo dictatos ex cõi more Theologoꝝ:ea hūanitate ac
bn̄uolētia:q̄ cętera oīa ſolet:ſub nobiliſſimo fauore vr̄o ꝓtegēdos/examinādos/ ac corri
gēdos.Nihil em̄ hac ętate cõducibiliꝰ eē poterat Metropoli Toletanę et qdē ornatiſſimę:
ꝙ ſi ęditiõi Apiarii copioſiſſimi(qd' nuꝑ ab ea ꝓdiit ſup eadē officia miſſalia in triplici
ſēſu l'rali myſtico & morali)nr̄a hęc q̄rta expoſitio accederet hyſtorialis:q̄ oēs fere eccl'ię
catholicæ antiquitates & varios rerū eius ſucceſſus in eiſdem officiis deſignatos : miro
quodā artificio ac ſctorū patrū diuino ingenio explicamus quā ordinatiſſime Valete.



## Decanus et Capitulum ſanctę

Eccleſiæ Toletañ. Reuerendo patri Domino Petro Ciruelo Darocenſi
Canonico Compluteñ.Sacræ Theo.eximio profeſſori. S. P. D.

Egregiū tuum opus quod
in ſacrorum officiorum enarrationē elucubratū ad nos
miſiſti, Reuerēde Pater, & eruditiſſime vir, gratis animis
accepimus. Ex cuius titulo, quē in frõte gerebat, conti-
nuo ſubodorati ſumus plenū id bonæ frugis eſſe, & ad
chriſtianā pietatem non parum poſſe cõducere. Verum
vbi diligentius euoluimus, & curioſius totū inſpicimus,
dictu incredibile, quāta cū voluptate, quātoq; cum ſtu-
dio ſumus amplexi, vt non oblatū a te modo tā libera-
liter, benigne recipere gratū extiterit, ſed niſi tu obtu-
liſſes vltro, nos vel precibus, vel impenſis factis, aut q̄uis alia ratiõe a te illud extorque-
re fuerimus elaboraturi. Itaq; nūc ſingulari hoc tuo munere adeo nos tibi obſtrictos red
didiſti, vt cū immortales tibi gr̄as agamus, tum parati ſimus iſtū tuū erga nos animum
& ſummū a te nobis honorē huiꝰ libri nuncupatiõe habitū, inſignibꝰ officiis remune-
rari. De ipſo vero opere haud facile eſt, quid ſentiamꝰ, vllis verbis explicare, tm̄ illud in
prõptu eſt, tale id eſſe, vt merito excuſum a te eſſe nobis videri poſſit. Neq; em̄ tu no-
bis ignotus vir preſtātiſſime, cuiꝰ noīs celebritas late pateſcat, & in iſta preſertim Com-
plutēſi academia claro nitore refulgeat: in qua inter tot claros ſapiētia, & ſtudiis l'rarum
eminētis viros, quos diuinus ille, ac maximus preſul noſter Franciſcus Simenius ad or-
nandā non magis, ꝙ bonis litteris erudiendā Hiſpaniā vndiq; comparauit, tu primas
obtines, verſariſq; iā pluſculis annis tum docēdo, tum ſcribēdo, maiore (quis neſciat)
cum gloria tua, an ſtudioſorū vtilitate. Et ſane poſt multa monimenta vel in diſciplinis
liberalibus, vel in tota philoſophia prodita haud aliud, ꝙ huic par, quod modo ędi-
diſti, a te expectabatur. Quod cū perenne decus tuo nomini proculdubio paritur ū eſt,
tum de vniuerſa eccleſia eo preclare meritus es. Nam quid magis illius referat, ꝙ ꝙ ſin-
gulis diebꝰ, aut veriꝰ horis declamitat, q̄ myſteria nr̄ę religionis refert, & ſub aſpectū,
atq; oculos ponit, quod docere nos ſtudet, atq; adeo in cordibꝰ infigere, ad q̄ optāda,
atq; exquirēda nr̄a vota cõuertere, deniq; ad quod ſciēdum, & efficiendū nos vocet, &
adhortetur, vt ſui fideles alumni intelligāt, & perſpicua habeāt: atq; ita cū intelligāt, ſe-
cum meditētur, ac crebro reuoluāt, & poſtremo quod diſcūt, moribꝰ, & vita exprime-
re nitātur. Quæ cõtra oīa ſi a chriſtianis parum percipiantur, ac ſint animaduerſa, ſur-
dis ꝑfecto, vel ad clamores tm̄ in tēplis obſtupeſcētibꝰ canere ipſa videat̄. Itaq; debebit
tibi modo hoc qd' erat oīm maximū, & cū primis exoptādum, eccl'ia, vt cultores ſuos
attētos habeat, ſacris doctrinis auſcultātis, peritos, ſapiētes q̊ in eis, quā cupit, & laborat,
ſalutē operetur. Quare haud erat equidē, qd' tā præclarum, tā pium, tā cõducibile opus
nr̄o, aut vllius patrocinio, ac fauore indigeret, vel qd' per ſe adeo nitet, lucē, atq; ornamē
tum a quoq; poſtularet. Verum quoniā nr̄o nomini dicare, & pæſidio velut eccl'ię nr̄æ
cõmittere voluiſti, dabimus operā, vt cum tutiſſimo ſub tutela noſtra requieſcat, tum
vt in omnē nõ modo ditionē noſtrā, ſed in Hiſpaniam, atq; chriſtianorum orbē longe,
lateq; diffundaur, quoad plurimos tāta huius excellentis operis vtilitas, ac fructus vber-
rimus permanet. Vale ex noſtro capitulo eiuſdem ſanctæ eccleſiæ Toletañ.

# ¶ Eiuſdem Petri Ciruelí Daroceñ. in opꝰ ſuū de officijs eccleſiaſticis ꝓlogus: de q̄litate opis/ atq̈ intentione autoris ad lectorē.



Antq̄ eſſe ī
edēdis libris difficul
tatē: lector candidiſſi
me: quātā ī q̄uis alio
hūano ope etiā diffi
cillimo: nemo certe
ignorat niſi penitus
ignarus/penitus he
bes/ac inexpertꝰ. Ni
hil eñ vir ſenſatus
1 Arduadifficultas operis litterarij. aggredit̄: etiā ſi fuerit formidoloſum bellum/aut
valde ſumptuoſum edificiū: cū tāto ſui honoris
ꝑiculo: q̄nto ſe exponit in oꝑe litterario. Unde
nimirū hac cogente ratione ꝓcepit Horatius vt
liber edendus: prius nonū prematur ī annum:
quatenꝰ a ſuo autore ſepiſſime recognitus etiā
cum amicoꝝ ſapientū cōſilio / pariter ⁊ auxilio:
q̄tum fieri poſſit emēdatus ꝓdeat in publicū.
Nam q̄ ſecus egerunt/ ⁊ opus ꝑmaturum edi-
derunt (pleraq̈ de hoc leguntur exēpla) ſeſe cō-
fuſos ⁊ a viris doctiſſimis irriſos repſſerunt. Si
ergo poete/oratores/⁊ aliarū inferioꝝ ſcientiarū
ꝓfeſſores hoc reformidāt periculum: multo cer-
te magis Theologi fidei religioniſq̈ ſacramen
ta verſantes/⁊ altiſſimam colentes ſapientiam:
timere debent ne q̄d falſum/erroneum/aut inor
dinatum depromant ſiue in ſcripturis ſiue in
ſermonibus ſuis. Ex verbis eñ inordinate ꝓla
tis: vt inq̄t Hieronymꝰ: incurritur hereſis: q̄ eſt
error in fide: de qua Auguſtinꝰ addit ꝙ nullibi
2 Theologia biblica difficilior ſcholaſtica. periculoſius erratur. At q̄r theologice ꝓfeſſiōis
due ſunt partes vl' certe ꝑcipue: altera biblica de
ꝑncipijs credendis: vtpote ex diuina reuelatiōe
habitis: altera ſcholaſtica de concluſionibꝰ/ vel
ſentētijs catholicis inde elliciendis: in omni aūt
ſcientia error circa principia ſit peſſimꝰ: velut in-
curabilis morbꝰ in corꝑe humano (nam q̄ errat
circa cōcluſiones facile corrigi pōt ex principijs
cōceſſis: at cōtra negantē principia nulla eſt ar-
gumētatio in illa ſciētia cuiꝰ ſunt principia: ſed
dimittendus eſt q̄ſi infirmus deſperatꝰ a medi-
cis) conſeq̄ns eſt errata in prima theologie par
te: q̄ exponendis ſacris libris intendit: eſſe mul-
to ꝑiculoſiora q̄ in ſcd̄a et ſcholaſtica facultate.
Ea igitur vitia ſunt theologis maxime cauēda
velut mōſtra immaniſſima ⁊ q̄ religionem chri-
ſtianam efficerent valde peſtilētem. Hinc varie
hereſes exorte eccleſiam dei olim vexarūt: lon-
ge acerbius q̄ prius fecerant infidelium tyran-
nides: qualis fuit Arriana ꝑfidia/ Sabelliana
blaſphemia/Manicheorum inſania/Euticiano-
rum pertinacia/⁊ alie plures hereticorum ſecte:
que non niſi exꝑuerſa ſacre litterature vel in-
terpretatione/vel expoſitiōe proceſſerunt. Ellici-
tur itaq̈ ex predictis q̄ ardua ⁊ difficilis reputa
ri debeat ſacre biblie commētatio: videlicet pro-
pter pericula peſſimorum errorum in fide et re-
ligione chriſtiana. ipſa namq̈ ſepiſſime vtitur
tropis ſeu figuris ocultiſſimis ꝓpter infideles/
loq̄tur interea in parabolis ⁊ metaphoris ſum-
ptis ex corporalibus ad ſpiritualia/ ⁊ vbi ꝓprie
accipit vocabula: agit quandoq̈ de rebus altiſ-
ſimis ab humaniſq̈ ſenſibus remotiſſimis/ in
pleriſq̈ etiam locis hominem introducens de
angelo bono aut malo eſt intelligenda: et econ-
tra per angelos homines ſepius deſignat/a ca-
pite inſuper ad membra repente tranſit/⁊ vice-
verſa/deniq̈ vt egregie notauit Gregorius ſacra
ſcriptura dum narrat geſtum prodit myſteriū:
quia videlicet ſub vna littera plures habet ſen-
ſus nunc hiſtoricos/nūc myſticos/⁊ ſpirituales.
Et quia teſte apoſtolo Petro hec doctrina non
eſt nobis allata humana voluntate aut phanta
ſia: ſed ſpiritusſancti inſpiratiōe hominibus ſer
uis dei reuelata: non poterit a nobis recte intel
ligi aut exponi niſi eodem ſpiritu illuſtrante a
quo primum edita eſt. Hunc ſpirtum deus ho-
minibus alijs a chriſto dat ſecundū certā men-
ſuram donationis ſue: ⁊ (vt Paulus inquit) di-
uidit ſingulis prout vult. Quare non oēs hoīes
q̄tumcunq̈ eruditi in litteris: ſunt eque idonei
ad ſanctarū ſcripturarū expoſitionē: cuius tota
fere difficultas cōſiſtit in recta ſenſus lr̄alis in-
uētione: q̄ eſt aliorū oīm ſenſuū baſis ⁊ funda-
mentū. nullus.n. eſt verꝰ ſenſus ſpūalis alicuiꝰ
partis ſacre ſcripture: q̄ idē alibi in eadē nō fue-
rit ſenſus lr̄alis verꝰ ⁊ ꝓprius. Uerū labor iſte
de inuētione ſenſus lr̄alis mediocris ē ⁊ tollera-
bilis: qū aliq̄s vnꝰ ſacre ſcripture liber ſeorſum
accipit̄ ordinate ⁊ cōtinue exponēdus: nā ipa ſe
ries textꝰ ex ātecedētibus ⁊ cōſequētibꝰ viā ape
3 Expoſitio officiorū eccleſiaſticorū difficilis ⁊ laborioſa. rit recte intelligētie. At vbi autoritates diuerſo-
rū libroꝝ biblie trūcate ⁊ diminute atq̈ ꝑmixte
excerpunt̄ a doctoribꝰ catholicis aptāde ad ali-
q̄d certū ꝓpoſitū: ꝓculdubio difficultas auget̄/
⁊ labor geminat̄ ad habendā earū clarā intelli-
gentiā. q̄d paſſim videre licet ī eoꝝ varijs ſermo
nibus ſiue ad clerū/ſiue ad populū fidelem. De
quoꝝ numero vel oīm ſmonū primarij ſunt nr̄a
officia eccl'iaſtica: ab antiq̄s illis ꝑlatis ⁊ docto-
ribus deo plenis edita in primitiua eccl'ia. In
hmōi.n. caſibꝰ autoritates ille ſimul accepte aliū
ꝑfecto habēt ſenſum etiā lr̄alē in illo ſermone:
ab eo quē habebāt in textu biblie cū integre le-
gerent̄ in originali ſuo. Huius veritatis ꝓbatio
clara eſt ex cauſa dicēdi: q̄r ad aliud ꝓpoſitum
primo ſcripte fuerāt a ꝓphetis ⁊ apl'is in libris
ſuis: ad aliudq̈ poſtea inde excerpte ſunt a do-
ctoribꝰ ſanctis pro ſuis ſermonibus: variato etiā
notabiliter autoritatū ordine hinc ⁊ inde. quare
ad aliū ſenſum lr̄alem a priore quem habebant
in biblia accepte ſunt. Non ergo ſufficiet lectori
alicuius ſermonis cuiuſlibet talis autoritatis
ſenſus: quem nouit ex cōmunibus gloſſis biblie:
ſed preter eum opus habet alio ſenſu eiuſdem
quē intendebat autor ſermonis illius. Hoc pa-
lam notari poteſt in libris officiorū eccleſie chri
ſtiane (qui ex autoritatibꝰ noui et veteris teſta-
mēti ſunt permixti) nā vt de ceteris nunc tacea
mus: in libro miſſali: quē in hoc opere exponen
dum ſuſcepimus ſub ſpe diuini auxilij: nec epi-
ſtole ad ſe ipſas/nec euangelia inter ſe eundem
ſeruāt ordinē quē habebāt in textu Biblie: ſed
multoties ꝑmutato ordine poſteriora preponū
tur ⁊ priora poſtponuntur: prout expediens vi-
ſum eſt ad intentionem officiorū miſſaliū: que
reſpicit ordinē temporū anni prout magis infe
rius declarabitur. Illa ergo ꝑmutatio ordinis
ſcripturarū Biblie in libro miſſali eſt ſignū eui
dentiſſimū ꝙ ad alium ſenſum trahantur huiuſ
modi autoritates ad librum eccleſie: ab eo quē
habebant in libris Biblie. quamuis ille ſenſus
iſtum neceſſario preſupponat vt fundamētum
eius. Unde manifeſte ſequitur ꝙ maiore labo-
re oporteat ſudare expoſitorem libri eccleſiaſtici
predicti. q̄ cōmentatorē libroꝝ Biblie: hic enim
ſolum vnum ſenſum litteralē illarū autoritatū
explicare tenet̄: ille vero duplicē. q̄r (vt diximꝰ)
preter ſenſum quē habuerūt ſancti dei homines
prophete ⁊ apoſtoli illarum autoritatum primi
ſcriptores: debet q̄rere ⁊ declarare aliū ſenſum:
4 Liber miſſalis intellectu difficillimus. videlicet quē habuerūt catholici eccleſie docto
res illorū officiorum editores. Eſt preterea alia
difficultatis huiꝰ ratio. q̄r ꝓ ꝑmo ſenſu inueniē
do preſto ſunt nobis multa adiutoria humana:
hoc eſt cōmentarij multiplices tum priſcoꝝ tū ⁊
recentiorum eccleſie doctorum: pro ſecūdo vero
ſenſu officioꝝ eccleſie vix reperies directorē qui
ſuper eadem officia aliquid notatu dignum ſcri
pſerit ſiue ex ātiquis ſiue ex neotericis Theolo
gis. Et quod dictū eſt de libro Miſſali: etiā veꝝ
habet in alijs libris eccleſiaſticis: ſcilicet antipho
nario/ lectionario/officiario/et alijs. quos om-
nes diuus Gregorius ordinauit: q̄r nullꝰ hodie
apparet ſuper eos comentarius alicuius docti
expoſitoris. huius rei cauſam hanc eſſe arbitra
mur: ꝙ tēpore primitiue eccleſie omnes fere viri
eccleſiaſtici erant deditiſſimi lectioni ſanctarum
ſcripturarum/ſimiliter ⁊ perquirendis miſterijs
officiorum eccleſiaſticorum: ideo tunc eoꝝ recta
intelligētia erat apud illos vulgatiſſima ⁊ ſatis
cōmunis: quare nec putabant neceſſariam eſſe
officioꝝ ſcriptam expoſitionem: quibus ſufficie-
bat vocalis eruditio maioꝝ quotidiana. Noſtro
vero tp̄e Theologi magis dediti ſcholaſtice diſ
putationi queſtionum difficilium in doctrina fi
dei: q̄ expoſitioni ſanctarum ſcripturarum: non
multum curant de myſterijs officioꝝ eccleſiaſti
corum. ideoq̈ ſuperficialiter ea inſpicientes nō
putant illarum autoritatum alium eſſe ſenſum
litteralem in libro eccleſie ab eo quē habent in
libro Biblie: ⁊ ita cōmunibus gloſſis doctorū ſu
per ſacrā Bibliam contēti ſatis ſibi fieri credūt.
Q̄d autē hec ſit eoꝝ opinio: paſſim videri poteſt
ex modernorum theologorū ſermonibus/home
lijs ⁊ poſtillis quas ediderūt ſuper officia dn̄ica
lia ⁊ ſanctoralia: in quibus ſolus ille ſenſus Bi
blicus apparet ⁊ nullus fere eccleſiaſticus. Ex
his ergo patet quomodo iā euanuerit a nobis
illa ſubtilis et profunda intelligentia librorum
eccleſiaſticorū: que apud maiores noſtros erat
valde peruia ⁊ tritiſſima. Apparet etiā ex ꝑmiſ-
ſis q̄loculentiſſime quanta ſit difficultas eius
operis quod deo auſpice aggredimur. Nam in
eo ꝑcipua intentio noſtra tendit ad inueniendū
verum ⁊ proprium ſenſum litteralē libri miſſa-
lis et aliorum eccleſiaſticorū officiorum: quem
habuerūt ſancti illi doctores ⁊ prelati q̄ hos li-
bros ediderunt. Nam (vt diximus) ad hunc ſen
ſum inueniendū deſunt nobis p̄cuij ductores
quos in ſequamur ideſt quorū expoſitionibus
innixi aliquid addamꝰ: ſed offertur nobis quaſi
perambulāda ꝓuincia quedam deſerta inculta
⁊ inuia. Orādus eſt ergo nobis deus imprimis
quatenus ipſe dux noſter eſſe dignet̄ in hac via:
ſic ꝙ per gratiam ſuam irradiātem expulſa nr̄e
mentis caligine/⁊ cōceſſa claue vere ſciētie/por
rigat nobis dexteram recte intelligentie: qua ꝑ-
uia libere et ſine offendiculis errorū totum hoc
nr̄m opus eccleſiaſticum feliciſſime abſoluamꝰ.
¶ Sed forſam mihi obijciet lector oculatiſſimꝰ 5 Dubiū de rōnali diuinoꝝ officiorum.
librū vocatū Rationale diuinoꝝ officiorū: quo
probet hanc regionem iam eſſe viris eccleſiaſti
cis nr̄e etatis ſatis cultam/peruiam/⁊ ſepiſſime
luſtratam a ducentis fere annis directore illo ſa
piētiſſimo viro Guillelmo Durandi: quē ſacro-
rum canonum eccleſie profeſſores Speculatorē
vocant: eo quod ſpeculum iuris ipe ediderit. Is
eñ in ſuo rōnali reddit rōnē oīm fere miſterioꝝ
eccleſie chriſtiane: ac ꝓinde exponit omnes au-
toritates ſacre ſcripture in libris eccleſie poſi-
tas. et hoc vel maxime facit in ſexto libro eiuſdē
ſui voluminis. Nō ergo videtur neceſſaria: imo
potius apparet ſuperflua huiꝰ nr̄i operis noua
editio: adminus ſequitur ipſam nō eſſe multum
difficilem/ſed potius valde facilem poſt talē ac
Reſpōſio ad dubium. tātum directorem atq̈ ducē. Ad quod obiectū
plane rn̄dentes dicimus ꝙ predictus autor in
illo ſuo ratiōali fere nihil tetigit eorū q̄ ꝑdiximꝰ
eſſe nimiū dificilia ad habēdā verā intelligētiā
litteralem officiorū eccleſiaſticoꝝ: vt ex diſcurſu
nr̄i operis manifeſte apparebit: Quare ꝑter ſuū
rationale nō fuit ſuꝑfluū / imo pernecceſſarium
et ſatis difficile aliā querere eorūdem expoſitio
nem officiorū: perinde ac ſi nihil tale actū eſſet.
Siquidē egregiꝰ ille doctor cū eſſet in iure Ca-
nonico peritiſſimus: nō autem talis in Theolo
gico: ea que ad eccleſie antiquas inſtitutiones
vel ſolennitates pertinebāt: potuit quidem opti
me declarare/⁊ de facto declarauit in prioribus
quinq̈ libris ſui operis: videlicet excerpēs mul
ta ex ſacro volumine Decretorum. At vbi in al
legato ſexto ſuo libro ſingula officia Eccleſie
matutinalia ⁊ miſſalia declarāda ſuſcepit: ex de
fectu Theologice doctrine maxime Biblice ( q̄
ad id negocij fuerat ſibi ꝑnecceſſaria ) valde ſu-

perficialiter proceſſit: Et qꝛ negocium ſupra vires ſuas pſumpſit: nõ ſenſum officioꝝ litteralẽ/ nec intẽtionẽ ecc̃ie in eis p̃ncipalẽ declarauit. ſed neglecto ſenſu litterali officiorũ: ad quoſdam alios morales vel allegoricos eorum ſenſus ſe diuertit: qui tñ ſup litteralẽ ſenſum erant edificandi. Habende ergo ſunt gratie p̃dicto domino Guillelmo pro editione ſui rationalis: in quo plurima rerum eccleſiaſticarum ſacramẽta probe reſerauit: ſed non tantum ei tribuendum eſt: vt nihil ſuo operi addi poſſit: ad quod ipſe nõ attigit: maxime a doctis Theologis quibꝰ directius conuenit ſubtilis ⁊ profunda intelligentia horum officioꝝ eccleſie: que a ſumma antiquoꝝ Theologorum ſapientia exorta proceſſerũt. Nimirum ergo ſi prius dixerimus librum miſſalẽ relictũ eſſe nobis quaſi agrum adhuc incultũ/ et terram inuiam: nondum reſerato eius ꝓprio et vero ſenſu litterali: quem tamẽ (deo nobis ꝓpicio) in hoc opere detegemus iuxta ingenioli noſtri vires: vt ex toto corpore eius manifeſtiꝰ apparebit intuẽtibus. quo perſpecto aperta erit via ingenioſis: qua ⁊ ipſi pro ſua induſtria etiã quedam alia ſuperaddant: que forte nobis non fuere a deo conceſſa: vt vel ſic per incrementa tẽporum creſcat ⁊ ſciẽtia ſanctorum vt diuinus refert Gregorius.

6
Principia ſupponenda in hac doctrina.

¶ Aduertendum tamen q̃d licet hoc negocium ſit nobis valde arduum ⁊ difficile: tentabimus nihilominus ſub confidẽtia ſpecialis dei auxilij hanc doctrinam proſequi modo ⁊ diſcurſu Theologico: nõ autem ſpiritu prophetico (abſit a nobis talis preſumptio) hoc eſt precedemus ex quibuſdam principijs communibꝰ ſed notiſſimis: argumẽtantes ⁊ ad particularia officia ea applicantes. in ipſiſqꝫ particularibus recto ordine procedemus conſequenter loquendo: ideſt continuãdo ſequẽtia ad ſua precedentia tali concatenatione: vt nulla inter officia appareat diſſidentia / ſed rationabilis et pulchra coherentia/ atqꝫ perdocta conueniẽtia. Erunt autem hec noſtra principia: quibꝰ totius edificij ſtructura ſubſtentabitur: veriſſima et ab omnibus doctis fidelibus conceſſa: et eis bene intellectis apparebit ſtatim intentio noſtri operis principalis: et inde concipietur ſpes ſecure perueniendi ad finem optatum: hoc eſt ad verũ ⁊ litteralem ſenſum libri miſſalis ⁊ aliorum officiorum Eccleſie dei. Nam intellectis principijs adhibitoqꝫ labore applicationis eorum ad ſingularia officia: facile habebitur ſenſus litteralis eorum. Uerum ad iſtam applicationẽ neceſſaria erit hominis bona phantaſia/ multiplex doctrina/ ⁊ lectio hiſtorica maxime de geſtis ⁊ antiquitatibus eccleſie dei tam in veteri q̃ꝫ in nouo teſtamento.

Primũ principiũ.

¶ Primum itaqꝫ ⁊ maxime omniũ ꝓprium in hac doctrina principiũ ſit hoc. Q̃d intentio principalis ſanctorum eccleſie doctoꝝ et prelatorum in his officijs per eos editis. fuit in ſpatio vnius anni generalem eccleſie hiſtoriã texere ſeu enarrare: que a principio mundi ꝓcedit vſqꝫ ad finem eius. hoc eſt varios ⁊ multiplices ſucceſſus populi dei per diuerſas mundi etates commemorare in hac ſexta ⁊ vltima mundi etate: que proprie pertinet ad nouum teſtamentum ſeu legem euangelicam: eſtqꝫ finis et ſumma omnium aliarum etatum p̃cedentium. Credimus tamen ꝙ non intendebant p̃ciſe recenſere nobis in ſuis officijs eccleſiaſticam hiſtoriã ſolam ⁊ nudam: ſed etiam ad mores noſtros adaptatã ⁊ religioſa doctrina veſtitam. Huiꝰ theorematis prima pars notiſſima eſt ex ipſa eccleſie conſuetudine: q̃ in matutinali officio de tempore ꝑ totũ annũ oẽs fere legit hiſtorias tã ve. q̃ꝫ noui teſtamẽti. nã a dominica ſeptuageſime vſqꝫ ad quartam dominicam quadrageſime ꝑ ordinem legit in horis nocturnis hiſtorias triũ primarum mundi etatum. At in tp̃e aduẽtus ſtatũ populi dei ſub lege veteri referens hiſtorias denotat quarte ⁊ quinte etatum mundi. In feſtiuitatibus vero natiuitatis ⁊ reſurrectionis dominice primordia ſexte etatis explicat ſub doctrina chriſti ⁊ ſuorum apoſtolorum. Deniqꝫ in tempore a Penthecoſte vſqꝫ ad aduentum: totum ſucceſſum ſexte etatis ꝓſequitur q̃ꝫ ordinatiſſime. Ergo veraciter dictum eſt principalem officioꝝ diuinorum intentionem (que eſt eorum ſenſus litteralis) tendere ad commemorandam eccleſiaſticam hiſtoriam. Secunda pars eiuſdẽ principij etiam ex eodem eccleſie more ꝓbatur: qui in enarandis predictis hiſtorijs etatum mundi: nõ ſemper earum ordinem obſeruat: ſed aliquãdo eas permutat prout cõgruere videt qualitatibus ſingulorum tẽporum anni. ſignum eſt ergo ꝙ preter narrationem hiſtoriarum predictaꝝ eccleſia intendit per eas aliquid aliud docere. ſ. mores fidelium inſtituere. et ſic totum hoc primum principiũ relinquitur verum. Ex quo duo ſequitur notatu digniſſima ad hoc propoſitum.

Correlarium.

¶ Primum eſt. ꝙ in tempore quo legitur aliqua hiſtoria in officio matutino: etiam ⁊ miſſale officium ei correſpondẽs ad eandem eſt referẽdum intẽtionem: quia de illa hiſtoria eſt totum exponẽdum in ſenſu litterali libri miſſalis. quare omnes auctoritates Biblie in illius miſſe officio diſpoſite ad ſenſum illius hiſtorie ſunt trahende. verbi gratia in dominica ⁊ hebdomade ſeptuageſime officium miſſale ſicut ⁊ matutinale ad litteram eſt intelligendum de geſtis p̃me etatis mundi. in ſexageſima de ſecunda etate. in quinquageſima de tertia ⁊c.

Correlarium.

¶ Secũdo ſequit̃ ex altera parte eiuſdem principij: ꝙ in quolibet officio miſſali preter ſenſum litteralem predictũ (qui eſt hiſtoricus) eſt requirendus alius et ſecundus ſenſus moralis pro informatiõe fidelis populi tunc preſentis: et ille ſenſus ſemꝑ debet fundari ſuper altero ſenſu litterali de hiſtoria p̃teritorũ aut futurorum fidelium: ſicut et iſte ſenſus hiſtoricus neceſſario preſuponit alium ſenſum litteralem quem habent ille autoritates in textu Biblie: quemqꝫ in hoc noſtro opere vix aut rariſſime explicabimus propter breuitatem: et etiam qꝛ ex cõmunibus gloſis doctorũ faciliter



haberi poteſt. Unde diſcretionis gratia ſenſum illum hic litteralem vocabimus: primum autẽ noſtrorum ſenſum libri miſſalis hiſtoricum dicemus: ſecundũ vero moralẽ ſeu tropologicum.

Secũdũ principiũ.

¶ Secundum principium huius doctrine ſit. Quod ſicut lex vetus cum ſuis ſacrificijs ⁊ cerimonijs erat vmbra ſeu figura legis Chriſti ⁊ ſuorum ſacramentorum: ita etiam populus fidelis veteris legis obſeruator erat totus figuralis in geſtis ſuis reſpectu fidelis populi chriſtiani ſub noua lege. ita ꝙ actus corporales veteris ſinagoge Judeorum figurabãt proportionales actus ſpirituales noue eccleſie chriſtiane. Huius prima pars ſumitur ex pluribus locis apoſtoli Pauli ĩ ſuis epiſtolis. ſcilicet ꝙ lex vetus erat habens vmbram futurorum: et ꝙ omnia in figura contingebant illis patribus/ ⁊ ꝙ geſta eorum in figura facta ſunt noſtri. ⁊c. Secunda pars continet verba expreſſa ſancti Auguſtini: eſt etiam communis ſententia antiquorum doctorum eccleſie chriſtiane. quam inſequens abbas Joachim Florentinus edidit opus valde egregium de concordia noui ⁊ veteris teſtamenti: in quo latiſſime declarat predictam correſpõdentiam geſtorum vtriuſqꝫ populi: que figurata eſt in eo quod legit̃ Exodi. 26. ꝙ in templo dei erant duo Cherubin mutuis vultibus ſeſe reſpicientes: et Ezechielis primo dicitur: ꝙ erat rota in medio rote ideſt nouum teſtamentum in veteri vt exponit Gregorius. Ex hoc principio aperitur via ad cognoſcendum ſenſum litteralem ſeu hiſtoricum illorum officiorum eccleſie: in quibus leguntur hiſtorie veteris populi iudeorum: quia per illas intendit eccleſia parabolice ſignificare geſta chriſtianorum ſimilia in noua lege.

Tertium principiũ.

¶ Sed ad huius dicti maiorem declarationem additur tertium principium tale. Quod ſicut gloſa ordinaria biblie et varie ſanctorum homelie bella iudeorum corporalia atqꝫ conflictus eorum ſuper terra promiſſionios cum infidelibus Egyptijs/ Cananeis/ Philiſteis/ Aſirijs/ Caldeis/ Grecis: et alijs gentium nationibus: adaptant ad bella ſpiritualia chriſtianorum ſuper fide et religione ſua cũ infidelibus iudeis/ philoſophis/ ydolatris / Sarracenis/ et alijs paganorum ſectis: facientes hinc et inde proportionalem concordiam vtriuſqꝫ teſtamenti q̃ꝫtum bene fieri potuit et conueniens fuit veritati fidei: eodem modo autores officiorum eccleſiaſticorum ad propoſitum ſupradictum de hiſtoria Eccleſiaſtica eadem Judeorum corporalia bella ſeu conflictus docte et catholice adaptauerunt ad bella ſpiritualia chriſtianorum catholicorum cum hereticis Arrianis/ Manicheis / Neſtorianis/ et alijs huiuſmodi monſtris. Jta ꝙ ſicut predicta gloſa ordinaria ex varijs doctoribus collecta illam comparationem (quam textus biblie facit) inter Jſrael et Egyptum / inter Judeos et Cananeos aut alios gẽtiles infideles (penes differenti boni ⁊ mali) adaptat ad comparandum eccleſiam chriſti perfide ſinagoge penes differentiam ſimilem boni ⁊ mali: vocans chriſtianos filios Jſrael; ⁊ econtra iudeos appellans Egyptios vel Cananeos. ⁊c. eodem tenore autores officiorum eccleſie eaſdem comparationes applicauerunt ad oſtendendam differentiam inter latinos catholicos ⁊ grecos hereticos/ vel inter eccleſiaſticos humiles ⁊ ſeculares tyrannos / vel inter religioſos deuotos et clericos profanos/ vel deniqꝫ inter iuſtos filios dei ⁊ peccatores filios diaboli. vtrobiqꝫ enim ſimilis eſt comparatio penes differentiam boni ⁊ mali. Nam omnes iſte cõparationes ſunt neceſſarie ad proſequendam totam ſeriem hiſtorie eccleſiaſtice per officia totius anni: que de his omnibus faciunt mentionem in diuerſis anni temporibus. Et in predicta analogia fundatur totum artificium officiorum eccleſiaſticorum: que vt diximus diſcurrunt per varias mundi etates ⁊ generationes hominum in toto anno. ⁊ huius ſignum eſt: quia aliquãdo eadem epiſtola/ vel idem euangelium/ aut etiam idem miſſe introitus bis aut ter cantatur in anno in diuerſis officijs de tempore. ſ. ad diuerſas intentiones diuerſarum hiſtoriarum: que tamẽ omnes eandẽ habent analogiam ſimilemqꝫ comparationem inter bonos et malos. Hoc principium tertium de continua analogia obſeruanda in comparationibus diuerſorum hominum: eſt tanti põderis in hoc negocio: vt ſine ea nullatenus haberi poſſit recta intelligentia ⁊ verus ſenſus litteralis officiorum diuinorum. Juuit etiam nos ad hoc multum allegatus abbas Joachim in p̃dicto opere concordiarum: vbi dicit ꝙ in primitiua eccleſia Jſrael erat populus chriſtianorum / Egyptus fuit Judea/ mare rubrum baptiſmus/ deſertum gentilitas/ terra promiſſionis fides vel chriſtiana religio. Poſtea vero facta diuiſione inter grecos ⁊ latinos propter grecorum rebellionem hereticam: addit ꝙ latina eccleſia facta eſt tribus iuda et regnum Dauid in Hieruſalem que eſt Roma vrbs: eccleſie vero grecorum ⁊ aliorum orientalium tippum habent decem tribuum et regni iſrael in Samaria: q̃ eſt Conſtãtinopolis. Aſſirios vocat Sarracenos: Chaldeos appellat chriſtianorum tyrannos principes: Cananeos ⁊ Jebuſeos ac Philiſteos dicit fuiſſe hereticos eccleſiã dei vexãtes: multaſqꝫ alias analogias ibidem facit: que in huius noſtri operis ꝓſecutione paſſim notari poterunt: p̃ſertim vbi in officio eccleſie legitur aliqua hiſtoria vel ꝓphetia veteris leg.

Quartũ principiũ.

¶ Quartũ huius doctrine principiũ ⁊ conſonum p̃cedenti ſit hoc. Quod quia ſimiliter geſta chriſti ⁊ apoſtolorum atqꝫ aliorum diſcipulorum ſuorũ in p̃mitiua eccleſia fuere myſtica ⁊ figuralia: ideo conuenienter ſunt applicata in officijs eccleſiaſticis ad ſignificanda myſteria eccleſie chriſtiane cuius hiſtoriam enarrãdam ſuſceperant. Suppoſitum huius principij probatur clariſſime ex gloſa ordinaria cum

homelijs doctoꝝ ſup euangelia/ et ſuper actus apoſtolorum: que continue exponunt geſta ac miracula chriſti/ ⁊ alioꝝ ſanctoꝝ myſtice de ijs q̄ futura erāt in eccleſia dei. Hoc patet exemplis. nam ꝙ chriſtus ſtatim ⁊ recenter natꝰ nocte receſſit a Judea ⁊ fugit in Egyptum propter perſecutionem Herodis: vt dicitur Matthei.2. ſed poſtea in reddítu ſuo ab Egypto in Judeam nulla de nocte fit mentio: ad ſignificandum ſcilicet (vt aiunt) receſſum vere fidei chriſtiane a Judeis ī nocte infidelitatis relictis: ⁊ fugā eiꝰ a pricipio naſcētis eccleſie ad gētiles: ſed circa finē mundi per gratiam dei reuertetur ad Judeos fides chriſti: excluſa nocte illa a cordibus eorū. Item Chriſtus in etate adulta vocatꝰ ad reſuſcitandam filiam Archiſinagogi: prius ſanauit mulierem a fluxu ſanguinis: que tamen morbum illū incurrerat quando puella illa fuerat nata. vt inde ſignificaretur ꝙ Chriſtus vocatus a patriarchis ⁊ ꝓphetis/ miſſuſqꝫ ad reſuſcitandam moraliter ſinagogam Judeorum ꝑ doctrinam vere fidei: prius ſanauit gentilitatem: que inceperat fluere per diuerſa vitia atqꝫ errores .ſ. a tēpore Abrae: quando Judeorum genus ortum eſt atqꝫ incepit. Similiter Chriſtus in nocte ſue paſſionis orans ad patrem vt tranſiret ab eo calix ille: ſcilicet ad diſcipulos ſuos: ſtatim fuit in agonia/ et factus eſt ſudor eius per totum corpus ſicut gutte ſanguinis decurrentis in terram: per quod myſterium ſignificatum eſt: ꝙ corpus eius myſticum .i. eccleſia ſuorum fidelium totum fere erat rubricandum ſanguine martyrum. et ad hunc modum darent multa alia exempla in predicta gloſa ordinaria/ et in homelijs ſanctorum doctorum: nominatim Origenis/ Chriſoſtomi/ Auguſtini/ Gregorij/ et aliorum: qui frequenter dicunt miraula et opera Chriſti/ ſimiliter et apoſtolorum ſuorum ſimul facta eſſe ⁊ ſigna. ⁊c̄. Ex hoc principio ducti patres officiorum diuinorum compoſitores epiſtolas et euangelia ex nouo teſtamento accepta: in officijs de tempore applicuerunt ad ſignificanda myſteria eccleſie dei iuxta qualitatem temporum anni in quibus talia officia leguntur. Nam ſepiſſime filium hominis vocant populum chriſtianum: qui eſt filius ſpiritualis hominis chriſti: ipſe etiam dicitur Chriſtus myſticus. per Jeſum prope ſemper ſignificatur prelatus eccleſie ſalutem animarum procurans. per apoſtolum Petrum deſignantur actiui/ per Joannem contemplatiui/ per Jacobum martyres/ per Paulum doctores/ per Phariſeos heretici ab eccleſia diuiſi: et ſic de alijs.

Quintum principiū.

¶ Quintum principium huius doctrine ſit de forma officiorum miſſalium: ſcilicet ꝙ vnumquodqꝫ eorum licet quantum ad materiā eius ſit opus theologicum (cum ſit ſermo prelati ad fidelem populum de doctrina fidei/ et religionis ac de myſterijs eccleſie tum preteritis tum et futuris) tamen quo ad formam et modum ſuum eſt artificium poeticum: quia procedit ad modū vniꝰ Comedie aut Tragedie: in qua plures perſone introducuntur ad ſeipſas loquentes/ et ſibi inuicem reſpondentes. Hoc facile eſt videre cuilibet aduertere volenti: nam preſbyter in altari ſepius ad populum ſe conuertens ſalutat eos dicens. Dominus vobiſcū. cui etiam chorus clericorum nomine totius populi reſpondet cum benedictione: poſtea ijs tacentibus loquitur Diaconus aut Subdiaconꝰ aut aliquis alius lector vel acolitus: et hoc in diuerſis officijs diuerſimode vt notum eſt.

Sextum principiū.

¶ Sextum deniqꝫ principium huius doctrine hoc ſupponamus: Quod inter ceteras partes miſſalis officij euāgelium eſt vt baſis et fundamentum vere et recte intelligētie omnium aliarum autoritatum tam noui q̄ꝫ ve. teſtamēti. que in eodē officio adducuntur: itaqꝫ ſenſus litteralis vel hiſtoricus euangelij eſt index et monſtrator intelligentie omnium aliarum autoritatum eiuſdem officij. Nam in hoc negocio talem analogiam habet euangelium ad totum miſſe officium: qualem habet ſubiectum ad totam ſcientiam: quia omnia in ea tradita ad ſubiectum referuntur: vel habet ſe ſicut thema ad ſermonem: vel ſicut centrum ad omnes lineas in arte pictoria: vel ſicut primum metrū et menſura in quolibet genere rerum: de quo loquitur Ariſtoteles in .x. libro ſue Methaphiſice. Qui ergo vult habere ſenſum hiſtoricum alicuius officij miſſalis de tempore: primum debet querere ſenſum euangelij iuxta qualitatem temporis anni ī quo legitur illud officium: ideſt iuxta qualitatem hiſtorie eccleſiaſtice que in illo cōmemoratur. quia illo ſenſu habito facile patebit intelligentia aliarum partium miſſe dicte cathecuminorum: ad quam principaliter dirigit hoc prohemium: et eſt principalis materia huius noſtri operis: quam latiſſime proſequimur in .2. eius libro: nam alij duo libri primus ſcꝫ et tertius ex incidenti ⁊ ſecundaria intentione appoſiti ſunt. Huius ſexti principij probatio clariſſima erit hoc medio conceſſo: ꝙ inter partes officij miſſalis euangelium ē prius alijs non ſolum natura et dignitate: ſed etiam origine et temporis ordine. nam alie partes ſeu autoritates poſtea addite ſunt conformiter ad ſenſum euangelij. quod bene perſuaderi poteſt ex conceſſa ab omnibus hiſtoria de ſtatu primitiue eccleſie. Nam vigentibus eam perſecutionibus infidelium tum iudeorum tum ⁊ gentilium: eucbariſtie ſacrificium (quod in miſſa conficitur) agebatur a fidelibus valde ſimpliciter/ et ſine pompa alicuius ſolennitatis: quia offerebatur a ſacerdotibus Chriſti occulte ⁊ in ſilentio in domibus priuatis/ in ſpelūcis ſeu cauernis terre/ atqꝫ in criptis Martyrum. ideo tunc miſſe officium erat ſatis breue: nam apoſtoli ſuper verba conſecrationis panis et vini a Chriſto accepta: ſolam dominicam orationem ideſt Pater noſter appoſuerunt: ⁊ ſtatim communicabant .i. euchariſtiam aſſumebant: ⁊ alijs miniſtrabant.

7 Canō miſſe ſecretus quo tp̄e editus.

Deinde Romani pontifices Petri ſucceſſores paulatim ſucceſſu temporis addētes alias deuotas orationes: totum miſſe canonem ſecretum in trecentis fere primis annis eccleſie perfecerunt. et illa miſſe quantitate ſacerdotes vtebantur durante ad huc perſecutiōe infidelium contra eccleſiā chriſti. Tandē vero ex dei miſericordia tempore Silueſtri pape primi baptizato Romano imperatore totius fere orbis dn̄o: ceſſauit iam perſecutio/ ⁊ facta eſt pax in eccleſia dei: dataqꝫ eſt chriſtianis libertas publice celebrandi Euchariſtie ſacrificiū: conuenientibus eis ſimul in tēplo dei. vnde ex tunc ſcti patres eccl'ie prelati fauore pricipum fidelium cēperunt ordinare: preter canonē ſecrete legendum: aliqua alia ſolēniter ⁊ publice decantāda in eccleſia ante euchariſtie cōſecrationem ⁊ ſumptionem: tum propter honorē dei/ tū propter ſolēnitatē ſacramēti/ tum etiā ⁊ propter fidelis populi conſolationem atqꝫ digniorē eius ꝑparationem ad euchariſtie ſacramentū peragendū.

Quando euangelia miſſe appoſita.

Et in primis euangelia (in quibus doctrina chriſti fidelibus proponitur) inſtituerunt ſingulis diebus dominicis totiꝰ āni populo decantanda ſimul ⁊ predicanda: iuxta chr̄i mandatū Mathei vltimo. p̄dicate inquit euāgeliū omni creature. Ad euangeliorum autē maiorem declarationē doctores catholici ſequētis etatis circa ānos dn̄i quadringētos Homelias ⁊ ſermones ediderūt. Tunc etiā ex mandato ſanctiſſimi Damaſi pape primi diuꝰ Hieronymus ſeptem horas canonicas ordinauit quottidie in tēplo dei a ſacerdotibus chriſti peragēdas. ad que officia pſalteriū Dauidicū per dies hebdomade diſtribuendum in ſeptē diuiſſit partes: et hoc ad maiorem fidelis populi deuotionem/ ad honeſtiorē ſacerdotū ocupationem/ ad digniorēqꝫ ſui preparationem ꝓ euchariſtie celebritate.

Quando ep̄le addite.

Poſtea vero alij doctores ⁊ p̄lati lectiones quaſdā ꝓpheticas ⁊ apoſtolicas. quas nos ep̄las dicimꝰ: euāgelijs p̄mittendas decreuerūt: vt queadmodū lex vetꝰ euāgelicam tēpore preceſſit. ſ. doctrina imperfecta ꝑfectiorem: ita lctōes minoꝝ doctorum precederent in officio miſſali lectionē magiſtri ꝑfectioris chriſti. ſicqꝫ aſcenderet per gradꝰ a minoribꝰ ad maiora. Sed has epiſtolas per totum annū cōformes ſuis euāgelijs fecerunt in materia doctrine tunc predicāde Alij pontifices officio miſſe adiecerūt Greca kirie eleiſon/ alij Gloria in excelſis/ alij ſymbolum fidei Credo in vnum deū publice ⁊ ſolēniter decantandū. Hanc itaqꝫ miſſalis officij quantitatē reperijt ſctus Gregorius papa p̄mus a ſuis maioribꝰ inſtitutā: qui ſpiritu dei plenꝰ cupiēs amplificare ſanctitatē dedit in celebrationibꝰ diuinoꝝ officioꝝ magnū decꝰ/ inſtituitqꝫ cantores cōtra altare/ et in officijs eorū dulces fecit modos muſicos: q̄ verba ſcripſit Eccleſiaſticꝰ.47. in laudē regis dauid: q̄ ſimilia bis fecit ſub ve. le. in tēplo dei: ad augendā. ſ. fidelis populi deuotionē. Unde ſicut in alijs horis canonicis a beato Hieronymo ingeniatis,

Introitꝰ miſſe ⁊ alij cantꝰ chori quādo inuēti.

Gregorius ſuper addidit pſalmis/ hymnos/ antiphonas/ lectiones/ verſus/ et reſponſoria: ita etiam in officio miſſali ſuper euangelia/ epiſtolas/ et alia que inuenit iam edita: appoſuit ipſe ſuaues ⁊ deuotos cantus a clericis in choro pſallendos. Nam ex varijs ſacre ſcripture libris maxime ex pſalmis dauidicis varias autoritates excerpens: conformes tamē ſententie euangelicoꝝ ⁊ epiſtolarum (nouerat enim optime vir ille ſanctiſſimus intentionem et ſenſum priorum doctorum: qui ante eum talia legenda inſtituerāt in officio miſſe) Introitum/ Graduale/ Aleluia/ Tractum/ Offertorium/ Comunionem/ Prefationem/ Sanctus/ Agnus/ et alios cantus omnes ordinauit: et pro qualitate ſententie littere cuiuſlibet conuenientes thonos in cantu adhibuit. ſ. incitantes mentes hominum ad gaudium vel triſtitiam/ ad miſericordiā aut timorem/ ad aliaſue paſſiones ⁊ affectiones cōſonas conditionibus temporum et officiorum. Talis itaqꝫ miſſe celebritas: forma: et quantitas vſqꝫ ad hec noſtra tempora in eccleſia dei obſeruatur inuiolabiliter. tū propter inſtituentis autoritatem/ tum etiam et propter rei ipſius perfectionē in ſe: q2 re vera nulla melior iſta officioꝝ ordinatio excogitari poteſt: eſtqꝫ eorū ſatis moderata ⁊ mediocris quantitas. Patet igitur ex predicto diſcurſu qui ex authenticis ſcripturis collectus eſt: veritas aſſumpti/ ac ſubinde ſexti nr̄i principij de principalitate euangelioꝝ inter partes miſſe cathecuminoꝝ.

Oratōes ſeu collecte ad q̄d appoſite ſint.

Habito autē vero ſenſu litterali ſeu hiſtoriali euāgelij/ ⁊ conſequēter totius miſſalis officij modo predicto: moralis ſenſus de inſtructione populi in promptu erit: nam ad eum aliqualiter inſinuandum diuꝰ Gregorius poſt ſuos cantus adiecit orationes ſeu collectas moraliter applicantes cantꝰ illos ad fideles preſentes inſtituendos. prima enim collecta explicat moralem ſenſum introitꝰ miſſe: ſecreta oratio exhibet moralitatem offertorij: deniqꝫ oratio finalis exponit moraliter cōmunionē.

8 Epilogus totiꝰ ꝓhemij.

¶ Recolligentes ergo omnia noſtra p̄ncipia premiſſa dicimus ꝙ principalis intentio ⁊ ſenſus litteralis libri miſſalis eſt hiſtoricus. i. texens hiſtoriam eccleſiaſticam per totum anni circulum: ad quā tamen non ſimpliciter ⁊ nude enarrandam vtitur geſtis ſingularibus patrū ve. le. ſimiliter miraculis ⁊ verbis chr̄i/ actibuſqꝫ ſuorum apoſtolorum. inquibus ſicut tota eccleſia chriſtiana virtualiter continebatur: ita etiam totus eius procurſus miſterialiter figurabatur. Ex premiſſis itaqꝫ omnibꝰ in hoc prohemio patere poſſunt cuilibet viro oculatiſſimo ſigna vie nr̄e qua ꝓgredi volumus in hac prouincia ſatis inuia atqꝫ inculta ſub ducatu ſolius dei. verum vt p̄diximus modus noſtri proceſſus erit Theologicus diſcurſus: argumentando. ſ. ex cōmunibus principijs ad particulares concluſiones que ſunt ſingula officia miſſalia: non autē prophetando vel quouis alio modo diuinando de preteritis aut futuris eccleſie miſterijs. Quās

nis ego certiſſime crediderim primos horū offi ciorum miſſalium autores : qui.ſ.euangelia per totum annum ordinauerunt:vere afflatos fuiſſe prophetie dono : vtpote ad quos omnia fere myſteria eccleſie chriſtiane erant adhuc futura:q̄ tamē ſuis euāgelijs rectiſſime inſinuarūt: Poſteriores vo.i.q̄ epiſtolas et alias miſſe partes appoſuerūt:ingenio naturali ꝛ ſciētia acq̄ſita id efficere potuerunt: habita vꝫ principali intētione / ꝛ intelligentia euangeliorum hiſtorica: cui alias Biblie autoritates addiderunt vt;eis eadem ſententia clarior ꝛ copioſior redderetur: quod ſine reuelatione ꝓphetica eſt naturaliter poſſibile. Et multo magis nr̄a hec doctrinalis expoſitio libri miſſalis:que iam inuenit eius textum.i.officia ſingula in eo penitus completa:q̄bus prudenter inſpectis videri potuit ex lumine rationis naturalis cū aliquo dei auxilio ſpeciali:modus ꝛ forma editiōis eorum. Materia autem cuiuſlibet officij ſeorſum ꝛ omnium eorum ſimul ex prelibatis principijs (; que per inductionem ꝛ experientiam collecta ſunt)ellici potuit:licet non ſine magno labore aplicatiōis principiorum cōmunium ad ſingula officia particularia.

Theologica proteſtatio autoris.

Eſt adhuc alia differētia iter lctōnes nocturnas ⁊ diurnas: qꝛ lctōes nocturne ſūt doctrine minoꝝ ſeu iꝑfectoꝝ hoīm (vnde ⁊ a minoribꝰ clericis legūt/ ⁊ aliq̄ eaꝝ ꝑ homelias exponūt vt auditores meliꝰ eas itelligāt) lctōnes ꝟo diurne a maioribꝰ ⁊ ꝑſbiterꝭ lecte doctrinā ꝑfectoꝝ ⁊ ſapiētū ſignificāt: q̄re breuiſſime ſunt ⁊ ſine homelia vl' expōne legūt. Huiꝰ regni ſignū ē ꝙ ad lctōes nocturnas admittūt libri minoꝝ doctoꝝ ⁊ exēpla ſctōꝝ ꝑrm: nec authores illaꝝ lcōnū multū explicāt a lectoribꝰ: qꝛ nō videt ꝯueniēs vt minores ppl'i fidelis (q̄ꝝ ē illa doctrīa) ſciāt noīa illoꝝ autoꝝ: ſed tm̄ doctrīe bonitatē: ne forte ipſa reddat eis ꝯtēptibilis ex autoribꝰ. Ad lctōes ꝟo diurnas nihil admittit qꝺ nō ſit de ſacro textu biblie: exꝑmūturq̄ꝫ in eis noīa autoꝝ maxie i officio miſſe: qꝛ autoritas eoꝝ firmiſſia ē ⁊ valde nota ſapiētibꝰ eccl'ie: ⁊ inde reddit eis illa doctrīa venabilior. Hūc morē (q̄ ātiq̄orē ⁊ certe melior) aliq̄ eccl'ie nō obſeruāt: ſꝫ in lctōnibꝰ nocturnis autores eaꝝ noīant: qꝛ forte ſūt auditoribꝰ illis venabiles ⁊ autētici.

6

De reſpōſorijs.

Sexto ꝑcipal'r hore canonice oēs ꝯueniūt i rn̄ſorijs q̄ imediate ſequunt lctōnes: ſignificātq̄ꝫ ꝓfectū bone doctrīe lctōnū i auditoribꝰ: vn̄ ⁊ merito rn̄ſoria dicūt: qꝛ ꝑ ea auditores rn̄dent lctōnibꝰ ⁊ doctrīe ſibi tradite a doctoribꝰ eccl'ie. rn̄dēt inq̄ꝫ ꝑ opīs ꝓptā executionē. nā ꝟbis bone doctrine fideles debēt rn̄dere ꝑ. bōa oꝑa: ne forte cū ſuo neq̄ꝫ de ocio malo ꝯuincāt ⁊ dānēt a dn̄o deo ſuo.



Poſſunt etiā iſti cātꝰ dici reſpōſoria: qꝛ in materia ſua rn̄dēt lctōnibꝰ ꝑcedentibꝰ. ⁊ hoc maxime veꝝ eſt in officijs de tpe dn̄icalibꝰ/ ⁊ ferialibꝰ ⁊ in cōibꝰ ſctoꝝ/ atqꝫ in ꝓprietatibꝰ maximaꝝ feſtiuitatū eccl'ie. vel tertio dn̄r reſpōſoria ꝓpter ſuā formā: qꝛ tal'r diuiſa ſunt in ꝑtes vt in eis vnꝰ cātor alteri rn̄deat. cātꝰ eñ ille ab vno incipit deinde alijs accedētibꝰ ab oībꝰ cōcinit vſqꝫ ad ꝟſum: quē illis tacētibꝰ aliꝰ cātat vnꝰ vel duo ad plus. ꝟſu finito alij cātores ad ꝑſam reuertūt. ⁊ ē ſilis modꝰ illi quē hn̄t ſcl'ares in cātilenis ſuis q̄ſi faciunt choreas cātātiū ⁊ rn̄dentiū ꝑ pauſas ſuas. Cantant ergo reſpōſoria in diuinis officijs q̄tenus vel mētes fideliū eleuent ad ꝯtemplandū ſuꝑne gl'ie ꝯcentū: vel etiā vt denotēt ſpūale gaudiū mētis in viatoribꝰ relictū ex doctrina lcōnū. Qꝺ etiā in tali cātu alter alteri rn̄det: fraternā exhortationē fideliū ſignificat: q̄ ſe adinuicē cōmouent ad fructū boni opīs ꝑagendū. Per verſum ab vno ſolo cātatū: ſingl'aris deꝑcatio cuiuſlibet fidelis ſeorſum denotat. ſed alioꝝ reſpōſio ē eoꝝ ꝯgratulatio de tali deuotiōe ꝓximi. In tertio ꝟo quoqꝫ reſpōſorio nocturnoꝝ addit Gl'ia pr̄i i officijs nō luctuoſis ⁊ hoc ꝓpter honorē diuine trinitatis ad cuiꝰ gl'iam hec cātica ꝑncipal'r ſunt ordinata vt ſupiꝰ diximꝰ. et licet poſt verſum nō repetat totū reſponſoriū a capite: repetitur tn̄ poſt Gl'ia pr̄i: ad denotādā. ſ. differentiā gr̄e/ charitatꝭ ⁊ gaudij ſpūalis in nobis ⁊ in deo. qꝛ hec in deo ꝑfecta ſunt/ in nobis aūt iꝑfecta q̄ꝫ diu ſumꝰ in via: nā in patria ꝯſumabunt hec in nobis q̄n ad eternitatē dei participandā ꝑuenīemꝰ. deniqꝫ q̄lis poſita ē differētia quātitatis maiorꝭ ⁊ minorꝭ inter lectiones nocturnas ⁊ diurnas: talis ꝓportionaliter reperitur differentia inter reſponſoria q̄ illas et iſtas lctōnes ſequunt. Nā reſpōſoria nocturna ſunt maiora: diurna vero breuiora. q̄ꝫuis in vtriſqꝫ eoꝝ ſit eadē ſignificatio idēqꝫ modus canendi ⁊ reſpōdendi.

7

De orationibus ſingulibus.

Septimo conueniūt oēs hore canonice in orōnibꝰ: q̄ ad finē addūtur poſt oēs cantꝰ: ⁊ inuēte ſunt ad impetrandum a deo illa bona q̄ ipſe ꝓmiſit ſeruis ſuis/ digne et deuote eū laudantibꝰ. q̄ eñ orat deū petit aliq̄d ab eo: exorat aūt q̄n impetrat qꝺ petierat: Orō ergo miam dei ſignificat: q̄ hoiem in opibus bonis ⁊ ꝑuenit ⁊ ſubſeq̄tur. ideo in ꝑncipio cuiuſlibet hore canonice (vt ſupius diximus) orō dn̄ica ꝑcedit: in fine aūt orō eccl'iaſtica ſubſequit. finalis itaqꝫ orō cuiuſlibet officij dꝛ ad hoc vt merces tribuatur oꝑarijs in vinea dei. Ex hac etiam rōne patet verū eſſe qꝺ in capitulo ꝑcedente dictū eſt: nocturnos ⁊ laudes vnā tantū eſſe horā canonicā: qꝛ in fine nocturnoꝝ non ponitur orō ſed tātū in fine laudū. Hic etiā vſus dicendi orōnē in fine officij: ab apl'is ſumpſit exordium: de q̄bus dꝛ in actibus apl'oꝝ ꝙ poſtq̄ꝫ conuenerāt ad ſacram cōiōnē: poſtea diſceſſuri abinuicē poſitis genibꝰ orabāt. Sed orōnē dicturus ſacerdos prius ppl'm ſalutat dicēs Dn̄s vobiſcū. ⁊ ſenſus eſt. dn̄s det vobis gr̄am qua mecū attenti oretis ad miſericordiā dei impetrandā: quā ipſe multiplicatis interceſſoribus et citius et facilius largiet nobis. Finita aūt orōne eādē repetit ſalutationem ſed ad aliū ſenſuꝫ. i. dn̄s maneat vobiſcū ꝯſeruetqꝫ i vobis deuotionē quā ex diurnis officijs ꝯcepiſtis. Eādē (vt prius dictū eſt) quodlibet officiū ꝯcluditur ꝑ Bn̄dicamꝰ dn̄o: ⁊ ſenſus eſt. demꝰ gr̄as / gl'iam / ⁊ honorē deo ꝑ tāto bn̄ficio ſuo: qꝛ nos ꝑduxit ad finē huiꝰ officij: in quo debitas ei laudes ꝑſoluimꝰ: ⁊ ipſe vice ꝟſa mentes nr̄as ſua ꝯſolatiōe refecit. hic ſenſus ex reſpōſiōe ppl'i declarat dicentis Deo gr̄as. Iſte finis officij Bn̄dicamus dn̄o: aliq̄n dꝛ ab ipſomet ſacerdote q̄ dixerat orōnē/ aliq̄n ab alijs clericis q̄ hn̄t capas cū ſceptris ad regendū chorū/ nōnūq̄ꝫ vero a paruis pueris: ratio huiꝰ diuerſitatis eſt diuerſa feſtoꝝ cōditio: qꝛ differunt ꝑ magis ⁊ minus ſolēne. et etiā qꝛ laus dei prius eſt agēda a maioribus eccl'ie: q̄ ſuo exēplo moueāt medios et minores ad ſil'r agendū. Uerū qꝛ oīs humana laudatio minor eſt dignitate dei: de quo ſapiens eccl'iaſticus ait: ꝙ maior eſt omni laude. ſ. creature: ideo ſemper vltimum Bn̄dicamꝰ dꝛ a minoribus et pueris. qui etiam ſua puritate denotāt quales eſſe debent dei laudatores. hactenus et breuiſſime de horis canonicis in genere.

## ¶ Caput tertiū de officio matutinoꝝ: qꝺ nocturnos ⁊ laudes ſimul ꝯplectit.

1

Canonicaꝝ horarū ordo.

Enientes iā ad ꝓpria ſingl'aꝝ horaꝝ: dicamꝰ imprimis de officio matutinoꝝ. Ratio ordinis eſt: qꝛ licet/ modernꝰ eccl'ie vſus in dn̄icis hiſtorialibꝰ ⁊ in alijs feſtis a veſpis ſumat officioꝝ ꝑncipiū: tn̄ apꝺ veteres in oībꝰ diebꝰ ab horis nocturnis ſeu matutinis ordiebātur ſacerdotes officia eiuſdē diei (qꝺ etiā nunc obſeruamꝰ in diebus ferialibus) eo quod paſſio chriſti in his horis cōmemorata nocte inchoata eſt. Quare ⁊ nos hic doctrinaliter ꝓcedentes morē antiquorū obſeruabimꝰ: a matutinali officio horarū canonicaꝝ ꝓpriā conſiderationem incipientes. Poſſunt adhuc alie rōnes adaptari. vt aliū ordinē tempoꝝ eccleſiaſtice hiſtorie teneamus: in qua hore nocturne fuere priores diurnis. Nam in primitiua eccleſia inſtante ꝑſecutiōe infideliū dn̄orum et principum terre non poterant fideles in die et manifeſte diuinarum laudum officia celebrare: ſed nocte ſurgentes occulte per domos congregabantur et officia diuina agebant nocturna anteq̄ꝫ liceret eis facere diurna. tum quia in primo cap. huius dictum eſt horas nocturnas ſignificare tempora legis nature et legis ſcripture: que preceſſerunt tempus legis gratie repreſentatum in horis diurnis. tum deniqꝫ moraliter quia ordo conuenientior eſt vt a tenebris procedamus ad lucē i. a vicijs ad virtutes/ ab ignorantia ad ſciētiā a penitētia ad gr̄am a captiuitate ad libertatem ⁊c. Ad hoc ergo ſignificandum a nocturnis horis incipimus. nox enim peccatum et ignorantiam/ dies gratiam et

ſcientiã in aperto ſignificant: nocturnum ergo officium laborē penitentiũ deſignabit per quem ad libertatis gaudium peruenitur.

Matutinorũ tps ⁊ hora.

Sane circa tempus officij nocturni multiplex fuit modus obſeruatus a ſacerdotibus eccleſie chriſtiane. nã antiquiores in primitiua eccleſia arbitrantes ſe eſſe milites chriſti conſcriptos ⁊ ad deffenſionem populi fidelis deſtinatos in bello ſpirituali aduerſus principes ⁊ poteſtates tenebrarum (vt notat apoſtolus ad Ephesios.6.) quattuor vigilias noctis obſerbauant more aliorum militum terrenorum in caſtris ſuis. ideo officium matutinorum in quattuor partes. ideſt in tres nocturnos ⁊ laudes diuidebant ideſt in diuerſis horis noctis eas canebant: vt vel ſic in qualibet vigilia noctis ſeorſum diuina officia celebrarent. Has quattuor vigilias noctis hyſtoriographi vocant nocticinium/gallicantum tempeſtum/ ⁊ aurelũ. Verũ in ꝑma noctis vigilia ad primũ nocturnũ ſoli ſacerdotes veniebãt nec populũ inuitabant labore diurno fatigatum. quare nec tunc inuitatorium dicebatur: niſi forte in vigilijs magnarum feſtiuitatum (in quibus totus populus cum toto clero per totam noctem diurnis laudibus inuigilabat) in alijs vero diebus communibus plebei non veniebant ad eccleſiam vſqʒ ad ſecundam noctis vigiliam: ⁊ tunc dicebatur inuitatorium in principio ſecundi nocturni. In tertia autem vigilia cantabatur tertius nocturnus: in quo etiam euangelium cum ſua homelia legebatur toti populo audiendum. Laudes deniqʒ in quarta noctis vigilia circa aurorã letiſſime cantabantur. At quia paulatim refrigeſcente fidelium deuotione laici populares nolebant iam ad nocturnas ſurgere horas: nec prelatis eccleſie viſe ſunt honeſte tales vigilie ob pericula mulierum: ideo mutate ſunt iſte vigilie in ieiunia profeſtorum. Clericis quoqʒ viſum eſt oneroſum toties ſurgere a ſomno in qualibet nocte: ideo ex permiſſione ſanctorum patrum omnes tres nocturni (premiſſo inuitatorio) cum ſuis laudibus reducti ſunt ad ſecundam noctis vigiliam: que a media nocte incipitur. quare tunc campane pulſantur vocantes clericos ad horas nocturnas: ⁊ hunc modum communiter obſeruant omnes latini tam in eccleſijs cathedralibus clericorum quam etiam in monaſterijs religioſorum. Hic vſus preter authoritatem pſalmiſte dicentis: media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ideſt ad laudandum te ſuper iudicia iuſtificationis tue ⁊c.

Matutini quare in media nocte.

Confirmatur etiam rationibus: tum quia tali hora noctis deus pro liberatione ſui populi a captiuitate duriſſima occidit primogenita egyptiorum: in quo myſterio figurata eſt liberatio totius humani generis a captiuitate diaboli. pro qua liberatione Deum laudare obligamur. Tum quia tali hora natus eſſe peribetur Jeſus Saluator noſter iuxta illud Sapientie. 26. dum medium ſilentium tenerent omnia et nox in ſuo curſu medium iter haberet: Omnipotens ſermo tuus domine a regalibus ſedibus venit. tum quia in euangelio legimus chriſtum ſepius pernoctaſſe in oratione vſqʒ ad talem horam noctis. tum quia fere in media nocte poſtq̄ʒ Jeſus captus eſt a Judeis legitur illuſus/ conſputus et velatus. tum quia circa illam horam demones hoſtes noſtri maxime conantur contra nos ſecundum illud pſalmi: Poſuiſti tenebras et facta eſt nox in ipſa pertranſibunt omnes beſtie ſilue. ⁊c. tum quia illo tempore intempeſte noctis homines mali multa peccata committunt ſecrete pro quibus orandum eſt vt conuertantur. tum quia tali hora ſpectamus iudicium generale dicente chriſto in euangelio: media nocte clamor factus eſt ecce ſponſus venit ⁊c. tum quia vt tenebras peccatorum noſtrorum ſuo lumine expellat in hora tenebrarum orandus eſt deus. tum deniqʒ quia communiter in tali hora noctis poſt ſomnum facta digeſtione in ſurgit caro contra ſpiritum: ad quam domandam pro caſtitate (que valde eſt conueniens eccleſiaſticis) ſurgēdum eſt poſt mediam noctem: nam illius hore frigiditate ⁊ mentis deuotione (que orando ⁊ pſallendo accenditur) motus carnales reprimuntur. ideo dicitur eccleſiaſtici.23. vigilia honeſtatis domat carnem ⁊c. Propter has ergo rationes ⁊ alias huiuſmodi tali hora noctis deum laudare ac benedicere ex debito volentes celebramus matutinale officium.

3 De principio matutinorum dñe labia. ⁊c.

Cuius ſingulas partes ſigillatim proſequi volentes dicimus ꝙ initium eius ſumit ſacerdos ab eo qui eſt omnium rerum ꝑncipium: ⁊ ſine quo nihil boni cogitare/loqui/ aut agere valemus immo nec os ad loquendum apperire: hoc eſt ſine deo qui per pſalmiſtam dixit. Aperi os tuum ⁊ ego implebo illud. Premiſſa ergo in ſilentio dominica oratione/⁊ beate virginis Marie ſalutatione ad preparandum (vt diximus) mentem future orationi: incipit ſacerdos officium dicens. Domine labia mea aperies: cui reſpondens chorus addit: et os meum anuntiabit laudem tuam: qui verſus ſumitur ex pſalmo. 50. et ponitur ibi modus indicatiuus pro imperatiuo ideſt aperies pro aperi: eſtqʒ iuſta ⁊ rationabilis petitio. quia enim non eſt ſpecioſa laus Dei in ore peccatoris: orandus eſt deus vt in laudem ſui os ſacerdotis aperire dignetur: aperire inquam: non tam apertione corporali (quam homo pro ſua voluntate facere poteſt propria virtute) q̄ʒ apertione morali. quia illam ſine gratia dei adiuuante non poſſet homo benefacere. Eſt ergo ſenſus huius principij. o Domine aperi labia mea emundando os meum ab obſcenis ⁊ turpibus verbis/⁊ apertum implendo tuis laudibus ſanctis. quod ideo petit ſacerdos ne forte ſi ipſe preſumeret ſine gratia dei aperire labia ſua ad laudes dei: audiret ab eo illud pſalmiſte improperiũ qui ait peccatori autem dixit deus quare tu enarras iuſtitias meas/⁊ aſſumis teſtamentũ meũ per os tuũ ⁊c. vel poteſt dici ꝙ ꝑ tale principium matutinorum ſacerdos correſpondet ad illud quod dixerat in completorio. nam in principio illius noctis volens ſe ⁊ pplm ſuũ deo commendare muniierat clauſeratqʒ os ſuum ſigno crucis dicens. Conuerte nos deus ſalutaris noſter. ſcilicet ad cor noſtrum: vt clauſo ore ⁊ omnibus ſenſibꝰ extrinſecis pie meditemur in te. Rationabiliter ergo ſacerdos volens incipe officiũ illius diei orat deum vt ipſe qui clauſit os eius aperiat: qui etiam habet clauē dauid/⁊ ſi clauſit nemo aperit niſi per grãm ſuã: ad hoc vt digne Deum laudare poſſit. Hanc dicti principij intelligentiam declarat reſponſio chori. Et os meum annunciabit laudem tuam q. d. ad hoc oro vt aperias os meum et labia: vt digne te poſſim laudare per totum hunc diem: cuius officijs nunc principium facimus in matutinis: nunc primo ora noſtra aperimus ac laxamus ad tuas laudes canendas ⁊ predicandas. Sed quia diabolus deo inuidet de ſuo honore (quem nos ei ſupplices exhibemus) ideo nititur diuias laudes impedire in nobis: cuiqʒ nos reſiſtere non valemus ex noſtris viribus: ideo ſacerdos poſt chori reſponſionem ſtatim perit a deo adiutorium gratie ſue ad reſiſtendum impedimentis diaboli dicens: Deus in adiutorium meum intende: quod in precedenti capitulo declaratum eſt. Deinde ſequitur verſus: Gloria patri ⁊ filio. ⁊c̃. vt oſtendatur finis ad quem ordinatum eſt hoc officium nocturnum: quia ad laudē ⁊ honorem dei qui eſt trinus ⁊ vnꝰ.

4 De inuitatorio.

Ne vero ſacerdos ſolus dei laudes cantet in ſilētio ſed potius reſonent in excelſis: inuitat alios non ſolũ clericos ſed ⁊ fideles omnes ad aſſiſtendum ſibi in diuinis laudibus ſolenniter peragendis cum canticis glorie: vt vel ſic cortina cortinã trahat Exo.29. Et qui audit dicat veni. Apocal.21. ideo ſequitur Inuitatorium: ideſt verſiculus q̄dam verbo imperatiuo inuitãs alios ad dei laudes canendas. ⁊ quamuis illius verſiculi ꝓ diuerſitate officiorum verba varientur: ſemper tamen eadem eſt ſententia eius ſcilicet vt conueniant fideles ad laudandum ac benedicendum deum. Hoc inq̄ʒ Inuitatorium ſacerdos ipſe per ſeipſum immediate non dicit: ſed per alios quaſi nuncios ſuos: cum ſit ipſe quaſi pater familias qui mittit ſeruos ſuos vocare inuitatos ⁊c̃. quo verſu Inuitatorio a miniſtris propoſito / ⁊ a toto choro repetito: additur ab eiſdem cantoribus pſalmus. xciiij. Venite exultemus domino: in quo redduntur rationes quare deus ſit ab hominibus continue laudandus: quia ratione ſue maieſtatis ⁊ excellentie: quoniam deus magnus/ratione creationis ⁊ omnipotentie. Quoniam ipſius eſt mare/ratione gratificatiõis ⁊ beneficētie. Hodie ſi vocem eiꝰ. Deniqʒ ratiõe noſtre penalitatis ⁊ miſerie: Quadraginta annis: quia enim iudei ſub veteri teſtamento debuerãt deum laudare ⁊ benedicere pro ſua liberatione a captiuitate egypti ⁊ propter alia in eos maxima beneficia: fueruntqʒ ei ingrati: quia deũ non laudauerunt ſed econtra ſepius contra eũ murmurauerunt: ideo terram promiſſionis non introierunt: ſed pene omnes in deſerto perierunt. Eadem ratio erit de nobis Chriſtianis ſub nouo teſtamento: ſi ſuper tot ⁊ tantis beneficijs a deo receptis cõtra deum ingrati fuerimus: quia non introibimus in terram promiſſionis ideſt celeſtis patrie nobis promiſſe: ſed peribimꝰ omnes in deſerto huius miſere vite. Hec eſt declaratio huius figure ab apoſtolo tradita prime corin. x. ⁊ Hebre. iiij. Repetitur autem Inuitatoriũ predictum ad ſingulos verſus illius pſalmi: ſed omnino ſimiliter ad omnes. Nam ad quoſdam eorum repetitur integre: ad alios diminute: ad ſignificandum ſcilicet ꝙ non omnes chriſtiani audiunt vel recipiunt hanc ſalubrem inuitationem perfecte: ſed quidam eorum valde imperfecte. Repetitur quidem Inuitatorium integre ſexies: propter illius numeri perfectiõem: quatenus fideles perfectos ſignificet. Et ter repetitur imperfecte ad ſignificandum illa tria genera malorum hominum qui ad cenam Domini inuitati renuerunt eam ⁊ noluerunt venire: quales ſunt / ſuperbi / auari/ ⁊ luxurioſi. Et aduertendum ꝙ cantus dicti pſalmi magis eleuatur q̄ʒ inuitatorij cantus: ad denotandum ꝙ in primitiua Eccleſia fideles ſubmiſſa voce inuitabãtur ⁊ ſecrete veniebant ad officia diuina ⁊ laudes dei: ſed poſtea data eis libertate inuitabantur publice ⁊ ſonitu campanarum ⁊ ſic palam veniebant ad horas canonicas. In officijs autem luctuoſis mortuorum ⁊ ſepulture chriſti inuitatorium non premittitur Matutinis ex more Eccleſie Romane: quamuis quedam alie eccleſie hoc Inuitatorio vtantur. Regem cui omnia viuunt: venite adoremus: cum ſuo pſalmo. Alie Eccleſie dicunt pro Inuitatorio illum Pſalmi verſum. Dolores inferni circumdederunt me et gemitus mortis. ⁊c̃. Sed tale Inuitatorium nõ dicitur ab eis paſſim ⁊ vbiqʒ: ſed tantum in preſentia funeris magni vel in anniuerſario ſolenni: quando multi inuitantur ad pompam exequiarum.

5 De alijs partibus matutiorꝫ

Poſt Inuitatorium ⁊ Pſalmum ei immixtũ cãtatur hymnus in officijs nõ luctuoſis: ad denotandum ꝙ nõ ſufficit immo parum eſt Deum ore laudare: ſed requiritur ad perfectionem laudis diuine ꝙ ille voces procedant ex laude interiore: que eſt mentis exultatio in deo/et iucunda deuotio / ⁊ hec per hymnum ſignificatur vt prius dictum eſt. vel poteſt dici ꝙ inuitatorio adiungitur hymnus letitie cantus vt inde ſignificetur ꝙ gentiles vocati ad fidem per iudeorum Apoſtolos leti venerunt iuxta illud pſalmi: audiuit ⁊ letata eſt ſyon. Hec hiſtoria patet in actibus Apoſtolorum: Porro quia adhuc non ſufficit Deum corde et ore laudare niſi etiam adiungatur bona operatio relacta in deũ quando oportunitas occurrerit: ideo poſt inuitatoriũ ⁊ hymnũ pſalmi adduntur cũ ſuis ãtiphonis: in q̄bus (vt predictum eſt) ſignificatur bona operatio charitate informata. Poſt pſalmos

additur verſus incitatiuus auditorum ad attentionē pro lectionibus mox futuris. Verum anteq̃ꝫ incipiantur lectiones dicitur oratio dominica ſecrete ⁊ in ſilentio. Dicitur inquā ad petēdū gratiam recte ⁊ ſane intelligentie illius doctrine que ſtatim legenda eſt: ⁊ ſimiliter ad repellenda impedimenta diabolice inuidie qua perturbare nititur mētes fidelium a perceptione illius doctrine. Secrete vero dicitur oratio illa: qꝛ tunc ſacerdos ad ſolum deum loquitur. Ultima tamē petitio eius ſcilicet: et ne nos inducas in tentationem: alta voce profertur cum ſua reſpōſione ad declarandam intentionem principalem totius orationis hoc eſt ad vincēdam diaboli tentationem ne mentes fidelium perturbans a fructu lectionum priuet. Poſt dominicam orationem premittuntur lectionibus preces quedā quibus breuiſſime imploratur ſanctorum dei interceſſio ad obtinendū ab eo id quod in oratione dominica petebatur. ſ. ꝙ aperiat deus corda fidelium ad legem ſuam audiendam: ne ſemen bone doctrine tunc audiende aut volucres celi comedāt/ aut ſpine ſuffocent/ aut in petra que non habet humorem areſcat. His premiſſis petita benedictione a preſbitero incipit lectionem primam de doctrina catholica pro fidelibus: cui adiungitur reſponſorium ſignificans illius doctrine fructum (vt ſuperius dicebatur) ⁊ conſequenter legūtur alie due lectiones primi nocturni preuijs benedictionibus ſuis/ atqꝫ reſpōſorijs ſequētibus. Finito autem primo nocturno eodem modo et ordine cantantur Antiphone/ pſalmi/ verſus/ lectiones ⁊ reſponſoria ſecūdi ⁊ tertij nocturni.

6 Quare tres nocturni triplicit trini.

Quorū numerorum. i. ter trium ternariorum in nocturnis valde rationabilis fuit cauſa inſtitutiōis vel qꝛ hoc officio nocturno decantantur laudes deo qui eſt vere trinus ⁊ vnus: nimirum ergo ſi huiꝰ officij partes ternario numero ſint diſtribute: ita ꝙ in eo ſint tres nocturni/ ⁊ in quolibet eorū tres pſalmi/ tres lectiones ⁊ tria reſponſoria. vel forte tres iſti nocturni tres fidelium ſtatus denotant in hac vita. ſ. ante legē/ ſub lege veteri/ ⁊ ſub gratia chriſti. cuius ſignum eſt qꝛ in tertio nocturno legitur euangelium de doctrina chriſti: cui etiam propter inperfectos additur homelia declaratiua eius. ⁊ qꝛ in quolibet illorum ſtatuum fideles tripliciter ſe habuerunt: et ideo quilibet nocturnꝰ eſt tripartitus in pſalmos/ lectiones ⁊ reſpōſoria Ab adam. n. vſqꝫ ad Moyſen due prime etates mundi cum medietate tertie tres patriarcharum ordines habuerūt. a Moyſe vſqꝫ ad chriſti aduētū populꝰ hebreorum tres habuit differētias ſub iudicibus/ ſub regibꝰ ſuis/ ⁊ ſub tirānis alienis. a chriſto vſqꝫ ad nos tres notiſſimas ſcimus fuiſſe temporum qualitates: primam ſcilicet euangelice doctrine predicationem ſub perſecutione infidelium paganorū: ſecundam eiuſdem doctrine examinationem ſub impugnatione hereticorū: tertiam deniqꝫ pacificam legis chriſtiane obſeruationem ſub deuotione religioſorum. In qualibet etiam differencias ſingulorum ſtatuum fideles colebant deum tribus modis. primo enim inſiſtebant operibus bonis/ quod ſignificant tres pſalmi. ſecundo docebant alios fidei veritatem ſignificatā in tribus lectionibus. tertio fructificabant ad proximorum edificatiōem ⁊ eccleſie dei augmentationem: ad quam pertinent tria reſpōſoria. Et qꝛ ex ternarijs conſurgit nouenariꝰ: ideo ex tribus tripartitis nocturnis conficitur officiū matutinale nouenarium: immo quilibet nocturnus per ſe eſt nouenarius: quatenus per hoc ſignificetur ꝙ ſancti dī homines in quolibet ſtatu per bona opera/ per ſanam doctrinam/ ⁊ ꝑ deuotam fructificationem in proximos meruerunt effici conciues angelorum: qui etiā tribꝰ trinis hierarchijs numerati perficiunt nouenarium in cōtinuis dei laudibus: de quibꝰ dicitur in pſalmo: beati qui habitant in domo tua domine in ſecła ſecłoꝝ laudabunt te. Ad illius ergo eccleſie triūphantis īmitationem hoc matutinale officium inſtitutum eſt: quo ſub nouenario ſuarum partium quottidie deum laudemus cum angelis attendētes in antiphonis dilectionem/ in pſalmis operationem/ in verſibus attentionem/ in lectionibus cognitionē ac demum in reſponſorijs fructificationem. Verſitamen Romana eccleſia cū quibuſdam alijs quādo in officio nocturno cantatur. Te deum laudamus: dimittit nonum reſponſorium putans ꝙ ille hymnus equiualeat reſponſorio ⁊ ſuppleat ipſum. ſignificat etiam ꝑ hoc ꝙ totum officium matutinale tendit ad laudes dei: vel etiam ꝙ homines digne deum laudantes cantabunt nonum reſponſorium in conſortio angelorum vbi perficiet nouenarius: qui in hac vita inperfectus eſt. Predicti tamen numeri nocturnorum/ pſalmorum/ lectionum/ ⁊ reſponſionum (qui in feſtiuitatibus ſanctorum aſſidue obſeruatur) in officijs de tempore dominicalibus ⁊ ferialibus atqꝫ in vigilijs ſanctorū mutātur in alios numeros tū maiores tum et minores non ſine alicuius miſterij rationabili cauſa.

7 In matutinis tꝑalibꝰ alijs numeri obſeruātur.

In dominicis ſiquidem diebus licet tres nocturni cantentur in matutinis cum nouem lectionibus ⁊ totidem reſponſorijs: tamen in primo nocturno ponuntur duodecim pſalmi: in alijs autē duobus terni pſalmi cum ſingulis antiphonis more ſolito cantantur. In diebus etiā ferialibꝰ ⁊ in vigilijs ſanctorum Matutini non habent niſi vnum nocturnum duodecim tamē pſalmorum cum tribus tamen lectionibus ⁊ totidem reſpōſorijs. Inſuper in duodecim pſalmis: primi nocturni dominicalis ⁊ vnici nocturni ferialis numerus antiphonarum variatur: nec ſinguli pſalmi ſingulas habent antiphonas ſicut in alijs diebꝰ feſtiuis. qꝛ in die dominico duodecim pſalmi predicti cum tribus tamen antiphonis cātantur: ita ꝙ quatternis pſalmis adaptetur vna ſola antiphona: immo apud quaſdā eccleſias vna etiam ſola glorificatio. i. vnum gloria patri. In diebus autem ferialibus duodecim pſalmi cum ſex antiphonis cantantur: ita ꝙ binis pſalmis apponatur vna antiphona: ⁊ ſecundum quoſdā



vna glorificatio. Horum omnium rationes dn̄s Guillelmus in ſuo rationali aſſignare volens imaginatꝰ eſt q̄dam myſteria ibi ſignificari.

Prima opinio de diebꝰ dn̄icis.

De nocturno enī primo dn̄icali ait: ꝙ cum dies dn̄icus ad chriſti reſurrectionem pertineat (in quo etiam ſanctorum omnium reſurrectio inchoata eſt) ⁊ primus nocturnus iam fuerit adaptatus patriarchis legis nature: quorum precipui fuere duodecim quos paulo inferius nominabimꝰ: tandemqꝫ patriarchaꝝ numerus ad duodecim filios Jacob fuerit terminatus (qui ⁊ ipſi fuere patres totius populi veteris legis ſcripte) conueniens fuit primo nocturno diei dominici duodecim dicare pſalmos: quorum duodecimus. Dn̄e quis habitat (reſurrectionē ſanctoꝝ patriarcharū videtur reſonare. Sed qꝛ ad ſuam reſurrectionem ꝑuenire non potuerunt ſine ſtructura trium virtutū Theologalium ⁊ quattuor cardinalium: ideo illi duodecim pſalmi ſub tribus antiphonis per quaternarios diuiſi cantantur: et iuxta tres diſtinctiones temporis patriarcharum ſuperius enarratas coaptari debent eis ter quaterni pſalmi hoc modo. In prima enī parte illius temporis (dimiſſo Adam primo peccatore) quattuor viri iuſti ꝓncipaliores fuere Abel/ Enos/ Enoch/ ⁊ Lamec quibus dicit ſatis apte correſpondere quattuor primos pſalmos primi nocturni dn̄icalis: ſi bene notentur aliqui v̄ſus eorum aliqualiter inſinuantes illorum ſanctoꝝ proprietates. In ſecunda parte illius temporis precipui ſanctorū fuere hi quattuor Noe/ Sem/ Heber/ ⁊ Thare: quibus applicantur quattuor ſequentes pſalmi eiuſdē nocturni: vt videri poteſt ex aliquibus eorum verſibus. In tertia parte temporis legis nature principaliſſimi ſanctorum fuere etiam quattuor iſti Abraham/ Yſaac/ Jacob/ ⁊ Joſeph. quibus dicit conuenire quattuor finales pſalmos primi nocturni dn̄icalis. Scd̄s nocturnus iam ad ſctōs veteris legis ſcripte refertur: q̄ ſub tribus pſalmis tres eoꝝ ordines denotat ſacerdotes/ iudices ⁊ reges tenēdo ordinem pſalmorum ⁊ illarum ꝑſonarū. ⁊ quia iſti ſancti habuerunt fidem magis explicitam q̄ꝫ precedentes patres in lege nature: propterea in hoc ſecundo nocturno cuilibet pſalmo datur ſua antiphona ſuaqꝫ propria glorificatio. Tertiꝰ item nocturnus ſanctis noui teſtamenti dicatus ſuis tribus pſalmis tres eoꝝ ſtatus Apoſtolos/ Martyres/ ⁊ Doctores/ inſinuat ꝑ ordinem pſalmorum ⁊ ſtatuum. Antiphoneqꝫ iſtoꝝ pſalmoꝝ ſingule ad All'a terminātur: ad ſignificandū maiorem illoꝝ ſanctoꝝ ꝑfectionē atqꝫ leticiā ſpūalē in opibus mandatoꝝ dei. Unde etiā iſte nocturnus cōtinuatur laudibus mediante hymno Te deū laudamꝰ.

De diebꝰ ferialibꝰ.

In diebꝰ vero ferialibus ⁊ in vigilijs ſanctorū ait ille doctor ꝙ duodecim pſalmi cantant̄ in vnico nocturno: tum ꝓpter breuitatē qꝛ illi dies ſunt dies laboris corꝑalis in quibus non eſt fidelibus tantum ocij ad vacandū laudibus diuinis ſicut in feſtiuis diebus. tum quia non debet fieri tanta ſolennitas in ferialibꝰ officijs ſicut in dominicalibꝰ ⁊ ſanctoralibus: ideo tunc contrahitur officium matutinorum ad vnū tantum nocturnum. tum deniqꝫ ad ſignificādū ꝙ illud officium dirigitur ad laudandum deum pro duodecim horis vnius noctis. Et qꝛ ex precedentibus conſtat ꝙ antiphona charitatem ſignificat: que gemina eſt ad deum ⁊ ad proximū duobus preceptis diſtincta: propterea in officio feriali matutinorum quibuſlibet duobus pſalmis datur vna antiphona. Et eadem ratiōe alique eccleſie dant eis vnum Gloria patri. vt nihil ſit mediū inter illos duos pſalmos ſicut nec inter charitatem dei ⁊ proximi: qui ſolum ꝓpter deum eſt charitate diligendus. Qui vero cuilibet pſalmo ſuum Gloria patri. apponunt medium facientes inter duos pſalmos ad chriſtū reſpiciunt qui fuit mediator dei ⁊ hominū. Ex tali itaqꝫ ordine nocturni officij ferialis reſultat in eo ſenarius antiphonarum et glorificationū qui repſentat ſex dies ſeptimane in q̄bus laborandum eſt fidelibus ꝓ ſua ſuſtentatiōe: vel etiā ſex mundi etates in q̄bus ſancti dei hoīes laborauerunt ex charitate propter quietem ſeptime etatis. Poteſt etiam idem numerus ſignificare ſex cuiuſlibet hoīs etates poſt ſuā infantiam in q̄bus debet iuſto labore proficere ⁊ ſibi ⁊ proximis exercendo in eos ſex opa miſericordie que ex charitate ꝓcedunt. Sed ne ex conſideratione ꝑdicta numeri ſenarij ternarium horis nocturnis ꝑ neceſſarium neglexiſſe videremur in diebus ferialibus: ſtatim poſt duodecim pſalmos predicto ordine cātatos ꝑmiſſo verſu incitatiuo cum orōne dn̄ica: leguntur tres lctōnes de hiſtoria currente in illa hebdomada ad ſignificādū doctrinā ſanctoꝝ patrum triplicis legis nature/ ſcripture/ ⁊ grē. Interponunt̄ quoqꝫ lectionibus ferialibus tria reſpōſoria ad innuendū ꝙ oīa illa q̄ ꝑdicti ſancti triū tempoꝝ docuerunt dirigebātur principaliter ad laudem diuine trinitatis: quam etiam fide/ ſpe/ charitate coluerunt. vel per tres illas lectiones cum ſuis reſponſorijs idem ſignificare voluerunt autores officiorum in die feriali: quod ꝑ tres nocturnos in die dominico vel feſtiuo: ſed breuius propter cauſas predictas. poſſunt etiam in hoc ternario lectionum denotari tres ille vigilie noctis quas chriſtus in euangelio expreſſit dicens: ꝙ pater familias ſi in prima ⁊ ſi in ſecunda ⁊ ſi in tertia vigilia venerit: ⁊ ſeruos ſuos inuenerit vigilantes. ⁊c̄. Per quas vigilias tres principales partes vite hominis intellexit. Diuinus Gregorius iuuētutem ſcilicet ſenectutem ⁊ mediam etatem in q̄bus vigilare ac laborare debet maxime in diebus ferialibus. Aduertendum etiam ꝙ in hebdomada Paſchali et Penthecoſtes ad alleuiādum laborem ſacerdotum propter ſolennitatem officij tam in die dominico q̄ꝫ in ferijs nō fit niſi vnus nocturnus ex tribus tantū pſalmis in matutinis cū ſingulis āṫiphonis ⁊ glificatiōibꝰ. Et tribus lectionibus quarum prima eſt euangelium alie due ſunt de homelia: quibus addū-

tur tria reſponſoria:ſed propter hoc non mutatᷣ
officij ſignificatio predicta:ex quo ibi obſeruan-
tur numeri ternarius ⁊ nouenariꝰ ſicut in alijs
diebus omnibus. Hec dominus Guillelmus in
Secūda opinio clarior. ſententia. Ego vero ſolam rationem litteralem
intendens facilius breuius ⁊ clarius dicerem ad
has queſtiones ex determinatis in principio p̄-
cedentis capituli circa autores diuinorum offi-
ciorum. Nam cum pſalmi totius pſalterij ſint
centum ⁊ quinquaginta:⁊ eorum primi centum
et octo fuerint a beato Hieronymo ex mandato
Damaſi pape in ſeptem partes diuiſi ꝓ noctur-
nis officijs totius ſeptimane:que partes ſi om-
nes fuiſſent equales ⁊ duodenario non comple
rent totum numerum predictum (quia ſepties
duodecim ſunt preciſe octoginta quattuor) re-
manerent ergo viginti quattuor pſalmi matuti-
nales: quos oportuit diſtribui iterum per dies
hebdomadis. Ergo propter excellentiam diei
dominici decretum eſt ſibi fieri aliquam additio
nem in officio matutino ſup̄ omnes alios dies
ſeptimane.et ita p̄ter ſuos duodecim pſalmos:
quos omnes ponimus in primo nocturno: ad-
diti ſunt ei ſex alij pſalmi pro alijs duobus no-
cturnis. Remanent autem adhuc decem ⁊ octo
pſalmi collocandi per alios dies.ex quibus q̄r-
tus pſalmus Cum inuocarem.⁊ pars trigeſimi
In te domine ſperaui. atqꝫ nonageſimus pſal-
mus Qui habitat. propter eorum ſignificationē
conuenientem donati ſunt completorio quoli-
bet die totius hebdomadis cantandi. In prima
etiam dominicali additi ſunt quinqꝫ pſalmi iſti
vigeſimus primus Deus deus meus reſpice:vi
geſimus ſecundus Dominus regit me. vigeſi-
mus tertius Domini eſt terra. vigeſimus quar-
tus Ad te leuaui. vigeſimus quintus Iudica
me domine. Additur etiam in prima omnibus
diebus ſeptimane pſalmus quinquageſimꝰ ter
tius Deus in nomine tuo. In laudibus vero
diei dominici ⁊ omnium aliorum feſtorum po-
nuntur quattuor iſti pſalmi nonageſimus ſecū-
dus Dominus regnauit. nonageſimus nonus
Iubilate deo. ſexageſimus ſecundus Deus deꝰ
meus ad te.et pſalmus ſexageſimus ſextꝰ Deꝰ
miſereatur. et ita remanent adhuc ſex pſalmi
collocandi per alios ſex dies feriales in laudibꝰ
hoc modo ꝙ pſalmus quinquageſimus Miſe-
rere mei deus.primo loco ponitur in laudibꝰ in
omnibus ferijs. Secundo autem loco variātur
pſalmi per ferias ⁊ ibi collocantur alij quinqꝫ
pſalmi remanentes ſcꝫ quintus pſalmus Ver-
ba mea.pro feria ſecunda.quadrageſimus ſecū-
dus Iudica me deus.pro feria tertia.ſexageſimꝰ
quartus Te decet hymnus.ꝓ feria quarta.octo-
geſimus nonus Domine refugium.pro feria q̄n
ta ⁊ nonageſimus primus Bonum eſt cōfiteri.
pro die ſabbati. in laudibus aut̄ ferie ſexte pſal-
mus ſecundus ex alia parte pſalterij veſperali
acceptus eſt. Ex p̄dictis ergo patet ratio q̄re in
primo nocturno diei dñici poſiti ſunt duodecim
pſalmi:⁊ in quolibet die feriali pro vnico noctur
no etiam duodecim pſalmi ꝛc̃.quia hoc totū fa-
ctum eſt vt diſtribueretur prima pars pſalterij:
que dicta eſt matutinalis:per dies ſeptimane q̄
diſtributio aliter fieri non poterat ita bene. Alij
autem quadraginta duo pſalmi ſecunde partis
pſalterij officijs veſperorum conceſſi ſunt diſtri-
buendi in ſeptem partes quarum quelibet ha-
bet q̄nqꝫ pſalmos qui omnes ſunt triginta q̄nqꝫ
incipiendo a pſalmo centeſimo nono Dixit do-
minus.⁊ procedendo per ordinem. Reſidui ve-
ro ſeptem pſalmi hoc ordine diſtribuuntur.quia
pſalmus centeſimus decimus ſeptimus Confi
temini domino. additur prime dominicali poſt
Deus in nomine tuo.pſalmus vero centeſimus
decimus octauus Beati immaculati. cantatur
in quattuor horis diurnis Prima/Tertia/Se-
xta et nona ſingulis diebus ſeptimane. pſalmꝰ
autem centeſimus trigeſimus tertius.Ecce nūc
benedicite. adiungitur alijs tribus predictis in
completorio vt habeat quattuor pſalmos:vt in-
ferius declarabimus. Pſalmus item centeſimꝰ
quadrageſimus ſecundus Domine exaudi. vt
prius diximus:ponitur ſecundo loco in laudibꝰ
ſexte ferie. Demum alij tres pſalmi remanentes
ideſt centeſimus quadrageſimus octauus Lau
date dominum de celis.⁊ centeſimus quadrage
ſimus nonus Cantate domino.⁊ centeſimꝰ q̄n-
quageſimus Laudate dominum in ſanctis eiꝰ.
pro vno pſalmo cantantur quinto loco in laudi
bus omnibus diebus ſeptimane. Horum ratio-
nes inferius in ſuis locis reddentur. pro nunc
ſatis eſt ꝙ declarabimus hanc pſalmorū diſtri-
butionem factam eſſe ad hoc vt in circulo vniꝰ
hebdomadis totū pſalteriū abſolueretᷣ in horis
diuinis ex mādato damaſi pape diuo Hierony-
mo autore. Tādē vero in diebꝰ dñicis ⁊ feſtiuita 8
tibꝰ ſctoꝝ finito tertio nocturno cātatᷣ ſolēniter hym Te deum laudamꝰ
nus Te deū laudamꝰ.in iubilo vocis ad ſignifi
candum ꝙ in tertio tp̄e.ſ.legis euāgelice fideles
ſerui dei magis clare ⁊ cū maiori gaudio deum
laudant:qꝛ maiora b̄ñficia eis collata recognoſ-
cūt:q̄ꝫ oībꝰ alijs p̄teritis generationibꝰ:maxime
qꝛ in eis impleuit deꝰ oēs ꝓmiſſiones q̄s olim
deꝰ fecerat antiq̄s p̄ribꝰ de filio ſuo mittēdo ad
nos ꝓ liberatiōe totiꝰ hūani generis.vel moralr̄
ꝑ hunc hymnū denotatᷣ ꝙ ſi nos bonis opibus
rn̄derimꝰ doctrine ſc̄e mr̄is eccl̄ie ꝑueniemꝰ ad
celeſtē laudē dei cū angelis in gl̄ia de q̄bus fit
mētio in iſto hymno: ſimulqꝫ ad reſurrectionis
gaudiū ꝑducemur qđ ſignificat dies dñicꝰ. Hūc
laudis cāticū ſicut ⁊ alios hymnos eccl̄ie ſancti
doctores ediderūt excerpētes aliq̄ ex ſacris ſcrip-
turis biblie. nec d̄r iſte hymnꝰ in diebꝰ ferialibꝰ
nec in vigilijs ieiunādis nec in officijs luctuoſis:
q̄ laborē ⁊ triſtitiā ſalubrē ſignificant. Finito hoc
hymno (vel q̄ñ ipſe nō d̄r) poſt nonū reſpōſoriū
additur verſus a ſacerdote quo incitare intendit
auditores ad permanendū adhuc attētos ad of-
ficium diuinū nondū completū:ſed adhuc ſuſpē
ſum in futurum. Eſt enim ille verſus (vt ſupius
diximꝰ) trāſitus q̄dam a nocturnis ad laudes:



9 De laudibus matutinis. de quibus iam dicendum eſt. Laudum propria
hora eſt crepuſculum matutinum.i.in ortu luci
feri ⁊ iam rutilante aurora.⁊ illa hora eſt multi-
pliciter priuilegiata diuinis myſterijs:tum quia
in ea creaſſe dicitur angelos qui ſtatim deū lau
dauerunt ⁊ propterea dicuntur aſtra matutina.
Iob.38.tum quia in illa hora liberauit populū
ſuum a captiuitate egyptijs in mare demerſis.
tum quia illa hora chriſtus venit ad diſcipu-
los ſuos ambulās ſuper mare ⁊ liberauit eos
a ſubmerſione. tum deniqꝫ quia in aurora ſur-
rexit chriſtus a mortuis:per quam ſuam reſur-
rectionem nos tranſtulit de tenebris erroris ad
lucem veritatis fidei catholice ⁊ religiōis ſancte.
Propterea prudēter factum eſt vt laudes imme
diate adiungantur nocturnis:quibus nō datus
eſt aliquis finis ſicut alijs horis canonicis:qua-
tenus per hoc oſtenderetur nocturnos ⁊ laudes
vnum tantum eſſe officium vnamqꝫ horam ca-
nonicam ad dei laudes decantandas ordinatā.
Dicitur tamen hec pars vltima matutinorum
appropriato nomine laudes (cum generaliter
omnes hore canonice ſint diuine laudes) quia
omnes pſalmi eius/omnes antiphone/hymnꝰ
⁊ canticum Zacharie magis clare reſonant lau
des dei ſeu benedictiones ⁊ gratiarum actiōes
q̄ꝫ in alijs horis canonicis vt patet ex vocabulis
laudis/⁊ benedictionis ibidem frequentiſſimis.
Incepturus vero ſacerdos laudes imprimis di
uinum implorat auxilium ad eas digne pagen
das per verſiculum Deus in adiutorium ꝛc̃. Et
finito Gloria patri:cantor intonat primū pſalmū
preuia ſua antiphona ⁊ conſequenter ꝑ omnes
alios pſalmos. Sed antiphonarum qualitas et
numerus in laudibus multipliciter variantur
pro diuerſitate dioceſum/officiorum ⁊ temporū
anni:quarum particulares rationes hic omitti-
mus vbi doctrine tantum communi diuinorum
Quinarius pſalmorꝫ in laudibus dñicalibꝰ officiorum intendimus. Forma ⁊ artificium iſta-
rum laudum omnino ſimilis eſt officio veſpero
rum.nam cantantur omni die in laudibus q̄n-
qꝫ pſalmi.tum ad notandas quinqꝫ apparitio-
nes chriſti ad ſuos diſcipulos in die reſurrectio-
nis ſignificate in die dominico.tum ad impetrā
dam gratiam a deo pro reformatione quinqꝫ
ſenſuum noſtrorum:quibus per diem mox inci-
pientem vti debemus vigilātes. tum deniqꝫ ad
laudandum deum pro ſuis magnis beneficijs
ſpecialiter collatis populo chriſtiano:qui in to-
to procurſu ſexte etatis quinqꝫ varietates ſta-
tuum dicitur habere a quibuſdam ſanctis vt
paulo inferius declarabimus. Unde patet ratio
quare (cum pſalmi qui cantantur in laudibus
ante hymnum ſint ſeptem vt patet ex ſupradi-
ctis) reducti ſunt ad numerum quinarium con
cludendo duos vel tres pſalmos ſub vno Glo-
ria patri:hoc enim factum eſt propter ſacramen
tum numeri quinarij: qui in hoc officio maxi-
Prima opinio. me eſt obſeruandus ⁊ non excedendus. Sancti
vero doctores rationabiliter adaptarunt hoc of-
ficium laudum ad figurandū totum diſcurſum
eccleſie chriſtiane a natiuitate chriſti vſqꝫ ad fi-
nem mundi.quia enim tres nocturnos triplici-
bus fidelibus legis nature/ſcripture ⁊ gratie cō
parauerant: et per hymnum Te deum lauda-
mus:aduentum chriſti ⁊ principium eccleſie ſue
ſignificauerant: conueniens viſum eſt vt offi-
cium laudum adderetur ad denotandum (vt
diximus) procurſum populi chriſtiani in hac ſe-
xta mundi etate. In quo tempore quintuplex
fidelium ſtatus manifeſte cognoſcitur et cuili-
bet eorum vnus aptatur pſalmus laudum ma-
xime dominicalium. Primus ſtatus chriſtiano-
rum fuit in populo et patria Iudeorum: vbi re-
gnū chriſti incepit. nam ipſe primo deinde apo-
ſtoli eius fundamēta fidei et religionis chriſtia-
ne ſua predicatione firmauerunt: quod mani-
feſte deſignat primus pſalmus laudum Domi-
nus regnauit. Secundus fidelium ſtatus fuit
in tranſitu diſcipulorum chriſti ad gentilitatem
diſperſis illis per vniuerſam terram ad conuer
tendas omnes gētes ad fidem chriſti ⁊ huic ſta-
tui correſpondet pſalmus ſecundus laudū Iu-
bilate deo omnis terra. Tertius ſtatus chriſtia-
norum fuit poſt conuerſionem gentilium ⁊ ſup-
preſſionem hereticorum pacata iam eccleſia in
omni terra vt quiete et ſecure poſſent intendere
laudibus diuinis et ſalutaribus ſacramentis:
qualem ſtatum nos habemus iam a multis ā-
nis ex dei clementiſſima bonitate et hunc ſtatū
ſignificat tertius pſalmus laudum Deus deus
meus.cum alio pſalmo. Deus miſereatur noſtri.
ſibi adiuncto:quod notari poteſt ex principalio
ribus verſibus eorum. Quartus fidelium ſtatus
in hac ſexta etate mundi erit poſt noſtra tempo
ra ſub ꝑſecutione antichriſti poſitis chriſtianis
quaſi in camino ignis.i.magne tribulationis q̄-
lis nō fuit a principio mundi. Et illius tyranni
figura fuit Nabuchodonoſor rex Babylonis q̄
ſeruos dei miſit in fornacē ignis.quē ſtatum cla
riſſime deſignat canticū eoꝝ Benedicite omnia
opera domini. Danielis.3.quo ipſi in igne poſi-
ti benedicebant deum in oībus ſuis opibus: et
illo modo ſe habebūt in tribulatione antichriſti.
Quintus ſtatus fidelium erit poſt mortem anti-
chriſti circa finem mundi quo tp̄e eccleſia dei in
oībus membris ſuis reformabitur q̄tum ad fi-
dem et mores: infideleſqꝫ omnes gratia dei il-
luſtrati cōuertentur ad chriſtū:⁊ ſic eū laudabūt
vniuerſe creature ſue.talem itaqꝫ temporis qua
litatem aperte demonſtrat quintus pſalmꝰ lau
dum Laudate dñm de celis.cū duobꝰ ſeq̄ntibꝰ:
qꝛ oēs illi tres pſalmi ad hoc vnū propoſitū fa-
ciunt manifeſte. Ratio aūt quare tertius in lau-
dibus pſalmꝰ eſt bimus:⁊ q̄ntus eſt trinꝰ treſqꝫ
complectens pſalmos:in p̄mptu eſſe pōt:qꝛ ter-
tius chriſtianoꝝ ſtatus bifariā eſt variatus in tē-
poralibus ſcꝫ ꝑ ꝓſperā ⁊ aduerſam fortunā/vel
per pacem ⁊ bellum chriſtianorum inter ſe pro-
pter bona huius vite/vel propter varios ſucceſ-
ſus belli contra infedeles ſarracenos in quibus
fideles aliquando vincebant ⁊ aliq̄ñ vinceban-

tur ab infidelibus. Quintus etiam ſtatus in fi-
ne mundi tres habebit differentias. incipietur
enim ſub perſecutione Antichriſti / mediabitur
in reformatione/⁊ finē habebit in generali mor
tuorum reſurrectione. Alij vero tres ſtatus chri
ſtianorum ſimplices fuere ideſt vniformes in ſe
ipſis:quia non conſtat eos tales habuiſſe diuer-
ſitates:ideo ſimplicibus pſalmis deſignati ſunt.
Secūda opinio verior. Sunt etiam qui aliter dicant de iſtis quinqꝫ
pſalmis laudum dominicalium ſcilicet ꝙ ordi-
nati fuerunt ad laudandum deum pro quinqꝫ
principalibus beneficijs eius exhibitis toti hu-
mano generi vniuerſaliter. ⁊ populo fidelium
ſpecialiter. In primo enim pſalmo Dominus
regnauit:laudatur deus de beneficio creationis
quo firmauit orbem terre ideſt terram habitabi-
lem pro hominibus ſeparando aquas ab eo. In
ſecundo pſalmo Iubilate deo:aguntur deo gra
tie de beneficio electionis populi fidelis : quo
ſeparauit eum ab infidelibus/primo in Diluuio
ſecundo in Abraham/ tertio in Moyſe:ſub quo
etiam fidelibus ſuis Deus legem ⁊ cerimonias
iuſtaqꝫ iudicia dedit ad maiorem ſui populi de-
corem. In tertio pſalmo laudum duplici fide-
les laudant deum de beneficio liberationis ſui
populi a duplici captiuitate ſcilicet egyptiaca et
babilonica: quas illi meruerant pro ſuis pec-
catis. In quarto loco per canticum trium pueros-
rum benedicitur deus a fidelibus de beneficio
redemptionis omnium fere populorum a mor-
te peccati ⁊ a poteſtate diaboli per incarnatio-
nem ⁊ aduentum filij dei ad nos : qui viſitauit
nos oriēs ex alto. Nam ipſe per doctrinam/ per
paſſionem ⁊ per reſurrectionem ſuam liberauit
nos a predictis malis. vnde per omnes creatu-
ras dei que in hoc cantico introducuntur ad be
nedicendum deo: debent intelligi omnes homi
num nationes ſiue iudeorum ſiue gentilium cō-
prehenſe in miſterio redemptionis. Hinc etiam
patet ratio quare illud canticum nō terminetur
ad Gloria patri:quia omnes verſus eius gloriā/
laudē ⁊ benedictionem dei reſonāt. verum ad ex-
plicādas tres ꝑſonas diuinas : que Danielis.3.
non expreſſe nominantur : appoſuit eccleſia illi
cantico verſum illum Benedicamus patrem et
filium cum ſancto ſpiritu ⁊c. In quinto pſalmo
laudum (ex tribus compoſito) laudatur deus a
ſuis fidelibus pro beneficio glorificationis eorū:
quam habēt hic in ſpe ⁊ ſolo iure:in alia autem
vita habebunt illam gloriam in re ipſa ⁊ vera
poſſeſſione. Et quia ad illam ſunt admittendi ho
mines ex omnibus gentibus/populis tribubus
⁊ linguis vt dicitur Apocalyp.7. ideo ī hoc pſal
mo introducuntur ad laudandum deum homi-
nes creature pro gloria ſanctorum de qua ibidē
dicitur gloria hec eſt omnibus ſanctis eius. Ve
runtamen quia preter gloriam eſſentialem ſan-
ctorum ( que eſt viſio fruitiua dei et communis
omnibus ſanctis) ponitur alia gloria accidenta-
lis aureola dicta:que non communicatur omni-
bus/⁊ eſt triplex aureola Martirum/ virginum

et doctorum:ideo iſte quintus pſalmus hanc
gloriam vtramqꝫ ſignificans complectitur tres
pſalmos ſub vno gloria patri. Poſſet etiam di-
ci ꝙ iſte ternarius in vnitate glorie deſignat di-
uinam maieſtatem:que eſt vna in trinitate perſo
narum. Poteſt etiam hoc referri ad tres ange-
lorū hierarchias : ad quas ſancti homines ſunt
aſſumendi. Sed de ſupradicto quario pſalmorū
in officio laudum quedam alie ponuntur ratio-
nes in libro rationali domini Guillelmi : ⁊ qui-
libet etiam vir doctus pro ſuo arbitrio poſſet ali
as excogitare:omnium tamen aliarum proba-
biliores ſunt iſte due opiniones quas hic notaui
mus. In diebus vero ferialibus aliqui predicto 10. De laudibus ferialibus.
rum quinqꝫ pſalmorum mutātur ⁊ valde ratio-
nabiliter:nam cum illi dies ſignificent fidelis po
puli laborem : ſicut dies dominicus quietem et
gloriam reſurrectionis:primus ille laudum pſal
mus: Dominus regnauit:qui eſt glorie ⁊ letitie
tollitur ⁊ loco eius ponitur pſalmus Miſerere
mei deus:qui laborem ⁊ penitentiam denotat.
Simili fere ratione pſalmus ſcd̄s laudū Iubi-
late deo:ſubticetur in ferijs:⁊ loco eius ponun-
tur in diuerſis diebus alij pſalmi quos ſex vlti-
mos ſuperius in diſtributione notauimus:eoſqꝫ
aliqui volunt aptare ad ſignificandos ſex vari-
os ſtatus chriſtianorum in hac ſexta mundi eta-
te que eſt tempus peregrinationis ⁊ laboris eo-
rum. Sed quia hoc nullam habet certitudinem
conſulto relinquimus. Quarto loco in laudi-
bus ( tertio pſalmo non variato ) legitur canti-
cum aliquod ve.te. ⁊ in diuerſis ferijs varium.
Nam ſicut in die dominico legitur canticū pue-
rorum Benedicite omnia opera domini domi-
no. Danielis.3. ita in feria ſecunda legitur canti-
cum. Eſaie.12. Confitebor tibi domine. feria ter-
tia canticum Ezechie: Ego dixi in dimidio dierū
Eſa.38. feria quarta canticum Anne Exulta-
uit cor meum. primi Regum.2. feria quinta can
ticum Moyſi ⁊ Marie Cātemus domino. Exo-
di.15. feria ſexta canticum Abacuch.3. Domine
audiui auditum. Sabbato deniqꝫ iterum ponit
aliud canticum Moyſi Audite celi. Deutero.32.
Ratio iſtorum canticorum in talibus diebus po
ſitorum nulla certior mihi occurrit ꝙ̄ vt cantica
diuine laudis a patribus antiquis edita non di
mitterentur in officijs eccleſiaſticis ad noſtram
inſtructionem valde vtilia:⁊ differentia perfectio
nis eorum ex ſuo ordine notatur:vnde canticum
trium puerorum excelentius alijs omnibus oſtē
ditur quia primo in die dominico collocatur.
Dominus autem Guillelmus in ſuo rationali
hec ſex cantica comparauit ſex pſalmis ſecundo
loco poſitis in laudibus ferialibus:⁊ cum tali-
bus binarijs diſcurrit per ſex ſtatus fidelium in
eccleſia chriſtiana vt in eis ſignificet proprieta-
tes illorum ſtatuum. ſed quia hec adaptatio eſt
mere voluntaria ⁊ nullum habet certū fundamē-
tum:eam nolui recitare breuitatis gratia. Quin-
tus deniqꝫ pſalmus laudum non mutatur ſi-
cut nec tertius in diebus ferialibus quia in eis



cōmemorantur bona opera ⁊ virtutes ſine qui-
bus nullo vnqꝫ tempore placuit deo labor vel
Capl'm. penitentia hominis. Iam vero finitis quīqꝫ pſal
mis laudum in quolibet die ſeptimane ⁊ etiam
in diebus feſtiuis preſbyter legit capitulum. i.
paruam quādam lectionem qua ortatur fideles
ad perſeuerandum adhuc in dei laudibus. ſed
talis lectio variatur pro diuerſitate dierum ⁊ fe-
ſtiuitatum. Ratio autem continuationis huius
lectionis ad quinqꝫ pſalmos precedentes dicta
eſt in nocturnis vbi idem ſimiliter fiebat : quia
ſcilicet bone operationi debet addi doctrina vt
Hymnus conuenienter ⁊ recte agatur. Poſt capitulum in
communi vſu eccleſiarum cantatur hymnꝰ loco
reſponſorij:quod immediate additur lectioni in
omnibus horis exceptis laudibus/veſperis/⁊ cō
pletorio : ad ſignificandum ( vt diximus in no-
cturnis) fructum bone doctrine in auditoribus.
Et ratio poſitionis hymni in hoc loco laudum
poteſt eſſe duplex. tū quia iam preceſſerāt in no-
cturnis ( qui laudibus continuati fiunt vna ho-
ra canonica cum eis ) plura reſponſoria poſt le-
ctiones. tum quia natura huius officij laudum
magis requirebat hymnum ꝙ̄ reſponſorium
poſt lectionem. nam fidelis populus audita ſa-
lubri exortatione de laudibus dei letatur ⁊ ideo
in iubilo cantat hymnum ad laudem dei. De
veſperis autem ⁊ completorio quare non habe-
ant reſponſorium poſt lectionem:alia ratio eſt ꝙ̄
Verſus. inferius ſuo loco dicetur. Expleto hymno addi-
tur verſus excitans fidelium attentionem ꝓ cā-
tico noui teſtamenti:quod in predictis tribꝰ offi-
cijs immediate ſequitur ex ſpeciali priuilegio ſu
per omnes alias horas canonicas. verſus ergo
ille canticum precedens facit fideles attentos ad
ipſum ne ſint tardi vel diſtrati aut ſomnolenti
ad audiendas in eo ⁊ firmiter credendas dei ꝓ-
Cāticum zacharie. miſſiones:que in fallibiliter implentur in popu
lo dei. In laudibus ergo introducitur canticum
Zacharie patris Ioannis baptiſte Benedictus
dominus deus iſrael. Luce.2. quia in eo fit mē-
tio de promiſſionibus dei factis ad patres anti-
quos:quas omnes deus impleuit ſuo tempore:
et ſimul cum hoc innuit nobis vt caueamus ab
incredulitate circa promiſſa dei : ne puniamur
ſicut Zacharias. Et ponitur hoc cāticum in of-
ficio laudum omni die ſeptimane ⁊ in omnibus
feſtiuitatibus ſanctorum:nec pretermittitur etiā
in officijs luctuoſis:quia iuxta apoſtoli manda-
tum omni tempore debemus laudare deum in
pſalmis/hymnis/⁊ canticis ſpiritualibꝰ. Et lau-
damus deum in iſto cantico de magna ſua cle-
mentia erga nos:quia viſitauit nos oriēs ex al-
to : ⁊ fecit redemptionem plebis ſue in magna
miſeria iacentis. Qua etiam de cauſa:ideſt ꝓ be
neficio redemptionis recolendo ponitur iſtud
canticum in ſexto loco poſt quinqꝫ pſalmos lau
hunc pſalmum ſuper omnes alios pſalmos to-
tius pſalterij mirifice cõmendauerunt. ſcꝫ Am-
broſius / Auguſtinus / Caſſiodorus: ⁊ alij plu-
res qui eius expoſitioni multiplici inſudauerũt.
Horũ enĩ autoritas ſufficit ad hoc vt iſte pſalmꝰ
habeatur quaſi totius vite chriſtiane ſpeculum /
paradiſus deliciarum / ortus omnium pomorum
apotheca omnium medicinarum / liber omnium
moralium ſentẽciaꝝ / ⁊ demum ſicut firmamen-
tum ſtellarũ. Nam quilibet eius verſus nõ indi-
gne dici poteſt has omnes habere proprietates
Secũdũ.
per figuram. Secundum in ordine eſt magni-
tudo huius pſalmi tã in numero verſuum q̃ꝫ in
profunditate ſententiarum. habet enim octies
viginti duos hoc eſt cẽtum ⁊ ſeptuaginta ſex ver
ſus. Qui numerus ſicut excedit omnium aliorũ
pſalmorum numeros: ita etiam noui ⁊ veteris
teſtamenti ſacramẽta explicat. Nam viginti duo
ad vetus teſtamentum pertinẽt: cum ſit numerꝰ
hebraicarum litterarum ſimiliter ⁊ librorum ve-
teris legis: quos diuus Hieronymus computat
in ꝓlogo galeato. Octonarius vero ad nouum
reffertur teſtamentum: cum ſit reſurrectione dñi-
ca ⁊ beatitudinibus euangelice conſecratus.
Tertiũ.
Tertio iſte pſalmus ceteris preſtat in planicie
ſeu claritate verborum. eſt enim perfacilis in ſu-
perficie littere qui etiam a paruulis pueris intel
ligi poſſit. ſed (vt Auguſtinus ait) quanto in fa-
cie videtur apertior: tanto eſt miſteriorum alti-
tudine profundior: in quo fluuio ⁊ agnus peditat
Quartũ.
⁊ indus elephas natat. Excedit quarto iſte pſal-
mus ceteros qꝛ eſt eis doctrinalior ideſt meliori
artificio docẽdi procedens ſcꝫ per litteras alpha-
beti notiſſimas ⁊ preclaro genere metri. ſ. elegia-
co (vt declarat origenes) aures fideliũ ſuauiſſi
me demulcet. Nec arbitrãdum eſt ſolum a caſu
vel humana phantaſia hunc pſalmum procede
re ꝑ illas litteras apud hebreos (eo modo quo
apud nos procedit ille hymnus A ſolis ortu
cardine) ſed ſi grauioribus autoribus Ambro-
ſio / Auguſtino / Caſſiodoro credimus: grandia
myſteria crepitant littere iſte alphabetice quaſi
tituli premiſſe verſibus ſuis. Sũt enĩ quaſi aper-
tiſſima elementa ſchole ſpiritusſancti: quibus ad
huc tenera ⁊ lactans viri iuſti nutriatur infantia.
Nam ſicut pueri hebreorum in his litteris ꝑmũ
legendi vſum accipiunt: ita ſerui dei his verſibꝰ
quaſi elementorum bene viuendi modum addi-
ſcunt. Accedit ad hoc earundẽ litterarum nomi-
num interpretatio: que ordinate diſpoſita totam
huius pſalmi ſententiã totãqꝫ eius continentiã
breui epilogo explicat. Concordãt omnes catho
lici doctores nominatim Euſebius de prepara-
tione euangelica: ⁊ Hieronymus ad Marcelam
de optimo genere interpretandi: ⁊ poſt eos Am-
broſius / Auguſtinus / Caſſiodorus ⁊ alij multi
ꝙ nomina litterarũ alphabeti in nulla alia lin-
gua preter Hebraicam ſignificant aliquid aliud



preter illas litteras mere ad placitum authorũ
volentium ſic eas nominare. Sed in ſermõe he-
breo nomina litterarum alphabeti omnia prius
fuere ſignificatiua aliaꝝ rerum. vt Aleph eſt do-
ctrina / Bet domꝰ / Gimal retributio ⁊ ſic de alijs
vſqꝫ ad Thau quod eſt ſignum: vt patet ex gloſa
ordinaria ſuper hunc pſalmum. Et ratio huius
diuerſitatis eſt qꝛ cum tota lex vetus ſit figura-
lis ⁊ ſignificatiua miſteriorum chriſti ⁊ ſue eccle-
ſie: voluit deus ꝙ ipſa ſcriberet in ea lingua cu-
ius omnes littere eſſent ſignificatiue hoc eſt in
hebraica. Tota ergo ſumma ⁊ intentio principa-
lis huius pſalmi: quam inſinuant littere capita-
les ⁊ principia ſuorum verſuũ: hec eſt. ꝙ lex dei
eſt doctrina ducens homines ad ſignum qui eſt
chriſtus caput noſtrum ⁊ medicamẽtum huma-
ne nature: vt inferius magis declarabimus pro
cedentes per ſingulas interpretationes litteraꝝ.
Huiꝰ rei vnum ſimile declarat ſctũs Auguſtinꝰ
in ſermone de natiuitate chriſti allegans verſus
grecos Sybillarum ⁊ notans litteras capitales
eorũ codẽ modo. In hoc pſalmo littere initiales
ꝟſuum eiꝰ inſinuant materiam ⁊ doctrinam hu-
ius pſalmi: qui intendit fidelibus cõmendare do
ctrinam legis dei: que eſt via rectiſſima ducens
homines ad vltimum finem felicitatis eterne ad
quem velut ſagittarij ad ſignum aſpicere debẽt
in actionibꝰ ſuis. ¶ Quinto iſte pſalmꝰ hanc ſin
Quintũ ꝑuilegiũ.
gularem excellentiam habet ſuper omnes alios
ꝙ in tanta ſuorum verſuum numeroſitate nullꝰ
fere verſus eſt in quo nõ fiat mentio de lege dei:
q̃ꝫuis ad tollendum faſtidium ⁊ etiam ad ſigni-
ficandum myſteriũ ipſa varijs vocabulis nomi-
netur: aliquando in numero ſingulari aliquan-
do in plurali / vocatur. n. lex / ſermo / eloquiũ: mã-
datum / via / iudicium / iuſticia / iuſtificatio / teſtimo
nium ⁊c. Huius repetitionis aſſidue eiuſdem rei
multe aſſignantur cauſe a diuerſis doctoribus. ſ.
vel ad oſtendendam vehementiam affectus de-
uoti hominis ad obſeruantiam legis dei: vel ad
explicãdam neceſſitatem auxilij diuini pro quo-
libet legis opere bene implendo: vel deniqꝫ ad
inflamandum legentis deſyderium reſpectu ve-
re beatitudĩs ad quam optime dirigit doctrina
huiꝰ pſalmi. eo modo quo peregrini in terra alie
na frequentiſſime interrogant de via que eos
perducat ad locum optatum: quatenus euitent
omnia pericula errorum. ¶ Sextum ꝑuilegiũ
Sextum.
huius pſalmi eſt qꝛ totꝰ vibrat amore dei. Eſt. n.
ignitus ⁊ affectuoſus vt apparet ex ſuo modo lo
q̃ndi. qꝛ fere in oĩbꝰ ſuis ꝟſibꝰ ſermo hoĩs diri-
gitur ad deum in ſecunda perſona: vt ſit quaſi
ſoliloquiũ deuotiſſime orationis qua homo fa-
miliariter loquitur ad deum ſuum: nunc quidẽ
ſicut ſeruus fidelis ad dilectiſſimum dominum
cui ſemper vult bene ſeruire: nunc vero ſicut fili
us chariſſimus ad patrẽ cui in omnibus deſſi-
derat complacere ⁊ ſecundum precepta eius vi-
uere: nũc deniqꝫ ſicut amicus ſuauiſſimus cupi-
ens eius beatitudine perfrui: ideo viam querit
Septimum.
qua ad illã ꝑuenire poſſit. ¶ Septimo ĩ hoc pſal
mo formatur vox omnium ſtatuum eccleſie mili
tantis ⁊ ad dominum peregrinantes. Ait enim
Ambroſius ꝙ hic loquitur cum deo omnis ſan-
ctorum chorus. ſ. Apoſtolorum / Martirum / Cõ-
feſſorũ / Uirginum / ⁊ coniugatorũ. Itẽ dominorũ
ſeruorum / prelatorum / ſubditorum / penitentiũ
⁊ innocentium ⁊ aliorum omnium. Conſonat
Auguſtinus dicens ꝙ hic breuiter loquitur ge-
neralis iuſtus cũ deo ſuo: modo profitẽdo quod
accepit / modo ſperando quod meruit: hec clariſ-
ſime apparere poſſunt cuilibet ſingulos verſus
deuote contemplanti: quod etiam innuit huius
pſalmi forma per octonarios procedens. Cuius
vnaqueqꝫ pars in ſe perfecta eſt ⁊ ſufficiens: a-
deo vt ſiquis hanc doctrinam bene ſeruet in vi-
ta ſeptem dierum numero reuoluta perueniet
ad octauam reſſurrectionis ⁊ perfectam circun-
ciſſionem cordis in octaua mundi etate quando
erit ſeruis dei plena beatitudo ſuperne patrie.
Digne igitur cum multa deuotione ⁊ ſine faſti-
dio iſte pſalmus venit quotidie in eccleſia dei
decantandus ⁊ pie meditandus: cum ſit tã lau-
datiſſimus / tam latus / tam profundus / tam pla-
nus / tam artificioſus ⁊ omni affectu pietatis re-
pletus. ¶ His ꝑmiſſis in huius pſalmi cõmẽda-
3 De autore huiꝰ pſalmi.
tionem veniendum eſt iam cum dei adiutorio
ad eius expoſitionem: ⁊ inter varios ſenſus pre-
mittendus erit litteralis. pro quo in primis ſup-
ponamus ꝙ author huius pſalmi fuit regius
propheta Dauid. quod verum eſt non ſolum ſe-
cundum opinionem Auguſtini qui hoc tenet de
omnibus pſalmis: ſed etiam ſecundum Hiero-
nymum qui quoſdam pſalmos tribuit alijs au-
toribus. Nam ipſe verba huius pſalmi citans
Intentio huiꝰ pſalmi
in epiſtola ad Marcellam / ⁊ in alia ad amicum
egrotum / ⁊ in alia ad Nepotianum ⁊ Fabiolam
ea dicit a Dauid eſſe prolata ⁊ decantata. Dauid
ergo in hoc pſalmo introducit quemlibet iuſtũ
viatorem ex deſyderio beatitudinis deum oran-
tem: vt eum dirigat per legem ſuam ad illam
conſequendam. Et qꝛ vt principes apoſtolorum
Petrus ⁊ Paulus probant nõ eſſe aliud nomẽ
datum hominibus in quo oporteat nos ſaluos
ideſt beatos fieri niſi per ieſum chriſtum: quem
propoſuit deus propiciatorem per fidem in ſan-
guine ipſius: ideo conſequenter hic pſalmus di-
rigit iuſtũ viatorem ad chriſtum qui eſt via veri-
tas ⁊ vita ſuorum ſeruorum: dirigit inq̃ꝫ viatorẽ
vt oret chriſtum pro ſua directione ad beatitudi-
4 A peregrinis dicebantur iſte pſalmus ĩ veteri lege.
nem acquirendam. Et qꝛ Hieruſalem illa terre-
ſtris ciuitas paleſtine figura fuit Hieruſalẽ cele-
ſtis: qua in beatitudo ſanctorũ conſiſtit: ideo in
tempore veteris legis fideles peregrini undecũ-
qꝫ venientes Hieroſolimam quotidie per viam
memoriter recitabant vel cantabant hunc pſal-
mum ⁊ pie meditabantur doctrinas eius oran-
tes deum pro ſua directione ⁊ cuſtodia in ite-
nere donec peruenirent in Hieruſalem. Quam
intrantes ⁊ ad templum deuote accedentes: ad
gradꝰ ſcale templi obuium habebant ſacerdotẽ:
quo preuio gradus illos moroſe aſcendebant

peregrini deuote pſallentes Canticum gradum
quod a pſalmo.119.hunc ſequente.ſ.Ad dominū
cum tribularer clamaui:incipitur.⁊ ſic per ſingu
los gradus ſingulos pſalmos canētes peruenie
bant ad portam templi in ſummo gradu illius
ſcale vbi iam cātabant. Ecce nunc benedicite
dominum : qui pſalmus eſt finis illius cantici.
Poſtea vero templum intrātes afferebāt ſuum
ſacrificium deo per man⁹ ſacerdotis qui pro eis
orabat ⁊c.Hunc ordinem dicitur rex Dauid in-
ſtituiſſe peregrinis pro tempore illius legis qui
etiam ſpiritu magno preuidēs futura chriſti my-
ſteria ( per que fideles directi in via huius ſeculi
aſcenderent ad illam celeſtem ciuitatem ⁊ tem-
plum ) hos edidit pſalmos propheticos pro via-
toribus in lege euangelica.Sancta igitur mater
eccleſia chriſtiana in tempore legis euangelice
hanc figuram peregrinorum intelligēs/ſcienſq̃
vitam iſtam terreſtrem ⁊ mortalem viam eſſe ad
Eccleſia militans peregrinatur in terra. aliam celeſtem ⁊ immortalem gloriam que eſt
finalis beatitudo:pie ac deuote ſtatuit hūc pſal-
mum vie peregrinantium quotidie in templo
dei a ſacerdotibus decantandum ſolenniter in
horis diurnis pro ſe ⁊ pro toto dei populo pere-
grinante in hoc mundo ad celeſtem Hieruſalē
que viſio pacis ⁊ q̃etis interpretatur. Orat enim
eccleſia hoc pſalmo deum quotidie ꝓ ſua dire-
ctione ⁊ cuſtodia in hac via ab omnibus pericu-
lis tentationum diaboli/mundi ⁊ carnis ⁊ alio-
Dauid peregrinus. rum etiam inimicorum corporalium ⁊ caſuum
fortuitorum.Unde conſtat ſeruos dei in hoc mū
do ſemper eſſe peregrinos ideſt extra patriam
exiſtētes ⁊ ad illam tendentes : quod notauit
Dauid in pſalmo dicens.Quoniam aduena ego
ſum apud te / ⁊ peregrinus ſicut omnes patres
mei:⁊ hoc ſemper fuit verum aprincipio mundi:
Patres legis nature peregrini. ⁊ ita erit vſq̃ ad finem eius.Et quamuis apud
patres legis nature iſte pſalmus peregrinanti-
um nondum eſſet editus: eius tamen ſententia
⁊ ſumma iā erat frequēs more patriarcharum:
quorum omniū vocem magnus ille pater Abra
ham expreſſit cum poſteris ſuis Yſaac ⁊ Jacob
nam vt ait apoſtolus ad hebreos.xi.peregrinos
ſe eſſe fatebantur ſuper terram:quod ſonat inter
pretatio huius nominis hebreus:nā ſe hebreos
Chriſtus peregrinus. nominabant.Qui autem hoc dicūt( inquit apo-
ſtolus ) ſignificant ſe patriam querere:non qui-
dem terrenam ſed meliorem ideſt celeſtem.que
eſt perfecta beatitudo in celis. Et ſicut homo ex
duplici ꝯſtat natura ideſt anima rationali ⁊ car-
ne:ita etiam duplex eſt ab eo expetenda querē-
daq̃ beatitudo altera in anima ſola / altera in
corpore ſimul cum anima ⁊ vtraq̃ earum proue
nit hominib⁹ p chriſtum mediatorem dei ⁊ homi
Chriſtiani peregrini. num ⁊ ſine iſto medio eſt eis impoſſibilis.Nam
in primo ſuo aduentu per ſacramenta gratie ab
eo inſtituta procurauit nobis beatitudinem ani-
me:remanentib⁹ adhuc corpib⁹ ſctōꝝ in ſepul-
chris corruptionis.in ſcd̄o vero aduentu remota
omni prorſus corruptiōe a natura hūana gloriſi
cabit chriſtus ſeruos ſuos completa beatitudi-
ne corporis ⁊ anime. Sancti ergo dei ante ad-
uentum chriſti peregrinantes in hoc ſeculo pri-
mo per ſolam legem nature deinde etiam per le
gem ſcripture reuelatam tendebant ad chriſtum
expectantes ab eo vtramq̃ beatitudinem: quia
vtraq̃ erat eis adhuc futura ( neq̃ enim anime
eorum ab hac vita decedentes glorificabantur
in temporibus illis ) ſed poſt aduentum chriſti
primum fideles per legem gratie peregrinantur
poſt chriſtum ⁊ decedentes ab hac vita percipi-
unt ab eo beatitudinem anime:expectantes al-
teram ſtolā glorie in corpore : vtriſq̃ itaq̃ pere-
grinis hic pſalmus debet putari communis :
quem dauid eorum medius pro omnibus ⁊ in
perſona omnium edidit indifferenter accipiens
legem dei ab eo tam ſepe repetitam pro lege na Epilog⁹ predictorum.
ture vel ſcripture vel gratie. Ex premiſſis ergo
patet non ſolum autor huius pſalmi ſcz regius
vates dauid:ſed etiam perſona loquens hic cum
deo a Dauide introducta vcz quilibet iuſtus via-
tor in hac mortali vita.patet etiam materia hu-
ius pſalmi q̃ eſt deuota oratio viatoris ad deum
qua petit directionem ⁊ cuſtodiam ſui per legē
dei que eſt via ad habēdam beatitudinem fina-
lem.patet quoq̃ forma huius pſalmi ſcilicet ele-
giaca per octonarios verſuum procedens in ſin-
gulis litteris alphabeti Hebraici:quo numero
tam litterarum q̃ verſuum vtriuſq̃ teſtamenti
perfectio inſinuatur nobis neceſſaria ad beatitu 5
dinem acquirendam. Unde conſtat ꝙ hic pſal- Mod⁹ procedendi in hoc pſalmo Ethice doctrine cōparatur.
mus agens de via per quā homines veniant ad
beatitudinem ſupernaturalem ideſt de virtuti-
bus ⁊ operibus meritorijs quibus peruenitur
ad dei viſionem ⁊ fruitionem beatificam:per ſi-
milem habet modum ethice doctrine philoſo-
phorum:in qua ipſi etiam diſputant de via qua
homines perueniant ad ſuam beatitudinē na-
turalem hoc eſt de ſcientijs ⁊ virtutibus quibus
peruenitur ad contemplationem prime cauſe to
tius vniuerſi ⁊ aliaꝝ ſcd̄aꝝ cauſarū ſiue ſpūaliū
ſiue corporalium.In ethica autem doctrina Ari
ſtoteles philoſophorum omnium ordinatiſſim⁹
ab ipſa beatitudine ſiue vltimo fine orſus eſt.
Deinde egit de ſingulis virtutibus tam morali-
bus q̃ intellectualibus ſine quibus illa beatitu
do nō attingitur ab hominibus. Rationem au-
tem huius ordinis ſtatim adiecit in prohemio
ethicorum dicens:huius nimirum cognitio finis
ad noſtram vitam multum confert ideſt ad bene
viuendum ⁊ veluti ſignum ſagittarij habentes
facilius quod oportet ideſt virtutē aſſequamur.
Quod ſi ita eſt:amittendum eſt id ipſum ideſt fi-
nem vltimum qui eſt beatitudo/quaſi per figurā
comprehēdere ideſt ſaltim in genere quid ſit co-
gnoſcere in primis.Eodē modo iſte noſter pſal-
mus in principio proponit nobis hominis bea- 6
titudinē in genere declaratam.Deinde proſequi Uocabulū beatitudinis q̃ modo accipit hic.
tur de operibus meritorijs ſecundum legem dei
quibus ad eam peruenitur.Uerum ⁊ ſi a voca-
bulo beatitudinis iſte pſalmus incipiatur pro-
pter cauſam dictā ſcz quia cognitio finis prece-
dere



dere debet media ad illum ordinata:tamen ſi ad
ſenſum littere bene aduertamus hoc nomē ma-
gis debet ſummi in hoc loco ꝓ beatitudine ſpei
q̃ pro beatitudine rei:quemadmodum etiam ac
cipitur Matthei. 5. vbi dicitur Beati pauperes
ſpiritu.⁊c.Eſt autem beatitudo ſpei actus virtu-
tis preexcellens ⁊ meritorius quo quis dignus
efficitur beatitudine rei:acquiritq̃ ius ad eam:⁊
qui huiuſmodi actus bene exercent dicūtur bea-
ti in hac via : quales ſunt paupertas voluntaria
luctus/pax/mititas.⁊c.Beatitudo ergo : que in
principio huius pſalmi nomine concreto propo
nitur : ſupponit pro beatitudine ſpei ⁊ cognotat
beatitudinem rei ſecundum modum loquendi
7 logicorum iam expoſitum. Diuiſio huius pſal-
Diuiſio multiplex hui⁹ pſal. mi in partes ſuas ex forma eius clareſcit ſcilicet
partitione vigenaria ſecunda litterarum hebrai-
carum : ſed reſpiciendo ad materiam eius aliter
poteſt diuidi ⁊ hoc multis modis. primo enim
ſecundum Ambroſium diuiditur in prohemium
et tractatum.nam prima littera Aleph primuſq̃
Prima diuiſio bimembris octonarius verſuum videtur eſſe prologus ad
totum pſalmum:in quo generaliter ( vt diximꝰ)
agitur de beatitudine vltimoq̃ fine hominis.in
alijs autem litteris ⁊ octonarijs omnibus ſpecia
liter datur doctrina moralis de medijs quibus
ad illam beatitudinem peruenitur : et incipitur
tractatus in primo verſu littere Beth. vbi dici-
tur in quo corrigit adoleſcentior.⁊c. Nomen cū
prime littere doctrina interpretatur ⁊ cum mate-
ria totius pſalmi ſit doctrina quedam moralis
fidelium viatorum de medijs neceſſarijs ad bea
titudinem : euidenter ſequitur ꝙ primus octo-
narius ( qui eſt littere Aleph ) ſit titulus ⁊ pro-
logus totius pſalmi. et ſi primus octonarius eſt
ſermo de beatitudine finali : conſtat autem ꝙ
omnes volunt eſſe beati : ideo iſte pſalmus do-
cet quod plurimi neſciūt ideſt qua via homines
tendere debeant ad veram beatitudinem ne for-
te errent deuiantes ab ea.Secūdum vero vſum
et modum officiorum eccleſiaſticorum : in quib⁹
Alia diuiſio q̃drimembris iſte pſalmus cantatur:quadrifida fit eius diuiſio
per primam/tertiam/ſextam/⁊ nonam/quā diui-
ſionem valde noſtre intentioni accommodāt in
hoc opere eccleſiaſtico inferius latiſſime proſeq̃-
mur. Nunc autem magis ſcholaſtice agentes
8 ad bimembrem diuiſiōem huius pſalmi reuer-
Prima expoſitio hui⁹ pſalmi lr̄alis. tamur.que licet apud varios doctores varia ſit:
tamen in prima expoſitione huius pſalmi ( que
litteralis eſt) Nicolaum de lyra imitabimur:bre-
uiuſcule recolligentes dicta eius.quo autore p̄-
ſupponente diuiſionem predictā a beatoq̃ Am-
broſio acceptam : primus octonarius de littera
Prohemiū pſalmi. Aleph iterum diuiditur in duas partes equales
ideſt que quaternis verſibus conſtant. primus
enim quaternarius loquitur de beatitudinis ſta-
tu:ſecundus ibi : vtinam dirigantur:agit de bea
titudinis appetitu. Statum autem beatitudinis
vie ( que eſt beatitudo ſpei ) declarat regius ꝓ-
pheta oſtendendo qui ſunt vere beati in hac vi-
ta ideſt digni ex operibus ſuis beatitudine pa-
trie ( que eſt beatitudo rei) ⁊ hoc in duobus pri-
mis verſibus : ⁊ qui non ſunt digni ea ſed po-
tius indigni : et hoc in alijs duobus verſibus.
Iterum digni beatitudine patrie ſunt duo ſtat⁹
hominum in hoc mundo ſcilicet actiui ⁊ cōtem-
platiui. Primus verſus. Beati immaculati. ad Aleph Bt̄i immaculati.
actiuos pertinet qui ſe exercētes in morib⁹ am-
bulant ſecundum legem ideſt precepta dei:⁊ do-
mant omnes ſuas paſſiones freno rectcratio-
nis vt fiant immaculati.Secundus verſus Bea
ti qui ſcrutantur. de contemplatiuis loquitur q̃
ſedatis animi paſſionibus continuo ſtudio ſcru-
tant̄ archana ſctāꝝ ſcripturaꝝ.qđ faciūt toto cor-
de ideſt nō ſolum per pure theorice intellectum:
ſed etiam per affectum charitatis in voluntate ⁊
pratice applicando ad mores. Indigni etiam
beatitudine patrie ſunt duplices peccatores:qui-
dam per commiſſionem multorum malorum:
qui ſcilicet operantur iniquitatem ideſt iniuſti-
tiam contra proximos ⁊ de his eſt terti⁹ verſus:
non enim qui operantur. Alij per omiſſionem
ideſt negligenter facientes mandata dei:que ipe
precepit cuſtodiri nimis ideſt valde diligenter vt
dicitur in quarto verſu Tu mandaſti. in quo de-
uotus peregrinus iam incipit loqui ad deum in
ſecunda perſona ⁊ in ſingulari numero:cum ha-
ctenus in tertia perſona ⁊ pluraliter loqueretur
de omnibus hominibus in genere. cuius ratio
vna eſſe poteſt quia omnes homines naturali-
ter appetunt beatitudinem de qua hic erat ſer-
mo initialis : vel vt Caſſiodorus ait propheta lo
quitur pluraliter in principio huius pſalmi vt de
eccleſia non de capite chriſto pſalmum eſſe in-
telligendum inſinuet:deinde ad ſe conuertit ſer-
monem ſingulariter intendens loqui ad deum
de qualitate vite ſue. In ſecunda vero parte hu-
ius prohemij per alios quattuor verſus agitur
( vt diximus ) de beatitudinis appetitu : nō qui-
dem vt incitentur homines ad beatitudinē appe
tendam:ſed tali appetitu p̄ſuppoſito ex naturali
hoīm inſtinctu : noſter pegrinus quattuor optat
habere a deo.Primū eſt bene viuere ſcd̄m legē
dei ſcz cuſtodiendo mandata eius:q̄ hoc nō po-
teſt homo ex ſe:ſed indiget deo adiutore ac dire-
ctore ꝓpter infirmitatē ⁊ ignorantiā naturalem
hominis ex peccato originali vt patet in quinto
verſu:vtinā dirigantur ſecundo optat cognoſce-
re mandata eius vt cognita adimplere poſſit di-
cens in ſexto verſu:tunc nō confundar:ſcz cū re-
probis : cū te docente ꝑſpexero ideſt intellexero
mādata tua ⁊ te adiuuante ea impleuero.Tertio
p̄ſuppoſito adiutorio ⁊ directione gr̄e dei dicit ſe
affectare honorē dei in oib⁹ bonis q̄ aget ſcd̄m le
gem ſuā bene intellectam:ideo in ſeptimo verſu
Cōfitebor (inq̄t ) tibi:ſcz cōfeſſiōe laudis ⁊ grārū
actiōis habēdo iam cor a te directū p hoc ꝙ te do
cente didiſci iudicia.⁊c. Quarto his p̄ſuppoſitis
cōcludit in octauo verſu:ergo iuſtificatiōes ideſt
mādata tua q̄ ſunt regule iuſticie:cuſtodiā diligē
ter:dūmodo nō me derelinquas a tua directiōe.
alias non potero ea adimplere meis viribus:vel

ad minus mea opera ſecundum mandata tua
non eſſent meritoria vite eterne ſine gratia tua:
licet quantum ad ſubſtantiam actus facere opꝰ
legis tue. Reſolutorie ergo ex toto iſto prohe-
mio vel primo octonario littere Aleph colligi-
tur doctrina de beatitudine in generali q̄tum
ad duo principalia ſcilicet de hominum ad eā
tendentium ſtatu atq; appetitu: que iam decla
rata ſunt. deinde per totum reſiduum huiꝰ pſal
mi in alijs litteris et verſibus earum proſequi-
tur ꝓpheta in ſpeciali de predictis duorum ho-
minum ſtatibus qui digni ſunt beatitudine ce-
leſti: vnde totum reſiduum huius pſalmi diui-
ditur in duas partes principales. prima eſt de
operibus vite actiue. ſecunda de actibus vite cō-
templatiue et incipietur in vndecima littera vel
octonario ibi Defecit in ſalutare tuum ⁊c. Et in
vtraq; parte orat peregrinus deum pro adiuto-
rio et directione ſua in huiuſmodi actibus vite
virtuoſe ſecundum legem dei: et vt ſeparet eum
a malis hominibus ⁊ peccatoribus qui a beati-
tudine vera excluduntur: qui ⁊ in ſecundo ⁊ ter
tio verſibus prohemij notati ſunt. In prima par
te de operibus vite actiue duo principaliter pe-
tit a deo fidelis peregrinus ſcilicet remotionem
impedimenti ⁊ aſſecutionem iuuamenti. Impe-
dimentum iterum triplex notatur. Primum eſt

Beth. In q̄ corrigit.

ſenſualis appetitus/rebellio/⁊ impulſus de quo
ait in ſecundo octonario. In quo corrigit ado-
leſcentior viam ſuam: qui a littera Beth incipi
tur quod nomen latine interpretatur domus:
ideo denotat hanc eſſe doctrinam domeſticam
ſcilicet de correctione filiorum ⁊ ſeruorum alio-
rumq; domeſticorum: quatenus a vicijs abſti-
neant refrenatis paſſionibus ſuis. Secundum
impedimentum eſt virtutis humane defectus
de quo dicitur in tertio octonario Retribue ſer-

Gimal. Retribue ſeruo.

uo tuo ⁊c. qui a littera Gimal inſcribitur que eſt
retributio vel plenitudo. quia cum virtus natu-
ralis hominis ſit inſufficiens ad bonum operā-
dum vt prius dictum eſt: petit peregrinus ad-
iutorium gratie dei quam per peccatum perdi-
derat: vt ſibi retribuatur. i. iterum tribuatur ad
habendam boni operis plenitudinem. Tertium
impedimentum eſt corporis aggrauantis pon-
dus: de quo ait in quarto octonario Adheſit pa

Daled Adheſit pauimento.

uimento anima mea: qui a littera Daled pre-
notatur: que latine eſt porta vel pauper vel ti-
mor: quia ex porta. i. principio ſue natiuitatis
habet pauper homo impedimentum quo ſem-
per debeat timere ne cadat. Aſſecutionem iuua
menti triplicem petit peregrinus / prima eſt fi-
des dirigens/ſecunda ſpes ſubleuans/tertia eſt

Fides.

charitas inflammans. Nam ad bene exercenda
opera vite actiue iuuat primo fides dirigens ho
minem ad vltimum finem ſuper naturalem: q̄
etiam duplex eſt ſcilicet fides ſimplicium que
ſufficit eis ad ſalutem: et fides maiorum que
etiam alios edificat ad gloriam. Primam fidē

He. Legē pone.

petit peregrinus in quinto octonario Legem
pone mihi domine. qui a littera He incipitur:
quod vocabulum eſt pronomē femininum ter-
tie perſone: et latine eſt hec vel iſta: quia hec eſt
victoria que vincit mundum fides noſtra: ⁊ iſta
eſt optima via ad beatitudinem habendam lex

Vau. Et veniat ſup me.

dei ſancta. Fidē maiorum petit in ſexto octona-
rio. Et veniat ſuper me: cuius inſcriptio eſt litte-
ra Vau. que eſt coniunctio copulatiua latine. et
poteſt etiam hoc nomen eſſe due dictiones: con-
iunctio ⁊ pronomen hoc modo. Va hu. ideſt et
ille. quod ſatis apte conuenit fidei maiorum:
qua non ſolum ſibi ſed etiam alijs proſunt do-
cendo eos / ac etiam reſpondendo pro eis argu
tijs infidelium ⁊ hereticorum. Orat ergo pere-
grinus vt fidei ſimplicium (quam habet) adiun-
gat deus fidem perfectorum qua proficiat non

Spes.

ſolum ipſe ſed ⁊ ille ideſt proximus. Spes ſub-
leuans hominem ad procurandam ſibi beatitu
dinem duo maxime reſpicit ſcilicet gratiam dei
preuenientem / ⁊ motum liberi arbitrij cooperā
tem. Gratiam dei petit peregrinus in ſeptimo

Zain. Memor eſto.

octonario Memor eſto verbi tui. qui a littera
Zain inſcribitur ⁊ latine ſonat / huc vel ducte
ſcilicet in beatitudine. Bonum vſum liberi arbi

Chet. Portio mea.

trij in octauo petit octonario Portio mea domi
ne. a littera Chet inchoato que latine vitam/pa
uorē ⁊ quādoq; etiam peccatum ſignificat: quia
in vita ſua ſeruus dei timet cadere in peccatum

Charitas

propter liberi arbitrij vertibilitatem. Charitas
autem ſtimulans ad bene agendum mouet ho-
minem ex conſideratione beneficiorum dei in

Tet. Bonitatē feciſti.

nos. ⁊ hoc dupliciter. primo ex beneficijs anime
noſtre in nono octonario Bonitatem feciſti. qui
a littera Tet prenotatur. ea enim ſignificat ſco-
pare mundare ⁊ ſeparare bonum a malo: que
ſunt officia charitatis ad animam pertinentia.

Iod. Manus tue.

Secundo ex bñficijs corporis. in octonario de-
cimo Manus tue domine fecerunt me. a littera
Iod incipiente: que principium vel manum aut
etiam confeſſionem ſeu laudem ſignificat lati-
ne: quia ſeruus dei commemorato ſuo principio
quo proceſſit a deo in plenitudine bonorū inde
aſſurgit ad confeſſionem ⁊ laudem dei. Hactenꝰ
de his q̄ peregrinus petit a deo ad ſui directio-
nem in opibus vite actiue quibus dignus effi-
ciatur beatitudine celeſti. Conſeq̄nter vero ꝑ to-
tum reſiduum huius pſalmi petit auxiliū ⁊ di-
rectionē dei quantum ad actus vite contempla
tiue q̄ (teſtimonio chriſti) eſt ſuauior vita actiua:
cum faciat hominem deo proximiorem. Et hec
conſideratio diuiditur in duas partes. nam pri-
mo peregrinus loquitur de vite contemplatiue
ſuauitate. Secundo de eiuſdem ſublimitate ibi
Mirabilia teſtimonia tua dñe. ⁊c. Suauitatem
iterum vite contemplatiue dupliciter annotat
ſcilicet quantum ad eius obiectum: ⁊ quantum
ad contemplandi modum. Adhuc obiecti con-
templati duas deſcribit excellentias. Prima eſt

Caph. Defecit ī ſalutare tuum.

eius mira ſuauitas de qua in vndecimo octo-
nario Defecit in ſalutare tuum: a littera Chaph.
inſcripto: que latine incuruationem ſeu hu-
miliationem ſonat: Nam vir contemplatiuus



feſſus longa militia in hac vita cupit diſſolui et
eſſe cū chriſto: et valde deſiderans domini aduē
tum optat reuerti ad ſuum principium de quo
prius dixerat Manus tue domine fecerunt me.
Secunda excellentia eiuſdem obiecti eſt ſua ſta
bilitas ⁊ permanentia: quam oſtendit in duode

Lamed. In eternum dñe.

cimo octonario: in eternum domine: qui a lit-
tera Lamed incipitur et latine interpretatur
cor vel ſeruitus: quia diuina precepta legis dei:
ſunt corde iugiter meditanda et humili ſeruitu-
te colenda. celeſtia enim ſunt et nihil adulteri-
na opinione in eis miſcendum eſt. Circa cōtem
plationis modum quattuor facit peregrinꝰ. pri-
mo enim oſtendit quomodo contemplatio per-

Mem. Quomodo dilexi.

ficit intellectum hominis in tertio decimo octo-
nario: Quomodo dilexi. a littera Mem. incipien
te que latine ſonat viſcera vel ex eis: quia ex in-
timis viſceribꝰ cordis meditatur ea que dei ſunt
ab alijs ſanctis tradita imo ⁊ ſuper eos intel-
lecta. Secundo declarat quomodo contempla-
tio perficit affectum ſeu voluntatem hominis in

Nun. Lucerna pedibus meis.

quarto decimo octonario: lucerna pedibꝰ meis:
qui a littera Nun/incipitur: et latine ſonat vni-
cum vel filium aut paſcua vel in ſempiternum:
quia hec myſteria que contemplatur de vnigeni
to filio dei eterni luminis claritate qui eſt ⁊ paſ-
cua fidelium reficiens appetitum intelligenda
ſunt. Tertio oſtenſa bonitate contemplationis
ſacre doctrine deteſtatur malitiam deceptionis

Samach. Iniquos odio habui.

erronee in quintodecimo octonario: iniquos
odio habui. ⁊c. a littera Samach inchoato: que eſt
coniunctio vel ſuſtentatio/adiutorium / aut fir-
mamentum vel auditus vel obedientia: quia
nemo firmatur in bono qui non audit quid ſe-
qui et quid euitare debeat: nec amici cōtra deū
audiendi ſunt. Quarto docet q̄ꝫ formidabilis ſit
falſa doctrina in ſexto decimo octonario: feci iu-

Hain. Feci iudicium.

dicium: cuius littera initialis eſt Hain. i. ocu-
lus vel fons: quia iuſtus preuidet vnde eſt fons
vel origo peccati aut virtutis. et hinc ſagax oſtē-
ditur in diſcretione legis dei contra hereticos
peruerſores. Sublimitatem vero contemplati-
ue vite dupliciter deſcribit noſter peregrinus:
primo q̄tum ad eius aſcenſum: ſecundo q̄tum
ad ipſius conuictum iocundum ibi: principes
perſecuti ſunt me. Aſcendit autem ad ſublimi-
tatem contemplationis duplici via: primo freq̄n
ti meditatione cum lectione: ſecundo feruēti ora
tione de qua ibi Clamaui in toto corde. Medi-
tationis ⁊ lectionis frequentiam declarat in de-

Pe. Mirabilia teſtimonia.

cimoſeptimo octonario Mirabilia teſtimonia
tua dñe: qui a littera Pe. ideſt ore incipiens: de-
ſiderium explicat intelligendi mandata legis
dei. ideo aperit os ad deum petendo/querendo
et pulſando. Et quia ex frequenti meditatiōe le-
gis dei naſcitur zelus vel ſitis iuſticie: ideo in
octauo decimo octonario Iuſtus es domine: agi
tur de iſto ſancto zelo erga obſeruatores legis ſi-

Sadic Iuſtus es domine.

militer ⁊ contra preuaricatores. ⁊ incipitur a lit-
tera Sadic que interpretatur iuſticia: quia de ea
ibi manifeſte loquitur. Ad feruentem orationem
duo requiſita declarat: p̄mum eſt eius qualitas
in nono decimo octonario Clamaui in toto cor-

Coph. Clamaui ī toto corde.

de. et incipitur a littera Coph que latine ſonat
vocare/concludere/vel circundare: quia ſeruus
dei concluſus vel circundatus ab hoſtibus de-
bet circumſpicere ⁊ auxilium petere cauſam pe-
riculi non diſſimulando. Secūdo requiritur hu-
militas orantis de qua in vigeſimo octonario
agit: vide humilitatem meam cuius principiū

Res. Vide humilitatē meam.

eſt littera Res que latine eſt principium vel ca-
put aut pauper quia deuote orās videndo pau-
pertatem ſuam debet inniti chriſto ſuo capiti ac
principi humiliter ei obediendo. De iocundo
conuictu ſapientie et vite contemplatiue agitur
in vigeſimo primo octonario: principes perſe-
cuti ſunt: a littera Sin incepto que fecunditatē

Sin. Prīcipes perſecuti ſunt.

vel medicamentum ſignificat: quia contra vul-
nus peccati optimum medicamentum eſt iocū-
da conſolatio legis diuine: et item aduerſitas
ex perſecutione malorum equanimiter tollera-
ta: quia inde anima fecundatur. tandem huiꝰ
iocunditatis augmentum in vigeſimoſecundo
petit octonario Appropinquet deprecatio: qui

Thau. Appropiquet dep̄catio.

incipitur a littera Thau quod eſt ſignum vel cō
ſummatio: quia viri perfecti et conſummati eſt
hanc petere appropinquādo ad beatitudinem:
que eſt conſummatum hominis bonum et ſi-
gnum totius vite moralis. Hec igitur eſt breuis
et ſummaria expoſitio litteralis huius pſalmi
ex gloſa ordinaria et poſtilla Nicolai de Ly-
ra excerpta: que cum ſit aliarum omnium pri-
ma ſeu fundamentum: optime diei dominico
aptata eſt totius hebdomadis principio et die-
rum omnium primo. Sed cum hec expoſitio ſit
litteralis et ſcholaſtica per bimembres diuiſio-
nes fere ſemper procedens: tota reſpicit duos
predictos ſanctorum ſtatus in hoc mundo ideſt
actiuos et contemplatiuos. Quia tamen vt ab
initio in prologis diximus: alium ſenſum ha-
bent autoritates ſacre ſcripture in libro eccleſi-
aſticorum officiorum ab eo quem habebant in
ſuis libris originalibus Biblie. Eccleſia autem
hunc pſalmū per quattuor horas diurnas qua-
drifida partitione ſecauit. Conueniens videbi-
tur iuxta hanc diuiſionem quadrimembrē alias
quaſdam addere expoſitiōes ſpirituales ex de-
uotiſſimis quibuſdam religioſis deprompta
hic ſuperaddere: quas ad numerum ſenarium
perducemus. vt pro reliquis ſex diebꝰ ſeptima-
ne ſingulas demus intelligentias huius pſal-
mi: quatenus deuotus viator in quolibet die
nouum habeat modum contemplandi in hoc

9. Scḋa expoſitio correſpōdēs ſcḋe ferie ſeptimāe.

ſoliloquio cum deo ſuo. ¶ Altera ergo ⁊ ſecun-
da expoſitio ad feriam ſecundam pertinens ap-
propriat hūc pſalmum fonti paradiſi terreſtris:
ex quo quattuor flumina diuidūtur ad irrigan-
dam totam terram. i. eccleſiam catholicā. Pri-
mus namq; fluuius in quattuor octonarijs ho-
re prime lauat ſordes penitentiū vt ſint imma-
culati: ptinetq; ad incipiētes. Scḋs fecūdat terrā
bene operantium in ſex octonarijs hore tertie et

pertinet ad proficientes in religione chriſtiana. Tertius fluuius nutrit quaſi piſces in aquis tribulationum fortiter patientes in ſex octonarijs hore ſexte: et pertinet ad laborantes actiuos. Quartus deniq; fluuius potat ſitim ardentium contemplatiuorum in ſex octonarijs hore none et pertinet ad uiros perfectos in ſanctitate. Horum membrorum declaratio talis ſubiungitur. Cum enim non ſint niſi viginti duo octonarij verſuum in hoc pſalmo vt ſuperius ꝓbauimus ex litteris alphabeti hebraici: non potuerūt cuilibet quattuor primarum horarum diei dari ſex octonarij. ideo in p̄mo loco duorum octonarioꝝ (qui deſunt) p̄mittitur pſalmus Deus in noīe tuo. ſatis conformis ſententie annotate in p̄mo fluuio. Nam hoc pſalmo verus penitens ſentiens ſe tentationibus tribulatum in p̄inis petit auxilium dei. Deinde incipiens pſalmū Beati immaculati. in quattuor p̄mis octonarijs eius allicitur ad reſurgendum a peccato ex conſideratiōe beatitudinis ſupne: in qua eſt omnis mali carentia/ omnis boni affluentia / eſt clara dei

Primus fluuius.

viſio ſimul ꝛ pfecta fruitio. Ad hec quattuor per ordinem referri poſſunt p̄dicti quattuor octonarij hore p̄me ſeu primi fluuij: in quo introducitur vox peregrini de beatitudine incipientis cōſiderare. nam primus octonarius eſt vox ſuſpirantis ad future vite puritatem Beati immaculati. Secundus octonarius eſt vox deſiderantis eterne beatitudinis abundantiam: in quo corrigit. Tertius octonarius eſt vox ad claram dei viſionem anhelantis Retribue ſeruo tuo. Quart⁹ octonarius eſt vox concupiſcentis perfectā dei fruitionem Adheſit pauimento: ſingulos autem

32.

verſus huius fluuij facile exponet vir ingenioſus ad hoc propoſitum. ℂ Secundus fluuius

Secund⁹ fluuius.

vt p̄diximus pertinet ad ꝓficientes in hora tertia. in cuius primo octonario Legem pone. ſonat vox peregrini vitam bonam deſiderantis. In ſecundo: ꝛ veniat de perſeuerantia confidentis. in tertio Memor eſto. ē vox eterna bona ſperantis. in quarto Portio mea. terrena omnia cōtemnentis. in quinto Bonitatem feciſti. proponitur vox de beneficijs acceptis gratias agētis. in ſexto Manus tue. eſt vox hominis ſe humiliantis. Et hoc modo debent applicari iſti quadraginta octo verſus. ℂ Tertius fluuius in hora ſexta reſpicit ſtatum pugnantium ꝛ perfecte

Tertius fluuius.

actiuorum in cuius primo octonario introducitur vox peregrini timentis decipi a mundana proſperitate: ideo ait Defecit in ſalutare. In ſecū do octonario eſt vox aduerſa fortiter ſuſtinētis: ibi in eternum domine. In tertio contra concupiſcentias decertantis Quomodo dilexi. In q̄rto contra ignorantiam ſe conſolantis: lucerna pedibus. In quinto ſonat vox peregrini tribulati ab homine: iniquos odio habui. In ſexto tentati a demone: feci iudicium. ꝛ ad hoc propoſitum ſunt applicandi iſti. 48. verſus. ℂ Quartus deniq; fluuius in hora nona adaptatur ſtatui p fecte contemplatiuorum. Unde in primo octo-

Quartus fluuius.

nario eius loquitur peregrini mens contemplatione illuminata: mirabilia. In ſecundo affectio eius in deum inflammata Iuſtus es domine. In tertio auditur vox deuote orantis Clamaui in toto. In quarto humilitatem ſuam recognoſcentis: vide humilitatem. In quinto mentis trāquille ꝛ nihil preter deum timentis: principes ꝑ. In ſexto demum octonario peregrinus vir perfectus cupit diſſolui ꝛ eſſe cum deo appropinquet depre. ꝛ per hec patet intelligentia horum. 48. verſuum. Secundum ergo hanc expoſitionem totus iſte pſalmus apparet vere fluui⁹ paradiſi ſuo impetu letificans ciuitatem dei. i. ſuo mirabili artificio ꝛ profundo ſenſu. Nimirum ergo ſi ſupra in fine capituli. 4. dictum fuerit ꝙ hic pſalmus annotat quattuor ſtatus fidelium viatorum ſecundum ſenſum eccleſie ipſum per quattuor horas diuidentis. nam prima notat initium bone vite ꝛ conuerſionem peccatoris. Tertia ſignificat profectum. Sexta perfectū ſtatum. Nona conuenientiſſime adaptatur ad humiliationem viri iuſti conſideratis defectibus ſuis naturalibus. Has ſignificationes iſtorum officiorum prenotant qualitates illarum horarum diei. nam in prima hora lux ſolis et calor oritur ꝛ incipit/ in tertia augetur/ in ſexta perficitur. i. eſt in culmine ſue perfectionis/ in hora nona iterū calor ac lux decreſcit ac humiliatur dicte etiam qualitates horarum in hymnis illorū officiorum explicantur: ꝛ etiam in ipſis pſalmis qui cantantur in eis. Ad initium enim bone vite que eſt conuerſio peccatoris ad deum: hec tria

Stat⁹ incipiētiu3.

pertinent. primo ꝙ homo a malis ꝛ iniquis ſocijs recedat: quod ſonat pſalmus Deus in nomine tuo. Secundo vt colat mundiciam cordis: quam laudat pſalmus Beati immaculati. tertio vt conetur ad cuſtodiā legis dei ſub ſpe mercedis eterne ꝓ qua orat pſalmus Retribue ſeruo tuo. Similiter alia tria requiruntur ad profectum virtuoſe vite. primum eſt frequens medi-

Stat⁹ ꝓficientiū.

tatio in lege dei. i. in ſacris libris. ꝛ hanc petit p̄mus pſalmus tertie Legem pone. Secundum eſt ſpes auxilij gratie dei que innuitur in pſalmo Memor eſto. tertium eſt guſtus dulcedinis diuine bonitatis quam notat pſalmus Bonitatem feciſti. Eodem modo ad conſummatam pfectionem viri ſancti concurrunt alia tria. Pri-

Stat⁹ pfectorum.

mum eſt ꝙ obliuiſcatur terrena omnia propter deum quod eſt ab eis deficere. vt ſonat primus pſalmus ſexte Defecit in ſalutare. Secūdum eſt ꝙ deuote meditetur myſteria ꝛ ſecreta dei: ꝛ huic alludit pſalmus Quomodo dilexi. tertium eſt diligens pugna contra hoſtes anime de quib⁹ dicitur: iniquos odio habui. Tandem ex ma-

Stat⁹ humilium.

gna perfectione vite moralis ſerui dei efficiuntur vere humiles: quia defectus ſuos cognoſcētes ſe nihil eſſe reputant. Uident enim ſepius ſe tentari ꝛ vix poſſe reſiſtere tentatiōi: quod in eis deus pmittit ad tollendā ab eis ſupbiā: vnde et paulus ap̄lus de ſeipſo dicit: ne magnitudo reuelationum extollat me: datus eſt mihi angel⁹



Sathane ſtimulus carnis mee. ꝛc. cum em̄ aliq̄s tentatur deſcendit profecto ab altitudine ſue cōtemplationis ad conſiderandam ſuam fragilitatem ꝛ q̄3 facilis ſit ad lapſum: indeq; humiliatur conſiderans tria principaliter. Primo occulta dei iudicia qui ſepe permittit multos viros ſanctiſſimos cadere in pc̄a grauiſſima: et ideo dicit Mirabilia teſtimonia tua domine. Secundo ꝙ ex ſua naturali virtute non poteſt ſe in bono conſeruare: ideo indiget: clamare in toto corde. Tertio ꝙ non debet eſſe ſecurus in hac vita que tota eſt tentatio ꝛ plena periculis de quibus ait: principes perſecuti ſunt me: ꝛ ideo beatus vir qui ſemper eſt pauidus. Ad hunc etiam ſenſum moralem alludunt capitula/ reſpōſoria/ verſus ꝛ orationes iſtorum quattuor officiorum de tempore in diebus dominicalibus ꝛ ferialibus ſi bene notentur verba: que etſi varia ſint in officijs dominicalibus ꝛ ferialibus tamen in ſententia concordant. ℂ Tertia expoſitio huius diuiniſſimi pſalmi tertie quoq; ferie hebdomadis applicabilis exponit ipſum ſub parabola cuiuſdam horti valde delicioſi: qualis erit paradiſus terreſtris: de quo dicit Geneſis. 2. Plātauerat autem deus paradiſum ꝛc. vbi quattuor arborum ſpecies notantur ſc3 lignum pulchrū viſu/ lignum ſuaue ad veſcendum/ lignum vite/ et lignum ſcientie boni ꝛ mali. Hanc imaginationem tradere incepit ſanctus Auguſtinus ſup hūc pſalmū. cui etiā (vt aiūt) in viſiōe oſtenſus eſt ſub ſpecie arboris pulcherrime ꝛ habētis viginti duos ramos principales de quorum quolibet procedebant alij octo ramuſculi ꝛ ex eis q̄dam gutte dulciſſime continue rorabant: quia ex ſingulis verſibus immo ꝛ verbis huius pſalmi rorant ſenſus ſuauiſſimi: qui tam dulces ſūt in mente hominis q̄3 cibi corporales in ore eius. Hanc arborem ſponſa in canticis aſcēdere optabat vt apprehenderet fructus eius qui p̄dulces eſſent gutturi ſuo: ſpōſa hec eſt ſancta chriſti eccleſia que quotidie hunc pſalmum decantat et meditatur deuotiſſime. quod in quattuor horas canonicas diuiſum videtur aſſimilare ipm quadruplici arbori predicte in paradiſo terreſtri.

10

Tertia expoſitio correſpōdēs tertie ferie.

ℂ Nam in parte eius q̄ cantatur in prima commemorans pulchritudinē ꝛ munditiā beatitudinis eterne videtur eſſe lignū pulchrum viſu. In tertia legem dei introducens q̄ eſt iugum ſuaue Matthei. 11. videtur eſſe lignū ſuaue ad veſcēdū. In ſexta ſalutaria dei beneficia referens q̄bus homo viuit vtraq; vita: videtur eſſe lignum vite. In nona deniq; hora mirabilia dei opa diligenter ſcrutans: q̄d aliud apparet q̄3 lignū ſcientie boni ꝛ mali: ideſt de p̄ſcientia dei circa electos et reprobos tam hoīes q̄3 angelos: Ad hāc imaginationē ingenioſi ꝛ deuoti facile applicabunt ſingulos verſus iſtius pſalmi vt inde colligant multiplices fructus guſtui mentis ſuauiſſimos.

Primum lignū paradiſi pulchrum.

Secūdu3 lignū ſuaue.

Tertiū lignū vite.

Quartu3 lignū ſciē tie.

11

ℂ Quarta intelligentia huius pſalmi pro feria quarta hebdomadis imaginatur in ipſo: quaſi vna apotheca aromatum et ſpecierum ſuauiſſimarum pro odoratu mentis. quam imaginationem notauit diuus Ambroſius ſup hunc pſalmum ꝛ poſt eum Caſſiodorus ſc3 notando interpretationes ſingularum litterarum hebraicarum a quibus iſti verſus incipiunt: immo et notando ſingula verba iſtorum verſuum vſq; ad primarias deriuationes eorum: quaſi terens ſpecies aromaticas minutiſſime: vt inde reſultet ſuauiſſimus odor ad vite humane documentum. Et licet ſuperi⁹ in prima expoſitiōe aliqua breuiter tetigerimus de his interpretationibus: addemus nihilominus hic quedam alia a peritiſſimis hebreorum noſtre etatis accepta: diuidētes has omnes litteras in quattuor partes correſpondenter ad quattuor horas canonicas: in quibus iſte pſalmus cantatur. ſcilicet Aleph/ Beth/ Gimal/ ꝛ Daleth pro quattuor octonarijs hore prime. Item He/ Uau/ Zain/ Chet/ Tet/ et Iod / pro hora tertia. Deinde Caph / Lamed/ Men/ Nun/ ſamach ꝛ hain/ In hora ſexta. tandem Pe/ ſadic/ Coph/ Res/ Sin/ Thau/ ꝓ hora nona. ℂ Ex quattuor igit̄ litteris hore prime attenta illorum nominum interpretatione latina colligitur hec ſententia. Doctrina domus dei (que eſt eccleſia eius) et retributio premij eterni pro obſeruatione eius non dabitur niſi pauperibus ſpiritu ꝛ vere humilibus. iuxta dictum chriſti anguſta eſt porta qua intratur ad vitam: et diuites non poſſunt per eam intrare. ꝛ loquitur ibi de doctrina fidei catholice: cuius portam ſi volumus intrare oportet nos humiliari ita ꝙ non ſimus ſuperbi aut curioſi circa articulos fidei (qui ſunt porta huius doctrine) quaſi volētes eos noſtro ingenio naturali comprehēdere: ſed potius debemus articulos illos nobis reuelatos adeo humiliter credere. Prouer. 3. altiora te ne queſieris: ſed que precepit tibi deus hec cogita ſemper ꝛc. Nam pro tali humilitate dabitur huiuſmodi retributio vite eterne. etſi bene notētur illi quattuor octonarij verſuum (qui ab iſtis litteris incipiuntur ꝛ de beatitudine ac retributione meritorum loquuntur) eadem ſententia colligetur. Et ſi voluerimus ſubtilius contēplari he quattuor littere correſpondent diuiniſſimo nomini Tetragrammaton: nam ex eis fiunt iſte due dictiones. Ab / Gad / que chaldaice ſignificant: dominus exercituum. et hoc idem hebraice dicitur Iehouah Cebaoth. quod epitheton ſacra ſcriptura ſoli deo attribuit: ideo ſemper ſcribitur adiunctum nomini deo tetragrammaton quod eſt Iehouah. ℂ Sex vero littere ad horā tertiam pertinentes ſi latine interpretentur: hāc exhibent ſententiam. lex dei nutrimentum vite bone manus eleuat ad laudem dei. nam littera/ He/ quinta in ordine alphabeti legem dei ſignificat que primo ſcripta eſt a Moyſe in Penthatheuco. Uau que eſt principium deum ſignificat. Zain/ a verbo Zun/ quod eſt nutrire ſignificat nutrimentum. Chet eſt vita. Tet bonitas interpretatur. Iod / autem manum laudemq; diximus ſignificare. Ad hanc ſententiam facile

Quarta expoſitio ꝓ quarta feria.

Quattuor lr̄e hore prime.

Sex littere hore tertie.

accommodari poſſunt omnes illi verſus huius pſalmi qui a talibꝰ litteris incipiunt ⁊ in officio tertio cantantur: que legem dei multipliciter cõmendat: vtpote per quam inſtituitur omnis bona vita ſeu bona actio hominis. ¶ Sex itẽ litteSex lꝛe hore ſexte re hebꝛaice capita verſuum hore ſexte ad hãc veniunt ſententiam. Humile coꝛ quid in eternum firmabit: niſi fons vite? patet hoc ex interpꝛetationibus. nam Caph littera humilitatem / Lamed coꝛ ſignificat. Mem/vero in pꝛincipio dictionis ſepe interrogat. Nun/eternitatem denotat/ çamach firmitatem. Hain fontem ſignificat. Quam etiam ſententiam facile quis colliget ex verſibus qui cantantur in officio ſexte: que tota fere intendit conflictui viri iuſti contra varietates tentationum quibus ipſe humiliter reſiſtit.

Sex lꝛe hore nõe. ¶ Sex tandẽ littere verſuum hore none ad hũc ſenſum trahi poſſunt. Os iuſti foꝛtificat paupertatem ⁊ fecundat conſummationem. patet ex interpꝛetationibus: nam Pe. eſt os. çadic iuſticia. Coph foꝛtificatio. Res paupertatẽ denotat. Sin fecunditatem. Tau conſummationẽ. Huic etiam ſenſui conſonant manifeſte omnes verſus hore none: que de conſummatiua perfectione viri iuſti loquitur: ⁊ conſiſtens in contemptu omnium terrenoꝛum bonoꝛum paupertas ſpiritus dicit. Qui ergo voluerit has quattuoꝛ ſentencias in vnum ſimul colligere habebit in breui ſummã totam huius pſalmi continentiam.

12
Quinta expoſitio pꝛo feria quinta.
¶ Pꝛo feria quinta ſeptimane dabitur alia ⁊ quinta expoſitio huius pſalmi per quattuoꝛ hoꝛas diurnas in quattuoꝛ partes diuiſi ⁊ conſonat diſtinctiõi ſtatuum populi fidelis in veteri lege que declarat in fine pſalmi. 134. q̃ꝛ diuidebat in domũ iſrael/ in domũ Aaron/domum Leui/ ⁊ timentes deũ: per quam etiam figurabatur ſingulis diſtinctio ſtatuum in populo fideli noue legis. Eſt eñ do-

Domus Iſrael. mus iſrael totus chꝛiſtianoꝛum populꝰ qui pꝛe alijs omnibus deum videt ſibi ſpecialiter reuelatum. et ad eum pertinent pſalmi hore pꝛime. quibus fidelis populus introducitur oꝛans deũ pꝛo ſua liberatione a periculis ⁊ aduerſitatibus huius vite ⁊ petens auxilium quo recta via perueniat ad felicitatem alterius vite.

Domus Aaron. Domus Aaron in eccleſia chꝛiſtiana eſt ſtatus pꝛelatoꝛũ ⁊ alioꝛ ſacerdotum qui tenet pꝛimatum in toto fideliũ populo. et eius vocem referunt pſalmi hore tertie que legem dei nominat: nam ſacro teſtante eloquio fideles legem debent requirere ex oꝛe ſacerdotis. in tertia ergo oꝛant ſacerdotes deum ꝓ ſeipſis vt ſua gratia eos faciat idoneos miniſtros ⁊ diſpenſatoꝛes legis dei ⁊ ſuoꝛum ſacramentoꝛum.

Domus Leui. Domus Leui in eccleſia dei eſt ſtatus religioſoꝛum qui dati ſunt ſacerdotibus in adiutoꝛium ꝓ miniſterio verbi dei ⁊ ſacramentoꝛum ⁊ ad eos referri poſſunt pſalmi hore ſexte vt ſint voces eoꝛum auxilium dei petentium ad ſuſtinendum laboꝛem in continuo ſeruitio dei ⁊ certamẽ contra vitia ⁊ tentationes diaboli.

Domꝰ timẽtiũ dñ. Deniq̃ timentes deum ſunt omnes pꝛoſeliti ⁊ cathecumini qui eccleſiam dei nouiter introierunt ex timoꝛe perdicionis anime ſue ⁊ eos reſpicit pſalmi hore none quibus velut infirmi in timoꝛe domini viuentes clamant ad eum quotidie pꝛe anguſtia iniquoꝛum eos affligentium. Secundum hanc igitur imaginationem totus iſte pſalmus eſt doctrina politica ſeu ciuilis aut legalis que omnes ſtatus eccleſie oꝛdinat ⁊ diſponit. Uerum iſte diſtinctiones ſtatuum/fluuioꝛũ/ lignoꝛum ⁊ alie huiuſmodi non ſunt intelligende cum pꝛeciſione: ita q̃ octonarij verſuum qui exponuntur de vno ſtatu non poſſint alteri cõuenire ⁊ econtra. Uerba eñ huius pſalmi generalia ſunt ⁊ omnibus fidelibus indifferẽter applicabilia: decuit tamen ad tollendam confuſionem pſalmum hunc diuidere ſecundum pꝛedictas imaginationes vel alias ſimiles: ⁊ ſeoꝛſum applicando iſtis vel illis ſtatibus fidelium exponere de eis hos vel illos verſus huius pſalmi. ex quo textus eius pꝛo ſua maxima pꝛofunditate poteſt omnes tales ſenſus ſine violentia ſuſtinere. motiuum ⁊ fauoꝛem dedit authoꝛitas eccleſie doctoꝛibus ſacris has imaginationum expoſitiones ſcribentibus: ex quo ipſa infallibilis eccleſia in ſuis officijs diurnis quadrifaria partitione ſecauit ⁊ non dubium eſt quin ad aliquem talem ſenſum.

13
Sexta expoſitio ꝓ ſexta fria
¶ In ſexta feria hebdomadis poterit hic pſalmus accipi a deuoto peregrino velut quoddam ſuaue ſoliloquium hominis viatoꝛis cũ deo ſuo vt ſit hec ſexta expoſitio ad virtutem (que dicitur religio vel cultus latrie) pertinens: qua omnes actus ſuos vir fidelis oꝛdinat ad honoꝛem dei pꝛincipaliter. Ad religionem aũt q̃ttuoꝛ maxime ſunt neceſſaria hec. mẽtis pꝛõptitudo/ volũtatis gratitudo/ diuinoꝛ meditatio/ ⁊ in eis delectatio. Licet hoꝛũ duo pͥma magis ad vitã actiuã alia duo magis ad cõtemplatiuam referri poſſunt. tñ ad has q̃ttuoꝛ religionis cõditiones trahi poſſunt p oꝛdinẽ q̃ttuoꝛ huiꝰ pſalmi partes: p hoꝛas canonicas diſperſe.

Pꝛõptitudo. Peregrinꝰ ergo dirigens ſermonẽ ſuũ ad deum ſuper omnia dilectum ac ſi eum ſibi pꝛeſentem videret in pſalmis hore pꝛime declarat ſuam pꝛomptitudinem ad deuote ſeruiendum ei. qui enim ex deuotione aut religione inclinatur ad opera vite bone: pꝛompte et delectabiliter ea facit ex amoꝛe dei. Exodi. 35. Multitudo filioꝛum iſrael obtulit mente pꝛomptiſſima atq̃ deuota pꝛimitias deo ſuo: et hanc pꝛomptitudinem iſte hic pꝛoteſtatur cum dicit: viam mandatoꝛum tuoꝛum cucurri cum dilataſti coꝛ meum.

Gratitudo. ¶ In pſalmis etiam hore tertie manifeſtat ſue voluntatis gratitudinem. religioſus enim ſeruus dei opera virtuoſa etſi ſint difficilia ipſe gratis et ſine triſtitia exercet ex amoꝛe: teſte apoſtolo paulo: vnuſquiſq̃ inquit ſicut deſtinauit in coꝛde ſuo ⁊ non ex triſtitia. ⁊c̃. Et de hac gratitudine iſte dicit hic: paratus ſum ⁊ non ſum turbatꝰ vt cuſtodiam mandata tua.

Meditatio. In pſalmis hore ſexte deſiderat peregrinus legis dei lectionem ⁊ meditationem. Deuotus enim ſeruus dei ſatagit continuo meditari ſacras ſcripturas etiam in



hoꝛis quibus alij homines doꝛmiunt aut vacãt alijs delectationibus coꝛpoꝛis vt notat ſapiens Eccleſiaſtici. 39. Iuſtus coꝛ ſuum tradidit ad vigilandum diluculo ad deum qui fecit illũ. Hanc meditationem vigilãtiſſimam ꝓteſtatur iſte hic dicens: quomodo dilexi legem tuam dñe tota die meditatio mea eſt: ⁊ pꝛius dixerat: media nocte ſurgebam ad confitendum tibi: ⁊ iterum ꝑuenerunt oculi mei ad te diluculo.

Delectatio. In pſalmis tãdem hore none iſte peregrinus monſtrat ſuauitatem ⁊ delectationem ſuam in deo. nam qui in huiuſmodi ſtudio diuinarum ſcripturarum continue ſe exercet mirum immodum delectatur dicente Salomone non habet amaritudinem cõuerſatio illius ſed leticiam ⁊ gaudium. ⁊ de eadem delectatione iſte hic dicit: letaboꝛ ego ſuper eloquia tua ⁊ quam dulcia faucibus meis eloquia tua. ⁊c̃.

14
Septima expoſitio ꝓ die ſabbati.
¶ Septima tandem huius diuini pſalmi expoſitio ad ſabbatum pertinens deſcribit ipſum velut foꝛnacem magni incendij diuini amoꝛis. nam cum ſepiſſime legem dei cõmemoꝛet de qua in Deutheronomio dicitur. q̃ eſt ignea lex in dextera dei ⁊ hic dicitur ignitũ eloquium tuum vehementer: ſatis apta erit imaginatio pꝛedicta expoſitioni huius pſalmi. et hoc quadruplíciter iuxta varias amantium affectiones. Introducitur enim hic deuotus peregrinus vt bonus ſeruus loquens cum domino ſuo / vt dilectus filius cum patre ſuo/ vt coniux chariſſima cum ſponſo ſuo/ ⁊ ſicut amicus fidelis cum amico ſuo.

Deuotus ſeruus. In octonarijs ſiquidem hore pꝛime videtur loqui bonus ſeruus ad amantiſſimum ſibi dominũ cupiens ei fideliter deſeruire ex memoꝛia pꝛemij eterni vel beatitudinis. ideo oꝛat vt remoueãtur per auxilium dei oĩa impedimẽta.

Dilectus filius. In octonarijs hore tertie loquitur vt filiꝰ dilectus ad optimũ patrem ſuũ cupiens ſcire voluntatẽ eius ad faciendũ eam. vnde ⁊ petit illuſtrari ⁊ doceri a deo.

Sponſa chariſſima. In octonarijs hore ſexte loquitur vt cõiux chariſſima cum ſponſo ſuo zelãtiſſimo vnde oñdit ſe quaſi exardeſcens in amoꝛem eius. ideo petit ab eo viſitari.

Fidelis amicus. In octonarijs deniq̃ hore none loq̃tur vt fidelis amicus inferioꝛ ad ſuũ amicũ ſuperioꝛẽ: cupiens frui pꝛeſentia eius ⁊ magnalia ſua ſcrutari: ideo oꝛat ꝓ reuelatione ſecretoꝛ. Hec intelligentia mira eſt et ꝑfecto ſuauis plenaq̃ deuotionis ⁊ pietatis: q̃ nr̃m amoꝛẽ affectuoſum freq̃nti petitiõe oſtendimus coꝛã deo ad impetrandũ ab eo gr̃am pꝛo intelligentia ⁊ cuſtodia ſancte legis ſue: quatenꝰ viatoꝛ hic eã intelligens ope ꝑficiat ⁊ ſic ad beatitudinem ꝑueniat. Et hoc in hoꝛa pͥma. et quia legem dei homo nec per ſe intelligere neq̃ per ſe adimplere valet ratione ſue ignoꝛantie/ ⁊ cecitatis/ ratione ſue impotentie ⁊ fragilitatis / atq̃ ratione iniqui Sathane impedientis: ideo petit a deo aliq̃d directiuum. ſ. legẽ ⁊ ſcientiã in hoꝛa tertia. petit aliquod confoꝛtatiuum: ſ. virtutem et gr̃am in hoꝛa ſexta. Petit demum aliq̃d auxiliũ ſcilicet dei aſſiſtentiam in hoꝛa nona. Ad hãc ergo intentionẽ applicari poſſunt omnes octonarij verſuum huius pſalmi: licet pꝛo vehementia affectus deuoti peregrini (qui tumultuariꝰ eſt) vix poſſit oꝛdo pꝛeciſus in eo obſeruari pꝛe amoꝛis impulſu. Hec ſunt que pꝛo qualicunq̃ exercitio deuotionis eccleſiaſticoꝛum ãnotanda duximus ſuper diuiniſſimum ⁊ nobis quotidianũ pſalmum Beati immaculati. in quibus ſi quis ſe exercere voluerit frequenter (auſim dicere) non erit illi tedio crebꝛioꝛ eius repetitio ſed potius gaudioꝛ ⁊ nouos in dies inueniet ſuper eo ſenſus atq̃ affectus.

## ¶ Caput ſeptimum docet bonos eccleſiaſticos vtilem modum ſe ꝑparandi ad ſingulas hoꝛas canonicas.



Ante oꝛationem inq̃t ſapiens pꝛepara animã tuam in timoꝛe domini. ⁊ Hieremias in Trenis: effunde ſicut aquam coꝛ tuum ante conſpectum domini: leua ad eũ manꝰ tuas. Ex his ⁊ alijs huiuſmodi ſacre ſcripture teſtimonijs moueri debent deuoti eccleſiaſtici diuinis miniſterijs dedicati ad pꝛeparandum ſe ante officium diuinum taliter vt hoꝛas canonicas digne exoluant: atq̃ inde coꝛam deo mereantur aliquod pꝛemium eternum: nec debent eſſe contenti clerici vt ſolum ſatiſfaciant pꝛecepto eccleſie per actum exterioꝛem dicentes hoꝛas ſuas rite ⁊ ſecundum oꝛdinem ab eccleſia inſtitutũ: quatenus euitent peccatum tranſgreſſionis: ſed pꝛeter hoc conari debent ad implendam intentionem pꝛecipientis hoc eſt ad finem pꝛopter quem hec officia inſtituta ſunt ab eccleſia ſcz vt debite colatur deus a miniſtris ſuis per virtutẽ religionis et latrie eleuando coꝛ ad deum exoꝛandum: et etiam vt ſua oꝛatione obtinere valeant beneficia miſericoꝛdie dei pꝛo ſe ⁊ pꝛo toto ſuo populo: cuius bonis et laboꝛioſis actibꝰ honoꝛifice ſuſtentantur. Et licet de hac mentis pꝛeparatione clericis per neceſſaria ad bene ꝑagenda diuina officia multi deuoti ſcriptoꝛes multa ſcripſerint valde bona: ego tamen ex pluribus pauca recolligã ⁊ iudicio meo magis neceſſaria atq̃ vtilia: q̃ pꝛopter memoꝛie iuuamẽtum in hoc verſu ꝓponuntur.

1
Motiua bona ad hãc ꝑparationẽ.

Excutiens/ purga/ gratus/ ꝓpone/ petas/ ſanct.

2
Sexcuplex ꝑparatio ſacerdotis.
Cuius ſenſus eſt. tu ſacerdos has ſex diligentias habeas ſaltem ſemel in die ante hoꝛas canonicas ſcilicet q̃ excutias a te toꝛpoꝛem coꝛpoꝛis et anime. q̃ purges mentem tuã a malis cogitationibus ⁊ affectionibus. q̃ agas gr̃as deo de beneficijs ab eo acceptis. q̃ habeas ſanctum pꝛopoſitum. i. finẽ in hoꝛis dicendis hoc eſt deũ

et non bona temporalia. ꝙ petas a deo auxiliū gratie ſue ad perficienda officia deuote ⁊ deniqꝫ ꝙ ſanctos dei inuoces vt intercedant ꝓ te ad obtinendam gratiam quam petis a deo: ſi forſitam tu non es dignus exaudiri. Extenſius autē

Prima. declarando has diligentias ¶ De prima earum dicimus ꝙ ſacerdos oraturus debet ante omnia excutere a ſe torporem corporis ſomnolenti maxime in horis nocturnis: ⁊ deſidiam mentis indeuote ac frigide: ⁊ hoc tam in horis diurnis ꝙ̄ꝫ in nocturnis: alias ſua oratio parum aut nihil valeret apud deum: qui vigilantiſſimum requirit oratorem/abominaturqꝫ deſidem ⁊ ſomnolentum. Tria ſunt autē que maxime proſunt ad huius torporis excuſſionem ⁊ feruoris incitationem: vcꝫ ꝙ homo ſe ipſum quaſi alterū alloquatur dicens. Lauda anima mea dominum. Benedic anima mea domino ⁊c. ꝙ incipiat ſecū cogitare obligationes multas quibus tenetur diligenter ſeruire ⁊ laudare deum. ſcilicet ratione creationis/redemptionis/gubernationis/promiſſionis ſcilicet facte in baptiſmo/euaſionis a periculis maxime ab inferno/⁊ mercedis in celo ⁊c. ꝙ etiam ſi opus fuerit habeat tunc homo aliquod exertitium corporale vt puta ꝙ ſurgat/deambulet/percutiat pectus/eleuet manus/⁊ oculos ad celum/genua flectat in terra ⁊c. nam ſepius anima noſtra ad corporis mutationem et

Secūda. ipſa mutatur corpori ſe conformans. ¶ De ſecūda diligētia dicit ſcriptura ꝙ iuſtus in principio orationis accuſator eſt ſui. ⁊ pſalmiſta iniquitatem ſi aſpexi in corde meo non exaudiet deus. ergo oportet ante orationem purgari cor hominis ab immunditijs ⁊ dicere cum publicano: deus propitius eſto mihi peccatori: eijcereqꝫ a ſuoītellectū vanas ⁊ inutiles phantaſias ⁊ curioſitates: ſimiliter ⁊ a ſuo affectu cōcupiſcentias rerum temporaliū ⁊ omnes occaſiones peccatorū.

Tertia. ¶ Mēte hominis ſic purgata tertia diligētia eſt. vt ſeruus dei ſe conuertat ad exercitium gratitudinis: non em̄ eſt dignus recipiendis qui ingratus eſt ſuper bonis iam receptis: ⁊ ita qui per orationem ſuam gratiam dei petere intendit debet ante omnia Deo gratias agere de beneficijs iam ab eo receptis. rememorando ſcꝫ beneficia creationis/redemptionis/⁊ gubernationis: qua a periculis multis eſt liberatus/ſanctis inſpirationibus vocatus/in ſtatu honoris collocatꝰ ⁊c. nihil em̄ ita inflamat mentem noſtram ad charitatem/nihil magis nos excitat ad laudem ꝙ̄ꝫ memoria beneficiorum preteritorum ⁊ ſpes futu-

Quarta. rorum. ¶ Uerum ne peccatorum noſtrorum et diuinorum beneficiorum memoria ſterilis ſit et ſuperficialis: ſed potius ⁊ verbis ⁊ opere ac virtute fiat ⁊ ſit realis frutiferaqꝫ: propoſitum mentis firmum/ſanctum/ac bonum finem ſtatuere debet deuotus clericus: que erat quarta diligentia ſuperius notata ſecundum enim propoſitum noſtrum erit curſus profectus noſtri: ⁊ totius boni operis initium eſt recta intētio ⁊ ſanctum propoſitum: dicente domino in euangelio: ſi oculus tuus fuerit ſimplex idest rectus totum corpus tuum lucidum erit. ⁊ ſi oculus neq̄ꝫ idest intentio mala ſimiliter ⁊ corpus tenebroſum erit: proponat ergo eccleſiaſticus in principio horarum canonicarū quolibet die quo vult eas dicere: ad intentionem ſancte matris eccleſie Romane ſcꝫ vt deus colatur ⁊ laudetur ab eo: vt ſoluat ei debitum pro omnibus ſuis beneficijs ⁊ pro omnibus horis diei ⁊ noctis (vt ſuperius in capitulo huius primo declaratum eſt) ac tandem vt illo ſuo labore virtuoſe agat/peccatum euitet/⁊ in parte ſatiſfaciat exoluens penam ei debitam ꝓ ſuis peccatis preteritis. ¶ Sed quoniam propo- Quinta.

ſitum hominis nullum eſt niſi adſit gratia dei preueniens ⁊ cooperans (ſepe em̄ homo vnum proponit ⁊ deus aliter diſponit Prouerb. 12. nō eſt in homine via eius qui diſpoſuit viam ſuam ſed domini eſt dirigere greſſus eius) ideo quinta diligentia deuoti clerici erit petere a deo ut inſpiret ei per gratiam ſuam bonam intentionem et ſanctum finem in omnibus actibus ſuis maxime in horis canonicis ſoluendis Thobie primo pete a deo vt vias tuas dirigat ⁊ omnia conſilia tua in ipſo permaneāt: eſt em̄ via que videtur homini bona ſed extrema eiꝰ perducunt ad mortem. Unde poſtq̄ꝫ homo propoſuit aliquid apud ſe: non debet confidere de ſuo iudicio ſed petere auxilium gratie dei que ipſum illuſtret et dirigat: omne em̄ propoſitum iuſtorum hominū potius in gratia dei ꝙ̄ꝫ in propria induſtria fundatur vt etiam notauit Dauid in pſalmo. 118. cuius plures verſus hanc petitionem continent. ſcꝫ vtinam dirigantur vie mee. Confitebor tibi in directiōe cordis: ⁊ alij ſimiles. ¶ Tādem ne forſitam orans propter peccata ſua reputetur indi- Sexta ꝑparatio.

gnꝰ exaudiri a deo in predicta petitione directionis ſue: debet ſexto leuare oculos ſuos ad montes idest ad ſanctos dei amicos vnde veniat auxilium ſibi Job. 5. voca ſi eſt qui tibi reſpondeat ⁊ ad aliquem ſanctorū conuertere quatenus ſcꝫ ſuis precibus deo acceptiſſimis intercedat pro eo faueatqꝫ illi ad optinendum gratie auxilium qua dirigat eius bona intentio. Hec pauca exercitia ſi quolibet die prelibauerit deuotus clericꝰ horis canonicis ⁊ omnibus alijs ſuis actibus bonis: valde meritorie aget non tantum apud homines ſed etiam apud deum. ¶ Tali preparatione premiſſa deuotus clericus ad ſonum campane pulſate ſi fuerit hora matutinorum dicat: media nocte clamor factus eſt ecce ſponſus venit exite obuiam ei Matthei. 25. in alijs vero horis dicat vox Dilecti mei pulſantis canticorum. 5. ⁊ pro memoria hos notet verſus.

3 Meditationes deunte ante offitium.

¶ Cuſtodis pulſum chriſti tu ſuſcipe verbum,
Quo citatus ais: cor tibi preſto deus.

Ueniens autem ad eccleſiam prius ante altare genibus flexis adorato ſacramento hos verſus quaſi a deo audiat.

Ante chorum quid ſis facturus mente reuolue
Quid trahat attende/corqꝫ parato deo.

Tunc oībus negocijs dimiſſis cum audierit ſi-



gnum abſqꝫ mora aliqua bonus clericus ꝑgat ad chorum vel ad ſuum oratorium inſtar illius diuini equi de quo dr̄ Job. 39. vbi audierit buccinam dicit Uah. vel ad ſimilitudinem magorū dicat hoc ſignum magni regis eſt eamus et inquiramus eum. qualiter aūt diſpoſitus debeat accedere ad locū diuini officij patet ex p̄miſſis: q̄ oīa verſiculus iſte rememorat.

¶ Collectus. purus. templū ſuccenſus adito.

Jam vero ingreſſus locū quid agere primū debeat ſeruus dei hic etiā verſus declarat.

4 Septem diligētici ipſo offitio.

¶ Occurrens/lege/linque/videns/cole/dirige/credēs. Ubi ſeptē breuiſſima notantur. Primū eſt ꝙ occurras deo habitanti in loco illo quodā ſpeciali modo: ſaluteſqꝫ eum humiliter vel tāq̄ꝫ regem tuum/vel vt patrem/vel vt ſponſum/vel quaſi iudicem/aut medicum/aut p̄ceptorē tuum ⁊c. Scd̄m eſt vt interim ꝙ alij veniunt nec incipitur officium: legas aliq̄d deuotum quo tua deuotio accendatur. Tertium ꝙ relinquas omnes curas rerum aliarum extra diuinum officium. Quartum ꝙ eleues oculos et aſpicias altitudinem templi dei: vt inde eleuetur cor tuum ad contemplandam eius maieſtatem. Quintum ꝙ deum ibi colas latria. i. adores eū flectendo genua corā altari. Sextum ꝙ ad ſtallum tuum veniens in choro dirigas intentionē tuam ad deum vt iam dictum eſt. Septimum ꝙ firmiter credas illas autoritates ſacre ſcripture que in illo officio leguntur: ⁊ ꝙ confidas de diuina miſericordia ꝙ te iuuabit ad bene agendum officium tuum quatenus inde reportes fructum coram eo. ¶ Modus aūt quo exoluendum aut peragendum eſt diuinum officium a bono clerico hic declaratur.

5 Tres cōditiones obſeruande.

Sis reuerēs/ſimul attendens/deuotꝰ in horis.

Senſus eſt. ꝙ habeas tres conditiones idest reuerentiam deo/attentionem officio/⁊ deuotionē religioſam/vt oīa facias ꝓpter honorē dei. q̄ ſic declarantur. nam ꝓ exercitādo affectu deuotionis debet ſeruus dei in quolibet officio horarū canonicaꝝ reuoluere ⁊ mente cogitare eiꝰ cauſas tum generales. tum ſpeciales: q̄ explicant myſteria oīm dicendoꝝ in eo. de q̄bus iam opoſius egimus in ſupiorib9 capitulis huius libri: turpe ē em̄ his q̄ diuino cultui ſunt dedicati neſcire cauſas ſacrorū officiorū: ſicut etiā idē rep̄hēditur in digeſtis aduocato ⁊ cauſas tractāti forēſes: ſi ius in quo hoc verſatur ignoret. ⁊ Malachie. 2. dr̄ ad noſtrum ꝓpoſitum de eccl̄iaſticis labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiā. i. rationem diuinoꝝ myſterioꝝ: ⁊ legem req̄rent ex ore eius. Repetentes ergo breuiſſime totam doctrinam illorum capitulorum quibuſdam verſibus rationes diuinorum officiorum explicabimus. Et primo quare potius in templo dei dicantur iſta officia ꝙ̄ꝫ in domibus particularibus nr̄is Joānes valenſis his reſpondet verſibus.

6. Septem hore canonice quare.

¶ Sex lucror in ſyon: pegrinor. ⁊ inſtruor: oro.
Participo ſacris: dn̄i de morte recordor.
Adiuuor a ſanctis in quoꝝ laude laboro.

Cur aūt potius illis ſeptē horis diei ⁊ noctis ꝙ̄ꝫ alijs diuina officia a patribus ſunt inſtituta: hi duo verſus dant rationes.

Omnia/dona/cadit/etas/typus/alia/p̄ſtant.
Nam ſancti: factis ſacris: paſſuſqꝫ: opari.

Hoꝝ verſuum p̄mus dat rationes quare in numero ſeptenario hore canonice ſint inſtitute ab eccleſia ad laudandum deum ſcꝫ quia ſeptenarius vniuerſum tempus ſignificat/quia ſeptem ſunt dona ſpiritus ſancti/quia ſepties in die cadit iuſtus/quia ſeptem ſunt etates mūdi et maioris ⁊ minoris/⁊ quia in multis figuris veteris legis talis numerus fuit commēdatus. Secundus verſus cum duobus verbis finalibus p̄mi dat rationes quare potius in illis horis diei et noctis quam in alijs dicātur hore canonice ſeu laudes dei a fidelibus: que alias declarate ſūt. Preſuppoſitis igitur his generalibus cauſis et rationibus horaꝝ canonicaꝝ: ſpeciales ſingularum rōnes etiam verſibus commemorabimus.

¶ Primo de matutinis.

¶ Occidit/Dauid/natus/pernox. modo captꝰ. Matutini.
Nunc mala/nunc hoſtes/caro/clamor tempore. luſtret.

Hoꝝ verſuum ſententia ſeu declaratio requirēda eſt ſuperius in capitulo. 3. huius ꝑ ordinem. Rationes aūt laudū ex eodē cap̄. tertio hic v̄ſus commemorat.

Nūc creat/⁊ laudant/merſit/ſurgit/mare donat.

Cauſe autem ⁊ rationes quattuor p̄marum diei horarum: ex capitulo quarto huius his verſibus colligi poſſunt.

¶ Rationes hore p̄me.

Ad p̄mas volucer ſurgas: gere te velut ante. Prima.
Reſpiciens/docet/exaudit/templans/opantur.
Scripta/exempla mouent. ⁊ aues. docet hoc bona merces.

In his verſibus dantur rationes quare homo debeat ſurgere in p̄ma hora diei. ſed de officio hore p̄me ſequuntur verſus.

Primas ferventi ſtudeas exoluere cultu.
Principiū/manna/templo/latuſqꝫ paret.

¶ De cauſis ⁊ rōnibus hore tertie. Tertia.

Peccant/ſubclamant/cedunt/nunc ſpūs ⁊ lex.

¶ De cauſis ⁊ rōnibus hore ſexte. Sexta

Expulſus/lapſus/crucifixus/ſol/modo ſcandit.

¶ De cauſis ⁊ rōnibus hore none. Nona.

Expirat/paſcit/fregit/centurio/ſancti.

Ex capitulo aūt quinto huius colligūtur rōnes et cauſe inſtitutionis duarū horaꝝ vltimaꝝ diei.

¶ Primo de veſpis. Ueſperi.

Nuncqꝫ columba/⁊ Loth/agnum nunc hoſtia/carnes.
Aduenit/curat/cenat/tollunt/paruit tunc.

¶ De cauſis ⁊ rōnibus completorij.

Exit: ⁊ intumulant. paret. finemqꝫ. reſurgens. Completorium.

Que rationes in predicto capitulo quinto iam declarate ſunt. Sed ꝙ hoc officiū aliorum omnium vltimum magna cum deuotione ſit a clericis exoluendum ⁊ a toto populo requirendum His verſibus declaratur.

Nunc requies/tacitum/reddeuntqꝫ/parans/vel amittes.
Munit/plura bona/mala/ ſcādala/Vgo Maria.
Ubi decem tanguntur rationes ad probandum quod dictum eſt de cōpletorio. Prima qꝛ hec eſt hora requiei qua ceſſandum eſt a laboribꝰ diurnis. Secunda qꝛ eſt tempus tacendi ideſt ceſſandi a locutione humana ⁊ vacandi diuine in ſilētio. Tertia qꝛ in tali hora nō ſolum homines ſed etiam bruta animalia ad domum reddire ſolent ideo ſignificat ꝙ peccator tunc debet reddire ad cor. Quarta qꝛ ex tunc deo parandus eſt lectus cordis noſtri in pace vt dormiat ⁊ requieſcat nobiſcum. Quinta qꝛ illa hora debet homo cōmiſſa peccata per diem dolendo reparare cogitans de fine vite ſue. Sexta qꝛ tunc debet homo ſe p̄munire contra timores nocturnos ⁊ phantaſmata horribilia. Septima qꝛ in hoc officio ſunt plura bona pro hominis cuſtodia in nocte gratiā dei impetrātia. Octaua qꝛ abſens ab hoc officio completorij plura mala incurrit ideſt carentias predictorū bonorum. Nona qꝛ talis fratres ſuos ſcandalizat ⁊ inquietat ſua abſentia. Decima tandem debemus intereſſe completorio ꝓpter honorem beate virginis Marie cui nos cō

7 mendamus in. Salue regina. Hactenus vel in

Epilogꝰ ſeptē capitulorū.

tranſcurſu ⁊ breuiſſime nos dixiſſe ſufficiat de ſeptem horis canonicis eccleſie chriſtiane: ⁊ hoc quidem non abſolute ſed reſpectiue ideſt conſiderata huius negotij magnitudine. Jam vero quedam generalia documenta circa miſſe celebrationem hic addenda decreuimus quibus tranſitum faciamus ad huius noſtri operis librum ſecundum: in quo exponenda duximus ſigillatim omnia officia Miſſalis totius anni.

## Caput octauum de his que ex neceſſitate prerequiruntur in ſacerdote miſſam celebraturo: que ſunt tria hec. Poteſtas ordinis/facultas ſermonis/⁊ rectitudo intētionis.



iſſe celebratio in eccleſia chriſtiana (quod etiam in ꝓlogis huius operis diximus) ſicut ordine tēporis preceſſit omnes alias horas canonicas poſterius editas ita etiam in ratione finis eas omnes ſubſequitur vcꝫ qꝛ alie hore a ſanctis patribus clericis impoſite ſunt ad maiorem honorem cultum ⁊ deuotionem officij Miſſalis. quatenus illis p̄

1 exercitamentis muniti ſacerdotes cum maiori

Miſſa finis omnium officiorum eccleſie

mentis preparatione/reuerentia et deuotione accedere valeant ad ſupremi illius miſterij celebritatem. Uerum qꝛ illa canonicarum horarum p̄ludia erant remota preparatio ſacerdotis ad ſacrificium euchariſtie pagendū: appoſita eſt allia propinquior in ipſo miſſe officio ſeorſum ab alijs horis canonicis. eam eccleſiaſtici miſſam cathecuminorum appellant. de qua impreſentiarū aliqua dicemus ſaltē in genere pro complemēto huius noſtri primi libri. Huic etiam generali ratiotinio officij Miſſalis aliqua documenta p̄mittemus neceſſario ſupponenda ad euchariſtie conſecrationem ac totius miſſe celebrationem deuotam. Eruntqꝫ triplicia. quedam. ſ. ex parte miniſtri conſecrantis/quedam ex parte ſacramēti conficiendi ⁊ alia demum ex parte circunſtantiarum loci ⁊ temporis in quo miſſa eſt celebranda. Hec tamen omnia non ſunt equaliter prerequiſita ⁊ neceſſaria ad hoc officium peragendū ſed eorum aliqua ſunt ſimpliciter neceſſaria ad Euchariſtie conſecrationem: ſic ꝙ eis non poſitis conſecratio non fieret. alia vero ſunt non ſimpliciter neceſſaria ſed decenter appoſita ad legitime conſecrandum: ſic ꝙ eis non exiſtentibus licet non impediretur ſed fieret conſecratio: tolleretur tamen fructꝰ Euchariſtie qui deberet fieri in ſacerdote celebrante. Que igitur requiruntur ex parte ſacramenti ſunt ſimpliciter neceſſaria: que vero ex parte circunſtantiarum ſecundo modo ſunt requiſita ⁊ cōgruentia: que autem ex parte ſacerdotis miniſtri huius ſacramenti partim primo modo partim ſecundo ſunt neceſſaria. Et gratia melioris intelligentie explicabimus eas ſigillatim. Ex parte eñ ſacramenti requiritur debita materia euchariſtie: ideſt: panis ⁊ vinum: ⁊ debita forma verborum: ſine quibus nulla eſſet

2 Tria preſupponenda ad miſſe celebrationem.

3 conſecratio Euchariſtie. Ex parte cicunſtantiarū requiritur primo locꝰ vel communis vt eccleſia vel proprius vt altare vel inſtrumenta vt calix/patena, corporalia ⁊c. Secundo tempus determinatum vt dies ⁊ hora certa. Tertia ꝙ ſint aliqui aſſiſtentes ſacerdoti miſſam celebranti puta duo vel tres ⁊c. Ex parte deniqꝫ ſacerdotis p̄mo modo requiſita ſunt hec tria. poteſtas ordinis/facultas ſermōis/⁊ rectitudo intentionis. Nō eñ poſſunt conſecrare homines his tribus carentes: vt femine laici/⁊ alij non preſbiteri immo neqꝫ angeli. Item muti vel elingues. inſuper fatui ⁊ vniuerſaliter carentes vſu rationis qui non poſſunt habere intentionē. demū ⁊ ſacerdotes ꝑuerſam habentes intentionē non conſecrant. Secundo modo requiſita ex patre ſacerdotis ſunt hec duo ſcꝫ impedimentorum remotio: ⁊ conuenientium appoſitio. Jmpedimenta rurſus triplicia ſunt vcꝫ mortalis culpa/pena canonica/⁊ indiſpoſitio certa: vt ſolutio ieiunij/pollutio. ⁊c. Conueniētia apponēda ſunt duplicia q̄dā eñ ſunt res ꝑmanētes vt ſacre veſtes/liber/lumē ⁊c. Alie ſunt res ſucceſſiue vt orationes preuie ⁊ ſacramētū penitētie ⁊c. De ſingulis iſtorum prerequiſitorum ꝓlixius dicturi: ordiamur ab illis tribus que ex parte ſacerdotis ſimpliciter diximus neceſſaria ad euchariſtie conſecrationem: ⁊ inter ea incipiemꝰ a poteſtate ſacerdotis. Euangelici ſacerdotis poteſtas ſupernaturalis a deo ſibi conceſſa tota reſpicit corpus chriſti: circa quod ipſe aliquid miniſterialiter opari poteſt autoritate dei ſuffultꝰ.

Poteſtas vel charater ſacerdotalis duplex.



Sed ſicut diſtinguitur duplex corpꝰ chriſti verū ſcꝫ et myſticum: ita etiā ponitur duplex ſacerdotalis poteſtas quarum altera eſt poteſtas ordinis/altera iuriſdictionis. Prima reſpicit corpus chriſti verum. Secunda vero corpus eius myſticum. Eſt autem corpus chriſti verum caro eius ſacratiſſima ex vtero virginis matris aſſumpta: de qua Joānis primo dicitur ⁊ verbum caro factum eſt: ſuper hoc itaqꝫ corpus chriſti dicitur ſacerdos accepiſſe a deo poteſtatem ordinis: qua ſcꝫ poteſt ipſum conſecrare/offerre in altari/et alijs fidelibus diſpenſare: ſic ꝙ nullus alius a ſacerdote poſſit hos actꝰ exercere in eccleſia dei. Corpꝰ chriſti myſticum eſt eccleſia catholica vel populus fidelium chriſtianorum: de quo apoſtolus. 1. Corin. 12. ait. vos eſtis corpus chriſti ⁊ mēbra de membro ſcꝫ principali quod eſt caput ꝓducta. Nam deus filium ſuum hominem factū dedit caput ſuper omnem eccleſiam que eſt corpus eius ad Epheſios. 1. Sup hoc igitur corpus chriſti myſticum ideſt figurale accepit ſacerdos euangelicus poteſtatē iuriſdictionis: qua poteſt alios fideles ſoluere/ligare/docere/corrigere/cōfortare/atqꝫ ab eis neceſſaria vite accipere quibus ipe ſpiritualia adminiſtrat. hac itaqꝫ dei autoritate ſacerdos efficitur iudex in cauſis ſpiritualibus. De his duabus ſacerdotum poteſtatibus ponemus aliquas propoſitiones ſecundum peritiores Theologorum ⁊ ab alijs communiter ꝯceſſas. ¶ Prima eſt ꝙ ſicut iſte due poteſtates habent diuerſos actus ⁊ ſuper diuerſa obiecta: ita etiam ſunt res diuerſe ideſt diſtincti habitus ſeu caracteres in anima ſacerdotis. probatur clariſſime ex modo quo chriſtus has dedit poteſtates apoſtolis a principio: ⁊ ſimiliter ex modo quo nunc epiſcopus faciens ordines eas tradit preſbyteris quos ordinat. Chriſtus eñ diuerſis temporibus ⁊ locis ideſt ſeparate ⁊ ſeorſum eas conceſſit apoſtolis. nam ſuper corpus ſuum verum dedit eis poteſtatem in vltima cena quando ſacramentum euchariſtie inſtituit. poſtq̄ꝫ eñ panem a ſe conſecratum apoſtolis diſtribuerat dixit eis: hoc facite in meam cōmemorationem. Matthei. 26. cum concord. quo verbo manifeſte dedit eis poteſtatem conſecrandi ⁊ diſtribuendi corpꝰ chriſti verum. Sed ſuper corpus eius myſticum tunc non dedit eis poteſtatē ſed poſt ſuam reſurrectionem. Quia licet ante paſſionem ſuam promiſſerit apoſtolis hāc poteſtatem: non tamen tunc eam conceſſit eis ſcꝫ quando Petro dixit Matthei. 16. Tibi dabo claues regni celorum ⁊ quodcunqꝫ ſolueris ſuper terram ⁊c. ⁊ capitulo. 18. apoſtolis omnibus dixit: quecunqꝫ ſolueritis ſuper terram. ⁊c. ſed poſt reſurrectionem ſuam conceſſit eis de facto iſtam poteſtatem. nam in die ſue reſurrectionis apparens apoſtolis ſuis in cenaclo inſufflauit in eos dicens: accipite ſpiritumſanctum quorum remiſſeritis peccata ⁊c. Joannis: 20. ⁊ poſt paucos dies petro ſeorſum dixit: paſce agnos meos/paſce oues meas. Joannis. 21. in quibus autoritatibus manifeſte explicatur poteſtas ſuper corpus chriſti myſticum (quod eſt eccleſia) petro ⁊ apoſtolis alijs conceſſa. Similiter epiſcopꝰ in ordinatione noui ſacerdotis primo dans ei poteſtatem ordinis tradit ei calicem cum patena ⁊ pane ⁊ vino per hec verba accipe poteſtatem offerendi ⁊ conficiendi pro viuis ⁊ mortuis. deinde aliquibus interpoſitis epiſcopus intendens tradere eidem poteſtatem iuriſdictiōis imponit manus ſuper caput eius cum his verbis: accipe ſpiritum ſanctum quorum remiſſeris peccata ⁊c. patet ergo probatio p̄me veritatis. ¶ Secūda ꝓpoſitio ſit hec: ꝙ iſte due poteſtates poſtq̄ꝫ ſunt hominibus legitime collate per epiſcopum: ſunt ab eis penitus inauferibiles per humanam potentiam: itaqꝫ ille qui iam effectus eſt ſacerdos ⁊ predictas duas poteſtates legitime conſecutus: quantumcunqꝫ poſtea fuerit ab eccleſiaſtico iudice excomunicatus ſuſpenſus/vel degradatus ſemper tamen habet poteſtatem conſecrandi ⁊ abſoluendi atqꝫ ligandi ⁊c. Huius veritatis ſignum eſt ꝙ quando talis ſacerdos poſtea recōciliatur ⁊ ad communionem eccleſie admittitur: non iterum ordinatur ad hoc vt poſſit exercere actus illos in eccleſia dei: immo hoc eſt a iure prohibitum prima queſtione prima in multis capitulis. ergo tales ſuſpenſiones ⁊ degradationes non tollunt a ſacerdote poteſtates ordinis aut iuriſdictiōis: ſed ſolum vſum talis poteſtatis non quemlibet ſed ſolum licitum ⁊ bene ordinatum. A ſolo ergo deo poſſet talis poteſtas ſacerdotis ſubtrahi a quo ſolo tradita eſt. nec credendum eſt deum illam ab aliquo ſacerdote abſtuliſſe: niſi per reuelationem diuinam hoc fieret notum hominibus. ¶ Tertia propoſitio he due poteſtates ſunt equales in omnibus ſacerdotibus eccleſie chriſtiane tam maioribus q̄ꝫ minoribus. nam eiſdem ſignis exterioribus: eademqꝫ forma verborum conferuntur omnibus ſacerdotibus eccleſie. Ueruntamen vſus talium poteſtatum non ſemper eſt equaliter permiſſus in omnibus ſacerdotibus vt paulo poſt declarabitur. ¶ Quarta propoſitio ꝙ predicte poteſtates licet preſupponant in homine habente eas ſacramētum babtiſmi: non tamen prerequirunt in eo gratiam ſpirituſſancti vel charitatem: ſunt eñ gratie gratis date que poſſunt ſtare cum peccato mortali. Uerum ad digne ſuſcipiendum tales poteſtates vel ad digne exercendum actus earū gratia in homine requiritur. qꝛ cum nemo ſciat de ſe vel de alio viatore an odio vel amore dignus ſit coram deo totus ordo eccleſiaſtice hierarchie cōfunderetur ex dubitatione iſta ſi ſacerdos habet vel non habet has poteſtates quia dubius eſt an ſit vel non ſit in gratia: et item qꝛ tales poteſtates date ſunt ſacerdotibus ad aliqualiter ſe habendum ad alios homines non autem ad deum. ergo indifferens eſt ad habendas illas quomodo ſe habeant ſacerdotes ad deū penes amorē vel odium: dummodo poſſint ad homines tales actus exercere. ¶ Quinta

Prima cōcluſio. Secūda cōcluſio. Tertia cōcluſio. Quarta cōcluſio. Quinta cōcluſio.

propoſitio. ex p̄dictis patet quomodo differt hec poteſtas eccleſiaſtica ſacerdotū a poteſtate dominorum ⁊ iudicum ſecularium. Tum qꝛ hec ad animas illa ad corpora reſpicit principaliter dirigenda. tum qꝛ hec a ſolis fidelibus: illa autem etiam ab infidelibus haberi poteſt. tum deniqꝫ qꝛ hec cum peccato indigne ſuſcipitur indigneqꝫ exercetur. illa vero ſine noui peccati reatu ⁊ ſuſcipi ⁊ exerceri valet ab homine exiſtente in peccato. Specialiter autem veniendo ad ſingulas predictarum poteſtatum eccleſiaſticarum ponitur hec ſexta propoſitio.

Sexta cō cluſio.

¶ Q̄d poteſtas ordinis corpus chriſti verum reſpiciens: ⁊ ordine prior ⁊ dignitate excellentior eſt in quolibet ſacerdote poteſtate iuriſdictionis ſuper corpus chriſti myſticum. De ordine conſtat ex probatione prime propoſitiōis ⁊ item qꝛ vſus ſancte matris eccleſie habet vt nulli concedatur poteſtas abſoluendi in foro conſcientie niſi prius habeat poteſtatē conſecrandi. Inſuper quia figura debet p̄cedere figuratum corpus autem chriſti verum eſt figura eccleſie que eſt corpus myſticum. deniqꝫ quia chr..us tali ordine iſtis poteſtates dedit apoſtolis: ⁊ ſimiliter epiſcopus preſbyteris: adhuc quia ab humanitate chriſti organo mediatiſſimo diuinitatis emanant omnia dona gratiarum ad totum corpus eccleſie chriſtiane prius ergo debuit ſacerdos euangelicꝰ accipere poteſtatem ſuper corpus chriſti verum q̄ꝫ ſuper myſticum. De dignitate etiam probatur multis ſanctorum doctorum autoritatibus que hanc ſacerdotis poteſtatem preferunt angelice dignitati. Marie virginis maternitati / regie ac imperiali maieſtati / atqꝫ omni terrene ſublimitati nec tamen ex ea ſacerdos debet ſe extollere ſed potius humiliare quoniam actum illum conſecrationis mirabilem ipſe non agit naturali ſua potentia / neqꝫ ſuis meritis: ſed ſola diuine maieſtatis aſſiſtentia hoc tātum miraculum ſua virtute operatur ex pacto quo pepigit eccleſie ſue ſponſe chariſſime cuius ſacerdos miniſter indignus eſt: ⁊ ad cuius vocē deus hoc operatur miraculum. Unde ſi in tanto miniſterio ſacerdos indigne concurrat cum deo damnationem eterne mortis incurrit. Debet ergo humiliari ⁊ ſupplex deum orare vt ſua gratia ipſum faciat dignum: quamuis autem hec poteſtas ordinis ſacerdotalis tres actus exerceat circa euchariſtie ſacramentum ( qui ſunt conſecrare offere / ⁊ diſpenſare ) tamen ipſa vnica ⁊ indiuiſa ponitur a ſanctis doctoribus. Poteſtatem vero iuriſdictionis quam habet ſacerdos ſuper alios homines bifariam diuidunt quarum altera eſt in foro interiore ſecrete penitentie: altera in foro exteriore publice audientie de qua ſit hec ſeptima ꝓpoſitio in ordine.

Septi ma cōclu ſio.

¶ Q̄d hec poteſtas ſolis prelatis ⁊ iudicibus conueniens poteſt eē in homine ſine ſacerdotali poteſtate ordinis. poteſt enim dari ſimpliciter tonſurato cuius ſignum eſt quia chriſtus conceſſit eam ſuis diſcipulis multis diebus ante paſſionem dicens. Matthei.18. ſi te non audierit dic eccleſie ideſt prelato vel iudici eccleſiaſtico. quo tempore apoſtoli adhuc non erant ſacerdotes nec habebant poteſtatem ordinis: ⁊ qꝛ hec poteſtas non eſt ſacramentalis nec principaliter pertinet ad animas: ſed ad corpora valde ſimilis poteſtati laicali dominorum temporalium: nec per eam immediate iudices eccleſiaſtici poſſunt apperire vel claudere celum hominibus ſed ſolum templum materiale in terra qualem poteſtatem habebant ſacerdotes ve. le. ideo impreſentiarū a noſtro ꝓpoſito eſt relinquenda: vbi de ſacramentali poteſtate noſtrorum ſacerdotum p̄ncipaliter agimus: q̄ etiam dicitur clauis regni celorū. illa vero alia poteſtas eſt minus perfecta ⁊ ſolum clauis regni terreni.

Claues regni celorum.

¶ Diuiditur autem poteſtas iſta iuriſdictiōis in ſacramento penitentie per duas ſpecies que dicuntur due claues ſacerdotis ad apperiendum celum hominibus dignis ⁊ claudendum indignis altera earum dicitur clauis ſcientie / altera clauis poteſtatis vel ſententie ab antiquioribꝰ Theologis. que diſtinctio etiā colligi poteſt ex verbis chriſti ad petrum dicentis tibi dabo claues regni celorum.

Clauis ſcientie.

¶ Clauis ſcientie non eſt ſcientia ſacerdotis actualis vel habitualis: quia multi habentes hanc clauem ſunt valde ignorātes / carentqꝫ ſcientia non modo ſeculari ⁊ philoſophica ſed quod peius eſt ſcientia clericali ⁊ Theologica. Eſt ergo clauis ſcientie autoritas ſacerdotis ad cognoſcendum iuridice de cauſa peccatoris ſcꝫ an ſit dignus vel indignus regno celorum. quia licet hoc idem poſſet cognoſcere theologus non ſacerdos: tamen ille non eſt iudex ordinatus a deo ad cognoſcendum de iſta cauſa ſicut ſacerdos miniſter chriſti.

Clauis p̄tātis.

¶ Clauis poteſtatis vel ſententie eſt autoritas proferendi ſententiam iuridice in cauſa illa qua ſententia denunciatur iſte dignus ille indignus regno celorum. vnde additur octaua propoſitio de hac poteſtate iuriſdictionis ſacramentalis ſit hec.

Quod ſicut poteſtate ordinis ſuper corpus chriſti verum: ſacerdos non conſecrat vel conuertit panem in corpus chriſti niſi miniſterialiter: ita dicendū eſt de hac poteſtate iuriſdictionis in ſacramento penitentie ꝙ ſacerdos non aperit vel claudit celum hominibus niſi miniſterialiter. de prima poteſtate dicit Euſebius: ꝙ ſolꝰ ille ſacerdos inuiſibilis ideſt chriſtus ſubſtantias panis et vini in ſubſtantias corporis ⁊ ſanguinis ſui ſecreta virtute commutat. de hoc etiam prius dictum eſt in ſexta propoſitione. Secūda pars huius ꝓpoſitionis ſimiliter declaratur: qꝛ ſolus deus eſt qui aperit celos iuſtis ⁊ claudit illud peccatoribus ipſe autem homo viator ſuis actibus bonis aut malis aperit vel claudit ſibi celum meritorie videlicet qꝛ bonis actibus meretur ſibi illam apertionē celi fieri a deo ⁊ e contra ſuis malis actibus vel peccatis demeretur celi clauſuram ⁊ ſuam expulſionem a regno dei. Sacerdos autem euangelicus ſuo miniſterio vt iudex a deo inſtitutus in terra autoritate eius primo cognoſcit deinde pronunciat hunc eſſe dignum



admitti in celo ſcilicet vere penitentem ideo dicit ei ego te abſoluo ideſt iudico ⁊ declaro te eſſe dignum regno celorum: ⁊ propter hoc miniſterium quo miniſtrat deo in illo ſacramento dicitur peccatori aperire celum ⁊ habere clauem ideſt poteſtatem aperiendi regnum celorum. Nolentem vero penitere neqꝫ a peccatis ſuis ceſſare idem ſacerdos iudicat ⁊ pronunciat indignum admitti in regnum celorum dicens ei non te abſoluo ⁊ ꝓpter hoc dicitur ei claudere celū miniſterialiter. Hactenus igitur de primo requiſito ex parte ſacerdotis ad celebrandum. Miſſe officium quod erat poteſtas ordinis ſcilicet ad conſecrandum.

4 De facultate ſermonis.

¶ Secundo vero de neceſſitate ſacramenti requirebatur in ſacerdote facultas ſermonis ideſt ꝙ poſſit loqui ⁊ verba proferri alias non poſſet conſecrare euchariſtiam: hoc enī eſt generale in omni ſacramento quod ſemper duobus integratur ſcilicet propria materia ⁊ propria forma verborum dicente Auguſtino ſup̄ Joannem accedit verbum ad elementum ⁊ fit ſacramētum. Quare manifeſtum eſt ꝙ deficiente alterutro iſtorum duorum nullum poterit confici ſacramentum. ⁊ quia formam ſacramenti (que ſunt verba) nō poſſunt proferre muti ⁊ elingues conſequens erit ꝙ ſacramentorum miniſtri eſſe non poſſint: ergo nec officium miſſe (in quo ſacramentum euchariſtie conſecratur) celebrare poſſunt. Nec ſufficit adhoc ſacramentum conficiendum ꝙ ipſe mutus in altari offerat panem et vinum agatqꝫ omnia alia geſta neceſſaria et ꝙ alius ſibi aſſiſtens proferat verba conſecrationis: qꝛ nec illo modo ipſe mutus conſecrat: ſed ille qui verba profert ſi ſit ſacerdos patet hoc in ſimili de baptiſmo: qꝛ oportet ꝙ ab eodē homine ⁊ aquam aſpergi ⁊ ſacramenti verba proferri: nec eſſet verꝰ baptiſmus chriſti in caſu quo mutus puerum intingeret ⁊ mancus verba proferret. Uerum in hoc aliquātiſper differt euchariſtia a baptiſmo quia vnus ſacerdos poſſet panem conſecrare in altari quem alius teneret in manus etiam ſi proferens verba panem non tangeret vt in caſu premiſſo de duobus altero muto altero manco. In eo enim licet non poſſet alicui miniſtrari baptiſmus poſſet tamen fieri euchariſtia immo vſus eccleſie romane habet q̄d in miſſa ſummi pontificis cardinales preſbyteri aſſiſtant: ei ⁊ ſecum conſecrant panem ⁊ vinum que tamen ipſi non tangunt ſed ſolus pōtifex. idem vſus apparet in miſſa cuiuſlibet epiſcopi ordines celebrātis: qꝛ aſſiſtunt ei duo alij preſbyteri ſecum conſecrantes idem etiam obſeruatur in conſecratione noui epiſcopi: qꝛ ipſe ſimul conſecrat hoſtiam cum alio epiſcopo eum ordinante. Mutus ergo aut elinguis homo cōſecrare non poteſt euchariſtiam neqꝫ miſſe officiū agere.

5 De rectitudine itētionis ſacerdotis.

¶ Tertio requiritur etiam de neceſſitate ſacramēti euchariſtie in ſacerdote integritas aut rectitudo intentionis: que conditio eſt generalis et neceſſaria in omni ſacramento cum enī ſacramenti miniſtratio ſit actus humanus (quia ſoli homini eſt a deo conceſſus) debet eſſe deliberatus ⁊ ex certa intentione factus non caſualis vel impremeditatus quia in tali actu homo nō differt ab alijs agentibus naturalibus ⁊ creaturis irrationalibus. Et item qꝛ ſacramenta data ſunt eccleſie chriſtiane ergo non poſſunt diſpenſari niſi a miniſtris eius quilibet autem miniſter alterius debet ſequi intentionem eius qꝛ cooperatur ſuo principali agenti cui miniſtrat alias nō diceretur miniſtrare ſed potius impedire actionē eiꝰ. Que aūt ⁊ qualis debeat eſſe intentio ſacerdotis conſecrantis.

Octaua cōcluſio.

¶ Dimiſſis varijs modis dicendi theologorum ponitur hec propoſitio octaua in ordine. Q̄d ad cōſecrādum de neceſſitate ſacramenti euchariſtie requiritur in ſacerdote intentio actualis aut virtualis ſpecialis aut ſaltē generalis qua ipſe velit facere quod eccleſia chriſtiana intendit facere ex illa materia cum illa forma. Iſte particule ſic declarantur: qꝛ ſacerdos quando miſſam celebrat cum venit ad proferenda verba conſecrationis ſuper panem ⁊ vinum aliquando eſt attentꝰ ad ea que facit ⁊ dicit aliquando eſt diſtractus ⁊ cogitat de alijs rebus:

Intentio actualis.

quando ergo ipſe eſt attentus ⁊ actualiter cogitat de illo ſacramento tunc habet intentionem actualem quia vult de facto conſecrare et ex tali voluntate procedit ad opus exterius accipiens panem in manus ⁊ dicens ſuper eo verba conſecrationis: ⁊ ſimiliter ſe habet in calice vini. Sed quando eſt diſtranctus nec atualiter cogitat de pane aut vino nec de verbis conſecrationis que profert tunc non habet intentionem actualem.

Intentio virtualis.

Sed poteſt habere virtualem quia ſcilicet tales actus facit in virtute cuiuſdam intētionis preterite quam prius habuit quando actualiter voluit ire ad miſſam celebrandam. ad propoſitum ergo dico ꝙ bonus ⁊ deuotus ſacerdos debet quantum poteſt conari ad habendam intentionem actualem propter reuerentiam tanti ſacramenti: ſed qꝛ illa non ſemper eſt nobis poſſibilis propter fragilitatem noſtram qꝛ humana phantaſia eſt labilis ab alijs in alia multipliciter: ideo non eſt credendum ꝙ actualis intentio ſacerdotis ſit de neceſſitate ſacramenti: ſufficit ergo virtualis ita ꝙ preceſſerit in eo aliqua intentio actualis cuius virtus adhuc manet ⁊ mouet ſacerdotem ad agendum ⁊ dicendum omnia illa q̄ ſunt de neceſſitate ſacramenti. Dicitur autē manere virtus precedentis intentionis in operāte quandiu ipſe non habuerit contrariam intentionem illi priori precedenti. nam poſt talem cōtrariam intentionem iam non agit in virtute prioris intētionis ſed in virtute poſterioris contrarie: donec renouet priorem. Hec diſtinctio actualis ⁊ virtualis intentionis clara eſt in omnibus bonis operibus. Nam in peregrinationibus / in edificationibus templorum in recitationibꝰ horarum ⁊ in alijs actibus lōgeuis ſufficit homini intentio actualis que fuit in principio illius actꝰ et virtus eius durat per omnes partes illius actionis quamdiu non interuenerit cōtraria intē-

rio. Nõ em̃ peregrinus actualiter cogitat in quo
libet paſſu de ſua peregrinatione: nec ſacerdos
in quolibet pſalmo aut verſu de ſua recitatione:
neq; edificãs templũ in quolibet lapide cogitat
de ſuo edificio ⁊ ſic de alijs. Sufficit ergo fere ſẽ-
per intentio virtualis in actibus humanis ⁊ nõ
eſt neceſſaria actualis. Rurſus quelibet iſtarum
intentionũ maxime actualis poteſt eſſe duplex:
altera generalis ⁊ altera ſpecialis. patet in ſimi-
li de credulitate fidei. poteſt em̃ quis generaliter
credere quicquid eccleſia credit non cogitando
ſpecialiter de aliquo articulo fidei: poteſt etiam
determinare ſe ad iſtum vel illum articulũ puta
Intentio generalis. de trinitate vel de incarnatione. Ad propoſitum
noſtrum intentio generalis in ſacerdote ad con-
ſecrandum eſſet: ſi in ſua miſſa ipſe vellet per ea
que agit ⁊ dicit facere quod eccleſia chriſtiana
Intentio specialis. ſolet velle ⁊ facere. Sed intentio ſpecialis eſſet
ſi cogitaret ⁊ vellet per illa verba conuertere pa-
nem in carnem ⁊ vinum in ſanguinẽ chriſti ſuo
miniſterio. Et quia non omnes ſacerdotes eccle-
ſie ſunt tam docti vt determinẽt vel determina-
re valeant ſuas generales intentiones ad parti-
cularia: ideo ponit̃ hec nona ꝓpoſitio in ordine.
Nona cõclusio. ¶ Nõ licet qlibet ſacerdos conari debeat quan-
tum poteſt habere intentionem ſpecialem circa
ſacramentum euchariſte propter reuerentiam
eius: illa tamen non eſt de neceſſitate requiſita
ad conſecrandum: ſed ſufficit generalis intentio
predicta. Probatur ſecunda pars. qꝛ nõ eſt neceſ-
ſaria maior aut melior intentio ſacerdotis ad cõ-
ſecrandum q̃z baptizantis ad baptizandum: ſed
in baptiſmo ſufficit intentio generalis ⁊ non eſt
neceſſaria ſpecialis: ergo ſimiliter in euchariſtia.
maior patet a ſimili qꝛ vtrobiq; eſt ſacramentũ
eccleſie requirẽs certã materiam/formam/mini-
ſtrum ⁊ intentionem rectam. minor clara eſt qꝛ
in baptiſmo quilibet homo viator poteſt eſſe mi
niſter illius ſacramenti ſiue ſit fidelis vel infide-
lis et maſculus et femina maioris etatis et mi-
noris: propter neceſſitatem ſacramenti illius: ſed
non quilibet talis poteſt habere ſpetialem intẽ-
tionem per baptiſmum delendi peccatum origi
nale ⁊ conferendi virtutes infuſſas ⁊c. ergo ſuf-
ficit in quolibet ſacramento intentio generalis
ꝓdicta: ⁊ nõ eſt neceſſaria actualis ſpecialis. Eſt
tamẽ differentia in miniſtro quia in euchariſtia
que non eſt tante neceſſitatis ſicut baptiſmus:
non quilibet poteſt eſſe miniſter eius: ſed ſolus
fidelis adultus maſculus ⁊ ſacerdos propter ſa
cramenti maieſtatem. Patet ergo que ⁊ qualis
intentio requiritur ⁊ ſufficit in ſacerdote ad con-
ſecrãdum qꝛ actualis vel virtualis ſpecialis vel
generalis. Ex qua determinatione ſequitur ali-
Corrolarium primum. qua. Primum eſt ꝙ ſicut homo infidelis poteſt
vere baptizare ſi adhibeat materiam ⁊ formam
baptiſmi ſic etiam ſacerdos hereticus poteſt ve-
re conſecrare ſi verba ſacramentalia ſuper pa-
nem ⁊ vinum proferat. Probatur hoc qꝛ quili-
bet talis poteſt habere intentionem que ſufficit
ad baptizandum ⁊ conſecrandum ſcilicet velle
facere quod eccleſia facit in talibus ſacramẽtis.
Secundum eſt ꝙ non ſolum hereticus circa ali- Correlarium ſecũdum.
os articulos fidei ſed etiam circa ſacramentum
euchariſtie diſcredens ſacerdos poteſt vere con-
ſecrare. nam prius dictum eſt ꝙ caracter vel pote
ſtas ſacerdotis ordinis ẽ indelebilis a ſacerdote
rite ordinato. ergo habens materiam ⁊ formam
euchariſtie cum intentione requiſita poteſt con-
ſecrare: ſed talis hereticus circa ſacramẽtũ eucha
riſtie poteſt eſſe ſacerdos rite ordinatꝰ ⁊ habere
intentionem requiſitam: qꝛ licet diſcredat illi ar-
ticulo putans hoc eſſe figmentum nihilominus
poteſt velle facere quod alij fideles ſacerdotes
faciunt quando illud ſacramentum miniſtrat:
que intentio licet ſit generalis tamen ſufficit
in propoſito vt probatum eſt. Huius ſimile ap-
paret in bonis ⁊ deuotis chriſtianis qui non cre
dentes actionẽ magicam ſuperſticioſam habere
aliquid virtutis: ſepius cum illa intentione gene
rali illam exercent ad probandum quid inde
ſequetur ⁊ aliquando deo permittente ad actio-
nem illam ſequitur effectus artis magice ergo
⁊c. poterant hic plura alia dici que ob breuitatẽ
relinquuntur.

## ¶ Caput nonũ de remotione impedimentorum a ſacerdote pro licita et ordinata Miſſe celebratione: que ſunt tria hec/ culpa/pena/et.

Dicamus
iam de his que
ex pte ſacerdo-
tis prediximus
ſecũdo modo eſ-
ſe neceſſaria ad
conſecrandũ ſci-
licet nõ ſimplici-
ter ſed ad bene
et ordinate cõſe-
crandum quorũ
primum erat re-
motio impedimentorum: ⁊ inter ea culpam pri-
mo loco nominauimꝰ. Eſt autem duplex culpa 1 Culpa duplex.
ſiue pecatum ſcilicet mortale ⁊ veniale: quorum
differentia eſt ꝙ per peccatum mortale tollitur
ab homine gr̃a dei vel charitas: per veniale aũt
non niſi feruor charitatis: ⁊ adhuc ille non om-
nis ſed intenſus: quia veniale peccatum remit-
tit feruorem charitatis. Hec eſt ſentẽtia doctiſſi-
morum Theologorum pariſienſium ſecundum
quos ponuntur alique propoſitiones de iſto im
pedimẽto culpe. Prima ſit hec Nõ culpa venia- Prima cõclusio.
lis nullo modo impedit ſacerdotem a licito ⁊ or-
dinato vſu ſacramenti euchariſtie: ſiue quantum
ad conſecrationem ſiue quantum ad ſumptionẽ
eius. Probatur qꝛ ad tales actus bene agen-
dos ſufficit ꝙ homo ſit in gratia ⁊ charitate dei:
que non tollitur per veniale peccatum vt dixi-
mus. Secunda propoſitio. Nõ culpa mortalis Secũda cõclusio.
ſiue ſit peccatũ originale ſiue actuale eſt impedi-



mentum de neceſſitate remouendum tam a con
ſecrante q̃z a recipiente euchariſtiam. Probatur
quia talis culpa expellit gratiam ⁊ charitatem
ab homine: cum non ſit ei compoſſibilis in eadẽ
anima. nemo autem exiſtẽs ſine gratia dei poteſt
licite euchariſtiam cõtrectare immo nec aliquod
aliud ſacramentum: qꝛ charitas facit hominem
dignum amicitia dei ⁊ mundum coram deo ſed
de hoc ſacramẽto euchariſtie dicit apoſtolus ꝑme
Corint. 11. ꝙ debet ſe probare homo an ſit dignꝰ
ad vſum eius: nam q̃ indigne ſumit reus erit ⁊c.
De alijs vero ſacramẽtis omnibus dicitur Exo
di. 19. ſacerdotes qui accedunt ad dominũ ſan-
ctificentur ne percutiam eos. vnde Auguſtinus
Nemo ſacerdotũ debet ad ſcta accedere ſi mun-
dus non eſt. dicitur em̃ Leuiti. 21. qui habuerit
maculam: nõ offerat panes coram domino neq;
accedat ad miniſterium eius. conſonat Eſaias.
Correlariũ pmũ. capitulo. 1. ⁊ capitulo. 52. Mundamini qui fertis
vaſa dñi. Unde fundat ſanctus Thomas hanc
concluſionem ꝙ ſuſcipiens vel exequens ordinẽ
in peccato mortali peccat mortaliter. qꝛ de lege
nature eſt ꝙ homo res ſanctas ſancte ptractet
iuxta illud Deutero. 16. Iuſte quod iuſtum eſt
exequeris. ⁊ hoc maxime verum eſt in hoc ſacra-
mento euchariſtie quod quanto ceteris dignius
eſt tanto eſt abuſus eius grauius peccatũ. Con-
ſecrans autem vel ſumens euchariſtiam in pec-
cato abutitur hoc ſacramento tum qꝛ ipſum (vt
ſpecies ipſe monſtrãt) eſt cibus ⁊ potus aie: da-
re aũt cibum ⁊ potum mortuo eſt abuti eo ⁊ hoc
verum eſt tam in ſpiritualibꝰ q̃z in corporalibꝰ.
tum qꝛ ibi cõtinetur chriſtus qui ẽ ſanctus ſan-
ctorum ⁊ ipſe non eſt ponendus in receptaculo
immundo. tum deniq; qꝛ hoc ſacramentũ ſigni
ficat vnitatem corporis miſtici chriſti qui ergo ad
ipſum accedit: facto oſtendit ſe ad vnitatem ec-
cleſie pertinere. quod falſum eſt de exiſtente in
peccato mortali: omnis ergo talis ad hoc ſacra-
mentum accedens culpam fictionis incurrit vbi
agit̃ myſteriũ veritatis ac pinde abutit̃ ſacramẽ-
Correlariũ ſecundum. to Ex dictis ſeq̃tur etiã ꝙ ſi laicus in peccato ſu-
mẽs euchariſtiã rationibus ꝓdictis peccat vno
alio peccato de nouo: ſacerdos in pcto ꝯſecrãs ⁊
ſic miſſa perficiens peccat duobus peccatis no-
uis ⁊ hoc qꝛ indigne conſecrat ⁊ indigne ſumit
2 euchariſtiam. Aduertendum tamen ꝙ aliquis
Quis dicatur eſſe in peccato. homo tripliciter poteſt dici eſſe in peccato morta
li primo quantum ad actum ſcilicet dum habet
malam voluntatem vel malam operationem.
Secundo quantum ad reatum dum poſt actum
peccati nondum contritus eſt neq; penituit de
ſuo peccato preterito. Tertio quantum ad eccle-
ſiaſticum forum ſcilicet anteq̃z confeſſus fuerit
vel abſolutus a ſacerdote. Differunt autem iſti
modi per hoc ꝙ ſecundus poteſt ſeparari a pri-
mo ⁊ tertius ab vtroq;. poteſt em̃ aliquis eſſe in
peccato. 2. modo quando non erit primo modo
puta quando eſt dormiens. Similiter poteſt ali-
quis eſſe in peccato tertio modo quando nõ erit
duobus primis modis talis eſt ille qui eſt vere
contritus de ſuo peccato preterito ſed nondum
eſt confeſſus vel abſolutus a ſacerdote. ⁊ ſi homo
moriatur in pcto duobꝰ ꝑmis modis damnatur
ad infernum: non autem ſi ſolum tertio modo qꝛ
talis diſcedit in gratia. Sed dubium eſt an ſic Anceps dubium.
accedens ad euchariſtiam peccet mortaliter no-
uo peccato (qꝛ de primis duobus modis nullus
dubitat) ⁊ quibuſdam viſum eſt ꝙ non peccat
qꝛ eſt in gratia nec videtur ꝙ homo teneatur eſſe
in meliori ſtatu ad bene communicãdum q̃z ad
bene moriendum. Alij vero melius dicunt tenẽ- Reſponſio.
tes ꝙ taliter accedens ſcilicet in peccato tertio
modo ſolum peccat communiter ⁊ regulariter
ſecus autem in aliquibus caſibus. Hec opinio
ſic declaratur qꝛ ſacramentum euchariſtie ſigni
ficat vnionem eccleſie chriſtiane quare ad eius
rectum vſum requiritur ꝙ accedens ſit vnitus ⁊
reconciliatus non ſolum deo ſed etiam eccleſie.
deo autem reconciliatur homo per contrictionẽ:
eccleſie per confeſſionem. ergo non ſufficit ad re
cte ⁊ licite conſecrandum vel comunicandum ꝙ
homo ſit ſine peccato ſecundo modo ſed oportet
ꝙ etiam tertio modo. Eſt ⁊ alia ratio quia iuxta
dictum ſapientis nemo ſcit an odio vel amore
dignus ſit coram deo: ergo per ſolam contritio-
nem ſine ſacramento penitentie minus certus
erit homo ꝙ ſit in gr̃a vt digne accedat ad eu-
chariſtiam: q̃z cum ſacramento penitentie. debet
ergo propter maiorem ſui certitudinem prius
confiteri peccata ſua nam ſepius homo putat
ſe eſſe contritum qui vix eſt attritus per ſacra-
mentum autem penitẽtie ex attrito fit contritus
dicimus autem hoc eſſe verum cõmuniter ⁊ re-
gulariter qꝛ aliquando dantur caſus in quibus
homo cõtritus vel non poteſt habere confeſſo-
rem vel non proprium ſacerdotem vel nõ poteſt
ſine ſcandalo intendere confeſſioni ac deſſiſtere
ab euchariſtie executione. nam in talibus caſibꝰ
voluntas pro facto reputatur ⁊ ſic impeditus a
confeſſione reputatur pro confeſſo etiam in foro
exteriori iudicis eccleſiaſtici. Si ergo talis homo
tunc conſecret vel recipiat euchariſtiam quando
rationabiliter non debet ceſſare ab illo actu: cla-
rum eſt ꝙ ſine pcto nouo conſecrat ⁊ communi-
cat: vt ſi ſacerdoti prefactionem miſſe iam cantã-
ti occurrat peccatum mortale nõdum ab eo con-
feſſum vel ſi laico ad pedem altaris iam genu
flexo inter alios fideles ad communicandum
tale quid ſue memorie occurrat ⁊c. extra hos er-
go caſus ⁊ alios ſimiles (qui videtur neceſſitare
homines ad communicãdum ſine confeſſione)
quilibet exiſtens in peccato mortali ſolum tertio
modo ⁊ audens conſecrare vel communicare:
mortaliter peccat de nouo vt expreſſe notant
verba capituli: omnis vtriuſq; ſexꝰ extra de pe.
⁊ remi. vbi communicaturis in paſchate precipi
tur ꝙ confiteantur omnia peccata ſua proprio
ſacerdoti: ⁊ eadem eſt ratio in quocunq; alio tẽ-
pore anni ſiquis communicare vel conſecrare
voluerit. Quare hec doctrina eſt verior ⁊ ſecuri-
or q̃z oppoſita ad cuius rationem reſpondendo

dicimus ꝙ in vtroqꝫ caſu ſcilicet bene communi-
cãdi ⁊ bene moriẽdi eſt ſimilis regula generalis
3 obſeruanda ⁊ ſimiles exceptiones occurentes.
Qt modis ¶ Aduertẽdum tamẽ circa predicta ꝙ tripliciter
poteſt hõ poteſt aliquis ſcire de ſe an ſit in gratia ⁊ liber a
cognoſce- peccato duorum modorum peccatorum. primo
re ſi eſt in ꝑ reuelationẽ dei. ſecundo per naturalem euidẽ
gratia. tiam. tertio per moralem coniecturam. tum ponũ
Primo. tur propoſitiones. Prima ꝙ ad hoc vt homo nõ
indigne cõſecret vel communicet: requiritur ꝙ ali-
quo modo ſciat ſe liberatum eſſe a peccato mor-
tali per veram cõtritionem. huius ratio clara eſt
qꝛ ſi nõ eẽt liber a peccato indigne accederet ad
Secũdõ. euchariſtie ſacramentũ. Secũda propoſitio. Qꝺ
non opus eſt aut neceſſarium ꝙ homo hoc ſciat
primo modo ideſt per reuelationem dei: illa eñ
rariſſima eſt ⁊ pauciſſimis fideliũ cõmunicatur.
Unde ſi talis eſſet neceſſaria ad rectum euchari-
ſtie vſum. vix poſſet inueniri ſacerdos non indi-
Tertio. gne conſecrans aut laycus cõmunicans. Tertia
ꝓpoſitio. Neqꝫ eſt neceſſarium ad hoc ſacramẽ-
tum ꝙ homo ſciat ſe eſſe ſine peccato ſecũdo mo-
do ideſt per euidentẽ rationẽ naturalem. Quia
euidẽtia naturalis ſemꝑ habetur vel per experi-
entiam vel inductiõem vel per demonſtrationẽ.
ſed homo de ſtatu conſcientie ſue bono vel ma-
lo non poteſt habere experientiam teſte apoſto-
lo paulo. i. Cor. 4. Nihil mihi conſcius ſum ſed
non in hoc iuſtificatus ſum. nec habet euidentiã
de hac veritate ex terminis cum hec ſit contigẽs
nõ ꝑ ſe nota: ego ſum in grã vel in peccato nec
eſt propoſitio demõſtrabilis ex principijs per ſe
notis: cũ pẽdeat ex gratia dei, ⁊ libera eius volũ-
tate que eſt hominibus ignota. Relinquitur er-
go quarta propoſitio. quod ad non indigne con-
ſecrandum vel communicandum ſit neceſſariũ
hominẽ ſic ſe probaſſe ꝙ ſciat ſe non eſſe in pec-
cato probabiliter ⁊ per moralem cõiecturã qua-
lis requiritur in negocijs ⁊ agibilibus humanis
groſſo ⁊ figurali modo vt Ariſtoteles docet in ꝓ-
hemio ethicorũ hoc eſt ꝙ ſciat ſe habere deteſta-
tionẽ vel penitudinem de peccatis ab eo commiſ-
ſis ideſt ꝙ doleat de preteritis: ⁊ proponat abſti-
nere ſe ab eis in futurum: habeatqꝫ propoſitum
confitendi peccata ſua proprio ſacerdoti quan-
do opꝰ fuerit. Sed qꝛ hec moralis certitudo non
eſt euidẽtia: ideo cũ ea ſtat hominem eſſe in pec-
cato mortali duobus primis modis: ſed tũc pec-
catũ mortale in homine exiſtens non eſt ſibi im-
putabile ad nouã penã: ita ꝙ ſi cum tali ꝓpoſi-
to ad ſacramentũ accedat incurrat nouum pec-
4 catũ irreuerentie vel indigne cõtractationis ſa-
Triplex cramenti. Quare ſequitur clariſſime ꝙ tripliciter
acceſſus poteſt aliquis ad euchariſtiã accedere: primo di-
hominis gne. ſecundo indigne. tertio non indigne ⁊ ſic da-
ad ſacra- tur mediũ inter duo ꝑma extrema ꝑ ab negatio-
mentum. nem vtriuſqꝫ. Digne accedit ille qui eſt in gratia
Digne dei ⁊ liber a peccato ⁊ ex tali actu meret̃ augmẽ-
tum ſue gratie propter bonũ opus: meretur etiã
Indigne. et augmentum glorie. Indigne accedit exiſtens
in peccato de quo nec contritus eſt neqꝫ confeſ-
ſus: ⁊ ille per talem actum peccat nouo peccato
vno vel pluribus vt prius dicebatur. Non indi- Nõ indi-
gne accedit (imo neqꝫ digne) ille qui eſt in pec- gne.
cato cuius tamẽ habuit contritionem ⁊ confeſſio-
nem fecitqꝫ diligentiam talem ad ſe purificãdũ
qualis poteſt eũ certificare moraliter ꝙ iam nõ
ſit in peccato. talis eñ conſecrãs vel communicãs
neutro modo ſe habet: qꝛ ex quo eſt in peccato
non meretur a deo gratiam vel gloriam: ex quo
etiam fecit bonam diligentiam ad ſe probandũ:
et talem ꝙ putat ſe iam non eſſe in peccato: ille
inqꝫ excuſatur apud deum a peccato irreuerẽtie
ſeu indigne cõtrectationis ſacramẽti ⁊ ſic medio
modo ſe habet. Hec dotrina eſt pia ſana ⁊ ſecura Cõtraria
licet quibuſdam Theologis non placeat aſſerẽ- opinio
tibus ꝙ nullus faciens talem diligentiam aut
examinationẽ ſui manet in peccato: quia faciẽti
quod in ſe eſt deus ſemper dat gratiam vel reue-
lat culpam. Sed hec ratio non cogit: tum qꝛ ſtat Reproba-
aliquem putare ſe feciſſe quod in ſe eſt et tamen tio eius.
non feciſſe. tum qꝛ homo nõ obligatur tam ſtri-
cte ad examinãdum ſe ipſum vt quelibet negli-
gentia huius probationis ſit ei peccatum vel in-
ducat reatum noui peccati. tum deniqꝫ qꝛ in hoc
caſu (ſicut in multis alijs) locũ habet ignorãtia
facti inuincibilis q̃ oĩno excuſat a peccato acce-
dentem ⁊ ideo nõ indigne accedit: Satis eſt er-
go ꝙ homo fecerit talem ſui probationem ad nõ
indigne accedendum ad ſacramentum euchari-
ſtie: que bona probabilitate morali videatur ei
ſufficiens: qꝛ eſt talis qualem ipſe feciſſet in quo-
libet alio negotio arduo pro aliquo magno bo-
no temporali acquirendo: vel magno malo eui-
tando. neqꝫ eſt putandum ꝙ preceptum apo-
ſtoli pauli ſtrictius voluerit hominem obligare
quo ait probet autẽ ſeipſum homo ⁊ ſic de pa-
ne illo edat ⁊ de calice bibat. q. d. ſi homo talem
fecerit probatiõem ſui: ſecurus poterit ad eucha-
riſtiam accedere: ſecurus inquã a nouo peccato. 5
¶ Secundũ genꝰ impedimenti ſacerdotis quo Pena ca-
prohibetur a celebratione miſſe eſt pena canoni- nonica
ca ideſt a iure canonico impoſita ipſo facto: vel multiplex
a iudice eccleſiaſtico ꝑ canones eccleſie. nam ta-
lis pena ſic prohibet fidelem ab vſu euchariſtie
vel cuiuſlibet alterius ſacramenti ꝙ miniſtrans
vel recipiens ſacramentum ſcienter cum tali pe-
na canonica mortaliter peccat. Huius generis
ſex ſunt ſpecies aſcendẽdo a minoribus ad ma-
iores. prima ſuſpenſio ſecunda interdictũ. tertia
excommunicatio/ quarta irregularitas / quinta
infamia/ ſexta degradatio vel totalis depoſitio.
Harũ ꝑme q̃ttuor q̃nqꝫ ſunt a iure q̃nqꝫ due vlti-
me nunq̃ꝫ a iure ſed ſemꝑ a iudice infligũtur: qꝛ
ſunt acerbiſſime pene. Suſpenſio eſt prohibitio Suſpẽſio
alicuius perſone ad tẽpus ab aliquo officio ec-
cleſiaſtico quo alias ſibi liceret. vt quãdo aliquis
clericus ex rationabili cauſa prohibetur ne dicat Interdi-
miſſam infra tot dies/menſes vel annos. Inter- ctum.
dictum proprie loquendo reſpicit locum in quo
prohibentur ad tempus fieri publice diuina offi- Duplex
cia vel eis intereſſe. Excõmunicatio maior eſt ſe- Excõicati-
paratio o maior.



paratio alicuius hominis a conſortio vel com-
Minor. munione fidelium. Minor autem excommu-
nicatio licet ſic non ſeparet in foro exteriore: ta-
men qui cum illa conſecrat vel recipit euchari-
ſtiam ſcienter peccat mortaliter ita bene ſicut
Irregula- cum excommunicatione maiori. Irregularitas
ritas. eſt inhabilitatio ad ſuſceptionem ordinum: vel
ad executionem actuum eorum. hoc communi-
ter infligitur a iure/ et quãdoqꝫ ꝓ peccatis/ quã-
doqꝫ ſine peccatis. Exẽplum primi: vt ꝓ ſymo-
nia / pro furto in ordine / pro miniſterio in ordi-
ne non ſuſcepto / et pro contumacia in non ſer-
uando cenſuras eccleſiaſticas. Exemplum ſe-
cundi vt pro bigamia / ſeruitute / illegitimitate/
mutilatione / et iudicio ſanguinis. Infamia eſt
ſtatus leſe dignitatis quantum ad vitam ⁊ mo-
Infantia res: que prohibet ab omni actu legitimo etiam
poſt actam penitentiam. nam declaratus infa-
mis a iudice nullos actus honoris et dignitatis
Degra- exercere valet in eccleſia. Degradatio eſt priua-
datio. tio alicuius adſemper ab exercitio alicuius or-
dinis eccleſiaſtici: ſed non ab omnibus ordini-
bus. vt alicui clerico vel ſacerdoti prohiberen-
tur adſemper actus ordinum maiorum reli-
ctis ordinibus minoribus. Si autem omnium
ordinum ſuſceptorum actus ſibi prohiberentur:
illa iam eſſet depoſitio a ſtatu clericali. ſic ꝙ ta-
lis homo non amplius gaudet preuilegio cleri-
corum ſed penitus efficitur laycus et ſubiectus
curie ſeculari. ⁊ talis pena nunq̃ꝫ inflingitur ali-
cui niſi pro grauiſſimis delictis. vt pro hereſi/
ſciſmate/ reuelatione confeſſionis. ⁊c̃. Quicunqꝫ
ergo aliqua tali cenſura eccleſiaſtica fuerit pro-
hibitus (etiam ſi ſine culpa ſua hoc pateretur)
non poteſt ſine peccato mortali miſſam celebra-
re. neqꝫ euchariſtiam ſumere aut alijs miniſtra-
6 re. ¶ Tertium impedimentum principale ſacer-
Impedi- dotis ad miſſe celebrationem: nec eſt culpa nec
mentũ pſo- pena eccleſiaſtica: ſed eſt indiſpoſitio perſone
nale ſa- ſiue naturalis ſiue accidentaria. huius generis
cerdotis. due ſunt ſpecies. iſte: ſolutio ieiunij et corpora-
lis immundicia. De primo eſt aduertendum ꝙ
preceptum eccleſie de conſecratione diſt. 2. li-
quido: eſt ꝙ communiter et reg̃lariter q̃libet cõ-
ſecrans vel recipiens euchariſtiam debet eſſe
ieiunus. Dico autem communiter et regulari-
ter: quia in caſibus neceſſitatis euchariſtia po-
teſt conſecrari vel recipi a non ieiunis ſine pec-
cato. communicãt enim infirmi morituri etiam
non ieiuni. ſimiliter et ſacerdos in aliquibus ca-
ſibus poteſt licite. in alijs vero tenetur conſecra-
Ieiuniũ re et ſumere non ieiunus. Sed ieiunium triplex
triplex. ſolet diſtingui: primum dicitur ieiunium tem-
perantie. ſecundum eccleſie vel abſtinentie. ter-
tium autem dicitur ieiunium nature. Et ſicut ſe-
Ieiuniũ cundum addit ſupra primum: ita et tertium ſu-
tempãtie per ſecundum. Eſt igitur ieiunium temperan-
tie ac ſobrietatis: carentia cibi et potus pro loco
et tempore ſecundum rectam rationem ad ha-
bendam vel conſeruandam bonam diſpoſitio-
nem tam corporis q̃ꝫ anime. cuilibet enim ho-
mini prudenti ⁊ diſcreto dictat recta ratio ꝙ ali-
quãdo debeat pro ſanitate corporis ſeruare die-
tam ideſt abſtinere a cibo et potu per diem in-
tegrum vnum vel plures vel per diei partẽ ma-
gnam aut paruam iuxta boni medici cõſilium.
Eadem ratio dictaret eidem aliquando eſſe ab-
ſtinendum pro bona diſpoſitione mentis ſcili-
cet ad contemplandum vel ad aliquod aliud
opus virtuoſum expedite agendum: quemad-
modum apoſtolus inducit exemplum de militi-
bus ſecularibus dicẽs ꝙ omnis ille qui in ago-
ne contendit ab omnibus ſe abſtinet ſcilicet ꝓ-
pter victoriam. Et de tali ieiunio ponitur hec cõ- Cõcluſio
cluſio. ꝙ de eo nullum eſt preceptum poſitiuum
datum hominibus a deo vel ab eccleſia: ſed eſt
ſolum de iure naturali non ſcripto exterius ſed
interius expreſſo homini a deo vt dicitur in pſal-
mo Signatum eſt ſuper nos. ⁊c̃. Secunda con-
cluſio. ꝙ poteſt quis tale celebrare ieiuniũ etiã
ſi pluries in die comedat quia cum pluralitate
commeſtionum in eodem die ſtat virtus tempe-
rantie que eſt huius ſpeciei ieiunium. Ieiunium Ieiuniũ
eccleſie vel abſtinentie eſt. quo homo vnã come- eccleſie.
ſtionem in vno die non tranſgreditur neqꝫ veſci-
tur quibuſlibet cibis ſed certis ⁊ determinatis
ab eccleſia. dicitur notanter vnam comeſtiõem:
quia de potu nulla eſt prohibitio ab eccleſia po-
ſita. potus eñ eſt neceſſarius homini etiã extra
horam prandij ſcilicet ad digerendum ⁊ deducẽ-
dum cibum: ideo licitũ eſt taliter ieiunanti plu-
ries in eodem die bibere ſine ſolutione ieiunij.
licet etiã ei ſumere medicinas quoties opus fue-
rit in die ieiunij. poteſt deniqꝫ licite ad veſperam
facere collationẽ cum electuarijs vel alijs ſpecie-
bus ad melius digerendum cibum. Alij dicunt
ꝙ etiam cum pane ⁊ pomis ad euitandum no-
cumentum potus tunc neceſſarij. dummodo
principalis intentio hominis collationem fa-
cientis non ſit ad comedendum ſed potius ad
medendum vel ad euitandum nocumentum vt
diximus. De hoc autem ieiunio ponitur hec cõ- Cõcluſio.
cluſio. ꝙ licet hoc ieiunium ſit difficilius primo:
de eo tñ datum eſt ꝑceptum poſitiuum ab eccle-
ſia: a quo nihilominus excipit q̃dam genera ꝑ-
ſonarum vt pueros/ ſenes/ infirmos ⁊c̃. Secũda
cõcluſio. ꝙ hoc ieiuniũ ſoluit ꝑ ſcđam comeſtio-
nem ⁊ ꝑ cibi vetiti manducationẽ ⁊ ꝑ peccati mor-
talis maxime carnalis ꝑpetrationem. ⁊ ratio eſt
qꝛ hoc ieiuniũ indicitur fidelibus ꝓpter carnis
macerationẽ ac mortificationẽ: vt ſpũs poſſit vi-
uere. Ieiunium nature vel ſimpliciter eſt totalis Ieiuniũ
carentia cibi ⁊ potus ſuſcepti in ſtomachum: vel nature.
in via ad ipſum et hoc a principio illius diei in
quo quis dicitur vel tenetur eſſe ieiunus: hoc
itaqꝫ ieiunium difficilius eſt ſecundo quia non
ſolum per ſecundam comeſtionem ſed etiam
per primam ſoluitur: et non ſolum ꝑ cibum ſed
etiam per potum etiam ſi ſit aqua ſimplex. Dico
notanter a ꝑncipio diei quia licet varijs modis
dies naturalis incipiatur a diuerſis: eccleſia ta-
men quo ad ieiunia ſolũmodo incipit diẽ a me-

dia nocte precedente et protrahit ipſum vſqꝫ ad mediam noctem ſequentem diei ieiunij: qui ergo poſt mediam noctem comedit aut bibit quantulumcunqꝫ illud ſit: ſoluit ieiunium nature licet poſſit obſeruare ieiunium eccleſie vel abſtinentie. De hoc itaqꝫ ieiunio nature ponitur talis concluſio ꝙ preceptum eccleſie quo cauetur ꝙ euchariſtia non conſecret̄ neqꝫ ſumatur niſi a

Cōcluſio

ieiunis: eſt intelligendum de hoc ieiunio nature. ait enim Auguſtinus ad Januarium placuit ſpiritui ſancto vt ad honorem tanti ſacramenti prius in os chriſtiani intraret corpus dominicū ꝙ̄ alij cibi. Secunda concluſio. ꝙ non requiritur de precepto ſed tantum de conſilio ꝙ cibus ante mediam noctem aſſumptus a ſacerdote fuerit iam digeſtus: vel ꝙ poſt mediam noctem ſacerdos prius dormierit ꝙ̄ miſſam celebret vel laycus communicet. quia huiuſmodi operationes anime vegetatiue in homine non ſubſunt imperio rationis neqꝫ ſtant in poteſtate hominis: quare ſuper eis nullum datur preceptum. Tertia concluſio. ꝙ hoc nature ieiunium non ſoluitur per hoc ꝙ ſaliua hominis ingrediatur per guttur eius: vel etiam reliquie ciborum in dentibus remanentes vel aliqua parua ſtyla aque qua os fuerat ablutū. quia iſta omnia tranſeunt cum ſaliua nec poteſt homo ſemper iſta ſeparare a ſaliua.

7
Immūdicia corporalis triplex.

De immundicia corporali: que hominem impedit ab vſu euchariſtie: dicamus primo generaliter ex ſententia ſaluatoris Matthei 15. ꝙ nulla talis de per ſe impedit celebrationē aut ſacram communionem euchariſtie: licet bene de per accidens ſcilicet ratione culpe concomitantis vel ſequentis illam immundiciam poteſt hominem ab hoc officio impedire. De primo enim ait dominus: ꝙ non lotis manibus manducare non coinquinat hominem. vbi glo. ordi. nihil quod eſt extra hominem coinquinat eum interius: hoc quidem per ſe verum eſt ſecus per accidens. Pro cuius declaratione dicamus ſecundo ſpecialiter ꝙ immundicia corporalis eſt triplex. quedam ſuperficialis ex contactu rerum immundarum vt puluis/lutus/ſanguis ⁊c̄. alia eſt infirmitas corporalis que tamen viſa ab alijs cauſat in eis horrorem ſeu abominationē quandam vt lepra/apoſtema/menſtrua/fluxus/ſemina ⁊c̄. alia deniqꝫ eſt mediocris immundicia que nec adeo extrinſeca eſt ſicut prima: neqꝫ tam intrinſeca ſicut ſecunda: ⁊ hec eſt pollutio libidinoſa: que iterum duplex eſt. altera in vigilia altera in ſomnis ſordidis. tunc ponuntur concluſiones circa predicta.

Immūdicia exterior.

Prima cōcluſio. ꝙ immundicia prima ſuperficialis non impedit ex neceſſitate precepti niſi forte ratione contēptus et craſſe negligentie. nam ad litteram de illa loquebatur chriſtus in illa autoritate Matthei allegata. ſi tamen ſcienter quis vellet cum manibus ſic immundis tangere hoſtiam conſecratam vel ex ruſtica negligentia ſe lauandi: incurrit peccatum irreuerentie: aliquando quidem mortale aliquādo autem ſolum veniale.

Immūdicia infirmitatis.

Secunda concluſio. ꝙ immundicia que eſt infirmitas corporalis horribilis (ſanis videntibus) non impedit de neceſſitate precepti vt expreſſe declarat Gratianus in decretis diſt. 5. licet ſua determinatio ibi maxime vera quo ad laycos ſumentes euchariſtiam: ſecus autem de ſacerdote miſſam celebrante. qr propter morbum lepre prohibetur a publica celebratione miſſe qua debeat ſanis miniſtrare vt in capitulo Tua nos. de clerico egrotante. poteſt nihilominus leproſus ſacerdos miſſam celebrare in ſecreto: poteſt etiam ⁊ publice alijs leproſis euchariſtiam miniſtrare. ſi autem infirmitas ſecreta fuerit nullo modo impedit ſiue a conſecratione ſiue a communione vt patet de fluxu ſeminis aut ſanguinis.

Immūdicia pollutiōis diurne.

Tertia concluſio. ꝙ immundicia tertie ſpeciei: que eſt pollutio libidinoſa: quantum ad primam ſpeciem eius ſcilicet in vigilia manifeſtum eſt ꝙ impedit tam conſecrātem ꝙ̄ ſumentem euchariſtiam. quia coniuncta eſt ſpirituali immundicie peccati: quod ex premiſſis facit hominem indigne accedere ad hoc ſacramentum. immo etiam ipſi coniuges interdicuntur ab euchariſtia ipſo die actus coniugalis: vt patet de conſe. diſt. 2. omnis homo. Ex hac concluſione ſequitur ꝙ pollutus in vigilia per actum culpabilem tenetur illo die abſtinere ab hoc venerabili ſacramento.

Dubium bonum.

Et ſi queras vſqꝫ ad quantum tempus debet ſe abſtinere: dico ꝙ in hoc caſu non poteſt dari vna regula pro omnibus que determinet vſqꝫ ad quot dies vel horas: ſed vnuſquiſqꝫ probet ſeipſum ⁊ tamdiu abſtineat ab euchariſtia quouſqꝫ animus eius ſit iam quietus ⁊ pacatus expeditis phantaſijs carnalibus ſeu commotionibus ad illecebram. Uerum quidam antiqui theologi poſuerunt regulam ꝙ neceſſe eſt taliter pollutum abſtinere per ſpacium vnius diei naturalis: ꝙ eſt viginti quattuor hore. ſed certe hec ſententia non eſt ſecura quia pro varietate complexionum et conſuetudinum p̄dicta animi quietatio que huic eſt poſſibilis in vno die: illi non euenit in tribus: et quod iſte faceret in viginti quattuor horis alieque faciliter poſſet in ſex.

Reſpōſio

Poſſet tamen dari vna communis determinatio ſatis rationabilis. vt diceretur in hoc caſu quod prius dictum eſt de ieiunio ad euchariſtiam requiſito ſcilicet ꝙ poſt actum libidinoſe pollutiōis/ interueniat vna nox ⁊ ſonus conſuetus anteꝙ̄ homo accedat ad altare chriſti/ nam hoc ſpacium temporis videtur communiter ſufficiens ad quietandum phantaſiam ⁊ appetitum hominis ab omni paſſione aut commotione carnali non multum exceſſiua et vehementi. eſto exempli gratia. ſacerdos hora meridiana vel ad veſperam ſic culpabiliter pollutus: tranſacta illa nocte in ſomno quieto poterit die ſequenti (preuia tamen contritione et confeſſione ſui peccati) ſine indignitate accedere ad celebrationem miſſe: maxime ſi tali immineat neceſſitas miſſam celebrādi vel communicandi: ⁊ cum hoc ipſe non ſentiat in ſe magnam ſenſualitatis cōmotionē ad libidinem



eadē ratio eſt de laycis ad communionem. De coniugatis vero (qui in actu illo non peccant) dici poteſt ꝙ licite communicarent ante meridiem ſi in nocte immediate precedente non fuerint ſibi carnaliter commixti: et hoc dico de cōſilio propter reuerentiam tanti ſacramenti.

Immūdicia pollutiōis nocturne.

Quarta concluſio de pollutione nocturna. i. que fit in ſomno: ꝙ licet de ea varie ſint theologorum ſententie ⁊ modi dicendi: poteſt ſatis ſecure teneri ꝙ ſi illa ſit totaliter facta in ſomno a principio eius vſqꝫ ad finem: ⁊ nullam poſt ſe relinquet ſenſualitatis commotionem notabilē idest que multum occupet hominis phātaſiam: non impedit de neceſſitate hominem ab euchariſtia etiam ſi in nocte immediate precedente cōtigerit. cuius ratio eſt quia illa corporalis immūdicia nullam habet ſpiritualem immundiciam annexam: quia non pluſꝙ̄ egeſtio vel vrina hominis que non impedit. Nec refert ad propoſitum ſi talis hominis pollutio proceſſit ex culpa precedente vel non: ex quo ipſa in ſe nullum eſt peccatum: cum nihil habeat de voluntario: qđ Auguſtinus dicit eſſe neceſſario requiſitum ad peccatum dicens. in primo De ciuitate dei ⁊. 12. ſup geneſim: ꝙ peccatum adeo eſt peccatum qr eſt voluntarium: ꝙ ſi nullo modo eſt voluntarium nullo modo eſt peccatum. Dixi notanter ſi illa pollutio ſit totaliter facta in ſomno: quia ſi principium eius vel finis fuerit in vigilia potuit eſſe voluntaria ⁊ peccatum. ⁊ tunc impediret illo modo qui dictus eſt de pollutione facta in vigilia. Non refert etiam ad hoc propoſitum ſi poſt ſomnum pollutio illa que totaliter facta eſt in ſomno placeat vel diſpliceat homini: tum qr poteſt in caſu dabili licite placere ei: tum quia ſi illa complacentia ſit peccatum: impeditur homo ab euchariſtia ratione talis peccati in vigilia commiſſi: non autem ratione pollutiōis nocturne que omnino nullum fuit peccatum. tum deniqꝫ quia quando talis pollutio placet poſt dormitionem: communiter relinquit poſt ſe notabilem ſenſualitatis commotionem/ ⁊ phantaſie inquietationem: ratione cuius homo redditur ineptus ad euchariſtie ſacramentum ꝑpter indeuotionem ⁊ diſtractionem animi a rebus diuinis. Dixi communiter. quia aliquando placet homini illa pollutio propter finem honeſtū ſcilicet propter exonerationem ſue nature qua animus eius quietatur.

Epilog⁹.

Poteſt ergo dici reſolutorie de hac libidinoſa pollutione: ꝙ ſiue illa fuerit facta in ſomno ſiue in vigilia ſiue fuerit culpabilis ſiue licita: eatenus ⁊ non aliter impedit hominem ab euchariſtia: quatenus inquietat phantaſiam eius ⁊ commouet ſenſualitatem ad illecebram: qua ceſſante ⁊ preuia contritione cum confeſſione de peccatis preteritis quilibet poterit ſecure accedere ad euchariſtie ſacramētum: quia in tali caſu remanet in eo ſola immundicia corporalis exterior que (vt ſuperius dictum eſt) non impedit de neceſſitate ſed ſolū de conſilio ⁊ ex deuotione.

## Caput decimū de appoſitione rerum conuenientium ipſi ſacerdoti ad debitam miſſe celebrationem.



Equirebatur vltimo ex parte ſacerdotis euchariſtiam conſecraturi appoſitio quorundam conueniētium: que duplicia diſtinximus pmanentia videlicet ⁊ trāſeuntia vel ſucceſſiua. permanentia ſunt ſacre veſtes: que vt beatus Hieronymus ait rationabiliter ſunt ab eccleſia inſtitute pro viris eccleſiaſticis in templo dei differentes a veſtibus profanis hominem extra diuina officia: quatenus ex mutatione veſtium corporis immutetur animus ſacerdotis ſecundum affectus ſuos ad deuotius meditandum myſteria diuina que pertractat.

1
Sacre veſtes.

Depoſitio ſiquidem ſecularium veſtium ſignificat in ſacerdote expoliandum eſſe veterem hominem cum actibus ſuis: et econtra inductio nouarum ſacrarumqꝫ veſtium denotat reformationem hominis in ſanctitate ⁊ iuſticia. Inuentus eſt autem vſus iſte veſtium ſacerdotalium partim quidem ex veteri lege: partim etiam ex additione ſanctorum patrum noui teſtamenti. Mandauit enim deus Moyſi Exodi. 28. vt faceret quaſdam ſanctas veſtes in gloriam et decorem ſacerdotibus: quibus decenter induti ſacerdotio fungerentur coram domino. eadem ratio eſt de noſtris ſacerdotibus in eccleſia chriſtiana: vt ſacris veſtibus ornati appareant venerabiles toti populo: vt habeāt inde bone conuerſationis exemplar: ſicqꝫ a reliquo populo diſcreti: ordinate et inoffenſe valeant ſacris miniſterijs deuotius intēdere. Specialiter autem veniendo ad ſingula veſtium genera: dicamus prius de communibus veſtibus ſacerdotum: poſtea de pontificalibus.

2
Ueſtes cōmunes ſacerdotum ſex.

Communes ſacerdotum veſtes ſunt ſex numero he. amictus/alba/cingulum/manipulus/ ſtolla ſiue orarium/ ⁊ deniqꝫ caſulla ſiue planeta. Que ornamenta tum ex numero/ tum etiam ex eorum diſpoſitione: ⁊ officia ſacerdotum ⁊ virtutum perfectionem deſignant: ſenarius enim numerus perfectus dicitur ab Arithmeticis: ꝙ reſultat preciſe ex ſuis partibus aliquotis ſimul additis: que ſunt vnitas/binarius et ternarius. Debet ergo ſacerdos in hoc ſuo ſenario veſtium habere omnes iſtas partes: ſcilicet vnitatem eccleſiaſticam: ſic ꝙ non ſit ab eccleſia diuiſus per aliquā cenſurā vt ꝑus diximꝰ. debet habere binariū charitatis dei ⁊ ꝓximi vel binariū iuſticie ꝙ eſt

declinare a malo ⁊ facere bonum. ſimiliter ⁊ ter=
narium virtutum theologalium ideſt fidem re=
ctam / ſpem firmam/⁊ charitatem perfectam.et
ita fiet dignus hoc ſenario veſtium que vite per=
fectionem ſignificant vt dicemꝰ. Sex etiam ſunt
communia ſacerdotum officia in populo dei ſci
licet baptizare/cathezizare/predicare /cõſecrare/
abſoluere/⁊ ligare. Et quia ſacerdos his ſacris
veſtibꝰ indutus chriſtū repſentat:⁊ qualitatē ſue
vite qualis eſſe debeat:ideo harū veſtiū ſignifica
tionem ad duos ſenſus breuiter enarrabimꝰ al=
3 legoricum ſcꝫ de chriſto:⁊ moralem de ſacerdote
ipſo.Chriſtus aūt in pſalmo.109.dr ſacerdos in
eternum;cuius etiā ſacerdotiū in ſua paſſiōe cõ=
ſummatū eſt:vnde inſtante hora paſſiōis ſacrifi=
cium inſtituit in pane ⁊ vino ſcðm ordinē Mel=
chiſedech:qđ euchariſtie ſacrificiū decreuit nobſ
futurum pēnne memoriale ſue paſſionis.ſacer=
dos ergo euangelicus ad hoc ſacrificiū accedēs
chriſtū repſentat eiuſqꝫ paſſionē ⁊ mortē cõme=
morat teſte apoſtolo qui ait:quotiēſcunqꝫ mādu
cabitis panē hunc ⁊c̄.1. Corin. 11. Debuit igitur
ſacerdos euchariſtiā cõſecraturus talibꝰ veſtibꝰ
indui q̄bus geſta paſſiōis chriſti ſignificarentur:
ſitqꝫ miniſtro ad gloriā ⁊ honorē:qđ ſummo põ=
tifici in ſacrificio illo veſptino fuit ab impijs da=
tum in cõtumeliā ſcꝫ nunc ſuis veſtibus eū ſpo=
liando/nunc alienis induendo nunc ligādo ipm
nunc flagellando/⁊ tandē plenū opprobrijs ad
altare crucis deducendo.q̄ oia ſacerdos immo=
laturus in altaris ſacrificio exprimit ⁊ declarat
nō ſolum verbis ⁊ geſtis ſed etiā in veſtibꝰ.vnde
amictus;quo ſacerdos caput ſuū velat ⁊ faciem:
ſignificat velamē qđ iudei in domo cayphe po=
ſuerunt ſup faciē chriſti Matthei.26.Alba deno
tat veſtē albam qua eluſit eū Herodes.Luce.23.
Zona/manipulus ⁊ ſtolla ſignificant tria liga=
mina chriſti q̄bus ipſe in ſua captiōe/flagellatio
ne/⁊ crucis baiulatiōe fuit vinctus. ita ꝙ ordine
recto cingulū ad captionē/manipulus ad flagel
lationem ⁊ ſtolla ad crucis baiulationē ſup hu=
meros ſuos referantur.Caſulla demū ſignificat
illam veſtem coccineam ſeu purpuream qua in
deriſionē fuit indutꝰ in domo pilati. Ioānis.19.
Poteſt ⁊ aliter de chriſto exponi hec ſacerdota=
lis veſtitura allegorice:ita vt amictꝰ caput coope
riens ſignificet humanitatē chriſti:q̄ diuinitatem
eius cooperiebat de qua apoſtolus dicit.1. Cori.11.
Caput chriſti deus eſt. Alba linea denotat vite
ſue candorē in omni genere virtutū maxime in
caſtitate virginali.cingulum ad charitatē eius re
ferri põt:q̄ alligare voluit corpori eccl'ie ſue de q̄
idē ap'lus ad Coloſ.3.dicit ꝙ ē vinculū pfectiōis.
Manipulus quē in leua gerit ſacerdos:ē brauiū
btitudinis qđ chriſtꝰ in hac vita ( q̄ ē ſiniſtra dei)
obtinuit cū eſſet ſimul viator ⁊ ꝯphenſor.⁊ de ea
dr Canti.2.Leua eius ſub capite meo ⁊c̄:ſtolla q̄
collo ſacerdotis imponitur:obedientiā chriſti ſi=
gnificat:qua factꝰ eſt obediēs pr̄i vſqꝫ ad mortē.
Phil'.2.Caſulla totū corpꝰ ſacerdotis tegens eſt
plenitudo grāꝝ in chriſto de qua Ioānis. 1. vidi=
mus eū plenū gr̄e ⁊ veritatis.vel ſi magis placet
eſt vniuerſalis eccl'ia quā ipſe chriſtus tegitur vt
veſtimēto de quo Eſa. 49. oibus his veſtieris:
hunc ſenſum notat Auguſtinꝰ ſup Ioānē loq̄ns
de tunica chriſti incõſutili. Moralis vero ſignifi= 4
catio harū veſtiū põt eſſe de qualitate vite ⁊ mori
bus ſacerdotis cõſecrātis;imo ⁊ cuiuſlibet fidelis
cõmunicātis atqꝫ totiꝰ fidelis ppl'i aſſiſtētis offi=
cio miſſe.mēſa eīn hec ſacramētalis eſt cena ma
gni regis vel nuptiale cõuiuiū ad qđ q̄ ſine ido=
nea veſte introierit ligatis manibꝰ ⁊ pedibꝰ aie
detrudetur in tenebris horrendi carceris Mat=
thei.22.hanc idoneam veſtem ſpiritualem ſigni
ficat corporalis veſtitura ſacerdotis:qui non ſo=
lum ꝓ ſe ſed etiam in perſona omnium circun=
ſtantium imo ⁊ totius eccleſie ſacram hoſtiam
deo offert vt expreſſe ſonant verba canonis ſe=
creti in multis locis. Amictus ergo vel ſuphu=
merale aut galea ſignificat ſpem theologicam
vt notat apoſtolus Ad ephe.6.quia ſacerdos in
hoc miniſterio non debet preſumere de ſuo pro=
prio merito ad perficiendum conſecratiōem eu=
chariſtie : que omnium hominum merita exce=
dit:ſed in ſolo deo ſuo debet confidere cuius mi=
rabili potentia ⁊ immēſa miſericordia fit illa
tranſmutatio.Manipulus fidem ſignificat q̄ ve
lut ſcutum ponitur in leua militis armati:fidem
autem idem apoſtolꝰ ſcuto aſſimilat vbi ſupra.
que adeo eſt neceſſaria ſacerdoti celebranti hoc
ſacramētum:vt ſine ea vix poſſit perfici ex defe=
ctu intentionis.Charitatem ꝓtendit caſulla vel
planeta que omnibus veſtibus alijs ſup poni=
tur.vnde apoſtolus Coloſ.3.ſup omnia aūt cha=
ritatē habere.⁊c̄. Debet eīn ſacerdos ad miniſte=
rium ſacramenti altaris ex charitate accedere.i.
ꝙ amore dei ⁊ proximi velit miſſam celebrare:
hoc eſt principaliter vt deus ſuo officio laudetur
ac honoretur a fidelibus : ⁊ vt proximus conſo=
letur ac ſpiritualibus beneficijs adiuuetur. nam
eandem virtutem chriſtus in euangelio Mat=
thei.5. dicit eſſe neceſſariam offerentibus mune=
ra ſua in miſſa ſacerdotis. ſi offers inquit mu=
nus tuum ad altare.⁊c̄. Accedat igitur ſacerdos
et quilibet alius fidelis communicaturus ad al=
tare imprimis armatus tribus virtutibus theo=
logicis.Deinde preditus virtutibus moralibus
maxime illis quattuor que dicuntur cardinales
ideſt principales inter omnes.has omnes tuni=
ca alba ſignificat/que totum ſacerdotis corpus
circundat ⁊ vndiqꝫ concludit.eſt enim virtꝰ mo=
ralis quelibet(teſte Ariſtotele)habitus quidam
( non dubium quin mentis) quo anima huma=
na veſtitur. ⁊ cum hec veſtis ante ⁊ retro / a de=
xtris ⁊ ſiniſtris/corpus tegat:nimirum pars an=
terior prudentiam denotat que futura reſpicit
principaliter vt agat bona ⁊ caueat mala opera.
Poſterior iuſticiam ſignificat que de preteritis
ſatiſfacit p verā penitentiā.vnde ap'lus pcc'a p̄te=
rita deteſtans ⁊ futura merita deſiderans dixit:
q̄ retro ſunt obliuiſcens ad anteriora me extēdo.
Pars dextra temperantiam oſtēdit que neceſ=

Significatio veſtium allegorica.

Alia ſignificatio moralis earūdem veſtium.



ſaria eſt ſeruis dei in proſpera fortuna que eſt
dextra ne delicijs excedant auertentes ſe a bo=
no incommutabili deo propter commutabilia
et parua hec bona terrena.Siniſtra deniqꝫ huiꝰ
tunice pars fortitudinem protendit que requiri=
tur in aduerſis:ne moleſtijs ⁊ tentationum a bo=
no opere deſiſtāt.eſt inſuper hec veſtis linea ad
ſignificandum moralis vite laborem que expe=
rientia indiget ⁊ tempore vt dicit Ariſtoteles:ſic
etiam linum poſt multas attritiones ⁊ diutur=
nas lotiones ad candoris perfectionem perue=
nit.Cingulum vero ſacerdotale quo veſtis alba
reſtringitur ad lumbos ſacerdotis : caſtitatem ⁊
carnis continentiam inſinuat:iuxta dictum chri=
ſti Luce.12.Sint lumbi veſtri precincti. qđ Gre=
gorius exponens ait lumbos percingimus cum
carnis luxuriam per continentiam coarctamus:
que maxime neceſſaria eſt vbi agitur miniſteriū
ſacramenti mundiſſimi ideſt carnis virginee no=
ſtri ſaluatoris.Unde eccleſia latina iuſta ex cau=
ſa:celibatum ⁊ perpetuam continentiam ſuis ſa
5 cerdotibus indixit. ¶ Preter has autem com=
munes veſtes ſacerdotum habent epiſcopi alia
nouem ornamenta : que ſunt calige / ſandalia/
ſuccinctorium / tunica /dalmatica / mitra/chiro=
thece/annulus/⁊ baculus.quorum ratio eſt du=
plex. prima communis. quia epiſcopi nouē offi=
cia habent ſupra omnes ſacerdotes:ſcilicet cleri=
cos ordinare/virgines bn̄dicere / baſilicas dedi=
care.clericos diſponere/ſynodos celebrare / criſ=
ma conficere / veſtes ⁊ vaſa conſecrare. Altera
eſt ratio ſpiritualis de ſingulis eorum. nam per
caligas ſignificatur rectitudo greſſuum in hono=
ribus ſuis.per ſandalia que pedes tegunt deno
tatur contēptus terrenorum. per ſuccinctorium
quo ſtolla ligatur cum alba amor honeſtatis. p
tunicam perſeuerantia : quia deſcendit vſqꝫ ad
talos qui ſignificant finem vite.per dalmaticam
denotatur largitas in operibus miſericordie.per
chirotecas cautela. per mithram ſcientiam vtri=
uſqꝫ teſtamenti ⁊ propterea habet duo cornua.
per baculum cura paſtoralis : quia epiſcopꝰ de=
bet colligere vagos quos ſignificat curuitas in
capite baculi. Debet ſuſtentare infirmos quod
ſignificat ſtipes baculi.debet ⁊ pungere lētos qđ
ſignificat ſtimulus in fine baculi vnde verſus.
Collige/ſuſtenta/ſtimula/vaga/morbida / lenta.
per annulum ſignificatur ſacramentū fidei qua
epiſcopus deſponſatur eccleſie. Sed preter hec
ornamenta archiepiſcopi habent pallium in ſi=
gnum priuilegiate poteſtatis ⁊ amplioris quā
alij epiſcopi quod ſignificat forma pallij quo ar
chipreſul totus vndiqꝫ circundatur.ſed ſummus
pontifex ſcilicet epiſcopus Romanus non vti=
tur baculo in ſignum ꝙ ipſe non habet coarcta=
tam poteſtatem ſicut alij prelati:quam coarcta=
tionem curuitas baculi ſignificat.Sed de his ſa
tis nos dixiſſe ſufficiat ⁊ ſatis occaſionaliter:vbi
ſolum de veſtibus ſacerdotalibus ad rectā miſ=
ſe celebrationem requiſitis determinare fuerat
principalis intentio. Dicamus tandem hoc ca=
pitulo de conuenientibus apponendis ſacerdo= 6
ti celebraturo : que ſunt tranſeuntia vel ſucceſſi=
ua ideſt de orationibus prerequiſitis ante miſſe
inchoationem que duplices ſunt: videlicet hore
canonice in quibus repreſentatur paſſio chriſti
ſicut ⁊ in miſſa : ⁊ hore ſeu deuotiones priuate q̄
faciunt ad ſacerdotis purificationem vel ad in=
citandam eius deuotionem. Hore canonice di=
cuntur ille que ſecundum canones eccleſie ſunt
ordinate ⁊ ſacerdotibus impoſite ad quotidie di
cendum eas in templo dei : vt orent deum pro
ſe ⁊ ꝓ alijs fidelibus. Et has ſupius diſtinximꝰ
per horas nocturnas ⁊ diurnas.Nocturne hore
ſunt matutini per tres nocturnos diuiſi in hono
rem ſanctiſſime trinitatis ⁊ ad ſignificandū tres
fidelium ſtatus in lege nature/ſcripture / ⁊ gra=
tie. His nocturnis quidam adiungunt laudes
matutinas vt ſint nocturni ⁊ laudes vnum offi=
cium vnius hore canonice.Alij vero laudes ho=
ris diurnis annumerant facientes eas ſeptem
iuxta illud pſalmi ſepties in die laudem dixi ti=
bi vt intelligatur ſolum de die artificiali qui cõ=
tra noctem diuiditur :tamen alij priores de die
naturali hoc intelligunt qui conſtat ex nocte et
die artificiali : vt ſint omnes hore nocturne ⁊ di=
urne precise ſeptem ſcilicet matutini ( in quibus
laudes comprehenduntur pro officio nocturno)
deinde ſuccedunt hore diurne. Prima/tertia/ſe=
xta/nona/veſperi/⁊ completorium. Sed de hac
opinionum diuerſitate ⁊ de rationibus tum cõ=
munibus tum proprijs horarum canonicarum
ſuperius in primis quinqꝫ capitulis huius libri
ſatis ſufficienter nos dixiſſe putamus.Nunc au=
tem videre oportet quas iſtarum horarū tenea=
tur ſacerdos dicere ante miſſe celebrationem. ꝓ
quo dubio eſt diſtinguendum de duplici miſſe
celebratione altera publica ⁊ ſolenni in eccleſijs
cathedralibus ⁊ etiam collegialibus:altera pri=
uata in eccleſijs minoribus ſeu parrochialibus
vel ſacellis.Dico ergo ꝙ decreta eccleſiaſtica que Cõcluſio
determinant horas canonicas dicendas ante
miſſam maxime debent intelligi q̄ꝫtum ad miſ=
ſas publicas ⁊ ſolennes in maioribus eccleſijs.
in quibus cauetur ꝙ ante miſſam precedant ho
re nocturne omnes ideſt matutini ⁊ laudes. ex
diurnis etiam prima ⁊ tertia ⁊ hoc in diebus do
minicis ⁊ feſtiuis.nam in diebus ferialibus non
ieiunandis etiam ſexta debet dici ante miſſam:
in diebus autem ieiuniorum ( quia miſſa retar=
datur ) non debet dici miſſa principalis ante q̄ꝫ
ſit dicta nona in choro.Ab hac tamen regula ge
nerali excipitur dies natalis domini in quo miſ=
ſa que dicitur in galli cantu celebratur ſtatim
poſt matutinos anteq̄ꝫ dicantur laudes ſimiliter
miſſa de aurora vel crepuſculo dicitur poſt lau=
des ⁊ ante primam excipiuntur etiā miſſe defun=
ctorum q̄ anniuerſarie dicuntur in eccleſijs ma=
ioribꝰ poſt primā ⁊ ante tertiā.Similiter ⁊ q̄dam
alie miſſe extra ordinarie q̄ nō ſunt p̄ncipales in
talibꝰ eccleſijs.Quantū ad miſſas vero p̄uatas
vel q̄ dr̄ in minoribꝰ eccleſijs:maxime vbi nō eſt

Ornamēta põtificis nouē.

Hore canonice p̄requirun tur ad officiū miſſe

conſuetudo cantandi publice horas canonicas:
non eſt determinatum in decretis eccleſie que
hore debeāt ꝑcedere miſſam. Ueruntamen q꞉ ſa
cerdos nō debet accedere ad miſſam celebrādā
ſine aliqua preuia ſui animi preparatione (quia
ad eam ordinate ſunt hore canonice) videtur eſſe
de neceſſitate precepti ꝙ alique hore canonice in
eo precedant miſſe celebrationem. quare ſequi-
tur ꝙ talis miſſa priuata non poſſit licite dici an
te matutinos ⁊ laudes. De alijs vero horis ſe-
quentibus non apparet aliquod preceptum dei
vel eccleſie quod obliget ad peccatum mortale
ſi non dicantur ante miſſam illam. Debet tamē
ſacerdos timorate conſcientie ex conſilio quan-
tum bene poterit conformare ſe cōſuetudini ec-
cleſiarum principalium ⁊ ſine aliquali neceſſita-
te nunꝗ dicere miſſam anteꝗ dixerit matuti-
nos/laudes/⁊ primam. de tertia autem non eſt
magna vis ſi miſſam non precedat. De tempore
autem in quo dicende ſunt ſingule hore canoni-
ce ſimilis eſt facienda diſtinctio ſicut de officio
miſſe. quia in eccleſijs maioribus matutini de-
bent cantari in media nocte aut parum poſt lau
des circa auroram. prima in ortu ſolis vel pro-
pe. tertia per duas aut tres horas poſt ortum
ſolis. ſexta circa meridiem. nona poſt meridiem
exceptis diebus ieiuniorum vt prediximꝰ. veſpe-
ri fere per tres horas poſt meridiem. completo-
rium aliter/prope occaſum ſolis/in occaſu ſolis
vel parum ante: horum temporum rationes ſu-
perius date ſunt. Quando vero hore canonice
priuatim dicuntur a ſacerdotibus in ſuis domi-
bus vel in eccleſijs minoribus: tales temporum
determinationes non requirūtur de neceſſitate
precepti ſecus de bonitate conſilij: ⁊ propter va-
rias occupationes que occurrere ſolent ſacerdo-
tibus maxime curialibus ⁊ ſcholaſticis. hoc ta-
men videtur de neceſſitate precepti ꝙ hore cano
nice alicuius diei non retardentur vſqꝫ poſt me-
diam noctem ſequentem ſine magna ⁊ ineuita-
bili neceſſitate: poteſt ergo quilibet ſine peccato
dicere horas ſuas priuate in quacunqꝫ hora to-
tius diei naturalis qui computatur a media no-
cte precedenti vſqꝫ ad mediam noctem ſequen-
tem diei illius cuius ſunt ille hore: imo etiam
ratione ſtudij vel alterius eccleſiaſtice ⁊ honeſte
occupationis poteſt quis ſine peccato dicere ma

7 Deuotiones ſpeciales.

tutinos diei ſequentis parum ante mediam no-
ctem. De horis tandem non canonicis que ſunt
ſpirituales deuotiones ad purificandum mentes
fidelium excitandamqꝫ deuotionem erga ſacra-
mentum euchariſtie nulla eſt regula generalis
pro omnibus ſacerdotibus: ſed hoc relinqtur ar-
bitrio vniuſcuiuſqꝫ: veruntamen pro epiſcopis or
dinauit papa Celeſtinus hos quinqꝫ pſalmos/
Quā dilecta tabernacula. Benedixiſti dñe. In-
clina domine. Credidi. Deprofundis. eo ꝙ om-
nes immunditie anime noſtre quinqꝫ ſenſuū in-
ordinatione contracte ſunt: debent ergo quinqꝫ
pſalmorum recitatione purgari ⁊ detergi. dicun-
tur tamen ſpecialiter predicti pſalmi: quia conti-
nent quedam ſpecialia que directe ⁊ per ſe con-
ueniunt celebraturis euchariſtie ſacramentum
vt patere poteſt bene aduertēti. Poteſt etiā qui-
libet ſacerdos ꝗtumcunqꝫ ſimplex eoſdē quinqꝫ
pſalmos dicere ex ſua deuotione: ad quos tamē
non tenet ex precepto. Alij eligūt illos quinqꝫ
pſalmos qui adduntur in magna prima domi-
nicali: in quibus ſpecialis fit mentio de paſſiōe
chriſti. Alij premittunt ſeptem pſalmos peniten-
tiales. Alij quaſdam ſpeciales confeſſiōes ⁊ de-
uotiones ab Auguſtino ⁊ ab alijs doctoribꝰ edi-
tas. Sufficiant ergo ea que dicta ſunt eſſe neceſ-
ſaria ad miſſe celebrationem ex parte ſacerdotis
miniſtri euchariſtie ſiue ſimpliciter ad conſecrā-
dum: ſiue ad ordinate ⁊ licite conſecrandum id-
eſt ſine peccato irreuerentie aut mortalis negli-
gentie.

## Caput vndecimū agit

de prerequiſitis ad miſſe celebrationem tum ex
parte ſacramenti/tum etiā ex parte circūſtantiarum
loci/temporis ⁊ perſonarum.



Ex parte
autem ſacra-
menti duo di-
ximus eē ſim-
pliciter neceſ-
ſaria ad conſe
crandum: ſcili
cet debita ma
teria / et certa
verborum for
ma: que ex ſa-
cro textu euā-
gelij expreſſe

1 Materia euchariſtie duplex

habentur a chriſto inſtituta. Debita materia eſt
panis ex granis frumenti reſultans: ⁊ vinum
ex racemis vitis confluens. dicitur notanter pa-
nis quia neqꝫ grana frumenti/neqꝫ farina/neqꝫ
maſſa vel paſta poſſunt conſecrari. Dicitur ex
granis frumenti: nam ex fabis vel caſtaneis vel
alijs leguminibus panis confectus non poteſt
conſecrari. Frumentum autem eſt nomen gene-
ris ſub ſe multas habens ſpecies ſcilicet triticū/
ordeum/ſiliginem/ſpeltam/auenam. ⁊c. Et licet
inter illas ſpecies triticum ſit optimum ⁊ perfe-
ctiſſimum frumentum: ideoqꝫ de pane triticeo

Panis frumēti.

nulla ſit dubitatio quin ſit debita materia con-
ſecrationis: de alijs tamen ſpeciebus eſt magna
doctorum controuerſia an panis alterius frumē
ti cuiuſcunqꝫ ſit vere cōſecrabilis. nam quidam
eorum dicunt ꝙ nullus panis ſpecie differens a
pane triticeo poteſt conſecrari: etiam ſi ſacerdos
attentaret eum conſecrare: alij dicunt ꝙ omnis
panis cuiuſcunqꝫ frumenti poteſt vere conſecra
ri: alij demum de aliquibus ſpeciebus panum
hoc concedunt de alijs negant. Sed quia nec ex
textu euāgelij nec ex determinatiōe eccl'ie. Neqꝫ
etiā ex ſentētia irrefragabili alicuiꝰ ſcti doctoris:
demū neqꝫ ex ratione euidēti apparet excluſio



alicuius ſpeciei veri panis frumēti ab hoc ſacra-
mento: probabilior videtur ſecunda opinio ſecū-
dum quam ponuntur concluſiones. Prima. ꝙ
omnis panis cuiuſcunqꝫ frumenti eſt/vera ma-
teria conſecrationis/poteſtqꝫ vere conſecrari: ta-
men ſacerdos attemptans ſcienter conſecrare
panem non triticeum peccat mortaliter. Prima
pars ex corroboratiōe ſecunde opinionis manet
probata. Secunda autem probatur. tum quia ta
lis ſacerdos ſe difformat communi ritui eccle-
ſie qui ſcienter non alium panem ꝗ triticeū aſſu
mit conſecrandum. tum etiam quia exponit ſe ⁊
alios fideles adorationi creature ex dubitatiōe
ſupradicta procedenti. Secunda concluſio. Qꝺ
panis (qui eſt debita materia cōſecrationis) po-
teſt eſſe ⁊ azimus ⁊ fermentatus. Probatur ex
communi vſu eccleſie quia ſacerdotes latini cō-
ſecrant panem azimum: greci fermentatum: ⁊ ta
men vtriqꝫ vere conſecrant. additur huic conclu
ſioni altera pars ſcilicet. ꝙ in hac differentia gre-
corum ⁊ latinorum quilibet ſacerdos tenetur ſe
cōformare ſue eccleſie alias peccaret mortaliter.

Vinū vitis.

De vino euchariſtie diximꝰ notanter ꝙ ſit ex-
preſſum ex racemis nō ex pomis/aut moris /aut
ex alijs huiuſmodi rebus. diximus etiam vinū
non agreſtem/non acetum: non deniqꝫ ſuccum
ex folijs vitis: ſed ex racemis iam maturis. vnde
et muſtum eſſet conſecrabile: quia eſt vinum rea
liter licet nondum defecatum. De hoc etiam vi-
no ponuntur concluſiones. Prima/ꝙ licet vinū
album ⁊ rubeum differant ſpecie tamen quodli-
bet eorum ſeorſum ⁊ ſimul mixtum eſt apta ma-
teria ad conſecrandum in euchariſtia. huius ꝓ-
batio eſt ſimilis prime concluſioni de pane ꝓ̇us
poſite ſcilicet quia non reperit determinata ſpe-
cies vini vitis in ſacra ſcriptura vel in iure eccle-
ſiaſtico in qua ſola debeat fieri conſecratio: ꝗuis
chriſtus ſolam vnam ſpeciem vini conſecrauerit.
Unde ex hac veritate ab omnibus doctoribꝰ cō-
ceſſa corroboratur predicta prima concluſiō de
pane frumenti. quia licet chriſtus ſolam vnam
ſpeciem panis conſecrauerit ( q̄ forte fuit panis
ordeaceus ) non tamen per hoc excluſit ab eu-
chariſtia alias ſpecies panis frumenti: ſicut nec
alias ſpecies vini vitis ab eo quem ipſe cōſecra-
uit. Secunda concluſio ꝙ aqua vino miſcenda
non eſt de neceſſitate ſacramenti: licet ſit de ne-
ceſſitate miniſtri. pie enim creditur ꝙ chriſtus vi-
num aqua mixtum conſecrauit iuxta illꝺ Pro-
uerb. 9. ſapientia increata poſuit menſam ⁊ miſ-
cuit vinum. Unde ſacerdos ſcienter aquam non
miſcens vino peccat non ſequens vſum ⁊ tradi-
tionem eccleſie que etiam aquam ponit in cali-
ce chriſti propter myſterij ſignificatiōem: de qua
inferius dicemus. Qꝺ autē vinum purum ſine
aqua poſſit conſecrari patet ex verbis chriſti in
euangelio: qui ſolum vinum nominauit non fa-
ciens mentionem de aqua. De hoc etiam et de
omnibus ſupradictis: eſt determinatio eccleſie in
decretis de con. diſt. 2. per totum. Forma autem
conſecrationis euchariſtie etiam eſt duplex ſicut
⁊ materia. nam forma conſecrationis panis ſunt

2 forma euchariſtie duplex.

hec verba. Hoc eſt enim corpus meum. Forma
autem conſecrationis vini hec. Hic eſt enim ca-
lix ſanguinis mei. Quorum verborum ſenſum
clarum expoſitiōemqꝫ latiſſimam in tertio libro
huius trademus. ſed nunc ponuntur concluſio-
nes. Prima. ꝙ in vtraqꝫ predictarum formarum
illa coniunctio/enim nō eſt de ſubſtantia forme
nec de neceſſitate ſacramenti quia ea ꝑter illa
bene fieret conſecratio cum non reperiatur dicta
a chriſto in euangelio cuius ſolis verbis fit con-
ſecratio. Peccaret tamen ſacerdos ſcienter illam
particulam dimittens: ideo eſt de neceſſitate mi-
niſtri ex traditione eccleſie. Secunda concluſio.
ꝙ alia omnia verba que predictas formas prece
dunt aut ſequuntur in textu canonis miſſe: non
ſunt de eſſentia ſacramenti ſed de ſolennitate: ſūt
tamen de neceſſitate miniſtri. Hanc concluſionē
pono probabiliter ⁊ nō aſſertiue propterea quia
quidam ſolennes doctores putant ꝙ in forma
conſecrationis ſanguinis omnia illa verba que
ſacerdos dicit ꝗdiu tenet calicem in manibus
ſunt de neceſſitate/⁊ de eſſentia/forma/ſcilicet ab
illo loco Hic eſt enim calix vſqꝫ In remiſſiōem
peccatorum incluſiue ſed hoc certe eſt ſatis du-
bium vt alias videri habet. Tertia concluſio. ꝙ
in iſtis duabus formis euchariſtie omnis ⁊ ſola
illa mutatio verborum per additionem vel ſub-
tractionem vel tranſpoſitionem: ex qua ſententia
et veritas orationis mutaretur nec maneret ea-
dem que prius: impedit effectum conſecrationis
qui eſt tranſſubſtantiatio panis in corpus ⁊ vini
in ſanguinem chriſti. Alie vero mutationes ver-
borum ſcienter facte licet conſtituant ſacerdotem
peccatorem: non tamen impediunt conſecratio-
nem. probationes clare ſunt ex predictis. Quar-
ta concluſio. ꝙ non eſt neceſſarium ꝙ predicta
verba conſecrationis dicantur latine: ſed in quo
cunqꝫ idiomate poſſent habere virtutem conſe-
crandi. nam chriſtus ⁊ apoſtoli non latine ſed
hebraice illa verba protulerunt. ſed de his ⁊ mul
tis alijs queſtionibus ad hoc negocium pertinē
tibus nunc ſuperſedeamus de quibus in tertio
libro huius operoſius agemus. De circunſtātijs
autem loci/temporis/⁊ perſonarum/que de con-
gruitate requirunt ad ordinatam euchariſtie ce-

3 Locus ad cōſecrandum triplex.

lebrationē: dicamus eam tripharlam diſtinguē-
tes. ⁊ primo de loco vbi hoc ſacramentum eſt cō-
ficiendum: qui adhuc triplex diſtinguitur: ſcilicet
communis proprius ⁊ proximus. communis lo-
cus eſt templum vel eccleſia materialis: ꝓprius
eſt altare vel ara. proximus eſt calix cum pate-
na: de his tribus locis eſt latiſſima determina-
tio ⁊ doctrina in decretis de conſe. diſt. prima. per
totum vbi de eccleſia probantur iſte concluſiōes

Eccleſia.

per ordinem. ſcilicet ꝙ non in quolibet loco re-
gulariter debet miſſa celebrari: ſed in certo et de-
putato ad hoc tantum myſterium. ꝙ nomine ec-
cleſie etiā debēt itelligi capelle vel ſacelli ꝯſecra-
ti. ꝙ talia loca debēt eſſe nō interdicta ſiue a iure
ſiue a iudice: q꞉ in talibꝰ nō licet miſſā celebrare.

quod in caſu neceſſitatis eccleſie dirupte/vel tpe
guerre/vel in itinere per terram non per aquam
poteſt miſſa celebrari ſub Diuo ſine eccleſia: ꝙ
etiam extra tales neceſſitates ex permiſſiõe epiſ⸗
copi ⁊ pro cauſa rationabili conceſſa licentia po
teſt miſſa celebrari per domos fidelium ⁊ in lo⸗
Altare. cis honeſtis ſue dioceſis ⁊c̃. De altari in eadem
diſtinctione declarantur he propoſitiones.ꝙ nec
in eccleſia neqꝫ extra eam neqꝫ de licentia epiſ⸗
copi nec ſine illa poteſt miſſa celebrari ſine alta⸗
ri ideſt ſine ara conſecrata ab epiſcopo ꝑ vnctio⸗
nem chriſmatis ſacri.Quod altare illud vel ara
debet eſſe tabula lapidea non enormiter fracta.
et hoc inſtitutum eſt ꝓpter lapidis communita⸗
tem/ꝓpter ſoliditatem ⁊ ꝓpter ſignificationem.
nam propter primum eſt facilis ad habendum:
propter ſecundum eſt aptus ad perdurandum:
propter tertium refertur ad chriſtum ſignifican⸗
dum.Quod altare debet eſſe veſtitum aut orna⸗
tum duabus pallijs ⁊ corporali conſecratis de
ſindone munda ideſt de lino albo curato nõ de
ſerico aut lino tincto.Qđ altare debet eſſe illumi
natum lampade vel candela tempore celebratio
Calix et patena. nis.De calice ⁊ patena in quibus immediate cõ⸗
tinentur ſpecies ſacramentales notãtur ibidem
iſte determinationes.Qđ calix cum patena ⁊ cor
porali debent eſſe conſecrata ab epiſcopo.Quod
calix ⁊ patena ſi non ex auro ſaltẽ ex argẽto fiat:
ſi aliqua tñ eccl'ia eſt valde pauper calicem ſtan⸗
neum cum ſua patena poterit habere. Quod ex
ere vel auricalco calices non fiant: quia ob vini
virtutem eruginem cauſant ⁊ vomitum ꝓuocãt.
Quod nullus in ligneo aut vitreo calice confice
re preſumat:ſimiliter nec in lapideo: tum ꝓpter
ligni poroſitatem/tum ob vitri fragilitatem/tum
4 deniqꝫ ob lapidis ponderoſitatem ⁊ ineptitudi⸗
Hora miſſarum triplex. nem. ¶ De tempore vero celebratiõis miſſe etiã
habet̃ in eadem diſtinctione prima de conſecra⸗
tione/ſcilicet ꝙ miſſa principalis eccleſie non de⸗
Tertia. bet fieri niſi in aliqua trium horarum hoc eſt in
diebus dominicis ⁊ feſtiuis hora tertia diei/in fe
Sexta. rialibus hora ſexta vel prope/in diebus ieiunio⸗
rum circa horam nonam.Quod verum eſt com⸗
muniter ⁊ regulariter:nam in ſabbatis quattuor
temporum quando celebrantur ordines propter
officij prolixitatem poteſt miſſa prolongari vltra
Nona. horam nonam ⁊ in ſabbato ſancto quod eſt paſ⸗
chatis vigilia miſſa poteſt celebrari in fine diei cir
ca noctis principium. Verum in his omnibus
multa decreta ſunt abrogata per contrariam cõ⸗
ſuetudinem vniuerſalis eccleſie. De miſſa vero
priuata ⁊ minus principali non eſt aliqua deter⸗
minatio hore certe ab aurora vſqꝫ ad meridiem:
extra quos terminos miſſa regulariter nõ eſt ce⸗
lebranda.Dico regulariter:quia in nocte natiui⸗
tatis chriſti vt prius diximus miſſa celebratur in
gallicantu.In caſu etiam magne neceſſitatis et
de licentia epiſcopi poſſet miſſa celebrari ex⸗
tra predictos terminos.In nocte aũt miſſa nul⸗
lomodo eſt celebranda regulariter: quia myſte⸗
rium euchariſtie ad nouum pertinet teſtamentũ
quod eſt lex gratie ⁊ diei comparatur Ad roma. 5 Perſone circũſtantes officio miſſe.
13. Sicut lex vetus dicta eſt nox:cui tanta gratia
non eſt conceſſa a deo. De circunſtantibus autẽ
perſonis vel aſſiſtentibus officio miſſe dicitur in
decretis de con.diſt.prima.Hoc quoqꝫ ſtatutum
eſt vt nullus preſbyterorum miſſarum ſolennia
celebrare preſumat niſi duobus preſentibus ⁊ ſi⸗
bi reſpondentibus: cum quibus ipſe ſacerdos
tertius habeatur:⁊ ratio eſt quia ſacerdos plura
liter loquitur ad populum dicens Dominus vo⸗
biſcum.⁊ Orate pro me fratres.⁊c̃. Sed hoc ſta⸗
tutum iam eſt abrogatum maxime quantum ad
miſſas priuatas ⁊ alias que dicuntur in articulo
neceſſitatis: neqꝫ obligat niſi quantum ad miſ⸗
ſas principales eccleſiarum principalium.Huc⸗
vſqꝫ de omnibus preſupponendis ⁊ pre requiſi⸗
tis ad euchariſti cõſecrationem ⁊ ordinatã miſ⸗ 6
ſe celebrationem. Unde pro concluſione huius Pena ſa ꝑ negligẽtijs ſacerdotis.
capituli dicamus finaliter de pena qua punien⸗
dus eſt ſacerdos qui ex premiſſis aliquid ſcien⸗
ter omittit: vtputa ſi dicat miſſam ſine veſtibus
ſacris aut in loco non ſacro. ⁊c̃. Et reſolutio ſtat
in duabus cõcluſionibus ſecundum decreta ec⸗
cleſiaſtica. Prima. ꝙ omnis ſacerdos iſta ſcien⸗
ter dimittens extra caſum neceſſitatis extreme
peccat mortaliter. non quia per talem omiſſionẽ
impediatur effectus ſacramenti: ſi non deſit de⸗
bita materia ⁊ forma:ſed quia non facit quod ab
eccleſia eſt rationabiliter ordinatum ⁊ ſacerdoti⸗
bus mandatum ad ſolennitatem huius ſacra⸗
menti/ad ſignificationem myſteriorum chriſti/et
ad deuotionis exercitationem tam ſacerdotis q̃ȝ
fidelis populi. Secunda concluſio. Qđ loquen⸗
do de pena canonica vel cenſura eccleſiaſtica ſa
cerdos taliter negligens incurrit aliquando ir⸗
regularitatem:⁊ nulla alia pena inuenitur impo
ſita a iure. Tertia concluſio. Qđ hec irregularitas
(que eſt perpetua priuatio ab officio et benefi⸗
cio) non inuenitur in iure niſi in duobus caſi⸗
bꝰ.primus eſt.ſi ſcienter celebrat in loco a iudice
interdicto:ſecundus ſi in calice non idoneo ſecũ⸗
dum conditiones ſupradictas. Horum primum
notatur in capitulo.poſtulaſti.de clerico excom⸗
municato miniſtrante:⁊ ex capitulo tanta de ex⸗
ceſſibꝰ prelatorum:⁊ ad huc clarius in capitulo.
Siqui.de ſententia excommunicationis libro ſe⸗
xto.ſecundum habetur ex capitulo vltimo de ce⸗
lebratione miſſarum.

## ¶ Caput duodecimum de
generali expoſitione Miſſe cathecuminorũ: que
a principio vſqꝫ ad finem offertorij incluſiue ſe
extendit.



Am vero ad ip⸗
ſius officij miſſalis declara⸗ Officij miſſe tria nomina.
tionem generalem acceden⸗
tes: a vocabuli miſſe diffi⸗
nitione et diuiſione ordia⸗
mur.Solẽnitas igitur que in
ſacramẽto euchariſtie peragi⸗



Res diuina. tur. Res diuina/officiũ/⁊ miſſa dici ſolet.res in⸗
quã diuina qꝛ ibi ſolius dei res agitur/dum lau⸗
des eius decantantur beneficia hominibus exhi
bita recoluntur opera a ſolo deo factibilia per⸗
tractantur ac deniqꝫ deus ipſe in hoc officio de
celis ad terrã venire ⁊ nobiſcũ manere dignat̃.
Officium Officium vero diciturquaſi efficium vel effectio
qꝛ (vt Rabanꝰ inquit) licet plura ſint officiorũ
genera illud tamen precipue quod diuinis rebꝰ
verſatur hoc nomine cenſetur eſſe nuncupandũ:
ibi enĩ efficitur mirabilis illa tranſformatio qua
creatura in creatorem modo ineffabili conuertit̃
et creator in creatura nouo quodam eſſendi mo⸗
do a ſeculis inaudito preſentialiter adeſt:non ſic
in alijs ſacramentis in quibus ⁊ ſi gratie ſigna
oſtendantur creature quedam ſenſibiles: nulla
tamẽ ibi eſt talis effectio ⁊ miraculoſa tranſmu⸗
tatio. Officioſum etiã ideſt virtuoſum opus hoc
pre ceteris cenſendũ eſt quod totum ad dei ho⸗
norem ordinatur:⁊ velut holocauſtum acceptiſſi
mum per manus ſacerdotis deo patri vnigeni⸗
tus eius filius offertur immolatur victimatur.
Miſſa. Miſſa etiam dicta eſt vel qꝛ ad nos tunc mittit̃
angelus teſtamẽti noui mediator vel qꝛ tũc fide⸗
lis populus ad deum mittit vota ⁊ ſupplicatiões
ſuas/vel tertio qꝛ ab eo negotio foras mittendi
ſunt infideles /ethnici / ⁊ ex communicati: imo
etiã poſt primam eius partem fideles cathecu⸗
2 mini.Diuiditur itaqꝫ miſſa a diuerſis doctoribꝰ
Diuiſio miſſe triſida. varie:nos autem triſida eius ſectione erimꝰ cõ⸗
tenti: treſqꝫ ponemus miſſe partes principales.
Prima eſt populi ⁊ offerẽdi ſacrificij p̃paratio:
ſecduna ſacrificij immolatio ſeu cõſecratio:tertia
cõſecrati miſterij participatio/diſtributio/⁊ cõmu
nio. Prima pars extẽditur a p̃ncipio miſſe vſqꝫ
ad finem offertorij.⁊ dicit̃ miſſa cathecuminorũ
ideſt fideliũ nõ dũ baptizatoꝝ ſed iã inſtructorũ
in doctrina fidei nã cathezizare eſt inſtruere ⁊ do
cere.vnde cathecuminꝰ inſtructꝰ vel inſtruẽdꝰ dr
in fine. Tales igit̃ poſſunt intereſſe huic/negotio
p̃me partis miſſe q̃ tota ẽ doctrina fidelis ppl'i.⁊
ante p̃fationẽ emittebant̃ foras acclamante dia⸗
cono:exeant oẽs cathecumini.qꝛ nondum bapti⸗
zati non ſunt de corpore eccleſie:quod ſignifica⸗
tur in corpore chriſti vero:ideo tales non debent
adeſſe conſecrationi eius. Secunda pars miſſe
pertinet ad ſacrum canonem quem ſacerdos ſe⸗
crete legit ⁊ incipitur in Te igitur clemẽtiſſime:⁊
durat vſqꝫ Preceptis ſalutaribus moniti:a quo
loco vſqꝫ ad finẽ miſſe agit̃ tertia pars. Sed his
duabus dimiſſis vſqꝫ ad tertium librum huius
noſtri operis:nunc de prima miſſe parte tantum
Subdiuiſio. dicamꝰ iterũ diuidẽtes ipſã in tres alias ſecũdũ
triplicia p̃paratoria fidelis populi ad deuotã ſa⸗
crificij oblationem nã quedã p̃paratoria p̃cedũt
miſſe introitum: quedam introducunt docendũ
populum:⁊ quedam pertinẽt ad diſponendum
3 ſacrificiũ. Preparatoria que introitum precedũt
Ante miſſe introitum tria. in ipſo p̃mo altaris acceſſu tria hec ſunt.genera⸗
lis cõfeſſio/altaris oſculatio/⁊ incẽſi thurificatio.
quibus tria ſignificantur que reddunt fideles di
gnos ad celebrãdum ⁊ miſſe aſſiſtendũ. Primũ
eſt emũdatio a peccatis/ſecundum eſt.vnio mẽ⸗
brorum et capitis. Tertium vero deuotio celebrã
tis atqꝫ aſſiſtentis. Quia igitur teſte ſalomone in
prouerbijs Iuſtus in principio accuſator eſt ſui
ideo ſacerdos iam ſacris veſtibus inductus ad
altare accedens anteq̃ȝ ſacrum inchoet officium Cõfeſſio gñalis.
miſſe corã aſtantibus pecata ſua confitetur: non
quidẽ in ſpecie ſed tantum in genere qꝛ hoc ſuf⸗
ficit ei ad ſignificandã predictam ſui emundatio
nem a peccatis:ſimiliter ⁊ aſſiſtentes ſua peccata
confitentur ibi coram ſacerdote orãtes vt ab eis
purgari mereantur iuxta illud pſalmi. Dixi cõfi⸗
tebor aduerſum me ⁊c̃.vnde qꝛ hec confeſſio ex
vtraqꝫ parte eſt generalis:non adhibetur ei ali⸗
qua abſolutio.ſed abſolutiõis poſtulatio aut de⸗
p̃catio.ſcilicet miſſeratur tui aut veſtri ⁊c̃.de qua
ponitur talis concluſio. Qđ iſta confeſſio genera
lis cum ſua deprecatione adiuncta valet multũ
ad delendum peccata venialia hominis ⁊ etiam
mortalia oblita. Hanc probat magiſter ſentẽtia⸗
rum authoritate ſancti Auguſtini. Percutiunt
etiã pectora ſua taliter cõfitentes exemplo illius
publicani de quo in euangelio dominus loquit̃
per hoc ſignificare volẽtes cor hominis (a quo
omnia peccata procedũt teſte ſaluatore) eſſe ca⸗
ſtigandum per penitentiam.cor.n.carnis noſtre
intra pectus latet:quo etiam cor ſpirituale ideſt
voluntas ſignificatur. Secũdo ſacerdos accedẽs Oſculum altaris.
ad altare oſculatur ipſum:ad ſignificandã vnio⸗
nem membrorum cum ſuo capite ideſt fidelium
cum chriſto:qui eſt caput ſuper omnem eccleſiã
ad Coloſ.1. Altare ſiquidem chriſtũ ſignificare
dixit apoſtolus Hebre.13.per ipſum offerimus
hoſtias deo ⁊c̃. Sacerdos ergo populum fidelem
repreſentãs in iſto actu altare oſculatur ac ſi di⸗
ceret in perſona eccleſie ad chriſtũ ſponſum ſuũ
illud canticorum primo:oſculetur me oſculo oris
ſui ⁊c.quod ad litteram ſcripſit Salomon ſigni⸗
ficans deſiderium antique eccleſie ſanctorum
patrum ſpectãtium filij dei incarnationem: que
vere eſt oſculum dei ad humanitatem noſtram.
De quo dauid in pſalmo.miſericordia ⁊ veritas
obuiauerũt ſibi:iuſticia ⁊ pax oſculate ſunt.⁊ nõ
ſolũ in perſona chriſti vnio duarũ naturarum di
citur oſculũ:ſed etiam totus chriſtus dicitur eſſe
vnitus eccleſie fidelium per fidem ⁊ ſacramenta
quaſi ſponſus eius dans ei oſcula gratiarum.de
quo ioannis.3. Dixit ioannes baptiſta:qui ha⸗
bet ſponſam ſpõſus eſt ⁊ ad Ephe.5. Dicitur ma
gnum ſacramẽtum ideſt matrimonium chriſti ⁊
eccleſie figuratũ in matrimonio primorũ noſtro⸗
rum parentum Ade ⁊ Eue. Cõſonat Eſaias ca⸗
pitulo.61.loquens in perſona vtriuſqꝫ coniugis
et dicens:induit me dominus veſtimẽto ſalutis
ideſt humanitate ſalutari: ⁊ indumento iuſticie
ideſt populo iuſtorum circundedit me quaſi ſpõ⸗
ſum decoratum corona:⁊ quaſi ſponſam ornatã
monilibus ſuis. Ad propoſitum euchariſtie dici⸗
mus ꝙ qꝛ in conſecratione ſacerdotis filius dei
aduenit quaſi iterum incarnandus ⁊ vniendus

eccleſie ſue:ideo quod antiqui patres optabant
oſculũ petentes: hoc idẽ ſacerdos noie totiꝰ ppl'i
fidelis ſe optare ſignificãs altare oſculatur quaſi
diceret:oſculetur me oſculo oris ſui ideſt vniatur
mihi chriſtꝰ in hoc altaris ſacramento. Tertio idẽ
Thuriſicatio altaris.
ſacerdos miſſo incẽſo in ignem thurificat totũ
altare(ſecũdum morem romane curie) ad ſigni-
ficandum ſcilicet deuotionem ⁊ orationem cele-
brãtis ⁊ aſſiſtentiũ eſſe dirigendam in deum iux-
ta illud pſalmi Dirigat̃ orõ mea ſicut incenſum
in conſpectu tuo:quod etiã in apocalipſi ioãnis
ſignificatũ eſt capitulo.8.vbi aſtitit angelus iux
ta aram templi.⁊c̃.vſq; aſcendit fumus aroma-
thum que ſunt orationes ſanctorũ. angelus ille
ſacerdotem ſignificat qui Malachie.2.dicit̃ an-
gelus domini exercituum. Altare quod eſt ante
conſpectum dei eſt ipſe chriſtꝰ qui aſtat pro no-
bis apud patrem. Data ſunt ergo ſacerdoti a fi-
delibus incenſa multa ideſt cõmiſſe ſunt oratio-
nes multe:vt offerat eas ãte thronũ dei in thu-
ribulo aureo eccleſie militantis vbi continue ar
det ignis charitatis que facit orationes fidelium
Prima officij miſſalis expoſitio.
deo acceptas. Sacerdos ergo altare thurificans
oſtẽdit ſe illuc accedere vt oratiões ⁊ vota popu-
li fidelis offerat deo patri per filium ſuum quod
eſt altare aureum ideſt charitate plenum. Que
vero in ipſo miſſe officio ab introitu vſq; ad of-
fertorium cãtant̃ a ſacerdotibus:ad illuminatio-
nem ⁊ doctrinam fidelis populi pertinent ⁊ hoc
Introitꝰ
multipliciter. Primo eñ introitꝰ miſſe denotat
aduentum chriſti ad euchariſtiam eſſe deſiderã-
dum a fidelibus preſentibus:ſicut olim antiqui
patres deſiderabant aduentum eius in mundũ
dicentes illud Eſaie.16.emitte agnum domine
dominatorẽ terre ⁊c̃.⁊ illud.45. Rorate celi de-
ſup ⁊ nubes pluant iuſtum.⁊c̃.et illud. 64. vti-
nam dirumperes celos ⁊ venires.⁊c̃. Hoc deſide
rium denotat bina aut trina repetitio eiuſdem
introitus que magnam affectionem clamantis
kyrie eleyſon.
oſtendit. Secũdo Kyrie eleyſon ideſt domine mi
ſerere oſtendit chriſti aduentum predictum non
ſolum eſſe deſiderandum ſed inſtanter poſtulan
dum:ideo toties eadẽ petitio reiteratur ideſt no-
uies in honorẽ diuinarum perſonarum in qua-
rum qualibet ſunt alie due.vnde ter petimus a
patre vt miſereatur noſtri ſcilicet faciendo nobis
hanc miſericordiam aduentus filij ſui ⁊ ſimili-
ter a filio ter idem petimꝰ dicẽtes chriſte eleyſon
et totidem a ſpũſancto. Tertio Gloria in excel-
Gloria in excelſis deo.
ſis deo declarat ipſum aduentũ quando iam p̃-
ſens fuerit eſſe cum gaudio recipiendum ⁊ eidẽ
congratulandum ſicut etiam in nocte natiuita-
tis chriſti:hoc docuit angelus paſtores tali voce
Oratio vel collecta.
eos letificãs. Quarto oratio vel collecta hortatur
fideles vt intelligant poſtulationi gratie ipſius
eſſe inſiſtẽdũ cum venerit:nam illa ſemper petit
aliquid a deo per chriſtũ filium ſuum.quare et
oratio dicta eſt q; orat deum petens aliquid ab
eo. Sed collecta vocatur q; quãdo ipſa dicitur a
ſacerdote iam totus populus debet eſſe collectꝰ
ideſt cõgregatus in eccl'ia/vel debet eſſe collectꝰ
ideſt mente recollectus ⁊ bene attentus non au
Epiſtola.
tem diſtractus. Quinto epiſtola eſt doctrina vel
apoſtolorum vel prophetarum cui ſemper a fide
libus eſt innitendum dicẽte paulo ad Rom.15:
quecũq; ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcri-
graduale
pta ſunt ⁊c̃. Sexto graduale eſt cãtus populi ex
predicta dotrina cõmoti ad penitentiã:quaſi in-
tellexerit ꝙ lamento penitentie inſiſtendum eſt
in ſtatu huius vite miſere:hic cantus etiam dicit̃
reſponſorium:q; per ipſum populus reſpondet
lectioni proficiendo in bonis operibus:ideo vo-
catur etiã graduale. Septimo aleluia gradua-
Aleluia.
li ſubiungitur.vt oſtendat ꝙ non ſolum de nr̃a
miſeria eſt dolendũ:ſed etiã de expectatione ad-
uentus chriſti cum leticia eſt gaudẽdum. Octa-
Euãgeliũ
uo euãgeliũ eſt doctrina chriſti proponens fide-
libus eius mãdata quibus ſolicite ⁊ deuotiſſime
obediendũ eſt. Nono adiũgitur ſymbolum fidei.
Credo in vnũ deũ.
Credo in vnum deum:quod eſt a fidelibus pu-
blice confitendum quaſi approbando documen
Offertoriũ.
ta chriſti ex euangelio accepta. Decimo in offer-
torio notat̃ deuotio populi qua de bonis a deo
acceptis intendit ei fideliter ſeruire. Hec decem
myſteria ſicut fuerũt neceſſaria ſanctis patribus
ante chriſti aduentum quibus prepararentur ad
deuote ipſum recipiendum quãdo venit in mũ-
dum in aſſumpta hũanitate viſibilis hominibus
apparens:ita etiam modo eadem ſunt neceſſa-
ria fidelibus preſentibus in miſſe officio ad de-
uote ſuſcipiendum ipſum venientem ad nos in-
uiſibiliter in euchariſtie ſacramento. Et ſentẽtia
totius officij eſt ꝙ iſte aduẽtus eſt a nobis deſi-
derandus/poſtulandus/acceptandus/cuius etiã
gratie ⁊ doctrine inniti debemus necnon ꝓpter
eius memoriam eſt nobis ingemiſcẽdum ex pe-
nitentia a qua ſua incepit predicatio atq; exultã
dum in ſpe ſuperne letitie. Debemꝰ inſuper mã-
data eius diligenter obſeruare ⁊ fidei ſue verba
publice confiteri:ac deniq; in eius preſentia do-
na ⁊ munera nr̃a fideliter offerre. Hec eſt in ſum
ma declaratio Alexãdri de Hales in vltima p̃te
ſue ſumme theologice. Sed ſanctus Thomas de
aquino ſimiliter in vltima parte ſue ſumme aliã
Secũda expoſitio eiꝰdẽ officij.
affert intelligentiam huius officij breuiſſime di-
cens. Nõ q̃a in hoc ſacramento euchariſtie totũ
myſterium noſtre ſalutis comprehenditur:ideo
nimirum cũ maiori reuerentia ⁊ ſolemnitate per
agitur q̃; alia ſacramẽta. Unde ante conſecratio
nem euchariſtie hoc officium premittitur velut
quedam preparatio ad digne agenda ea que ſe-
Preparatio populi.
quuntur. Cuius preparationis prima pars eſt
laus diuina in miſſe introitu ſecundũ illud pſal
mi:ſacrificiũ laudis honorificabit me ⁊ illic iter
quo oſtendam ſalutare dei.q.d.a laudibus diui
nis ſumit̃ iter ⁊ via ad hoc ꝙ deus oſtendat no-
bis ſalutare ſuum:q; hic eſt modus perſuaden-
di quemlibet dominum aut iudicem a quo ali-
quid petere volumus. Sumit̃ autem iſte introi-
tus vt plurimum ex pſalterio aut ſaltem addit̃
ei aliquis verſus alicuius pſalmi:q; vt Dyoniſiꝰ
ait in p̃mo capitulo eccle.hierar.pſalmi cõprehẽ-
dunt per modum laudis dei quicquid in ſacra
ſcriptura continetur. Secunda pars eſt cõmemo
ratio noſtre miſerie dũ petitur dei miſericordia
dicendo:Kyrie eleyſon ter quidẽ pro perſona pa-
tris/⁊ ter pro perſona filij cũ dicitur:chriſte eley-
ſon ⁊ ter pro perſona ſpirituſſancti addendo ite
rũ.Kyrie eleyſon:⁊ hoc contra triplicem miſeriã
noſtram ſcilicet ignorantie/culpe/⁊ pene. Tertia
pars cõmemorat celeſtem gloriam ad quam tẽ-
dimus poſt preſentem miſeriam dicendo:gloria
in excelſis:que ſolum cãtatur in diebus feſtiuis
in quibꝰ fit memoria de celeſti gloria.pretermit-
titur autem in officijs luctuoſis que commemo-
rãt noſtram miſeriam. Quarta pars continet ora
tionem quam ſacerdos dirigit ad deum pro ſe et
pro toto populo ad impetrandam gratiam qua
digni habeantur tantis myſterijs huc uſq; pre-
Inſtructio popl'i.
paratio. Deinde addit̃ inſtructio fidelis popu-
li eo ꝙ hoc ſacramentũ eſt myſterium fidei vt in
canone dicitur.hec autem inſtructio primo q̃dẽ
et diſpoſitiue fit per doctrinam prophetarum et
apoſtolorum que in epiſtola legitur per minores
ordines ⁊ ſubdiacones. poſt eam cantat chorus
graduale quod ſignificat ꝓfectum bone vite ex
predicta doctrina prouenĩẽs.et aleluia q̃d ſigni-
ficat ſpirituale gaudium de illo profectu. Sed in
officijs luctuoſis ⁊ de ieiunio loco all'a dicit̃ tra-
ctus/qui ſignificat gemitũ mentalem de huma-
na miſeria hec eñ tria conſequi ſolent in homi-
nibus ex predicta doctrina epiſtole. Secũdo po-
pulꝰ dei perfecte inſtruitur per doctrinam chriſti
in euangelio traditã que non legitur niſi a ſum-
mis miniſtris qui dicũtur diacones.⁊ q; chriſto
credere debemus tanq̃; in fallibili veritati: lecto
euangelio cantatur ſymbolum fidei credo. quo
populus proteſtat̃ ſe firma fide aſſentire doctri-
ne chriſti.cantatur autem hoc ſymbolum maxi-
me in diebus dominicis ⁊ in alijs feſtis in qui-
bus celebratur aliquis articulus fidei cum gau-
dio. Sic igitur populo preparato ⁊ inſtructo:ac-
Celebratio myſterij.
ceditur cõſequenter ad celebrationem myſterij.
quod quidẽ offertur deo vt ſacrificiũ:⁊ conſecrat̃
ac ſumitur vt ſacramentum:ideo primo cãtatur
offertorium dum peragitur oblatio eius. Poſtea
in canone ſequenti aduenit materie oblate con-
ſecratio ⁊ ſacramenti perceptio. Circa oblationẽ
vero duo agũtur primum eſt laus populi in cã-
tico offertorij quod ſignificat letitiam offerẽtiũ.
Secũdum eſt oratio ſecreta ſacerdotis qua petit
vt oblatio populi ſit deo accepta.conformiter ad
illud quod Dauid ait primi Paralip.29.ego in
ſimplicitate cordis mei letꝰ obtuli vniuerſa hec:
et populum tuum qui hic repertus eſt vidi cum
ingenti gaudio tibi offerre donaria.⁊c̃. et addit
6
orationem Domine deus cuſtodi hanc volunta-
Tertia expõ huius officij.
tem ⁊c̃.hec Thomas. Poſſet etiã aliter ⁊ clarius
reddi ratio eorum que in hoc officio aguntur et
dicuntur:non tam ex parte populi fidelis vt ha-
ctenꝰ dicebat̃:q̃; ex parte chriſti a nobis deſide-
randi ⁊ recipiendi in hoc ſacramento quod cum
ſit rememoratiuum dominice paſſiõis (vt docet
apoſtolus.1.Cor.11.) ideo totum miſſe officiũ vi-
detur fuiſſe ordinatum a patribus ad ſignifican-
dum primum chriſti aduentum in carnem ⁊ to-
tum diſcurſũ vite eius vſq; ad paſſionẽ et reſur-
rectionem ſuam. Et q; ipſa chriſti paſſio tã ver-
bis q̃; ſignis denotatur in ſecũda parte miſſe vt
videbitur in tertio libro huius operis:conſequẽs
eſt vt hec prima pars miſſe de qua nunc agimꝰ
declaret certis myſterijs aduentũ chriſti in mũdũ
et totum procurſum vite ſue excepta paſſione.
Deſiderium patrũ antiquorum.
Aduentus autem filij dei in mundum fuit quidẽ
primo deſideratus ⁊ figuratus a patribus legis
nature. deinde ꝓphetatus ⁊ ãnunciatus a pro-
phetis legis ſcripte:tandẽ exhibitꝰ/natus/⁊ datꝰ
filijs eoꝝ in tempore legis gr̃e. hoc totũ notauit
chriſtus Luce.10.dicẽs apoſtolis. Beati oculi q̃
vident q̃ vos videtis. ⁊c̃. Dico eñ ꝙ multi reges
⁊ prophete voluerunt hec videre ⁊c̃.ergo deſide-
rium patrũ legis nature ſignificat miſſe introitꝰ:
quem cantat chorus anteq̃; appareat ſacerdos
Oracula vatum.
qui repreſentat chriſtũ. Sed Kyrie eleyſon toties
replicatũ denotat multiplicia ꝓphetarũ oracu-
la:que omnia fere eundem ſenſum habent:ſcili-
cet chriſtum ſaluatorem mundi eſſe naſciturum
et paſſurum ꝓ nobis ex maxima miſericordia:
ad releuandam miſeriam noſtram.ſed Gloria in
Uirgo edit puer.
excelſis oſtẽdit chriſtum iam natum:⁊ ab ange-
lis decãtatũ atq; a Paſtoribꝰ ac Magis adoratũ
Chriſti p̃ſentatio.
in ſua pueritia. Oratio vero ad preſentationem
chriſti in templo refferri poteſt:quando Symeõ
ſacerdos dei ſanctiſſimus propoſuit ei petitionẽ
gratie ⁊ ſaluationis:pro omnibus gentibꝰ vni-
uerſaliter ⁊ pro populo iſrael ſpecialiter dicens.
Nunc dimittis. Epiſtola predicationem ſancti
Ioãnis p̃dicatio.
Ioannis baptiſte precurſoris chriſti repreſentat:
qui fuit medius inter prophetas ⁊ apoſtolos:il-
los ſequens ⁊ hos precedens dicente domino
Matthei.11.lex ⁊ prophete vſq; ad Ioannẽ.ideo
lectio illa aliquando ex prophetis ⁊ aliquando
Profectꝰ populi.
ex apoſtolis ſumitur. Graduale protẽdit populi
profectum qui prouenit ex predicatione Ioãnis
parantis viam domino.de hoc profecta dicitur
Luce.3.ꝙ multi iſraeliti commoti ex predicatio-
ne eius veniebant ad ſuum baptiſmum confitẽ-
tes peccata ſua ⁊ interrogãtes eum de modo be-
Baptiſmꝰ chriſti
ne viuendi.dicebant eñ quid faciemus: All'a/ſi-
gnificat baptiſmũ chriſti:in quo (vt dicitur Ma
thei.3.) apertum eſt celum/⁊ ſenſibiliter mõſtra-
tum eſt myſterium diuine trinitatis:q; filius ap-
paruit in carne/pater in voce/ſpirituſſanctus in
colũba. Et inde incepit ⁊ virtutẽ recepit baptiſ-
mꝰ noſter quo renaſcimur in filios dei:⁊ de hoc
deum laudare debemus quod ſonat hebraicum
aleluia.i. Laudate deum ſcilicet pro tãto bene-
Doctrina chriſti.
ficio. Euangelium manifeſte reſonat chriſti pre-
dicationem poſt Ioannem:qua fideles inſtruxit
dando eis legem gratie ⁊ decorando eccleſiã ſu-
Predicatio apl'oꝝ
am ſacramentis diuine miſericordie. Symbolũ
fidei predicationẽ ⁊ doctrinam apoſtolorũ deno-
tat. Tandem offertorium ſignificat conuerſionẽ
gentiũ ad fidem chriſti:qua ſeipſos ⁊ bona ſua

Cõuerſio gentium. vero deo obtulerunt. Hec generaliter de officio
miſſe cathecuminorum impreſentiarum nos di-
xiſſe ſufficiat. nam ſpecialior ſingulorum officio-
rum declaratio ex ſecũdo libro huius operis re-
7 quirenda eſt ſatis copioſe. At quia inter cantan-
Significatio offertorij. dum offertorium a clericis in choro: ſacerdos in
altari panẽ ⁊ vinum euchariſtie materiam conſe-
crandam deo offert ponens ea ſuper aram ⁊ di-
cens quedam verba quibus ſe oſtendit non tã-
tum pro ſe et ſuo nomine ſolo illud ſacrificium
offerre deo ſed etiam pro tota eccleſia fidelium
generaliter ⁊ pro aliquibus perſonis ſpecialiter
ad impetrandam gratiam bonorum tam corpo-
ralium q̄ȝ ſpiritualium: ⁊ eis ſic oblatis conuer-
tit ſe ad populum vt accipiat oblatiões eorum:
ideo ad huius offertorij maiorem declarationẽ
duo hic ſunt notanda: alterum de ſignificatione
eorum que ſacerdos ibi facit ⁊ dicit: alterum de
cõditione ſeu qualitate munerum a populo of-
ferẽdorum. Circa primum dicimus ꝙ non ocioſe
ſacerdos primo ſe conuertens ad populũ ſalu-
tat ipſum dicens. Dominus vobiſcum: quã etiã
ſalutationẽ prius fecerat iam bis ad alia myſte-
ria. nam poſt introitum ⁊ alia quedam prius ex-
preſſa immediate ante orationem ſalutauit po-
pulum ad conſolandum ipſum ſuper deſiderio
quo in introitu deum inuocauerat optãs vt cum
eis ſit dominus ad talis deſiderij completionẽ.
deinde ante euangeliũ iterum ſalutauit populũ
orans vt cum eis eſſet dominꝰ ad inſtructionis
perfectionem. Nunc autẽ tertio ⁊ ante offertoriũ
populum ſalutat petens vt cum eis ſit dominus
ad oblatorum ſuorum munerum gratam acce-
ptionem. q. d. dominus ſit vobiſcum vt in ſacri-
ficium acceptiſſimũ deo offeramini/circa eucha-
riſtie ſacramẽtũ deuotione afficiamini/⁊ vt obla-
to a me ſacrificio incorporemini. ⁊ re vera domi-
nus eſt cum ſuis fidelibus quãdo eos ſibi obla-
tos ſuſcipit/quando eos circa ſuum ſacrificium
affici facit/⁊ quãdo eos ſibi vnit/huic ſalutatio-
ni ſacerdotis: ex parte totius populi reſpondet
chorus: ⁊ cum ſpiritu tuo: quatenus hoc ſacrificiũ
non ſolum manibus ſed ſpiritu offeratur deo ⁊
ab ipſo acceptetur. ſecundum illud danielis. 3. in
animo cõtrito ⁊ ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur
A te domine ⁊c̄. et pſalmo. 50. ſacrificium deo
ſpiritus cõtribulatus: cor contritum ⁊ humiliatũ
deus nõ deſpicies: ⁊ Joannis. 4. ſpiritus eſt de-
us ⁊ eos qui adorant oportet in ſpiritu ⁊ verita-
te ⁊c̄. Deinde ante offertoriũ premittit ſacerdos
verbum/oremus/exortando ad orationẽ ſecretã
quam tamen ilico non dicit ſed offertorium: ad
innuendum ꝙ pura oratio exigit ꝙ deo munera
et dona placabilia offerantur ex affectu: populꝰ
ergo domino offerendus: prius debet toto in ip-
ſum eleuari affectu vt ſe dignum faciat ſacrifici-
um deo acceptabile. Unde ad predictam exhor-
tationem ſacerdotis ſtatim ſubiungitur cantus
offertorij ab offerendo dicti/q̄ȝ dum clerus illud
cantat fiunt a populo oblationes. quatenus nõ
ſolus ſacerdos ſed cum ſacerdote totus populus
vota ſua deo offerat: ⁊ in ſacre euchariſtie obla-
8 tione particeps fiat. Determinatio offerendorum
Qualitates offerẽtium. munerũ ſic declaratur. debent enĩ fideles offerre
deo principaliter perſonas ſuas deinde munera
ſua cum gaudio vnde quãdiu ſacerdos munera
a populo recipit canitur offertorium ad ſigni-
ficandum ꝙ cum mentis iubilo talia deo ſunt
offerenda. Hilarẽ enĩ datorem diligit deus ſecũ-
de Cor. 9. ideo Moyſes dicebat populo Exodi.
35. omnis voluntarius ⁊ pronus animo offerat
dona deo ⁊c̄. Eccleſiaſtici. 35. In omni dato hila-
rem fac vultum ⁊ in exultatione ſanctifica deci-
mas tuas. Hec autẽ conſuetudo cantandi inter
offerẽdum ex lege veteri traxit originem: dicitur
enĩ ſecundi Paralip. 19. ꝙ cũ offerrent holocau-
ſta ceperũt laudes canere domino atqȝ in diuer-
ſis organis que Dauid rex iſrael preparauit cõ-
crepare. An vero quilibet fidelis obligetur ad
offerẽdum in miſſa. Reſpondemus per has ꝓ-
Prima cõcluſio. poſitiones. Prima eſt decretũ Gregorij ſeptimi
de conſe. diſt. prima omnis chriſtianus procuret
ad miſſarum ſolennia aliqua deo offerre ⁊ ad
memoriã reducere quod dominus per Moyſen
dicit Exo. 23. non apparebis in conſpectu meo
vacuus ⁊c̄. ſed pro intelligẽtia huius decreti (q̄ȝ
a varijs vario modo intelligitur) ſit hec ſecunda
Secũda cõcluſio. propoſitio. Quod omnis chriſtianus officio miſ-
ſe aſſiſtẽs tenetur de precepto offerre deo aliquã
oblationem ſpiritualem ſcilicet interiorem volũ-
tatem actualem vel habitualem aut ſaltem vir-
tualem: que ſeipſum exhibeat promptum ⁊ obe-
dientem diuinis preceptis: ⁊ recognoſcat ſe ſub-
iectum deo ſicut domino ſuo. ſed hec propoſitio
maxime vera eſt de illa miſſa quã quis ex prece-
pto tenetur audire vt puta in diebus dominicis
et in alijs feſtiuitatibus ſolenniſſimis. De miſſis
autem quotidianis hec propoſitio nõ concede-
Tertia cõcluſio. retur ab omnibus doctis theologis. Tertia pro-
poſitio. Quod ſine hac ſpirituali oblatiõe corpo-
ralia dona minime ſunt deo accepta dicitur enĩ.
Geneſis. 4. ꝙ reſpexit deꝰ ad Abel ⁊ ad munera
eius: ad Cain autem ⁊ ad munera eius non reſ-
pexit: q̄ȝ hic non offerebat deo interiorem volun-
tatem ſicut ille. Deus autẽ prius reſpicit ad per-
ſonam q̄ȝ ad munera eius nec poſſunt ei place-
re dona oblata niſi etiã placeat ea offerens per-
ſona: ideo in pſalmo. 39. dicitur ſacrificium et
oblationẽ noluiſti: aures autem perfeciſti mihi:
aures inq̄ȝ ad audiendum obedienter mandata
dei. ⁊ chriſtus in euãgelio Luce. 21. ſi offers mu-
nus tuum ad altare ⁊c̄. et paulꝰ. 1. Thimo. 5. cor-
poralis exercitatio ad modicum vtilis eſt: pietas
Quarta cõcluſio. autẽ ad omnia valet. Quarta propoſitio offerre
aliquid de exteriori ſubſtantia hominis in miſſa
eſt opus bonum deo gratum/⁊ homini vtile ac
fructuoſum. Ratio eſt q̄ȝ ordinatur in deum ⁊ fit
propter honorem ⁊ reuerẽtiam eius in recogni-
tionem ſupremi dominij: ⁊ ad proteſtandum ꝙ
hec bona exteriora ſunt homini data adeo: deus
etiam tam in veteri q̄ȝ in noua lege precepit fieri
ſibi oblationes vt patuit in allegato decreto, of-



ferẽs deniqȝ in miſſam aliquem ſpecialem fru-
ctum conſequitur ex illo ſacrificio. tum propter
ſuam deuotionem. tum etiam propter ſacerdotis
ſpecialem applicatiõem miſſe ad offerentes: de
qua in tertio libro huius dicemus copioſe ſuper
Quinta cõcluſio. primo memento. Quinta propoſitio. ꝙ in preci-
puis feſtiuitatibus eccleſie ⁊ in alijs quibuſdam
vbi ex conſuetudine loci fideles offerre ſolent:
ſinguli ex precepto obligantur ad offerẽdum in
miſſa aliquid corporale de ſua ſubſtãtia. Ratio
huius eſt q̄ȝ homo aliquãdo obligatur iure na-
turali ad offerẽdũ in miſſa ſcilicet in recognitio-
nem ⁊c̄. vt prius dicebatur: ſed hoc in nullis alijs
diebus magis q̄ȝ in predictis dominicis diebus
et in feſtiuitatibus atqȝ in diebus conſuetis eſt
obligatoriũ: ergo hec propoſitio eſt vera: que ma-
xime intelligi debet de illis perſonis q̄ ſunt ca-
pita domorum ⁊ que poſſident bona propria: in
alijs autem nõ cadit tanta obligatio ad offeren-
Sexta cõcluſio. dum. Sexta propoſitio. Quod preſbitero parro-
chiali pauperi (qui populo ſacramẽta miniſtrat)
nec alias vnde viuat habenti offerre teneantur
parrochiani ſui bona exteriora quibus ſe valeat
ſuſtentare. hec veritas in iure naturali ⁊ diuino
fundata eſt quod apoſtolꝰ. 1. Cori. 9. declarat di-
cens. Quis militat ſuis ſtipendijs? Quis plantat
aut colit vineam ⁊ de fructu eius non comedit?
Quis paſcit gregẽ ⁊ de lacte eius non mãducat?
⁊c̄. et ſubdit ibidem apoſtolꝰ allegans ius diui-
num reuelatũ et dicens: nunquid ſecundũ ho-
minẽ hec dico? ideſt ſola hũana ⁊ naturali rõne:
an ⁊ lex nõ hoc dicit? ſcriptũ eſt enĩ Deutero. 25.
non alligabis os boui trituranti. ⁊ ꝙ ad litteram
iſta lex intelligat̃ de ſacerdote laboranti in area
fidelis populi: probat ipſe ſubdẽs Nunquid de
bobꝰ cura eſt deo? an propter nos hoc dicit ſcri-
ptura? ſi itaqȝ nos vobis ſpiritualia ſeminamus
magnum eſt ſi veſtra carnalia metamꝰ. Sequi-
tur Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur
que de ſacrario ſunt edunt? ⁊ qui altario ſeruiũt:
cum altario participant: ita ⁊ dominus ordina-
uit Luce. 10. vt qui euangelio ſeruiunt, de euan-
9 gelio viuant: dignus eſt (inquit) operarius cibo
qualitas offerendorum. ſuo. De rebus autem offerẽdis exterius quales
eſſe debeant: ponuntur ſequẽtes propoſitiões.
Prima cõcluſio. Prima eſt ꝙ oblatio ſit pinguis ſaltem deuo-
tione. ita ꝙ plus ex corde procedat q̄ȝ ex manu
offerentis: ſecundũ illud pſalmi. holocauſta me-
dulata offerã tibi ⁊c̄. eccleſiaſtici. 35. oblatio iu-
ſti impinguat altare: ⁊ odor ſuauitatis eſt ante
conſpectum domini. ideo chriſtus in euangelio.
Luce: 16. ꝓtulit viduam que era minuta obtulit
alijs diuitibus multo plura ⁊ maiora offerentibꝰ
Secũda cõcluſio. q̄ȝ illa ex maiore deuotione obtulit q̄ȝ alij. Se-
cunda propoſitio ꝙ oblatio ſit lata ſcilicet chari-
tate ait enĩ. Gregoriꝰ in quadam homelia expo-
nens illud Matthei. 5. ſi offers munus tuum ad
altare ⁊c̄. ꝙ nullum ſacrificium deꝰ acceptat niſi
quod in altari boni operis flãma charitatis ac-
cendit. prius ergo charitatem ꝓximo exoluat: q̄
munus ſuum deo placere exoptat. ideo notãter
dominus ait: vade prius reconciliare fratri tuo.
⁊c̄. ergo ex his duabus propoſitionibus patent
due ſpecies charitatis a quibus procedere debet
omnis oblatio: ſcilicet ꝙ fiat propter honorem
dei quam vocamus deuotionem ⁊ ſine detrimẽ-
to proximi quod eſt ſeruare charitatẽ ad ipſum.
quare non immerito chriſtus reprehendit Mat-
thei. 16. phariſeos qui ſuadebãt hominibus me-
lius fore ſi ſubſtantia terrena domino offeratur
in templo q̄ȝ ſi alendis parentibus expenda-
tur in domo. eadem ratio eſt de vxore/filijs/fra-
tribus/⁊ alijs quibus homo eſt debitor q̄ȝ obla-
tio nõ eſt facienda in detrimentum eorum ideſt
taliter ꝙ eis deſint neceſſaria. nõ enim ſunt exer-
cẽda conſilia violando precepta. Tertia propo- Tertia cõcluſio.
ſitio quod oblatio ſit mũda acquiſitione. hoc eſt
nõ ſit res turpiter vel iniuſte acquiſita nec retẽta
q̄ȝ talis non offert quod ſuum eſt ſed alienum:
contra illud Prouerbio. 3. honora dominum de
tua ſubſtãtia: nam immolantis ex iniquo obla-
tio eſt maculata: ⁊ nõ ſunt deo bene placite ſub-
ſanationes iniuſtorum. q. d. ſubſanatio vel irriſio
eſt non oblatio offerre de furto rapina vſura/vel
alio quouis iniuſto lucro Eccleſiaſtici. 4. qui of-
fert ſacrificium de ſubſtantia pauperum; quaſi
qui victimat filium in conſpectu patris ſui. ⁊ ca-
pitulo. 24. dona iniqua nõ ꝓbat altiſſimꝰ neqȝ
in multitudine eorum propiciabitur peccatis: de
iuſte ſed turpiter acquiſitis bonis dicit̃ Deutero
23. non offeres mercedẽ proſtibuli in domo dei
tui. neqȝ ſacerdotes propter ſcandalum debent
tales oblationes recipere vt docet ſanctꝰ Tho-
mas. 2. 2. q. 46. Et cancellarius Pariſien. in de
ſollicitudine eccleſiaſticorum. Quarta propoſitio.
ꝙ oblatio ſit vtilis in ſuo valore. vtile enim or- Quarta cõcluſio.
dinatur ad finem qui in oblatione duplex eſſe
debet: primꝰ honor dei: ſecundus ſuſtẽtatio ſuorũ
miniſtrorum ſacerdotũ. Ad honorem dei perti-
nent candele que ſignificant diuinam ſapientiã
cuncta illuminantem. ⁊ thus ⁊ alia huiuſmodi
que nõ cedunt in vſum ſacerdotum extra eccle-
ſiam. Ad ſuſtentationem miniſtrorum pertinent
omnia que conferunt ad victum vt panis/vinũ/
carnes/piſces/farina/frumentum/⁊c̄. et omnia
que ad veſtitum vt panus/lintheum/corium/⁊c̄.
et omnia vtenſilia vt archa/menſa/vaſa/libri/⁊c̄.
et deniqȝ pecunie quibus omnia predicta com-
parari poſſunt: q̄ȝ Eccl'iaſtici. 10. pecunie obedi-
unt omnia ⁊ Ariſtoteles. 5. ethicorũ dicit numus
eſt cõmunis menſura rerum. Quinta propoſitio Quinta cõcluſio.
oblatio careat ſuperſtitione. eſt enĩ ſuperſtitio va-
na obſeruantia que neqȝ ex natura ſua/neqȝ ex
ordinatione diuina neqȝ ex autoritate eccl'iaſtica
habet aliquã virtutem ad id ad quod applicatur
ſed ſi effectum conſequatur eſt ex cooperatione
diabolica ꝓpter pactũ expſſum vel ſub intelle-
ctum hominum perditorum cũ demonijs. ſi er-
go offerens offerat aliquam rem que ad nullum
finem oblationis poſſet refferri per aliquam cõ-
uenientem rationem ideſt que neqȝ pertinet ad
honorem dei neqȝ ad vtilitatem ſacerdotum: ta-

Ais oblatio erit ſupſticioſa vana ⁊ diabolica non meritoria aut religioſa ſed criminalis ⁊ blaſfema. vt ſi offerens panem ſimul offerat arenam: putans ꝙ ille panis ſiue arena vel nõ erit acceptus deo vel non tantum valebit ad faciendum aliquam gratiam offerenti. Et ſi offerẽs vinum faciat vim in figura vaſis vt ꝙ ſit quadratum ꝙ nõ habeat anſas vel ꝙ ſi eas habeat ſint tot numero preciſe. Et ſi offerẽs pecunias ponat cum eis clauum putans ꝙ ille clauus habeat virtutẽ ad hoc vel illud bonum conſequendum. ⁊ ſic de alijs caſibus plurimis. ſed veruntamen vt dicit cancellarius Pariſieñ. in tractatu de directione cordis: nõ eſt facile rationes ſingulas omnium que fiunt inuenire: multa em̃ prima facie apparẽt ſuperſticioſa in deuotionibus popularium: que tamen per bonam directionem intentionis ſaluari poſſent: ad quam ſufficit leuis cõiectura: dum populus intentione ſimplici ſequit̃ ritum ⁊ modum patrie: ⁊ intendit honorare deũ vel ſanctos per talia opera ſtante in eo ſemper fidei ſoliditate ⁊ animo ad informationẽ parato vt ſi maiorẽ deuotionẽ habeat ad virginẽ Mariam in tali eccleſia vel imagine ꝙ̃ in tali. ſi ad honorem huius vel illius ſancti offerat animalia viua/ vt gallum aut porcellum ⁊ alia multa. Dum modo non addatur poſitiue aliqua intẽtio praua ⁊ omnino cõtraria catholice religioni: dũ modo etiam in talibus non ponatur firma ſpes putando ꝙ ſine illis obſeruationibus a deo vel ſanctis auxilium conſequi non poſſent: vel ꝙ ꝑ eas deus vel ſancti neceſſitantur facere illud qđ ab eis petitur. dum deniqȝ non paſſim queratur tentari deus aut ſancti: quaſi debeant miraculo ſe facere ſemper illud quod queritur ab eis. ſed de his ſatis.

*Notãdū*

## Caput tertiumdecimũ

de duplici preparatione ſacerdotis ꝓxima ad conſecrandum ⁊ offerendũ deo euchariſtie ſacrificium.



Poſt offertorium preparat ſe ſacerdos ad cõſecrandum et offerendum deo euchariſtie ſacrificium pro ſe et pro toto populo ſuo ⁊ vtit̃ duplici preparatione altera ſecreta ⁊ altera manifeſta q̃ dicitur ꝓfatio. Dicitur autem ſecreta preparatio prima qꝛ in ea ſacerdos nullum facit verbũ ad populum neqȝ accipit aliquam reſponſionem ab eo. ⁊ in hac ꝑparatiõe tria principaliter facit: Primo enim incenſat materiam ſacrificij iam in ara collocatam: ſecundo lauat manus ſuas et tertio dicit orationes ſecretas: ita ꝙ incenſo ſe ꝑparat deuotionis odore/ lotione mũdicie nitore/ oratione vero cordis ardore.

*1 Secreta preparatio ſacerdotis.*

*Thurificatio.*

Muneribus igitur ſacrandis per ſubdiaconem ad altare adductis et per diaconem ſacerdoti oblatis / atqȝ eiſdem per ſacerdotem in medio altaris ſuper pallas collocatis ſacerdos munera ipſa primo incenſat vel thurificat: ⁊ hoc incenſo ſuper thuribulo in crucis modũ circumducto: ipſoqȝ thuribulo fumante ſimili modo ſuper hoſtiam ⁊ calicẽ circũmoto: quatenus thuris incenſo ⁊ crucis ſignaculo omnes diabolice nequitie ⁊ fraudis conatꝰ execrẽtur ne cõtra ipſum ſacerdotem aut ſuum ſacrificiũ quoquomodo preualeat. nã ſacro huiuſmodi fumo omne genus demonis extricatur Thobie.6. et crucis ſignaculo diabolũ exterreri docet apoſtolus ad Philip.2.

*Ablutio.*

Deinde manꝰ lauat ſacerdos in altari potius ad ſignificandum aliquid ꝙ̃ ad euitandam cõtaminationem corporis chriſti: quod in euchariſtia talem modum eſſendi habet: vt a nulla re corporali cõtingi aut contaminari queat. Significat autem hec lotio primo reuerentiam. quia myſteria diuina tractãda ſunt etiam cum mundicia corporali. ſecundo ſignificat mentis mundiciam quam principaliter debet habere ſacerdos. vnde ſicut prima eius lotio extra altare ſignificauit emundationẽ mẽtis a peccatis mortalibus: ita hec ſecũda que fit in altari ſignificat eiuſdem mentis mundiciam quã debet habere quantum fuerit poſſibile etiã a venialibus ⁊ a reliquijs mortaliũ: ideo abluẽs ſe ſacerdos dicit illud pſalmi .25. verſiculum. Lauabo inter innocentes manus meas: non iã inter peccatores vt prius in alia ablutione ante miſſam: ⁊ circũdabo altare tuum domine ⁊c̃. q.d. Ampliꝰ laua me domine ab iniuſtitia mea. pſalmo.50. ⁊ qui lotus eſt ſcilicet prima vice nõ indiget niſi vt pedes amine lauet: que ſunt affectiones ſenſualitatis inſurgentes: ⁊ erit mundus totus Joãnis.13. Tertio ſignificat hec lotio ꝙ ſacerdos oblaturus hoſtiã hanc deo: prius debet rigare conſcientiam ſuam lachrymis compunctiõis pſalmo.6. Lachrymis meis ſtratum meũ rigabo. Prefigurata fuit hec lotio in vet. le. Exodi.30. vbi dominus dixit Moyſi facies labium eneum ad lauandum ſacerdotibꝰ ⁊c̃.

*Oratio ſecreta.*

Preparat ſe tertio ſacerdos orationis ſuffragio et hoc dupliciter: primo ipſe ſolus orat ſecrete: ſecũdo orationis auxiliũ petit a populo circunſtãte. Ablutis igitur digitis vtriuſqȝ manus venit ſacerdos ad mediũ altaris ⁊ inclinans ſe orat ſecrete. ſed ſecundũ morẽ eccleſie Romane inſtitute ſunt ibi tres orationes. Prima in ſpiritu humilitatis ⁊c̃. qua poſtulatur acceptatio diuina reſpectu huiꝰ ſacrificij maxime quãtũ ad effectum ſue conſecrationis. Secunda eſt veni ſanctificator omnipotens: qua petitur materie illius conuerſio in res diuinas que eſt terminꝰ conſecrationis. Tertia ſuſcipe ſancta trinitas ⁊c̃. qua petitur ſacrificij profectus in nobis: qui eſt gratiarum actio/ ⁊ beneficiorum dei cõmemoratio ſanctorum collaudatio/ ⁊ fidelium peregrinantium ad bonum ꝓ-



*In ſpiritu humilitatis.*

motio. Uerum quedam alie eccleſie ſolam primam iſtarum trium orationum dicũt in hoc loco: cuius fere omnia verba ſumpta ſunt ex oratione Azarie Danielis.3. ⁊ notat duo que maxime faciũt orationem exaudibilem apud deum ſcilicet humilitatem orantis ⁊ contritionem cordis. pſalmo.50. Cor cõtritum ⁊ humiliatum deus nõ deſpicies. que duo in propoſito ſunt valde neceſſaria vbi agitur cõmemoratio dominice paſſionis que pro peccatis noſtris ab eo humiliter ſuſcepta eſt: quare ⁊ nos in eiꝰ memoria humiliari ⁊ conteri debemus. In hac ergo humilitate eccleſie orat ſacerdos ſuſcipi oblationẽ huiꝰ ſacrificij confidens ꝙ ſic oblatum non erit ſpernendum. Conſequenter ſacerdos petens orationis ſuffragium a populo circunſtante conuertit ſe ad eum ⁊ dicit.

*Orate fratres.*

Orate ꝓ me fratres ⁊c̃. quia vt oblatio ſua ſit perfecta et grata deo interpellat etiam eccleſie ſuffragia: de qua in eccleſia dicit̃ Malachie.3. Placebit deo ſacrificium iuda et Hieruſalem ſicut dies ſeculi ⁊ anni antiqui ⁊c̃. Appellatione fratrum ſacerdos denotat eccleſie vnitatem in charitate ⁊ pace chriſti. Indiget autẽ ſacerdos adiuuari orationibus aliorum: quoniam ipſe (vt dicitur Hebre.5.) circundatus eſt infirmitate ⁊c̃. et ideo dicitur Jacobi.5. ad ſacerdotes orate pro inuicem vt ſaluemini: multum em̃ valet oratio iuſti aſſidua. Quod vero dicit ſacerdos: vt meum ⁊ veſtrum ſacrificium ⁊c̃. denotat ꝙ nõ ſolum pro ſe ⁊ nomine proprio: ſed etiã pro alijs fidelibꝰ ⁊ ex parte eorũ offert deo illud ſacrificiũ. Unde eorum perſonas ⁊ munera ibi apud deum cõmendat. debet enim teſte apoſtolo Hebre.5. quemadmodum pro ſe ita ⁊ pro populo offerre hoſtias ad expiationem peccatorũ ipſe homo ex hominibus aſſumptus ⁊ pro hominibus conſtitutus in his que ſunt ad deũ.

*Reſpõſio populi.*

Huic ſacerdotis petitioni reſpõdet populus circũſtãs idẽ in ſententia licet diuerſis verbis: dicunt enim quidam: memor ſit dominus ſacrificij tui ⁊ holocauſtum tuũ pingue fiat pſalmo. 19. Alij dicũt. Spiritusſanctꝰ ſuper veniet in te ⁊ virtus altiſſimi obumbrabit tibi Luce primo. Alij dicunt: ſuſcipiat dominus ſacrificium de manibus tuis ad laudem ⁊ gloriam nominis ſui atqȝ ad ſalutẽ tuam ⁊ noſtram. Alij dicunt: ille te exaudiat qui te cõſtituit interceſſorem pro peccatis tuis ⁊ aliorum fidelium viuorum ⁊ mortuorum. Alij aliter multifariam. Quia vero ſacerdos ante offertoriũ excitauerat populum ad orandum dicẽs: oremꝰ: et interpoſito offertorio ratione ſuperius dicta orationẽ diſtulerat: ideo poſt offertorium ⁊ quedam alia que debito ordine premittenda erant:

*Sacra.*

accedit ad ſecretam orationem que alias Sacra dicitur: et per eam ſacerdos petit a deo vt populus fidelis cum ſuis donis oblatis incorporetur deo in vnitatem corporis chriſti: ac per inde acceptabiliter ei offeratur hoc ſacrificium. Hec ſententia expreſius ꝙ̃ alibi patet in ſecreta oratione prime dominice aduentus (a qua miſſale Romanum ſuum facit principium) vbi dicitur: hec ſacra nos domine potenti virtute mundatos ad ſuũ faciant puriores peruenire principium. haud dubiũ quin ad illud quo chriſtus ſeipſum obtulit in ara crucis: a quo principio hoc ſacramentũ euchariſtie emanauit. Et notandũ ꝙ in hac oratione ſecreta: ſacerdos incipit iam repreſentare paſſionem chriſti cuius principium fuit ſecretum conſilium ⁊ machinatio iudeorum qua ceperũt ſecrete tractare de morte chriſti vt habet Joãnis 11. ⁊ hec eſt vna cauſa quare ex ordinatiõe eccleſie iſta oratio ſecrete dicat̃ a ſacerdote: ⁊ inde ſacra vel ſecreta nominatur. Alia ratio eſt quia in iſta oratione incipit ſacerdos offerre deo ſuum ſacrificium ⁊ poſtulare ab eo multiplex pro nobis beneficium: ideo oportet hec ſacra que petitur quodãmodo celari a cõmuni populo vt ea amplius veneretur. Solent em̃ cõmuniter omnibus nota aſſiduitate vileſcere ⁊ contemni vnde mandat dominus Matthei.7. Nolite ſanctũ ſcilicet panem dare canibus: ⁊ margaritas nolite proijcere ante porcos: ne forte conculcent eas pedibus ſuis: ⁊ canes cõuerſi diſrumpant vos. ſepius em̃ hec ſacra myſteria audita a popularibus indeuotis conculcantur ab eis quaſi vilia: ⁊ ſuis verbis lacerant ſacerdotes tanꝙ̃ deceptores fidelium. In huius figuram mandabatur in le. ve. numerorum.4. ſacerdoti Aaron ⁊ filijs eiꝰ vt ipſi ſolij ingredientes tabernaculũ federis domini inuoluant omnia vaſa quando mouenda erant caſtra hebreorum per deſertum. Alijs autẽ laycis cõminatur dominus penam mortis ſi aliqua curioſitate procurarent ea videre: ⁊ non ob aliam cauſam niſi vt ea non vilipenderent aſſiduitate: ſed venerarentur raritate. Aduertẽdum etiam ꝙ hec oratio ſecreta correſpondet publice collecte que dicta eſt in pricipio miſſe: vnde quot fuerunt ille collecte totidem debent eſſe ſecrete ⁊ eodem ordine ſituate. Sed tunc prime ſecrete non debet premitti verbũ oremus: qꝛ iam hoc premiſſum erat ante offertorium. Secunde autẽ ſecrete cum alijs omnibus ſub vna concluſione finiendis anteponendum eſt idem verbum oremꝰ: qꝛ ille in materia petitionis ſue diſtincte ſũt a prima: ideo noua exhortatio requiritur licet ſecreta. Et aliquando in oratione ſecreta propter feſtũ quod agitur de chriſto aut de virgine Maria aut de alio ſancto: fit mentio de eis quatenus ob reuerentiam illius feſti ⁊ patrocinium illius ſancti populus offerẽs melius vniatur deo.

*Secrete orõnis cõcluſio.*

Sic igitur procedens ſacerdos venit ad concluſionẽ ſecrete orationis: quam alta voce proferens dicit Per omnia ſecula ſeculorum. Et huius exaltationis ſue vocis duplex eſt ratio. Prima ad ſignificãdum ꝙ licet imminente tempore paſſionis chriſtus prius ſe abſconderit a iudeis mortẽ eius machinantibus: ⁊ propterea receſſerit in regionem iuxta deſertum vt dicitur Joãnis.10. tñ poſtea ante ſex dies paſche ſe manifeſtauit palã ambulans ⁊ docens in Hieruſalem vt exhiberet ſe promptum ad paſſionem quaſi verum agnum paſchalem pro ſalute omniũ immolandũ.

Secunda ratio qr licet illa oro propter cauſam
predictam debuerit ſecrete dici ⁊ celari apopulo
tamen qr fructus eius eſt cõmunis omnibus:et
debet percipi a populo:conueniens fuit vt ſaltē
finis ⁊ concluſio eius omnibus cõmunicaretur
alta voce prolata. Dicte autem concluſioni a to-
to populo audite reſpondet chorus ſacerdotum
nomine omniũ dicens. Amē:ideſt ita fiat in no-
bis ſicut tu ſecrete petiſti pro nobis coram deo:
poteſt etiam intelligi amē:ideſt verum eſt quod
dixiſti:⁊ nos corde ⁊ ore ꝯfitemur eandem veri-
tatem quam tu ſecrete confeſſus es coram deo.
dicētes illud Prouer. 8. iuſti ſunt omnes ſermo-
nes tui ⁊ non eſt in eis prauũ quid atq̃ peruer-
2 ſum. Audiens vero ſacerdos populi deuotiõem
Scda pre- ac fidelē confeſſionē:ſentienſq̃ ipſum iam pre-
patio ſa- diſpoſitum p̄paratumq̃ ad altiora:incipit pre-
cerdotis fationem (que prelocutio interpretatur) eo ꝙ
publica. preloquatur omnibus publice quedam de illius
ſacramēti altitudine ⁊ maxima reuerētia quate-
nus eos attētiores reddat ⁊ aptiores ad diuina
Prefatio myſteria. Ad cuius prefationis intelligentiam
eſt in primis notandum ꝙ ipſa referri poteſt ad
illud myſterium de quo dicitur Matthei. 26. cũ
concor. ꝙ primo die azimorũ miſit dominꝰ Je-
ſus duos diſcipulos in ciuitatem Hieruſalē di-
cens eis. Euntes parate nobis paſcha vt mãdu-
cemus ⁊c. ⁊ in eadem nocte poſt eſum agni paſ-
chalis inſtituit hoc ſacroſanctũ euchariſtie myſte
rium:ad quod illa apoſtolorum miſſio fuit que-
dã prefatio ſeu preparatio: qualis eſt hec noſtra
prefatio ad euchariſtie conſecrationē atq̃ ſum-
ptionem in officio miſſe:que eſt cena paſchalis
precioſiſſime victime cũ pane ⁊ vino de celo ad
nos miſſis. Diuiditur autem iſta prefatio in tres
precipuas partes:prima eſt exhortatio fidelium
ad laudandum deum. Secunda eſt laudis exhi-
bēde ratio ibi. Uere dignũ ⁊ iuſtũ ē. Tertia eiuſ-
dem laudis iam exhibite acceptatio ibi cũ quibꝰ
⁊c. Excitatio fidelium ad diuinam laudem tribꝰ
Dñs vo- verbis continetur. primũ eſt. Dominus vobiſcũ:
biſcum. quo ſacerdos imprimis fidelē populũ dei ſalu-
tat:optans eis diuini adiutorij aſſiſtentiam ad
pertractanda altiſſima myſteria huius ſacramē-
ti:que ſunt angelis tremenda hominibus non
curioſe diſcutienda. Sed humiliter ſuſcipienda
et veneranda:vt ſit ſenſus dominus ſit vobiſcũ
inſpirando in corde mouēdo in ore ⁊ adiuuãdo
in bono opere. Cui ſalutationi populꝰ reſpõdet:
Et cũ ſpi- Et cum ſpiritu tuo:quaſi optans vt ea que non
ritu tuo. niſi ſpiritusſancti operatione fieri poſſunt perfi-
ciantur a ſacerdote eodem ſpiritusſancto ſuble-
uante ſpiritũ eius ad diuina ⁊ ſibi vniente nedũ
ſacramentaliter ſed etiam ſpiritualiter. nam ſpi-
ritus eſt deus Joãnis. 4. ⁊ in ſpiritu ⁊ veritate
oportet eũ adorare. maxime in hoc ſpiritualiſſi-
mo ſacramento vbi dicente domino Joãnis. 6.
Spiritus eſt qui viuificat: caro autem non pro-
deſt quicq̃. Reſpõſione populi tã deuota audi-
ta ſacerdos addit ſecũdum verbum volens po-
pulum in communione charitatis ad altiora ꝑ-

Surſum ficere ideo hortat̃ dicēdo. Surſum corda:ſcilicet
corda. leuate. quod verbum mirabiliter exponit Cypri-
anus papa de conſe. diſt. 1. Quando ſtamus ad
orationē ⁊c. Poteſt tamen aliter dici ſurſum cor-
da leuate intellectu veritatis/affectu charitatis/
rectitudine intentionis/⁊ virtute conuerſatiõis.
De p̄mo dicitur in pſalmo. 63. accedet homo ad
cor altum ⁊ exaltabitur deus ſcilicet quando ho-
mo in hoc ſacramento nihil carnale cogitat ſed
omnia alta eſſe intelligit. vt ꝙ chriſtus in altare
veniens nihilominus in dextera patris manet:
vt nos ſibi incorporatos ad eiuſdē patris dexte-
ram exaltet. ꝙ ſumptus a nobis in cibum den-
tibus non decerpitur/nõ diuiditur/nõ digerit̃ vt
pereat:ſed manēs saluꝰ ⁊ integer nos ſibi vnit et
in ſe tranſmutat. De ſecũdo dicit apoſtolus: que
ſurſum ſunt ſapite non que ſuper terrã/que ſur-
ſum ſunt querite vbi chriſtꝰ eſt in dextera dei ad
Colo. 3. Sapimus enim ⁊ querimus celeſtia per
charitatis exaltationem que etiam virtus in hoc
ſacramēto perficitur. vbi nimiam dei ad nos di-
lectiõem aduertimꝰ: qua ſe nobis dedit in cibũ:
quo ſibi incorporemur ⁊ ad altam domũ patris
prouehamur vbi omnes eterne vite abundant
panibus Luce. 15. De tertia eleuatiõe cordis di-
citur Job. 16. ad deum ſtillat oculus meus ideſt
intentio mea que deuotione ⁊ memoria domini-
ce paſſionis ſtillat lachrymas ⁊ non niſi in altũ
ad deũ dirigitur. ſequit̃ ibidem:terra ne operias
ſanguinem meum dicit chriſtus fidelibus neq̃
locum in te latendi inueniat clamor meus. quia
terreno ⁊ depreſſo corde ſanguis chriſti nõ debet
operiri ⁊ clamor eius quo ad cõmuniõem voca-
mur non debet latere ſub affectione terrena:ſed
potius corde eleuato ad celũ hec omnia debemꝰ
venerari. De quarta poteſt intelligi illō apoſtoli
Philip. 4. noſtra conuerſatio in celis eſt:qr inde
ſaluatorem expectamus dominum noſtrum ie-
ſum chriſtum qui in hoc ſacramento incorpo-
rando nos ſibi reformauit corpus humilitatis
noſtre configuratum corpori claritatis ſue. ideo
nimirum ſi ſacerdos debeat populũ hortari di-
cēdo:ſurſum corda leuate. Cui protinus ex per-
ſona populi aſſiſtentis reſpondet chorꝰ: Habe-
Habemꝰ ad dñm. mus ad dominũ. q. d. ad nihil altius cor noſtrum
exaltari poteſt/neq̃ in aliquo alio tutius locari
vt altiſſima ⁊ ſpiritualia dona bene percipiat.
Trenorum. 3. leuemus corda noſtra cum mani-
bus ad celos. ne improperium Eſaie. 29. ſuper
nos veniat dicentis appropinquat populus iſte
ore ſuo ⁊ labijs ſuis glorificat me:cor autem eiꝰ
longe eſt a me. Tali ⁊ tam deuoti reſpõſioni po-
puli ſacerdos ſubiungit tertium verbum excitãs
intentionem eius ad gratiarumactionem ⁊ di-
Gratias agamus. cens. Gratias agamus dño deo noſtro: ⁊ in hoc
iam ſe vnit populo per verbum agamus:ex quo
eiuſdē doni debent eſſe participes corporis ſcili-
cet ⁊ ſanguinis chriſti:vnum (inquit apoſtolus)
corpus ſumꝰ omnes qui de vno pane ⁊ de vno
calice participamus. 1. Corint. 10. Agere vero
gratias deo eſt: eius dona digne percipere/diſ-
crete



crete cognoſcere/⁊ deuote in ipſum referre. tunc
enĩ digne accipitur donum a deo:cum nos indi-
gnos talibus beneficijs exiſtimamus ⁊ ꝙ mere
gratis hec accipimus: ⁊ dum ea que reddimus
a deo eſſe minime dubitamus primi paralip. vl-
timo. tua ſunt omnia dñe ⁊ que de manu tua ac-
cepimus dedimꝰ tibi. Diſcrete cognoſcũtur do-
na dei ſi cũ apoſtolo dicamus. 1. Corint. 3. nõ ſpi-
ritum huius mundi accepimus ſed ſpiritum qui
ex deo eſt vt ſciamus q̃ a deo donata ſunt nobiſ.
omnia enim dona ſua deus dat in ſpiritu: ⁊ in
ſpiritu data cognoſcuntur quando qualia ſint ⁊
quantam in nobis habeant virtutem intelligi-
mus. Deuote inſuper in ipſum datorem reffe-
runtur:dum eis vtimur ad finem propter quem
data ſunt:⁊ ſolum deum ex his laudari exopta-
mus dicentes cum Juda apoſtolo in fine ſue ca
nonice. Soli deo ſaluatori noſtro/gloria/magni-
ficētia/imperium/⁊ poteſtas ⁊c. Hortatur etiam
ſacerdos ad agendas gratias domino deo no-
ſtro/vt ſignificet tres eius excellentias quibus
triplicia nobis exhibet beneficia pro quibus ei
ſunt agende gratie. eſt enim dñs per potētiã qua
nos creauit ac poſſedit de Utero. 32. poſſedit/fe-
cit/⁊ creauit te. eſt deus p̄ prouidētiam qua nos
redemit pſalmo. 30. Redemiſti nos domine deꝰ
veritatis/eſt nr̃ per beneficientiã qua nos ſalua-
bit. pſalmo. Deus nr̃ deus ſaluos faciēdi. ipſe eſt
enĩ qui nos de nihilo creauit/ſuo ſanguine rede
mit/⁊ ſuo munere nos ſaluabit. Jpſe in creatio-
ne dedit naturam/ in redemptione gratiam/in
ſaluatione dabit gloriam. Poteſt aliter dici gra
cias agamus domino nos ſua virtute portanti.
Hebreo. 1. portans omnia verbo virtutis ſue. deo
nos ſua ſapientia gubernanti. Sapiē. 14. tum
autem gubernans omnia prouidētia noſtro ſu-
um regnum nobis promittenti. Luc. 22. ego diſ-
pono vobis ⁊c. Jn his etiam tribus vocabulis
tres perſone diuine notãtur in domino perſona
patris propter potentiam. in deo perſona filij
propter ſapientiam. in noſtro perſona ſpiritus
ſancti propter amorem ſeu beniuolentiam: vel
notantur tres ſubſtantie in perſona chriſti qui
eſt dominus omnium per naturam diuinam/eſt
deus ideſt diuinus per animam ſanctificatam/
noſter per carnē noſtram aſſumptam: ⁊ de his
omnibus ſunt ei agende gratie. Huic autē ex-
hortatoni reſpondet populus aſſentiendo: di-
Dignũ et iuſtũ eſt. gnum ⁊ iuſtum eſt/ Dignum quidem ex parte
eius qr ipſe eſt dominus deus nr̃:iuſtum quan-
tũ ad nos qr nos populꝰ eius ⁊ oues paſcue eiꝰ.
vel dignum pro ſua magnifica in nos liberalita-
te/iuſtum pro noſtra in eum humilitate. ipſe enĩ
dat omnibus affluēter ⁊ nõ improperat Jacobi. 1
Unde ⁊ gratiarumactione eſt digniſſimus. nos
autē nõ habentes quid aliud rependamus ei ni-
ſi honorē. pſalmo. 115. Quid retribuã dño ꝓ oibꝰ
3 q̃ retribuit mihi:tenemur ex iuſticia ei gr̃as age-
Rõnes di- re. 1. Theſa. Jn oibus gratias agite. Excitato iã
uine lau- populo fidelium ad confitendũ dño per dignas
dis. gratiarũactiones; ſacerdos in ſcda parte ſue p̄-

fationis rationē adiungit predicte exhortationis:
que duplex eſt altera excellentia diuina/ altera
officioſitas angelica. prima tangitur ibi:nos tibi
ſemper ⁊c. Secũda ibi:per quē maieſtatē tuã ⁊c.
Sed ante has ratiões diuine laudis a nobis ex-
hibende ſacerdos populi reſponſionem predi-
ctã approbat:qua dixerat dignũ ⁊ iuſtũ ē. Et ad-
dit quinq̃ verba ap̄pbatiua ſc3 vere/dignũ/ et
iuſtum eſt/equũ/et ſalutare:q̃ dupliciter poſſunt Uere di-gnũ ⁊ iu-ſtum eſt.
exponi. primo de beneficijs cõmunibus. ſcdo de
hoc ſingulari beneficio ſacramenti euchariſtie.
Ergo vere dignum ratiõe ſue excellētie/iuſtum/
rõne ſue beneficiētie equũ ratiõe ſui beneplaciti/
ſalutare ratiõe ſui promiſſi. vel dignũ qr nos li-
bera voluntate creauit/iuſtum qr ſua miſericor-
dia redemit / equum qr nos gratuito iuſtificat/
ſalutare qr nos perpetuo glorificat. Specialiter
autem loquendo de iſto ſacramento euchariſtie
dici poteſt ꝙ illa quinq̃ verba correſpõdēt quin
q̃ excellentijs eius. eſt enĩ ſacramētum ſincere
Uere ꝟitatis ideo vere. eſt excellentis nobilitatis ideo
dignum/eximie liberalitatis ideo iuſtum/põde-
rate equitatis ideo equum/ſumme virtuoſitatis
ideo ſalutare/primũ declarat̃ ad differētiã ſacra-
mentorũ ve. legis:q̃ habebãt vmbram non veri-
tatē rerum diuinarum Hebre. 10. hoc autem ve-
re continet autorem ois gr̃e ideo Joan. 1. dicitur
ꝙ lex p̄ Moyſem data eſt in vmbris et figuris:
ſed gratia ⁊ veritas per ieſum chriſtum facta eſt.
Dignum ſecundum ex eadem differētia oſtenditur. qr hoc
ſolum eſt dignum deo ſacrificium non autem ea
que in veteri lege offerebantur dicente Michea
propheta capitulo. 6. Quid dignum offeram do-
mino: nunquid holocauſtomata et vitulos an-
niculos: nũquid placari poteſt dominus in mil-
libus arietum: an in multis millibus hircorum
pinguium: nunquid dabo primogenitum meũ
pro ſcelere meo/aut fructũ ventris mei pro pec-
cato anime mee: q. d. nullum horum eſt dignũ.
quouſq̃ hoc ſacramētum eſt inſtitutum in quo
deo patri eius chariſſimus filius offertur. vnde
Juſtum Apocalipſi. 5. dignus eſt domine deꝰ noſter ⁊c.
probatur tertiũ/qr magnitudinē domini libera-
lis iuſte conſequitur obligatio gr̃arumactionis:
ideo iuſtum eſt pro magno huius ſacri conuiuij
dono: magnas deo agere gratias pſalmo. 118.
vtinam dirigantur vie mee ad cuſtodiendas iu-
ſtificationes tuas ⁊c. et Gregorius cum augen-
Equum tur dona ⁊ rationes donorum creſcunt. Quartũ
deducitur ex illo Sapien. 11. omnia in numero
pondere ⁊ menſura diſpoſuit deus. ergo diuina
equitas exigit vt vnumquodq̃ remetiatur ea
qua menſum eſt menſura Luce. 6. quare neceſ-
ſe eſt ꝙ deo benefactori per equalitatem reſpon-
deamus in ratione dati ⁊ accepti. ⁊ cum nihil
equum ex nobis habeamus correſpondens do-
nis eius: dedit nobis filius dei ſe ipſum in
hoc diuiniſſimo ſacramento:vt quem prius no-
bis dederat pater in precium noſtro redem-
ptionis: iterum offeramus et in ſacrificium pro
peccatis / hoſtiam placationis / holocauſtum

intime ac ꝑfecte vnionis.vt vel ſic equa menſu-
ra correſpondere valeamus ſuo dono:dū equale
donum reddimus ei ꝑ deuotam huius ſacrifi-
cij oblationem:ideo non tantum iuſtum ſed etiā
equum eſt ꝑ hoc ſacramentum dignas deo repē
Et ſalutare. dere gratiarumactiones. Quintum deniqꝫ con-
cluditur/⁊ ſalutare eſt enī hoc ſacramētum eter-
ne ſalutis ⁊ omnium ſalutarium effectuum vir-
tuoſiſſima cauſa.quare ſalutare eſt deo gratias
rependere deuotiſſimas pro tanto bñficio. Hoc
ſalutare deſiderabant patres ve.teſt. Nam Ja-
cob Geneſ.49.ait ſalutare tuum expectabo do
mine.⁊ Symeon illud recepiſſe gloriatur Luce.
4 2.Quia viderūt oculi mei ſalutare tuum.⁊c̄.Ap-
Prima ratio diuine laudis. probata vt diximus notandis verbis ꝑpl'i reſpō
ſione:ſacerdos proſequitur primam rationē di-
Nos tibi. uine laudis ⁊ confeſſionis dicens.Nos tibi ſem-
per ⁊ vbiqꝫ gratias agere dignum ⁊ iuſtum eſt.
vbi iam ſermonem ſuum conuertit ad deū ꝑplo
Semper. dimiſſo addens duo hec aduerbia/Sēp ⁊ vbiqꝫ:
ſemper inquit quia in hoc tempore gratie et in
eternitate future glorie.nunc enī percipitur a no
bis chriſtus vere quidem ſed latens in ſacramē-
tali ſpecie.Sed tunc in veritatis faciali manife-
ſtatione:ideo dicitur in pſalmo. 33. Benedicam
dominum in omni tempore:ſemper laus eiꝰ in
Et vbiqꝫ ore meo.Vbiqꝫ dicit quia trina huius mūdi ma
china deo gratias agit.Celum pro angelice rui-
ne reſtauratione/terra pro eccleſie militantis re-
demptione/infernus pro ſanctorum patrum li-
beratione/vel eorum qui in purgatorio ſunt ex-
piatione.vnde apoſtolus ad Philip.2.in nomi-
ne Jeſu omne genu flectatur celeſtiū terreſtriū ⁊
infernoꝝ.⁊ Ephe.2.pacificās ꝑ ſanguinē ſuū ⁊ q̄
in celis ſunt ⁊ q̄ in terra.pſalmo. 102. In omni
loco dominatiōis eiꝰ Benedic anima mea dn̄o.
Offertur itaqꝫ hoc ſacrificium ad laudem dei ꝓ
Gratias agere. celeſtibus ad glorificationem / pro terrenis ad
gratie perfectionem/pro infernis ad purgatoriā
liberationem.ergo dignum ⁊ iuſtum eſt in omni
tempore ⁊ in omni loco deo gratias agere.Cum
autem cui gratie agende ſunt ſacerdos dignis
combinatiōibꝰ verborum exprimit dicens. Dn̄e
Dn̄e ſcte ſancte pater omnipotens/eterne deus:vt ex illis
primam aſſignet rationem diuine laudis. quia
ipſe dominus ſanctus ſeruos ſuos ſanctificans
a peccatis emundando/pater omnipotēs filios
ſuos exaltans meritis ⁊ gratijs accumulando/
eternus deus cultores ſuos remunerans ꝓmijs
eternis beatificando.Poteſt aliter dici ad ꝓpo-
ſitum euchariſtie:Dn̄e ſancte/dona ſanctificātia
Pr ōps. de theſauris tue dominationis in hoc ſacramēto
magnifice ꝓparando/pater omꝑs/paterne cha-
ritatis affectū in filioꝝ pane declarando/eterne
deus/deitatis tue alimonia mortales ad eterni-
tatis immortalitatē mirifice vegetando. De pri-
mo in pſalmo. 111. Gloria ⁊ diuitie in domo eiꝰ.
De ſcd̄a in pſalmo.67.Paraſti i dulcedine tua
pauperi deus.De tertio in pſalmo. 110. memo-
Eterne deus. riam fecit mirabilium ſuorum ⁊c̄.Tāto ergo do-
mino/patri/⁊ deo iuſtum eſt gratias agere Per

chriſtum dn̄m noſtrum tanq̄ per mediatorem ⁊
aduocatum noſtrum.ꝙ ſit mediator inter deum
et hoīes notat vocabulum chriſtus:qui vnctus
interpretatur cuius eſt vnctio deitas natura vn-
cta humanitas:ipſe ergo chriſtus noſter ꝑ diui-
nam naturam deo coniungitur per humanā ho
minibus participans vtriſqꝫ mediator dei ⁊ ho-
minum homo chriſtus Jeſus primo Thimo. 2.
eſt etiam dominus vniuerſorum productione/
noſter redemptione Apocalyp.1.Redemiſti nos 5
deo in ſanguine tuo. Oſtenſa vero prima ratiōe Scd̄a ratio diuine laudis
diuine laudis que eſt diuine nature excellentia:
ſequitur iam ſecunda ratio que eſt laus angeli-
ca cum dicitur.Per quem maieſtatem tuā lau-
dant angeli.Et pōt dupliciter exponi ſicut pars
ſuperior/primo de beneficijs generalibus/ſecū-
do de euchariſtie ſacramento : Per chriſtum er- Per quē maieſtatem tuā.
go maieſtatē dei laudant angeli quia ab eo hn̄t
eſſe per creationem.⁊ ſcientiam per illuminatio-
nem.ipſe eſt enī dei virtus ⁊ dei ſapientie.1.Cor.
primo ⁊ non ſolum laudant ſed adorant et tre- Laudant angeli.
munt.laudant enī quia per filium facti ſunt Ge-
neſis.1.Dixit deus verbo ſuo ⁊ facta eſt lux ideſt
natura angelica:de qua in pſalmo.verbo dei ce- Adorant dn̄atiōes.
li firmati ſunt.Adorant quia ipſe eſt dux celeſtis
exercitus.ſecundi Eſdre.9.exercitus celi te ado-
rant pſalmo. 96. Adorate eū omnes angeli eiꝰ. Tremūt ptātes.
Tremunt quia ipſe dominus eorum.Job.29.co
lumne celi contremiſcunt ⁊ pauent ad nutum
eius.vel poteſt dici. laudant virtuti maieſtatis
eius teſtimonium exhibendo/adorant excellen-
tiam maieſtatis eius reuerendo/tremunt poten-
tiam maieſtatis eius adminiſtrando aut ei fa-
mulando:tremunt dico nō metu formidinis ſed
conceptu admirationis.ex quibus verbis ſatis
innuitur ꝙ diuina maieſtas eſt a nobis maxi-
me laudabilis:quia eam laudant angeli quorū
teſtimonium eſt maxime autenticum. Eſt maxi-
me reuerenda/quia eam adorant dn̄ationes qui
habent dominiū ſuꝑ oēs inferiores angelos bo-
nos.eſt maxime admiranda/q: eam tremūt po-
teſtates qui aduerſarias virtutes demonū ma-
xime ſubditas habent. Patet ergo ſcd̄a ratio q̄-
re nos debemus ſemꝑ deo gratias agere ipſum
laudare ⁊ benedicere. Sequitur adhuc cōfirma- Celi celorumqꝫ virtutes.
tio eiuſdē ratiōis:Celi celorūqꝫ virtutes.etiā po-
teſt intelligi de celis corporalibus ꝙ ipſi deum
laudant q: materiam ⁊ viam laudandi preſtant
hominibus ſicut ⁊ cetere creature corꝑales oēs
iuxta illud pſalmi.148.Laudate eum celi celo-
rum ⁊c̄.⁊ dicitur pluraliter celi ad denotandum
plures eſſe celos pluresqꝫ celorum virtutes ⁊ in
fluentias quibus iſta inferiora generantur ⁊ in
eſſe conſeruantur.Poteſt etiam hoc intelligi de
celis ſpiritualibus qui ſunt angeli ſpecialiter illi
qui dicuntur throni ideſt ſedes dei Eſaie vltimo.
celum mihi ſedes eſt.celorum virtutes ſunt alij
angeli ſic dicti quos Gregorius ponit ſupremos
infime hierarchie vbi Dionyſius collocat princi-
patus.Beata ſeraphin ſunt angeli ſupremi in- Ac b'ta ſeraphin.
ter omnes:vt vel ſic oſtendatur ꝙ oēs angelorū



ordines etiam qui ſpecialiter nominati nō ſunt
habent officium laudandi deum ſicut ſcriptū/eſt
Laudate eum omnes angeli eius:laudate eum
omnes virtutes eiꝰ.hi ergo omnes concelebrant
Socia exultatione concelebrant. ideſt pari voto celebrant laudes diuinas Socia
exultatione.non enī perſoluunt diuinas laudes
ſine maxima exultatione vnde pſalmo.Beati q̄
habitant in domo tua domine in ſecula ſeculo-
rum laudabunt te. Specialiter applicando ad
euchariſtiam:poteſt ſecundo exponi hec littera
vt per eam oſtendatur eius cui in hoc ſacramen
to gratie agende ſunt ſuper eminens magnitu-
do angelice vocis preconio.vbi tria notantur ſcꝫ
laudis altiſſime preconium:per quem maieſtatē
tuam.reuerentie ſumme obſequium : Laudant
angeli adorant tremunt ⁊ in altiſſimis celebra-
tum gaudium : Celi celorumqꝫ virtutes. ⁊c̄.Ad
primum horum duo pertinent verba. Per quē:
vt oſtēdatur mediatoris in laude officium. Ma-
6 ieſtatem:vt declaretur laudati culmē eximium.
Angeli ꝑ xp̄m laudant deū triplicit. Per mediatorem chriſtum in hoc ſacramento
exiſtentem datur angelis beatis laudis materia
multiplex:ideo ꝑ ipſum laudant deum. ſua enī
mediatione perficitur eorum cuſtodie effectus/⁊
caſus eorum reparatur defectus / atqꝫ in cuſto-
Primo. dia augetur profectus.De primo dicitur in pſal
mo. 90. Angelis ſuis mandauit de te vt cuſto-
diant. ⁊c̄.Chriſtus autem ſue redemptiōis ope-
re maxime hoc diuiniſſimo ſacramento cuſtodie
angelice effectum dedit hoſte deuicto.vnde Apo
calyp.12. Audiui vocem magnam de celo:nunc
facta eſt ſalus ⁊ virtus ⁊ regnum dei noſtri ⁊ po-
teſtas chriſti eius ⁊c̄.Sequitur. Propterea leta-
mini celi ⁊ qui habitatis in eis ideſt angeli.Su-
per quo Gregorius ait.hec vox magna eſt vox
angelorum laudantium in contemplatiōe tante
gratie ⁊ admirantium dei filium qui angelicam
cuſtodiam ad effectum ſalutis prouexit.De ſecū
Secūdo. do dicit apoſtolus Ephe.primo gratificauit nos
deus in dilecto filio ſuo ⁊c̄.ſequitur.propoſuit in
eo in diſpenſatione plenitudinis temporum in-
ſtaurare omnia ⁊ que in celis ⁊ que in terra ſūt.
et Luce.15. Dominus duplici parabola de oue
et dragma perdita reſtaurationē ruine angelo-
rum explicat.Cui cōſonat illud Amos. 9. in die
illo ſuſcitabo tabernaculum Dauid quod cecidit
⁊ reedificabo aperturas murorum eius ⁊ ea que
corruerant inſtaurabo ⁊ reedificabo illō ſicut in
diebus antiquis.ſic itaqꝫ ꝑ gratiam chriſti me-
diatoris:que maxime nobis communicat in hoc
ſacramēto:reparauit deus tabernaculum celeſte
quia angelorum numerum diminutum ex ho-
minibus reintegrauit. De tertio in preallegato
Tertio. pſalmo.90.In manibus portabunt te:quia vir-
tute ſanguinis chriſti manus adiuuatur ange-
lica vt hominē facilius prouehat ad virtutum ꝑ-
fectionē.licet enī ope angelorum nos portemur
in via morum:tamē hoc nō bene poſſent niſi re-
moto prius ꝑ ſanguinē chriſti pondere circunſtā
tium pctorum ⁊ deuicto tentatore qui ad malū
nos incitat.vnde ⁊ Matthei. 4. dicitur ꝙ poſtq̄

chriſtus diabolum temptatorē deuicit:acceſſerūt
angeli ⁊ miniſtrabant ei.hec de primo verbo ꝑ
quē ad oſtendendum mediatoris officium. Lau
dati vero culmē eximium tangitur in verbo ma- Maieſtatem tuā.
ieſtatē tuam.quod a maioritate vel magnitudi-
ne deriuatum eſt nomē:vt ſit maieſtas magnitu
do ſemꝑ ſtans ⁊ nunq̄ declinans ad paruitatē.
talem magnitudinē ſuam deus maxime oſtēdit
in hoc ſacramento/in quo mirabili maieſtate ef-
ficit vt incomprehenſibilis in tam parua ſpecie
comprehendatur/vt ſumptus ab homine ſemꝑ
maneat in ſeipſo / vtqꝫ regnans in celo macte-
tur in altaris miniſterio. De primo dixit Salo-
mon.3.Regum.8.Si celum ⁊ celi celorum te ca
pere non poſſunt:quanto magis domꝰ hec par-
ua quam edificaui tibi.talis eſt parua forma ho-
ſtie : ſed ꝙ in ea contineatur totus chriſtus effi-
cit maieſtas diuina que verbum abbreuiatū fe-
cit ſuper terram.Eſaie.10.abbreuiatum quidem
primo in incarnatione/ſed magis abbreuiatum
in panis ⁊ vini ſpecie.De ſecundo dicitur Joan
nis.6.ſicut miſit me viuens pater ⁊ ego viuo ꝓ-
pter patrem:ſic qui manducat me viuet propter
me:quod Auguſtinus exponens dicit ſe audiſſe
a deo:cibus ſum grandium nō tu me mutabis
in te ſicut cibum carnis tue:ſed tu mutaberis in
me.Sumitur ergo a nobis vt cum ipſo viuamꝰ:
manet ſemper in celo vt ipſi conregnemus Lu-
ce.22.ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pa
ter meus regnum vt edatis ⁊ bibatis ſuꝑ men-
ſam meam in regno meo. De tertio apoſtolus
prime Corin.11.quotieſcunqꝫ manducabitis. ⁊c̄.
mortem domini annunciabitis.vnde offerimus
ipſum in altari commemorantes paſſionem et
mortē eius ⁊ figuraliter ipſum mactamus : ideo
vtimur altari pro cruce/calice pro ſepulchro/pa-
tena pro lapide ſuper poſito/pallis aut corpora-
libus pro ſindone in qua fuit inuolutus. Cum
his tamen omnibus credimus illud apoſtoli ad
Romanos. 6. Chriſtus reſurgens ex mortuis
iam non moritur mors illi vltra non dominabi-
tur. Maieſtas ergo diuina in hoc ſacramēto lau
datur ab angelis per chriſtum dominū noſtrū
in cuius ſacerdotio ac ſacrificio eadem maieſtas
vt dictum eſt tot mirabilia operatur. Poſt lau-
dis altiſſime ꝓconium tangitur in angelis ſum
me reuerentie obſequium cum ſubditur : Lau- Laudant angeli.
dant angeli / adorant dominationes / tremunt
poteſtates.In hoc enim ſacramento eſt ſumma
dei virtus ⁊ ſummus honor:virtutem vero decet
laus : honorem autem reuerentia:quia laus eſt
preconium virtutis:honor exhibitio reuerentie.
que duplex eſt:altera attendens magnitudinem
eius cui fit reuerentia ⁊ dr̄ adoratio: altera par-
uitatem eius qui exhibet reuerētiam ⁊ dicitur ti-
mor aut tremor.ſecundum hoc ergo diſtingūtur
illa tria v̄ba ſcꝫ ꝙ angeli laudant dei virtutem:
qua de hoſte hūani generis triūphauit ꝑ hoc ſa-
crificiū.vnde ſcd̄i paralipo.vltio dr̄ in ōrone ma
naſſe regis iuda:qm̄ te laudat oīs v̄tꝰ celorū.hoc
enī officiū cōe ē oīm celeſtiū ſpūum.ideo āgeli hic

dñr oēs eoꝝ ordines: quoꝝ laus (vt dicit beatus Gregorius) admiratio eſt de ſapientia ꝛ maieſtate dei talem in hoc ſacramēto virtutem perficientis.

**Adorant dominationes.** Adorant dominationes honorem eius qui in hoc ſacramento cōtinetur: eſt eñ plenum omni gratia non ſolum creata que eſt accidens: ſed deo qui eſt gratia ſubſiſtens ꝛ increata: atqꝫ fons totius gratie et virtutis: quare debetur ſibi etiam ab angelis honor ſummus qui eſt adoratio: hanc greci Theoſebiam dicūt aut latriam: vt recitat Auguſti. 10. de ciui. dei. De qua etiā apoſtolus Hebreo. 1. cum introducit primogenitū in orbem terre dicit: ꝛ adorant eum omnes angeli eius. Introduxit autem pater filium ſuū in hunc mūdum: primo per incarnationem in vterū virginis Marie. Introducit ſecundo eum quotidie qñ hoc ſacramentū conficitur ꝛ ſumitur a fidelibus in vtero ſancte matris eccl'ie. Et notāter explicantur hic dñationes (qui eſt ſupremus ordo ſcđe hierarchie) ad incitandū fideles ad dei adorationem: quia ſi illi celeſtes ſpiritus qui ex proprietate ſui nominis videtur minus inclinati ad exhibendā alicui reuerentiam: ſcꝫ dñationes deū adorant: quātomagis nos infirmi homines debemus eum adorare.

**Tremūt poteſtates.** Sequitur tremūt poteſtates: ſcꝫ magnitudinem eius qui adoraf. Tremor eñ conſurgit ex conſideratione proprie fragilitatis reſpectu maieſtatꝫ dei ad quā omnis creatura quantūcūqꝫ perfecta ſi comparetur nō modo parua ſed nulla videbif: vnde ad immēſam huius ſacramēti maieſtatem neceſſe eſt omnē creaturā tremere/aut pauere: nam ꝛ in paſſione chriſti (cuiꝰ hoc eſt memoriale) ſaxa ſciſſa ſunt/ꝛ monumenta aperta: terra tremuit ꝛ ſol obſcuratus eſt. ꝛ ſicut in precedenti honoris ſpecie induxerat dñationes: ita ꝛ nūc poteſtates: ad quas (vt Dionyſius. 8. in caplo de celeſti hierarchia dicit) pertinet oēs corripere ꝛ neminem timere: tñ cognoſcentes ſuā poteſtatem fere nihil eſſe reſpectu diuine que eſt in hoc ſacramento: merito tremunt: quanto ergo magis humana fragilitas pauere debet ante hoc ſacramentū: cū audit tremere celeſtes poteſtates. Sequitur in prefatione tertium quod ꝓmiſimus: in altiſſimis celebratum gaudium cum ait ſacerdos: celi celorūqꝫ virtutes/ac beata ſeraphin ſocia exultatione concelebrant.

**Celi celorūqꝫ virtutes.** Ubi etiā tria precipua ſunt noīa: ſcꝫ celi/celorum virtutes/ꝛ beata ſeraphin: vt oſtendat quanta cū iocūditate angeli oēs aſſiſtūt huic tremendo myſterio: celi hic dicunf angelice mentes que ſupra ſe eū qui in ſacramento eſt venerātur: nam chriſtus aſcendit dignitate: etiā ſcđm humanitatem aſſumptā ſuper oēs celos. i. vertices angelicos: vt dicitur Ephe. 4. Celorū virtutes ſunt illi de quibus in pſal'. 102. Benedicite dño oēs virtutes eius miniſtri eiꝰ qui facitis volūtatem eius: et hi cōcelebrant eum qui pre oibus voluntatē dei patris perfecit: vt dicif Joānis. 17. opus conſumaui ꝛc.

**Beata ſeraphin.** Beata ſeraphin eſt ſupremꝰ ordo angelorum qui totus ardens in veſtibulo trinitatis cōtinenter aſſiſtit/ac perinde anthonomatice beatus dicitur: tñ qꝛ ſuper ſe contēplatur altitudinē diuine ſapiētie ꝛ ſuauitatē huius ſacramēti: ideo etiam cōcelebrat ſolēniter ꝛ iocūde cum alijs angelis hoc venerandum myſteriū. Quia ergo illa excellētiſſima celorū agmina ſic cōcelebrant ꝛ feſtiuant dei maieſtatem in hoc ſacramento: oino irrationabile eſſet: ſi hoies ab hac celebritate ſe ſubtraherent/nec cū angelis deū laudare vellēt: Haberetqꝫ contra tales locum illa reprehenſio Job. 38. vbi eras cū me laudarent aſtra matutina. i. angeli a principio mundi creati ꝛ iubilarent oēs filij dei: ergo in prefatione ad excitandā noſtram tarditatem in veneratione huius tanti ſacramēti introducūtur angeloꝝ ordines deū laudantes ꝛ adorātes: quatenus eoꝝ exēplo ꝛ nos moueamur ad digne ꝛ deuote aſſiſtendum celebrationi miſſe.

7 **Diuine laudis acceptatio.** Sequitur tādem prefationis pars vltima qua cōfeſſionis exhibende acceptatio poſtulatur: dum addit ſacerdos. cum quibus ꝛ noſtras voces vt admitti iubeas deprecamur. Ubi clara eſt ſententia: qꝛ ſupplicat vt voces hominū in laudibus dei miſceātur cōcelebrationibus celeſtibus angelorum et hoc quidem non iniuſte: quia duo ſunt genera creaturarum rationalium angeli ſcꝫ ꝛ homines: quos deus creauit vt laudibus diuinis inſiſterent et gratiarum actiones ei iugiter redderēt: ſicut notat Magiſter in. 2. diſtin. 1. Dum ergo eas pari voto cōcelebrāt quid aliud apparet niſi ꝙ inferiores ꝛ ſuperiores corde in eadem celeſti cithara reſonat de qua Apocalip. 14. et audiui vocem quaſi citharedorū citharizantium in citharis ſuis. ꝛc.

**Cū quibꝰ ꝛ noſtras voces ꝛc.** Dicit ergo ſacerdos cum quibus ſcilicet angelis/dominationibus/ꝛ poteſtatibꝰ noſtras voces humiles quidem: ſed rationabiles vt admitti in laude ſacramenti iubeas deprecamur: quia ſine tuo iuſſu ꝛ gratia iuuāte hoc non poſſemus implere: vt inter angelos noſtre voces audiantur ꝛ hoc deprecamur

**Supplici confeſſione.** Supplici confeſſione non ſuperba preſumptione: ſed ante conſpectum maieſtatis tue proni laudem tuam humili proſequamur deuotione.

**Epilogꝰ ꝓfatiōis.** Reſumentes igitur totam prefationem breui ſermone dicimus ꝙ intentio eccleſie eā inſtituentis fuit: vt ſacerdos ante ſacramenti conſecrationē ꝛ ſumptionē preloquereť pplo excitans ipſum ad deuote celebrandū hoc tm̄ myſterium. Et primo ponit verba incitantia dicens eis Dominus vobiſcum: ſcꝫ per gratiam ſuam que neceſſaria eſt ad hoc negociū. Surſum corda. i. cogitationes ꝛ affectiōes vr̄as leuate a terrenis ad celeſtia. grās. i. laudes ꝛ bñdictiones agamꝰ dño deo nr̄o: qꝛ hoc vere dignū ꝛ iuſtū eſt equū ꝛ ſalutare. qđ ſcđo ꝓbat duplici rōne: tum ꝓpter excellentiā ſue maieſtatis/qꝛ dñe ſctē pater oīpotēs eterne deus p chriſtū dñm noſtrū: tum etiā ꝓpter imitationē angelice officioſitatis: qꝛ p ipſum maieſtatē tuā laudant angeli/adorāt dñationes/tremunt poteſtates/celi celorūqꝫ virtutes ac beata ſeraphin ſocia exultatione concelebrant. Tertio deniqꝫ orat pro noſtre laudis acceptatione dicens cum quibus ꝛ noſtras voces vt admitti iubeas deprecamur ſupplici cōfeſſione dicētes ꝛc.



8 **Prefatiōes ſpeciales.** Sunt vero preter hāc cōmunem prefationē quedam alie ſpeciales: pro quibuſdā feſtiuitatibꝰ ſolēniſſimis que quidē non ſunt ab iſta diſſone: ſed ad maiorem deuotiōis excitationem ex materia feſti occurrētis cauſas diuine laudis ſupaddunt pro magnitudine myſterij tunc celebrati et ſunt ille numero decē autētice ideſt autoritate vniuerſalis eccl'ie roborate: quarū nouem priores notātur in canone de cō. di. 1. Inuenimus. vbi dicitur inuenimꝰ has nouē ꝑfationes in ſacro cathalogo tantū recipientes ꝛc. prima eſt de reſurrectione chriſti: ſcđa de eius aſcēſione: tertia penthecoſtes: quarta de natali dñi: quinta de eius epiphania: ſexta de apl'is: ſeptima de trinitate: octaua de cruce: nona de ieiunio: decima īſup addif de bt̄a virgine: vt ptꝫ in decretis. 70. diſtinctiōe ſanctoꝝ canonū: ex cōſilio Placētino ab Urbano papa. quarū prefationū ſentētie qꝛ plane ſunt in his q̄ ſuperaddunt prefationi cōmuni predicte cōſulto eas relinquimus inexpoſitas lectoꝝ arbitrio.

## Caput quartūdecimū

et finale de expoſitione communis hymni/ſiue laudis angelorum ꝛ hoīm: qui incipitur ſanctus ſanctus.



Xcitato populo fideli ex precedente prefatione ad cōfitēdum dño mirabilia operanti in hoc ſacramento: atqꝫ premiſſa ad deū ſupplicatione: vt noſtras laudes cum vocibus angeloꝝ acceptaret/ſeu admitteret: ordinauit eccl'ia hymnum a choro decantādum: qui eſt cōmunis angeloꝝ ꝛ hoīm excelſa laudatio adorāde trinitatis: finita ergo ꝑfatione chorus incipit cantare ſanctus/ſanctus/ſanctus ꝛc. ꝛ hūc hymnū Sixtus papa. 1. inſtituit in predicto loco cātādum valde rationabiliter: nam ſupplicatio precedens erat iuſta: cōfidit ergo eccl'ia eam exauditā eſſe a deo propter cuius honorem facta eſt: ideo adaptat hymnū diuine laudis mixtum ex dictis angeloꝝ ꝛ hominum.

1 **Diuiſio hymni.** Diuiditur itaqꝫ iſte cātus in duas partes principales. prima eſt vox angelorū: ſecūda hoīm que incipit ibi Oſanna in excelſis Pleni ſunt ꝛc. Prima (que eſt laus āgelica) ſumif ex caplo. 6. Eſaie vbi dicif ꝙ ſeraphin clamabant ſub excelſo dei ſolio: ſanctus/ſanctꝰ/ſanctus dñs deus exercituum: plena eſt oīs terra glīa eiꝰ. ꝛ Apocalip. 4. dicitur ꝙ quattuor aīalia nō habebāt requiē die ac nocte dicētia ſanctus/ſanctꝰ/ſanctus/dñs deus oīpotens qui erat ꝛ q̄ eſt ꝛ qui venturus eſt. Scđa (que eſt laus humana) ſumitur ex euangelio Matthei. 21. ꝛ Joānis 12. vbi dicitur ꝙ illi qui preibant/comitabātur/ꝛ ſequebantur dñm venientē in Hieruſalē locum ſue oblationis ꝛ ſacrificij veſꝑtini clamabāt dicētes oſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine dñi oſanna in excelſis. Nimirum ergo ſi hymnus iſte: qui ſacrificio premittitur eiuſdem paſſionis rememoratiuo: ex predictis duabus vocibus cōponatur. In quo etiam (vt beatus Gregorius dicit in q̄rto dialogorum ima ſumis) et terrena celeſtibus cōiunguntur. ꝛ differunt aliter iſte due partes huius hymni: quia voce angelica vnitas eſſentie diuine ꝛ trinitas perſonarum cōmendatur: ſed voce humana vnio diuinitatis et humanitatis in chriſto predicatur. Que pars iterum ſubdiuitur in oratiōem ſcꝫ Oſanna in excelſis: ꝛ gratiarum actionem videlicet Benedictus qui venit ꝛc. ꝛ ſic totus iſte cantus tribus ex partibus integratur. Cuius duplex erit declaratio. Prima generalis de ipſo deo abſolute conſiderato. Secunda ſpecialis de euchariſtie ſacramento.

2 **Prima declaratio.** Dicitur ergo in prima parte laudis angelice Sāctus ter. ad ſignificandū perſonarum in deo trinitatem: ꝛ ſemel dominus deus ſabaoth. ad explicādam eſſentie/vel nature diuine vnitatem: vt declarat Magiſter libro. 1. ſententiarum. diſt. 2. ac ſi diceret ſanctus pater/ſanctus filius/ſanctus ſpiritus qui tres ſunt vnus dñs deus. ꝛc.

**Sanctus ſanctꝰ ſanctus.** vel repetitur illud nomen ter: ꝓpter triplicem perfectionem quā ſignificat eſſe in deo ſcđm triplicem huius nominis interpretationē: duas latinas ꝛ vnam grecam. ſcđm eñ gentiles ſanctū dicitur quod eſt lege ſtatutum ꝛ firmatum a ſancio verbo qđ eſt firmiter ſtatuo ꝛ ordino ab omnibus inuiolabiliter obſeruandū. ꝛ ſic apud eos dicuntur leges ſancte ideſt firme et valide obligantes populum. Secūdum hebreos vero ſanctum dicitur a ſanguine quaſi ſanguine tinctum vel reſperſum: quia vt apoſtolus notat Heb. 9. omnia in ſanguine mundantur ꝛ ſanctificantur ſcđm legem. Nam apud eos nihil dicebatur ſanctum quod non eſſet ſanguine hoſtie reſperſum ac perinde deo conſecratum ꝛ ad alios vſus cōmunes non applicandū: ꝛ ſic apud eos dicebātur ſacerdotes ſancti et vaſa templi ſancta ideſt ſanguine tincta. Tertio hoc nomen ſanctꝰ tranſlatum eſt a greco agios: ideſt ſine terra vel ſeparatum a terra: ꝛ ſic ſctūs dicitur ille qui eſt ſeparatus ab immūdicijs et actibus terrenis vel negotijs mundanis: ꝛ ſic exponit Origenes illđ Leuitici. Sācti eſtote ideſt ſeparati ab immūditijs. Eſt ergo ſanctus idem quod firmus/ab omni imperfectione mundus/ꝛ a terra ſublimiter eleuatus: que tria maxime conueniunt diuine nature quia ipſa eſt firma cum ſit immutabilis et eterna Malachie vltimo. Ego deus ꝛ non mutor. eſt ab omni imperfectione munda: quia ſimpliciter perfectiſſima Leui. 19. ſanctus dominus deus noſter: eſt deniqꝫ ſuper omnia terrena ſine proportione eleuata: qꝛ infinita pſal'. 112. excelſus ſup oēs gentes dñs: ꝛ propterea ter dicif ſanctus etiā eſſentialiter. Si vero accipiatur ꝑſonaliter

pater eſt ſanctus. Joannis.17. pater ſancte ſerua eos ⁊c. filius eſt ſanctus. Luce.1. Quod naſcet ex te ſanctũ vocabit ⁊c. ſpũs eſt ſanct⁹. Joãnis.20. accipite ſpiritũ ſanctũ. Et quelibet perſona dicit ſanctus non quaſi ab alio ſanctificatus: ſed qꝛ eſt ſanctificans creaturã. ſequit ſingulariter ⁊ nõ replicate dñs deus. qꝛ licet ſit dñs pater/ dñs fili⁹/ ⁊ dñs ſpũſſanctus: tamẽ (ſicut dicit Athanaſius) nõ tres dñi ſed vnus eſt dñs: ſimiliter nõ tres dij ſed vnus eſt deus: de quo Deutero 6. audi iſrael

Dñs de⁹ ſabaoth.

dñs deus tu⁹ vnus eſt. Additur hebꝛeũ ſabaoth quod virtutũ vel exercituũ interpꝛetat: qꝛ de⁹ noſter eſt dñs exercituũ celeſtiũ angeloꝛũ qui dicũtur virtutes ⁊ terreſtriũ hominum viatoꝛũ. nam eccl'ia xpi ſiue triũphantiũ in celis/ ſiue militantium in terris eſt: velut caſtroꝛũ acies oꝛdinata Canticoꝝ. 6. ⁊ tot exercitus deus habet in terra: quot ſunt hominũ oꝛdines in eccl'ia: totqꝫ in celis: quot ſunt angeloꝝ oꝛdines: ideo benedicitur

Pleni ſunt celi et terra.

dñs deus exercituum. Sequitur pleni ſunt celi ⁊ terra. i. angeli ⁊ hoies gloꝛia tua. que eſt beatitudo eterna. illi quidem in re ⁊ poſſeſſione: iſti vero in ſpe ⁊ pꝛomiſſione: pleni quidem ſunt quia quieti ⁊ ſatiati iuxta id pſalmi ſatiaboꝛ cũ apparuerit gloꝛia tua. vel põt dici ꝙ pleni ſunt celi per aptam viſionẽ/ et terra ꝑ fidei reuelationẽ gloꝛia chꝛiſti. i. notitia gl'ioſe paſſiõis ſue reſurrectionis aſcẽſiõis ⁊c. qꝛ in oẽm terrã exiuit ſonus ap'loꝛũ pꝛedicantium gloꝛiam chꝛiſti ad Rom.8. poteſt etiã intelligi de pꝛeſentia coꝛpoꝛali chꝛiſti que in celis eſt aperta: in terris velata ſpeciebus ſacramẽtalibus/ vel põt intelligi de pꝛeſentia diuinitatis eius: iuxta illud Hieremie.23. Celũ ⁊ terram ego impleo. Poteſt deniqꝫ hoc aptari gl'ioſe ſue gubernationi: qua vt dicitur Sapiẽtie.8. attingit a fine vſqꝫ ad finem foꝛtiter ⁊ diſponit oia ſuauiter.

Oſanna i excelſis.

In ſcda parte huius cãtici que eſt vox humana: pꝛimo ponit oꝛatio vel petitio verbo hebꝛaico oſanna. i. ſalua nos in excelſis. i. in celis quo ad aias pꝛincipaliter: qꝛ ad hanc ſalutẽ pꝛocurandã hoibus pꝛincipaliter venit chꝛiſtus: nõ aũt in terris ante finẽ mũdi quo ad coꝛpoꝛa. Sed poſt diẽ iudicij ſaluabit etiã coꝛpoꝛa ſanctoꝛũ: ideo ponit bis oſanna ꝓpter duas humane ſalutis partes que ſunt ſtolla mẽtis/ ⁊ ſtolla coꝛpoꝛis: vt ſit ſenſus obſecramus ſalua nos in excelſis: pꝛimo ſecundũ aias: poſtea ſcdm coꝛpoꝛa. ⁊ notandum ꝙ iſte humane laudis verſiculus etiã inuenitur in pſalmo.117. ſub alijs verbis. O dñe ſaluum me fac ⁊c.

Benedictus q venit in nomine dñi.

Poſtea ſequitur Benedictus qui venit in noie dñi. Ubi ſcdo ponitur gratiarũactio de beneficio incarnationis chꝛiſti. Benedictus ergo ſit filius dei: qui venit ad nos ſcdm humanitatem aſſumptã: in noie dñi. i. dei pr̃is ſui Joãnis.70. Ego veni noie pr̃is mei ideſt tanꝙ legatus eius q̃rens gloꝛiã ⁊ honoꝛẽ eius in oib⁹ geſtis ⁊ v̄bis meis ego inquit non q̃ro gloꝛiã meã: ſed honoꝛifico patrẽ meũ ⁊c. Joãnis.8.

3

Scda declaratio.

Specialis et ſcda expoſitio huius cantici erit in oꝛdine ad euchariſtie ſacramẽtum qd verbis canonis imediate ſequẽtis conficitur. Ubi pꝛimo ter dicitur Sanct⁹/ vel pꝛopter perſonarũ diuinaꝝ diſtinctionẽ que oẽs ſingulariter in hoc ſacramẽto operate ſunt: ſicut in chꝛiſti incarnatione: nam virtus altiſſimi que eſt potẽtia patris obũbꝛauit virgini: dum ſuimet perfectã imaginẽ impꝛeſſit virginis vtero: ⁊ huic ſimiliter noſtre redẽptionis ſacramento. Umbꝛa eñ vt vult Oꝛigenes eſt foꝛma in ſpeculo reſultans ex facie reſpicientis. Spiritus aũt ſanctus ſuperueniẽs tam in vterũ virginis (in quo panis iſte cõfectus eſt) ꝙꝫ in ſacramentũ euchariſtie (in quo ſubſtãtia panis materialis trãſubſtantiatur in coꝛpus chꝛiſti.) ſua operatione oia perficit: filius vero eſt qui oia a patre impꝛeſſa ⁊ ab ſpiritu ſancto perfecta: tam in vtero virginis/ ꝙꝫ in ſacramento ſibi vniuit: ideoqꝫ dixit caro mea vere eſt cibus/ ⁊ ſanguis meus vere eſt potus Joã.6.

Sanctus ter.

Uel dicitur Sãctus ter ꝓpter tres ſubſtãtias in chꝛiſto ex quibus hoc ſacramentum cõficitur: ſcꝫ antiqua/ noua/ ⁊ eterna: ideſt coꝛpoꝛe aia ⁊ deitate quarum quelibet eſt res ſancta. Coꝛpus enim chꝛiſti dicitur ſubſtantia antiqua quia de maſſa coꝛpoꝛis antiq̃ Adam ſumpta: eſtqꝫ ſanctũ quia ab omni inquinamẽto peccati mũdum ⁊ immune: quippe quod nõ per ſeminum cõmixtionem: ſed per ſpiritusſancti operationem cõceptum legi oꝛiginalis macule nõ fuit obnoxium. Anima chꝛiſti dicitur ſubſtãtia noua: quia in hoꝛa incarnationis eius fuit de nouo creata: eadem etiam dicitur ſancta qꝛ in ipſo ſue creationis momento omni ſanctitate fuit repleta ideſt omni gratia et ſapientia ad Coloſ.2. in quo ſunt oẽs theſauri ſapientie et ſcientie dei. Diuinitas chꝛiſti pꝛoculdubio eterna eſt et vere ſanctiſſima: ex cuius ſanctitate filius dei tam coꝛpus/ ꝙꝫ animam ſibi vniuit ſanctitate plena adeo: vt ille homo qui eſt filius dei omni ſanctitate redundaret ad totius eccl'ie ſue ſanctificationem copioſam Joãnis.1. de plenitudine eius omnes accepimus: et infra cap.17. ego pꝛo eis ſanctifico meipſum. Hac igitur ratione dicit in hoc hymno Sãctus ter. q. d. ꝙ chꝛiſtus in hoc ſacramento cõtẽtus eſt Sctũs pꝛopter carnis mũdiciam/ Sanctus pꝛopter aie gratiam/ Sãctus deniqꝫ pꝛopter diuinitatis excellentiam: quia tñ in chꝛiſto eſt vna tñ perſona.

Dñs de⁹ ſabaoth.

Additur in ſingulari dominus de⁹ ſabaoth. in quibus verbis tria ſignificãtur ex quibus pẽdet huius ſacramenti cõplementum: ſcilicet facultas/ modus/ ⁊ virtus. nam in verbo dominus oſtenditur eius facultas/ ſiue copia diuitiarum Joelis.3. dominus diues eſt in omnes qui inuocant eum modus in verbo. Deus quia habet ſapiẽtiã/ ſiue pꝛouidẽtiam regiminis omnium creaturaꝝ maxime hoim Sapiẽtie.14. tu aũt pater gubernas oia pꝛouidentia: ⁊.1. Petri.5. ipſi cura eſt de nobis. Uirtus oſtẽditur in verbo Sabaoth ideſt virtutũ ad faciẽda miracula: vel. i. exercituũ qꝛ oẽs exercitus eccl'ie triũphãtis ⁊ militãtis huic ſacramẽto vel aſſiſtunt vel miniſtrant: miniſtrat eñ eccl'ia ⁊ aſſiſtit celeſtis curia ad hoc: vt demonũ virtus expellat ne ipediat miniſteriũ noſtrũ quo chꝛiſti coꝛpus myſticum ſuo capiti vniatur: ⁊



hec virtus celeſtis curie ab eo pꝛofluit de quo dicitur in pſalmo.23. Dñs virtutũ ipſe eſt rex gl'ie.

pleni ſũt celi ⁊ terra. ⁊c.

Sequitur pleni ſunt celi ⁊ terra gloꝛia tua. quia angeli ⁊ homines beati (in quoꝛum laudem hoc ſacramentum offertur) ſunt pleni ⁊ ſaciati gloria eius per viſionem ſue diuinitatis atqꝫ humanitatis. viatoꝛes etiam homines ſunt pleni gloria ideſt gratia eius: in quoꝛum adiutoꝛium pariter ⁊ cibum hoc ſacramentum cõficitur. Compꝛehenduntur etiam nomine terre exiſtentes in purgatoꝛio quibus etiam hoc ſacramentum ſuffragatur: vt ⁊ ipſi pleni ſint miſericoꝛdia liberati a ſuis penis.

Oſanna i excelſis.

Deinde ſubditur oꝛatio/ Oſanna. i. obſecramus ſalua nos in virtute huius ſacramẽti: in excelſis celis. quia non poteſt eſſe nobis ſalus ſine ſanguine chꝛiſti vt pꝛobat apoſtolus ad Hebꝛe.9. Similiter neqꝫ remiſſio penarum Zacharie.9. Tu autem in ſanguine ⁊c. vt omnes in hoc ſacramento ſanguinis tui ſalues in quo totius relucet opatio trinitatis.

Bñdict⁹ q venit in noie dñi.

Additur tertio gratiarumactio: Benedictus qui venit in nomine domini. nam ſicut patres ve. teſt. patriarche ⁊ ꝓphete: ſimiliter ⁊ patres no. teſt. apoſtoli/ martyres ⁊ confeſſoꝛes licet diuerſis tempoꝛibus vna tamen fide benedicebant chꝛiſtum in pꝛimo ſuo aduentu ad ſe offerendum in ſacrificium paſſionis ſue ꝓ omnibus. ſic etiam nos in eadem fide ⁊ gratiarumactione dignum eſt vt recipiam⁹ ipſum venientem ad altare noſtrum offerẽdum a nobis ſacrificium ſalutare: ideo cantam⁹ cum turbis ipſum cõmittantibus dicentes Bñdictus q venit in noie dñi. bñdictus inquã non ſic ꝙ ex nr̃a bñdictiõe ipſe fiat btũs aut aliq̃d bonum ei accreſcat: ſed qꝛ bñdictus ꝑdicat a nob[is] atqꝫ laudatur: eo ꝙ ipſe venit ad nos plenus bñdictionibus: qꝛ pater bñdictionem oim gentiũ dedit illi Eccl'iaſtici. 44. ⁊ qꝛ ipſe bñdictus bñdixit nos in omni bñdictione ſpũali. ſic ergo bñdictũ eum dicẽtes ⁊ gr̃as ei agẽtes in laude ꝑdicam⁹ bona q̃ ipſe in nos effudit: ⁊ ſic bñdict⁹ qui venit ſicut olim ſemel ſe offerẽdo ita quotidie oblationem illam in altari rep̃ſentando pſalmo Benedictus dñs. die quotidie ꝓſperũ iter ad ſalutẽ nr̃am faciat ꝑ ſuam oblationẽ nobis deus salutariũ nr̃oꝛum. Uenit tandẽ in noie dñi ideſt ad oſtendendam nobis potentiã dominij ſui: dum nos ꝑ hoc ſacramentũ ab infimis exaltat ad ſupꝛos/ a paupertate nos releuat ſuis diuitijs/ a caſu peccati nos p̃ſeruat ſua virtute.

Oſanna i excelſis.

Repetitur in fine iterũ Oſanna in excelſis: qꝛ petimus vt ſaluet nos in ſecunda ſalute in fine mundi a miſeria pene per gloꝛiam reſurrectionis q̃ pri⁹ nos ſaluauit a culpa ꝑ gr̃am ſue bñdictionis. Quatenus vt dicitur pꝛimi regum ſcdo. ſuſcitet in die iudicij de puluere egenũ ⁊ de ſtercoꝛe erigat paupem ppl'm ſuũ fidelem vel ſedeat cũ pꝛincipibus illis celeſtib⁹ et ſolium gloꝛie teneat in excelſis.

## Pꝛimi libꝛi de officijs eccleſiaſticis in genere finis.

## Secundus liber huius eccleſiaſtici operis exponit iam ſpecialiter ſingula officia miſſalia de tempoꝛe: et communia de ſanctis. Habet. cxxvj. capita pꝛincipalia.

## Caput pꝛimum huius libꝛi Pꝛohemium diſtinguit libꝛum Miſſalem et ſimiliter quemlibet alium officiarium eccleſie Romane in quattuoꝛ p̃cipuas partes.



Niuerſum tempus a pꝛincipio mundi vſqꝫ ad finẽ eius: licet a ſctis doctoꝛibus ſup textum biblie in ſeptẽ etates fuerit diſtributum: coꝛreſpõdẽter ad ſeptem dies pꝛimoꝛdialis creationis rerum: phiſica tamẽ quadam ratione officioꝛum eccleſiaſticoꝛum autoꝛes in quadras non inepte idem tempus diuiſerũt:

1

generalis diuiſio tẽpoꝛũ quadrifaria.

Sicut enim in regione ſublunari nos ambiente quattuoꝛ ſunt pꝛima coꝛpoꝛa vocata elementa: ignis/ aer/ aqua/ ⁊ terra: ita in humano coꝛpoꝛe noſtro quattuoꝛ pꝛincipales diſcernũtur humoꝛes ꝑdictis quattuoꝛ elementis coꝛreſpondẽtes: colera igni/ ſanguis aeri/ flegma aque/ ⁊ melancholia terre.

Elemẽta quattuoꝛ Humoꝛes quattuoꝛ

Jmmo penes talium humoꝛum exceſſus vel pꝛedominia in humano coꝛpoꝛe ſub latitudine humane complexionis (que tempeꝛata eſt calida et humida) diuiduntur quattuoꝛ pꝛincipales hominum complexiones. colerica/ ſanguinea/ flegmatica/ ⁊ melancholica.

Cõplexiones q̃ttuoꝛ.

Maximi etiam philoſophoꝛum non totum tempus (cui⁹ nec pꝛincipium neqꝫ finem nouerunt) ſed quãlibet tempoꝛis periodum ſiue magnã ſiue paruam eadem ducti ratione (de quadrifida mundi et hominis particione) in quattuoꝛ diuiſerũt partes.

2

Dies naturalis ꝑtes quattuoꝛ.

Nam diei naturalis (a media nocte incipiendo moꝛe eccleſiaſtico) pꝛima pars que et nox dicitur frigida ⁊ humida ponitur vt aqua et flegma/ ſecunda mane humidum ⁊ calidum vt aer ⁊ ſanguis/ tertia meridies calidus et ſiccus vt colera/ veſpera deniqꝫ pars quarta ſicca ⁊ frigida vt terra ⁊ melancholia.

Mẽſis lunaris q̃ttuoꝛ.

Menſis etiam lunaris ex ipſa lune manifeſta oſtenſiõe quattuoꝛ docetur habere hebdomadas. pꝛima enim quadra a coniunctione luminarium vſqꝫ ad diem ſeptimum ſanguinea ponitur vt aer. ſecunda ad diem quartumdecimum terminata colerica dicitur vt ignis. tertia hebdomas plenilunium ſequens melancholica eſt vt terra. quarta deniqꝫ

p̄dicti menſis finem faciens flegmatica cenſetur velut aqua. Annus quoqȝ ſolaris quattuoꝛ notiſſima tempoꝛa habet. ver/dico humidum et calidum/eſtatem calidam ⁊ ſiccam / autumnum ſiccum ⁊ frigidum/⁊ hyemem frigidam ⁊ humidam.

Anni ſolaris q̃ttuoꝛ.

Humane vite partes q̃ttuoꝛ.

Hominis item naturalem vite periodum: quamuis Yſidoꝛus ſeptenariam faciat ad ſimilitudinem ſeptem etatum mundi maioꝛis: tamẽ Ptolemeus phiſica ratiõe quadrifariam docet debere habere partitionem: puericiam videlicet flegmaticam/adoleſcẽtiam ſanguineam/iuuẽtutem colericam/⁊ ſenectutem melancholicã.

3
Maioꝛis mũdi tẽpoꝛa q̃ttuoꝛ.

Pari ergo ratione totalis mundi vita ſeu periodus maxima in quattuoꝛ precipuas humani generis varietates diuidi potuit a ſanctis illis Theologis: qui eccleſiaſtica officia oꝛdinantes: ⁊ pꝛincipium ⁊ finem mũdani curſus ex fide ac reuelatione diuina cognouerunt. pꝛima namqȝ eius pars fuit legis nature ſtatus ab Adam vſqȝ ad Moyſen. ſecunda legis ſcripte a Moyſe vſqȝ ad chꝛiſti aduentum. Tertia legis euangelice a natiuitate chꝛiſti vſqȝ ad eius aſcenſionem in celũ. Quarta deniqȝ pars fuit doctrine eccleſiaſtice ab aſcenſione chꝛiſti vſqȝ ad finem huius ſeculi. Et conſonãt iſte varietates ſatis bene pꝛelibatis diei naturalis/ menſis/ lunaris/ anni/ ſolaris/⁊ vite cuiuſlibet hominis partibꝰ quaternis.

Tempus deuiationis.

Pꝛimum enim hoꝛum quattuoꝛ mundi maioꝛis tẽpoꝛum actũ eſt ſub patriarchis: quod ⁊ a ſanctis doctoꝛibus eccleſie dicitur tempus peccati vel pꝛeuaricationis: aut deuiationis hominũ a vero deo: qꝛ in eo non ſolum pꝛimi parentes noſtri peccauerunt pꝛeuaricantes mandatum dei in paradiſo terreſtri: ſed etiam omnes fere filij ſui poſt eos ad vitia immaniſſima atqȝ ad falſa idola deuiarunt: quare tempus illud pꝛopter nimiam obtenebꝛationẽ rationis humane: recte aſſimilatum eſt nocti/hyemi/puertie/⁊ vltime quarte menſis lunaris in genere humano.

Tempus reuocationis.

Secundum tempus fuit ſub ꝓphetis ſcilicet a Moyſe vſqȝ ad Malachiam: et dicit̃ tempus reuocationis aut renouationis hominum: qꝛ in eo deus ꝑ ſuos pꝛophetas cepit reuocare homines ad ſe: et legem nature iam in eis valde obſcuratam renouare per illuſtrationem diuine reuelationis in lege ſcripture: ideo optime tempus illud auroꝛe/ veri/adoleſcentie/noueqȝ illuminationi lune cõparatur.

Tẽpꝰ viſitatiõis.

Tertium fuit tempus plenitudinis gratie ſub chꝛiſto pꝛincipe in terris agente cum hominibus ſcilicet a ſua natiuitate vſqȝ ad aſcenſionem eius. Diciturqȝ a ſanctis tempus viſitationis ſeu recõciliationis mũdi: in quo vnigenitus dei filius aſſumpta humanitate noſtra viſitauit nos oꝛiens ex alto/⁊ per ſacrificium paſſionis ſue reconciliauit homines deo patri. quare tale tempus palam conſonat meridiei/eſtati/iuuentuti/⁊ plenilunio.

Tẽpꝰ peregrinationis.

Quartum deniqȝ tempus decurrit nunc ab aſcenſione chꝛiſti ſub doctrina ſanctoꝛũ eccleſie doctoꝛum: ⁊ appellatur ab eis tempus peregrinationis / penitentie/et laboꝛis populi fidelis. nam conſumatis iam in pꝛioꝛe tempoꝛe tertio omnibus humane ſalutis myſterijs non aliud reſtabat agendum ſeruis dei: niſi ꝙ in hoc tempoꝛe vltimo mundi laboꝛioſis virtutum actibus peregrinarentur ad celeſtem illã Hieruſalem que eſt beatitudo perennis. merito ergo tale tempus veſperi/autumno/ſenectuti/et lune decremento adaptatur.

4
Eccleſiaſtici officiarij partes q̃ttuoꝛ

Cum itaqȝ ſuperiꝰ in pꝛologis generalibus huius noſtre operis oſtenſum ſit ꝙ ſacroſancta eccleſia chꝛiſtiana in ſuis officijs de diuinis laudibus in templo dei intendit totam mundi periodum cõmemoꝛare ꝑ totum anni circulum: ſicut ⁊ per omnia vnius diei officia: vt etiam in pꝛimo huius operis libꝛo declaratum eſt capitulo tertio: intendatqȝ pꝛedictarum quattuoꝛ humani generis varietatũ ſacramẽta recenſere (quod ex hiſtoꝛijs matutinalibus deduximus: idemqȝ ex officijs miſſalibus adhuc oſtendemꝰ in hoc ſecundo libꝛo) nimirũ ſi quadrifidum in quattuoꝛue pꝛincipales partes diuiſum fecerit totum ſuum libꝛum officiariũ ſeu totum eccleſiaſticum officium.

Septuageſima.

Nam tempus deuiationis hominum a deo eccleſia rep̄ſentat a Septuageſima vſqȝ ad finẽ Quadrageſime. legit enĩ tunc tempoꝛis in matutinis ſucceſſiue ꝑ ſuas hebdomades libꝛum geneſis: qui omnes hiſtoꝛias pꝛioꝛũ etatum mũdi ab Adam vſqȝ ad Moyſen breuiter narrat.

Aduentꝰ

Tempus aũt reuocationis eoꝛundem hominum ad deum ſub ſpe reparationis eoꝛum a ſuo lapſu celebꝛat in aduẽtu domini qui ad feſtum natiuitatis eius terminat̃ vnde ⁊ tunc oꝛacula Eſaie ⁊ alioꝛum pꝛophetarum hunc reparatoꝛem pꝛomittentium ex parte dei legit in officio nocturno.

Natalicia ⁊ paſchalia feſta.

Tempus vero viſitationis ac reconciliationis hominum cum deo ſuo cõmemoꝛat eccleſia tum in feſtis natalicijs tum ⁊ in tempoꝛe paſchali: ⁊ hoc pꝛopter duplicẽ chꝛiſti reparatoꝛis vitã quam habuit apud nos in hoc mũdo: pꝛius ſcȝ moꝛtalẽ ⁊ poſtea immoꝛtalem. ideo in talibus tempoꝛibꝰ legit in matutinis libꝛos noui teſtamenti hanc viſitationẽ et recõciliationem deſcribentes: vt epiſtolas pauli/ actus apoſtoloꝛum/ ⁊ apocalipſim Joannis ⁊c̃.

Officia poſt penthecoſtẽ.

Tempus deniqȝ peregrinationis fidelium celebꝛat eccleſia a pentecoſte vſqȝ ad aduẽtũ dñi excluſiue videlicet docens per multas dominicas quibus ⁊ qualibus actibus fideles ſeſe exercere debeant in hac ſua peregrinatione ad hoc vt bene perueniãt ꝓmereantqȝ ſuam beatitudinem: qꝛ ſcilicet viriliter pugnando contra hoſtes anime pꝛudẽter ſe habendo in pꝛoſperis/ ⁊ paciẽter in aduerſis. Huiꝰ ſignũ eſt qꝛ in tẽpoꝛe illo eccleſia legit in matutinis libꝛos regũ ⁊ Machabeoꝛũ de bellis/libꝛos ſapientie ſalomonis ⁊ alioꝛũ de pꝛudẽtia/libꝛos Job ⁊ Thobie de patiẽtia/et tãdẽ vltimos ꝓphetarũ veteris legis de ſpe eterni pꝛemij. Ad hoc etiã tẽpus peregrinatiõis pertinet illud breue interuallũ quinqȝ vel ſex dñicarũ ab octauis Epiphanie vſqȝ ad ſeptuageſimã pꝛout in expoſitione illoꝛũ officioꝛũ declarabit̃. Cõmemoꝛatio nãqȝ myſterioꝛũ pegrinatiõis nr̃e bipartita eſt in officio eccleſiaſtico: quẽadmodũ



etiam dictũ eſt de myſterijs viſitatiõis ⁊ reconciliatiõis in feſtiuitatibus/natalicijs/⁊ paſchalibꝰ.

pꝛedictoꝛũ officioꝛũ modi diuerſi.

Modi etiam editionis ⁊ cantus eoꝛundem officioꝛum diuerſi hec eadem myſteria perſonant. nam a ſeptuageſima vſqȝ ad finem quadrageſime omnia leticie cantica ſubticentur ſcilicet Te deum laudamus/Gloꝛia in excelſis / ⁊ Aleluia: ꝙ videlicet illa officia commemoꝛent res lamẽtabiles et luctuoſas ideſt lapſum humani generis ⁊ peccata pꝛimoꝛum parentum. econtra vero in feſtis natalicijs ⁊ paſchalibus omnes diuinoꝛum officioꝛum cantus letitiam reſonant: pꝛopterea ꝙ res letiſſimas repꝛeſentent hoc eſt natiuitatem ⁊ reſurrectionem chꝛiſti et generaliter omne opus noſtre reparationis. non enĩ poſſunt filij ſponſi lugere (ait chꝛiſtꝰ) q̃diu cum eis fuerit ſponſus. Jn aduentu autem temperatum eſt gaudium in officijs eccleſie (ſicut ⁊ lux auroꝛe ſub obſcura eſt) nam dimiſſis alijs letitie canticis ſolum Aleluia. et parum ſolenniter cantatur. nam tempus vet. legis in aduentu repꝛeſentatum temperatum habuit gaudium ſcilicet pꝛocedens ex ſpe ſaluatoꝛis futuri nondum autem pꝛeſentis. Tandem in officijs eccleſie poſt octauas Epiphanie et poſt octauas Penthecoſtes cantus letitie quandoqȝ aſſumuntur ⁊ quandoqȝ dimittuntur: quia vita peregrinantium permixtas ſolet habere conſolationes cum tribulationibus ſecundum illud pſalmi. 118. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tue: in loco peregrinationis mee.

5
Libꝛi miſſalis diuiſio quadrifida.

Ex pꝛemiſſis ergo patere poteſt clariſſime libꝛi miſſalis Romani (cuius expoſitioni pꝛincipaliter intendimus in hoc ſcd̃o libꝛo) quattuoꝛ eſſe partes pꝛincipales ſicut et cuiuſlibet alterius libꝛi officioꝛum eccleſie: quos omnes ſimul cum libꝛo Miſſali ſufficienter declarabimꝰ. Verum non omnes ille partes ſunt in ſeipſis continue ⁊ vnite: ſed (vt pꝛediximus) ex cauſis vꝛgentibus alique earum ſunt in ſuis membꝛis diſperſe ac ſeparate. Hanc vero diuiſionem quadrifidam libꝛoꝛum eccleſiaſticoꝛum intelligimus quantum ad officia de tempoꝛe: nam in officijs communibus de ſanctis nouenariam in ſuo loco faciemus diuiſionem.

Modꝰ ꝓcedẽdi in expoſitione officioꝛum.

Atqȝ in ſingulis pꝛedictoꝛum officioꝛum duos pꝛincipaliter requiremus ſenſus: vnum hiſtoꝛicum ad fideles pꝛeteritos aut futuros pertinentem (quoꝛum egregia geſta hec officia commemoꝛant) Alterum moꝛalem ad fideles pꝛeſentes directum quibus neceſſaria ſalutis monita tradere intendit eccleſia pꝛo qualitate ſingulorum tempoꝛum anni. Verum in commentario noſtro licet totum vnum officium ad duos ſenſus exponamus: tamen quaſdam eius partes magis ad vnum et quaſdam magis ad alium ſenſum contrahemus. nam communiter Introitus Miſſe/Graduale / et alij cantus a beato Gregoꝛio oꝛdinati pꝛo clericis in choꝛo pꝛincipalius reſpiciunt hiſtoꝛicum ſenſum de geſtis alioꝛũ tempoꝛum in tali officio commemoꝛatis. Oꝛatio vero cum epiſtola magis ad doctrinam moꝛalem q̃ȝ ad hiſtoꝛiam facere videntur: ſed Euãgelium miſſe cathecuminoꝛũ pars pꝛincipaliſſima vtrãqȝ intelligentiam eque pꝛincipaliter reſpicit. Attamen his duobus ſenſibus a nobis hic traditis ſemper eſt a lectoꝛe pꝛeſupponendus ac pꝛerequirendus ſenſus litteralis cuiuſlibet autoꝛitatis ſacre biblie ad illud officium adducte: quẽ ex gloſis communibus poſtillis/ſermonibus/et homelijs faciliter habere poterit: ac pꝛopterea de illo ſenſu hic fere nihil tetigimus: niſi valde raro ⁊ vbi notabilem difficultatẽ eius pꝛenſimꝰ: aut per neceſſariam illius coherentiam ad nr̃os ſenſus hiſtoꝛicum ⁊ moꝛalem. Intendimus enĩ in hoc opere ſimplices ſacerdotes ac pꝛedicatoꝛes pꝛincipaliter erudire: quatenus ⁊ ipſi valeãt plebem fidelem mediocriter atqȝ ſalubꝛiter docere: declarando ei officium eccleſiaſticum ad tres ſenſus ſcilicet litteralem ex communibus gloſis/hiſtoꝛicum ex his noſtris commentarijs/ atqȝ moꝛalem ſuper altero p̄dictoꝛum ſenſuum edificatum.

## Caput ſecundum de pꝛima libꝛi miſſalis parte hoc eſt de tempoꝛe aduẽtus agit in genere: eſtqȝ ꝓhemium ad eam partem ſolummodo.



Et ſi oꝛdo hiſtoꝛiarũ mundi (quas eccleſiaſtica officia cõmemoꝛant vt p̄notauimus) habeat ꝙ deuiatio humani generiſ a deo: de q̄ ſunt officia ſeptuageſime ⁊ ſexageſime: tempoꝛe p̄ceſſerit eius reuocationem ad deum: de qua agitur in aduentu: noluerunt tamen patres officioꝛum eccleſiaſticoꝛũ inſtitutoꝛes a ſeptuageſima ſed potius ab aduentu officiarios libꝛos inchoare: ⁊ hoc multis ex cauſis. tum in deteſtationem peccatoꝛum noſtroꝛum quia noluerunt ab humanis erroꝛibus oꝛdiri. tum quia officia ſeptuageſime ſunt lamentabilia et nimis oneroſa que ſtatim pꝛopoſita fidelibus nimis exterrerent ſimplicioꝛes. tum quia in aduentu noui regis omnia regni officia ſolent innouari apud ſeculares: et ſimiliter chꝛiſtus in ſuo aduentu ſacerdotium ⁊ omnia legis ſacramenta innouando mutauit. Conueniens ergo fuit vt in libꝛis officioꝛum eccleſie fieret innouatio ſeu inchoatio ab aduentu noui regis chꝛiſti. Tum deniqȝ quia eccleſia in ſuis officijs pꝛincipaliter reſpicit chꝛiſtum hominũ reuocatoꝛẽ ac reparatoꝛem: quod ipſe in pꝛimo ſuo aduentu egit per ſeipſum ⁊ ſuos pꝛedicatoꝛes apoſtolos: idẽqȝ faciet in ſecundo aduentu per angelos miniſtros ſuos pꝛopter quod in apocalipſi de ſeipſo dicit Ego ſum Al-

1
Ab aduẽtu officia eccl̃ie inchoanda eſſe.

pha ⁊.Ω.ideſt principium ⁊ finis hominum maxime fidelium.ergo conueniens fuit vt officia eccleſiaſtica ⁊ a chriſto inciperēt ⁊ ad eundem terminarentur.ac per inde principium libri officiarij eccleſie ſumeretur a primo chriſti aduentu ⁊ finem haberet in ſecūdo de quo agit vltima dominica poſt penthecoſtē aduentui proxima. Nec

Obiectio

obſtat huic ſententie quod apoſtolus Paulus vocat chriſtum ſecūdum adam de celo celeſtem poſt alium qui in principio mundi creatus fuerat de terra terrenꝰ ⁊ de quo agitur in officio ſeptuageſſime:ab eo igitur priori videretur officiarium librum eccleſie incipiēdum ⁊ non a poſteriori celeſti. Quare a ſeptuageſima ⁊ non ab aduentu debuiſſet incohari. Ad quod Reſpondemus.ꝙ licet ille Adam terrenus fuerit prior celeſti ordine generationis ⁊ temporis:tamen iſte

Reſpōſio.

illum longe preexcelit ordine perfectionis ⁊ in ratione finis.⁊ item qꝛ eccleſia catholica per hec ſua officia intēdit fideles inducere ad hoc vt abiecta vetuſtate prioris Adam induant hunc nouum hominem qui ſecundum deum:creatus eſt in omni ſanctitate:ideo magis debuit ſua officia incipere a chriſto p̄ncipaliter intēto in eis:⁊ per conſequens ab aduentu de renouatione mundi per chriſtum: q̃ a ſeptuageſima de vetuſtate primi hominis terreni que eſt abijcienda. Aduētus itaqꝫ cōmemorans ſuis officijs humani generis renouationem per oracula prophetarum:

2
Aduentꝰ hebdomades q̄tuor.

quattuor fere hebdomadis celebratur.cuius numeri duplex eſt ratio iuxta duos ſenſus quos in his officijs intendimus. Prima eſt hiſtorica de cōmemoratione temporis reuocationis ſub lege veteri qꝛ totum illud tempus a Moyſe vſqꝫ ad chriſtum quadrifarium fuit: quattuorqꝫ varios

Quattuor veteris popl'i ſtatus.

ſtatus habuit in eo fidelis populus dei. primus fuit ſub iudicibꝰ a Moyſe vſqꝫ ad regem dauid excluſiue. ſecundus ſub regibus ſuis fidelibus vſqꝫ ad captiuitatem babilonicam. Tertius ſub tyrānis infidelibus vſqꝫ ad Malachiam ⁊ reedificationem templi ⁊ ciuitatiſ ſancte Hieruſalem. Quartus ſub ſilentio omnium prophetarum et ſabbatiſmo legis ſcripte : ideſt per ſexaginta et duas fere annorū hebdomades a Malachia ꝓpheta vſqꝫ ad chriſtum. In quo tēpore neqꝫ apparuit miſſio prophetarū ad populum dei/neqꝫ aliqui libri de canone veteris legis ampliꝰ ſcripti ſunt:ſed talia omnia ceſſauerūt pariter ⁊ bella quaſi conſtituto populo illo in ſabbato vel requie ſua:preter parui cuiuſdā temporis perturbatiōem que deſcribitur in libris Machabeorꝝ. Altera ſolet dari ratio moralis ſcilicet ꝓpter duplicem chriſti aduentum ad nos:quem in his officijs decantamus ac celebramus .primus eius

Quattuor chriſti aduētus.

aduentus fuit in mundum per incarnationem: ſecundus erit aduētus ad iudicium per generalem hominum reſurrectionem:tertius quottidie fit aduentus eius in mentem per gratificationē: quartus ſimiliter eſt quottidianus aduentus ad mortem per vite examinationem. De primo horum dicitur Joannis primo in propria venit : et capitulo.13. exiui a patre ⁊ veni in mundum.de Secūdo Mathei.24.tunc videbunt filium hominis veniētem in nubibus celi. de Tertio Joānis.14.ad eum ſcilicet qui diligit me veniemꝰ ⁊ manſionē apud eū faciemus. de Quarto Luce.12. Beatus ſeruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem. Et quia aduentus dei ad mortem hominis eſt valde incertus eodem teſte qui ait:vigilate qꝛ neſcitis diem neqꝫ horā: ideo ad hoc ſignificandum hebdomada quarta aduentus nō habet certum dierum numerum: ſed fere ſemper manet imperfecta.que etiam in hoc correſpondet quarto tempori legis veteris:quod alijs tribus fuit imperfectius atqꝫ incertius propter ſilentium prophetarum quē diximus. Veruntamen iſtarum quattuor dominicarum aduentus officia nō ſunt adeo diſtincta inter ſe ꝙ vnū eorum preciſe agat de vno aduentu chriſti: et alterum de altero ſolum:imo ſi bene inſpiciamus hec officia in miſſali Romano quodlibet iſtorum officiorum de quolibet predictorum aduentuum ſimul agit:ſecundum diuerſas tamen ſui partes:quamuis in principalioribus partibꝰ hec dominica magis iſtum aduentum explicet q̃ illa : et econuerſo illa magis illum q̃ iſtum. quod euangelia clariſſime demonſtrāt. Attamen

3
Duo principaliores aduentus chriſti.

quia horum quattuor aduentuum chriſti duo ſunt principaliores ⁊ nobis manifeſtiores ſcilicet aduentus in mundum ⁊ ad iudicium : ideo euangelia huius temporis ſolos illos duos aduentus expreſſe cōmemorant:de alijs vero duobus ideſt de aduentu in mentem et ad mortem (qui ſunt minus manifeſti vulgaribus) in alijs partibus minus principalibus iſtorum officiorum fit mentio : hoc eſt in orationibus in hymnis/⁊ in quibuſdam antiphonis ⁊ reſponſorijs. Imo ſi bene contemplemur qualitates iſtorum officiorum ſolus primus chriſti aduentus ſcilicet in carnem ad redimendum nos eſt principaliter intentus in eis.nam hec officia de aduentu domini ad feſtum natalis eius terminata ad ipſum quoqꝫ ordinantur ſicut in finem.illius autē feſti officiū fere totum eſt de predicto primo chriſti aduentu.intendit.enī eccleſia in illo die quolibet anno chriſtum naſcentem ex virgine matre nobis repreſentare:licet preter ſenſum litteralem etiam ſpiritualiter aliquid aliud velit fidelibus

4
Aduētus chriſti in carnē p̄ncipaliſſimus.

ſignificare vt ibidem videri habet. Ergo in toto aduentu principalis intētio eccleſie dirigitur ad recolendam prenunciatiōem/expectationem/et deuotam petitionem patrum antiquorum ſuper miſſione ſaluatoris in mūdum per ſuam incarnationem pariter ⁊ natiuitatem: ⁊ propterea in ſenſu hiſtorico qui eſt principalior in hoc opere diſtinctionem quattuor hebdomadum aduentꝰ ad ſignificādos quattuor ſtatus populi veteris rettulimus magis q̃ ad quattuor chriſti aduētꝰ. Quare ⁊ lectiones matutine omnes in hoc tempore ab Eſaia accepte ſunt qui ceteris illius legis prophetis ⁊ clarius ⁊ copioſius de illo aduētu prophetauit. Introitus etiā miſſarum dn̄icaliū



huius tēporis ſi bene notentur omnes ſunt voces illorum patrum deſiderantium ⁊ petentiū a deo huius ſaluatoris miſſionem. Eadem eſt fere ſententia aliorum cantuum chori in miſſa ideſt Gradualis/ offertorij/ cōmunionis/ ⁊c. Epiſtole etiam omnes ſunt exhortationes prelati ſiue veteris ſiue noue legis quatenus ſe bene preparēt ad deuote ac honorifice;recipiēdum ſaluatorem venientem ad nos in humilitate noſtre carnis qui aduētus in feſto natalis eius ab eccleſia repreſentatur. Euangelia quoqꝫ fere omnia primū chriſti aduentum olim a deo promiſſum patribus proteſtantur iam eſſe impletum filijs eorum.nam euangelium de iudicio finali quod in officiario Romano primum eſt etiam quibuſdā tropis primum aduentum deſcribit. Capitula deniqꝫ omnia ad laudes ⁊ ad alias horas diei fere nihil aliud predicant q̃ chriſti primum aduentum quale eſt illud Egredietur virga de radice ieſſe Eſe.11.⁊ illud. Ecce virgo cōcipiet cap.7.⁊ illud.erit in nouiſſimis diebus cap.2.⁊ illud venite aſcendamus ibidem ⁊ illud in diebus illis ſaluabitur iuda Hieremie.23.⁊ alia plura ad idem propoſitum Hactenus de toto tēpore aduentus in genere dictum ſit.

## ¶ Caput tertiū de officio

prime dominice aduentus : que commemorata veteris populi fidelis qualitate.dum ſub iudicibus ſuis ageretur : ⁊ primum chriſti aduentum in carnem per hiſtoriam:⁊ ſpiritualem aduentū in mentem per tropologiam declarat.



Eniendo iam ad ſingula officia huius tēporis in ſpecie p̄mittemus cuilibet eorum ſuum argumentū p̄cipaliter:reſpiciens ad ſenſum hiſtoricum eiuſdem officij: quem ſuperius in prologis latentem diximus ⁊ abſconditū hominibus noſtri ſeculi. Et qꝛ quattuor hebdomades aduētus ad quattuor principales ſtatus fidelis populi ſub lege veteri rettulimꝰ: pro introductione officij prime dominice aduentus:enarrabimus inprimis qualitatem primi ſtatus hebreorum q̃ breuiſſime. ⁊ tali argumento ſubiūgemus ſenſum hiſtoricū huiꝰ officij:ſup quo etiā ſenſum moralē de doctrina fideliū p̄ſentiū edificabimus.

Argumētū officij huius.

¶ Hebreorum genus in ſanctiſſimo patriarcha Abraham incepiſſe dicitur:quem ob fidei catholice ſinceram profeſſionem dominus deus ſeparauit a patria ⁊ cognatione ſua:⁊ venire precepit cum omni domo ſua ad terram promiſſionis in principio tertie etatis mundi.qꝛ tamen terram illam ipſe in vita ſua non poſſedit: ſed poſt quadringentos annos ⁊ eo plures poſteri eius filij ⁊ nepotes acceperunt illam in poſſeſſionem:ideo toto illo tempore inter medio hebrei fuere peregrini in terra aliena ⁊ cōmixti inter infideles ⁊ pertranſierunt de gente in gentē et de regno ad populum alterū:quouſqꝫ neceſſitate famis perurgentis compulſi deſcenderunt cum Jacob patre ſuo in Egyptum.vbi longiſſimo tempore reſidentes multiplicati ſunt valde in magno numero:adeo vt propter illam maxime cauſam odio proſequerentur eos egyptij affligentes inſuper eos dura ſeruitute: quare ipſi hebrei coacti ſunt clamare ad deum ſuum ſepiſſime orātes vt mitteret eis ſaluatorem: qui liberatos ab illa peſſima captiuitate egyptiaca / ꝓduceret in terram promiſſionis ideſt que promiſſa erat patribus eorum quorū clamoroſam petitionem tandē deus exaudiens miſit eis Moyſen:qui per multa miracula ⁊ ſtupenda prodigia eductos hebreos ab illa ſeruitute traxit per deſertum verſus terram promiſſionis : eiſqꝫ legem figuralem in multis cerimoniarum generibus dedit acceptam a deo in monte ſynai:qua prefiguraret ſimul ⁊ prophetaret veri ſaluatoris aduentum:quem ipſi certiſſime expectare deberēt. Hac itaqꝫ lege accepta populus hebreorum ſub Moyſe/Joſue/⁊ alijs iudicibus gubernabatur ⁊ in deſerto ⁊ in terra promiſſionis annis multis tum proſpere tum ⁊ aduerſe fortune varietatibꝰ alterne agitatus Hec tota hiſtoria colligitur ex ſacris libris Geneſis/Exodi/Joſue/Judicū/atqꝫ ex approbatis hiſtorijs Joſephi/Comeſtoris.et quorundam aliorum:⁊ comprehendit totum primū ſtatum hebreorum quem diximus ſub iudicibus iſrael:fuitqꝫ tempus quingentorū annorū fere. Quem etiam ſtatum cōmemorare intendūt officia eccleſiaſtica in hac prima dominica aduētus cum tota ſua hebdomade:eo ꝙ tunc tēporis in patribus illis fuit multipliciter figuratus et primo profetatus aduētus chriſti in carnem:de quo vt in precedenti capitulo diximus eſt principalis ſermo in toto aduētu. A matutino igitur

Matutinorum officium.

vel nocturno officio exordium noſtre expoſitionis ſumentes : ſub confidentia diuini auxilij ꝓponimus verſiculū inuitatorium:de primo chriſti aduentu loquentem. Ecce veniet rex:occurramus obuiam ſaluatori noſtro: ⁊ intellgimus in ſenſu hiſtorico hāc eſſe vocem principum vel iudicum veteris populi:qua ipſum exhortādo incitabant in egypto ad ſe deuote preparandum pro aduētu ſui redemptoris:qui tunc fuit Moyſes miſſus a deo ad educendum illos a captiuitate illa:preparatio autem eorum reſpectu talis redemptoris erat firmum animi propoſitum ad credendum ⁊ faciendum libentiſſime quicquid ille eis preciperet ex parte dei: ⁊ ad ſequendum eū quocunqꝫ eos vellet ducere. Sed quia Moyſes ille particularis Redēptor erat figura chriſti veri ⁊ vniuerſalis redemptoris omnium hominum nō tam a captiuitate corporali q̃ a ſpirituali ſeruitute animarum ſub poteſtate diaboli

Similiter figurata in illa captiuitate hebreorū
egyptiaca ſub poteſtate Pharaōis: ideo in moy-
ſe credebant futurum aduentum chriſti quē etiā
ipſe Moyſes promittendo prophetabat dicens
Deutero. 18. Prophetam ſuſcitabit vobis deus
de fratribus veſtris: ipſum audietis ſicut et me
figuram eius. quia ſcilicet erit ſicut ⁊ ego media-
tor inter vos ⁊ deum / ⁊ legiſlator veſter: quare
dignum eſt vt ipſum obedienter audiatis ſicut ⁊
me audiſtis loquentem vobis ex parte dei. Di-
co eñ vobis ꝙ omnis anima que non audierit
prophetam illum predicto modo: peribit de po-
pulo ſuo: ſicut etiam vidiſtis ꝙ aliqui ex vobis
corporaliter perierunt quia noluerunt me audi-
re nec obedire. Secundum hec ergo inuitatoriū
predictum de vtroqꝫ redemptore ⁊ figurali et fi-
gurato: erit exponendum hiſtorice nomine pre-
dictorum principum iudeorum dicentium ꝑplo
dura ſeruitute oppreſſo in egypto. Ecce cito ve-
niet rex ideſt rector ⁊ gubernator miſſus a deo/
ad vos redimendum: venite ergo paſſibus mē-
tis deuotiſſime ⁊ occurramus obuiam ſaluatori
noſtro humiliter ac honorifice recipiendo ſcilicet
parati ad credendum ⁊ obediendum ei libētiſſi-
me. Poſt inuitatorium hymnus. Verbum ſup-
num prodiens. ſignificat iubilationem fidelium
noui teſtamenti de impletione huius promiſſio-
nis facta in eis verius ac perfectius ſub redem-
ptore chriſto: ꝙ̄ in iudeis ſub Moyſe primo du-
ce ſuo. eodē modo debent intelligi alij duo hym-
ni ad laudes ⁊ ad veſperas pro tempore aduen-
tus. Moralis autem ſenſus eiuſdem inuitatorij
reſpicit nos fideles preſentes quos eiſdem ver-
bis bonus prelatus noſter ortatur ⁊ incitat ad
bonam animi preparationem faciendam in no-
bis pro die natalis chriſti in fine aduentus futu-
ro. Antiphone pſalmorum in nocturnis: ⁊ Reſ-
ponſoria que lectionibus Eſaie interponuntur
nihil aliud reſonant ꝙ̄ ſaluatorem mittendum
a deo ad ſeruos ſuos in afflictione poſitos ⁊ poſ-
ſunt (ſicut inuitatorium) ad duos ſenſus ꝑdictos
exponi: vt ſint voces prelatorum vtriuſqꝫ popu-
li ad ſubditos ſuos. quod enim illi predicabant
ſuis de aduentu ſaluatoris futuro: hoc iſti predi-
cant nobis de feſto natiuitatis proximo. ſed pri-
mum reſponſorium matutinorum. aſpiciens a
longe: preter morem aliorum officiorum totius
anni: quattuor habet verſus connumerato Glo-
ria patri: vt in eo denotentur quattuor chriſti ad-
uentus predicti / quattuorqꝫ hebdomades huiꝰ
ſacri temporis illos commemorantes. Antipho- *Laudes.*
ne laudum omnes fere loquuntur de aduentu
redemptoris ⁊ de feſto natiuitatis domini iuxta
duos ſenſus predictos. idem apparet in verſibꝰ
capitulo / hymno ⁊ alijs partibus illius officij.
Per horas diei ſimiliter Antiphone/Capitula/
Reſpōſoria ⁊ Verſus/cādem repetunt materiā
eaſdemqꝫ habent duas intelligentias hiſtoricā
et moralem: que ex ꝑmiſſis cuilibet poſſunt eſſe
clariſſime. Similiter ⁊ miſſale officium huiꝰ diei
eandem ſequitur intentionem de duobus po-
pulis/de duabus eorum captiuitatibus/de duo-
bus redemptoribus/de duobus eorum aduen-
tibus. ¶ Introitus ergo miſſe huius diei. Ad te *Introitꝰ miſſe.*
leuaui animam meam. ex pſalmo: 24. Inſinuat
anguſtiam ⁊ afflictionem veteris populi hebreo-
rum ſiue in deſerto ſiue in egypto ſiue etiam in
terra promiſſionis ſub multiplici ſeruitute tyran-
norum oppreſſi. in qua etiam ab inimicis deri-
debantur tanꝙ̄ abiecti ⁊ viles. vel poteſt intelli-
gi eſſe vox totius humani generis preſſi ſub po-
teſtate diaboli ſeruitute peccati originalis ⁊ mul-
torum aliorum. ⁊ hunc ſenſum magis explicat
cantus vel intonatio illius littere: que procedit
ad modum magni ſuſpirij vel gemitus: quaſi ſit
vox hominis in anguſtia poſiti. cum illa tamen
triſticia fideles illi habebant aliquam conſola-
tionem ex firma ſpe quam cōceperant de ſua libe-
ratione ab illis malis. ideo clamabant ad deum
vt mitteret eis ſaluatorem: non propter merita
ſua ſed ex bonitate dei qui non derelinquit ſer-
uos ſuos ſperantes in ſe. Additur verſus: vias
tuas domine demōſtra mihi: ex eodem pſalmo
et loquitur de via ſue liberationis qua poſſint
exire ab illa dura ſeruitute. Has enim vias deꝰ
illis demonſtrauit in mari rubro ⁊ in deſerto du-
ce Moyſe quibus etiam peruenerunt ad terraꝫ
ꝓmiſſionis. Chriſtus etiam in ſuo primo aduē-
tu fidelibus demonſtrauit vias quibus itur ad
celū (terram viuentium promiſſam) ſeruis ſuis
bonis. de quo ductore dicitur Eſaie. 2. docebit
nos vias ſuas ⁊ ambulabimus in ſemitis eius.
Moralis ſenſus pro nobis preſentibus denotat
in hoc introitu anguſtiam tēptationum multaꝝ
quas patimur ab hoſtibus anime: demone/mū-
do/⁊ carne: ideo leuamus ad deum exorandum
animas noſtras cum ſpe euadendi ſine peccato
ab illis tentationibus: per adiutorium gratie
dei: quam maxime nos habituros confidimus
in aduentu ſuo repſentatiuo ideſt in feſto natiui-
tatis eius debite a nobis celebrato. Hunc mora-
lem ſenſum introitus ꝑdicti explicat oratio vel
collecta ſequens. Excita queſumus domine po- *Oro vel collecta.*
tentiam tuam ⁊ veni: loquitur eñ de aduētu dei
in mentem noſtram per gratiam ſuam: cuiꝰ po-
tentia adiuuamur ad vincendam omnem tenta-
tionem. vel poteſt referri hec oratio ad repſenta-
tiuum aduentum feſti natalis eius: qđ magna ⁊
ſola dei potentia fieri potuit ex matre virgine
ad liberandum nos ab imminentibus peccato-
rum noſtrorum periculis tentationum. Poteſt
tertio per hiſtoriam intelligi hanc eſſe orationē
populi hebreorum qui magna miraculorum po-
tentia liberatus eſt ab illa captiuitate egyptij re-
gis. Poteſt etiam eſſe orō totius humani gene-
ris ad deum qui magna chriſti potentia per cru-
cem ſuam liberauit ipſum a ſeruitute diaboli.
¶ Epiſtola: hora eſt iam nos de ſomno ſurgere: *Ep'le argumētū.*
Ad roñ. 13. per hiſtoriam intelligitur eſſe ſermo
redemptoris Moyſi ad filios Iſrael captiuos in
egypto confortans eos atqꝫ excitans ad prepa-
randum ſe ad exitum ab illa captiuitate perdu-



catum angeli qui eos ꝑcedebat. licet eñ ſenſus
litteralis apoſtoli in illo capitulo quando hanc
epiſtolam ſcripſit ad Romanos chriſtianos: eēt
comparare legem veterem vt noctem ad legem
nouam que eſt dies: penes excellentiam huius
ad illam: tamen autores huius officij introduxe-
runt hanc lectionem per hiſtoriam: ad loquen-
dum de primo ſtatu hebreorum in egypto / vel
de ſtatu humani generis ſub pcīo reſpectu re-
demptoris expectati: vel ꝑ tropologiam ad ſigni-
ficandam ꝑparationem fidelium ꝑſentium pro
feſto natiuitatis futuro. Si ergo ꝑ hiſtoriam refe-
renda ſit ad patres ve. le. In hac epiſtola intro-
ducitur Moyſes: loquens ad eos de ſua bona
ꝑparatione ad expectandum angeli ſaluatoris
aduentum qui liberaret eos ab illa egyptiaca
ſeruitute figurali: ⁊ ſimiliter ad expectandū chri-
ſti aduentum qui liberaret eos ab ſpirituali ca-
ptiuitate anime figurata. Et ꝑduceret eos in pa-
triam celeſtis regionis: que eſt verior ac perfe-
ctior hominis liberatio. hec moyſi exhortatio ad
populum ſuum in egypto habetur in libro Exo-
di. cap̄. 11. ⁊ 12. ⁊ declarat amplius eam apoſtolꝰ
Paulus Hebreo. 11. Ergo ſecundum hanc intel-
ligentiam hec epiſtola diuiditur in tres partes.
prima hortatur eos ad vigilandum. ſecunda ibi
abijciamus ergo ⁊c̄. incitat illos ad veſtium or-
natum. tertia ibi induimini. ⁊c̄. Aſſumit fideles
ſecum ad reuerenter ſaluatori ſuo obuiandum.
*Prima pars ep'le* Ad dignam quippe fidelis populi Hebreorum
ꝑparationem in egypto vt liberarentur ab illa
captiuitate corporali: primo neceſſarium fuit vt
vigilarent ⁊ a ſomno ſurgerent. quia vt habetur
Exodi. 11. vltima plaga ( qua egyptij percuſſi a
domino compulſi ſunt populum Hebreorum li-
bertate donare ) fuit occiſio primogenitorū que
facta eſt in noctis medio. quare rex eorum nocte
conſurgens circa aurorā vocatis Moyſe ⁊ Aarō
ducibus hebreorum: iuſſit eis vt cito educerent
populum ſuum de terra egypti. Moyſes ergo
ſtatim eos a ſomno excitans dicebat: fratres ho-
ra eſt iam nos de ſomno ſurgere. quia iam pre-
mittimur immo compellimur exire a captiuita-
te in fine huius noctis: immo ſi bene aduertimꝰ
hec noſtra captiuitas erat quedam nox et ſom-
nus grauiſſimus priuans nos dei cultura: et li-
bertas iam nobis ſuccedens dies erit. quando-
quidem proſperitas diei / aduerſitas nocti ſolet
comparari. Poteſt etiam ꝑ hanc noctem noſtre
captiuitatis intelligi totum tempus legis natu-
re ꝑcedens ꝑ duas etates cum dimidia: in quo
totum humanum genus fuit captiuum ſub po-
teſtate diaboli: ⁊ liberatio noſtra modo aduen-
iens ſicut dies figurat liberatiōem vniuerſalem
totius humani generis a poteſtate diaboli: que
fiet ꝑ aduentum ſaluatoris in mundum. ꝓpter
hoc enim ſupius in cap̄. 1. huius. tempus legis
nature obſcure nocti comparabatur/tempꝰ aūt
legis ſcripture ( quod modo incipit ) erat velut
aurora diei in qua a ſomno ſurgendum eſt: ideo
dico vobis ꝙ non ſolum in hoc die noſtri exitꝰ
ab egypto: quia incipitur aurora: hora eſt iam
nos de ſomno corporali ſurgere a lecto materia-
li: ſed etiam in hoc tertie etatis medio hora eſt. ſ.
tempus opportunum nos ſurgere de ſomno ſpi-
rituali torporis ⁊ ignorantie: vel potius cecitatis
humani generis: quia nunc ꝑ illuminationem
diuine reuelationis in lege ſcripta incipient ho-
mines clarius videre que agenda ſunt. iam eñ
nox illa ꝑceſſit ideſt ꝑterijt. Dies autem diuine
illuſtrationis appropinquabit. Statim eñ cum
exierimus in deſertum ſeparati ab infidelibus:
reuelabitur nobis deus ⁊ inſtruet nos ſua do-
ctrina ſalutari. nunc eñ ꝓprior ideſt magis ꝓ-
pinqua nobis eſt noſtra ſalus: ꝙ̄ cum primum
credidimus ſcilicet in noſtris ſanctis patribus
Abraham/Iſaac/⁊ Iacob: qui fuerunt primi pa-
tres fidei ⁊ religionis noſtre. Sed defuncti ſunt
ipſi: non acceptis repromiſſionibus terre ſancte
vt dicitur Hebre. 11. que tamen proxime nobis
dabitur in poſſeſſionem: vbi erit noſtra ſalus cō-
pleta. Clariorem etiam doctrinam ſaluationis
animarum habebimus in hoc ſecundo tempo-
re legis ⁊ ꝓphetarum: ꝙ̄ in ꝑmo tempore patri-
archarum. quia nos propinquiores ſumus ad-
uentui ſaluatoris animarum ⁊ clarius de eo ꝓ-
phetamus tam verbis ꝙ̄ factis: patriarche autē
obſcurius. Ad ſignificandum autem exterius
gaudium noſtre liberatiōis a captiuitate iſta cō- *Secūda ps ep'le.*
ueniens eſt vt etiam abijciamus opera tenebra-
rum ideſt veſtes nocturnas: ⁊ induamur arma
lucis ideſt veſtes diei. q. d. faciamus quod domi-
nus deus noſter ꝓmiſit nobis Exodi. 11. ſpolie-
mus egyptios aſtuta ſimulatione paſchatis nr̄i
omni auro / argento /⁊ veſtibꝰ ꝑcioſis. ⁊ nos qui
prius dura ſeruitute oppreſſi induebamur veſti-
bus nigris/ſordidis/⁊ laceris more captiuorum:
abijciamus iam talia opera obſcura ⁊ vilia cum
veſtibus eis cōſonis ⁊ induamur arma ideſt ve-
ſtes lucis ideſt diei feſtiui ꝑcioſas: quibus noſtre
feſtiuitatis paſchalis ſolennia peragamus: ſic
vt in die tam ſolēni honeſte ideſt honorabiliter
ambulemus: non iam abiecte vt hactenus ſub
ſeruitute: ſed honorifice quaſi in libertate poſiti:
qua libertate deus noſter nos beatificabit. Im-
mo ſi bene ſapimꝰ has omnes diuitias ab egy-
ptijs acceptas tanꝙ̄ ab iniuſtis poſſeſſoribꝰ de-
dicemus deo noſtro: ad hoc vt ex eis fiant vaſa
ſancta ⁊ veſtes glorioſe ad miniſteria ſacerdotū
in templo dei: ad honorem ⁊ gloriam eiꝰ. Nam
hoc facientes his exterioribus ornamētis ſigni-
ficabimus differentiam interioris diſpoſitionis
animarum in hoc ſecundo tempore legis date:
ad eam quam habuerunt homines in ꝑore tem-
pore legis nature. tunc enim homines nocte ce-
citatis ſpiritualis oppreſſi ⁊ valde ſopiti indue-
bantur veſtibus anime ignominioſis. qꝛ quaſi in
nocte poſiti ⁊ obtenebrata ratione naturali fere
nullam videbant claritatem dei: ⁊ ideo veſtes te-
nebrarum habebant triplices iuxta tres noctis
proprietates: quibus homines dormire facit. he
ſunt obſcuritas/frigiditas/atqꝫ humiditas. cuiꝰ

ſignum eſt qꝛ locus obſcurus/⁊ tempus frigidū/
atq₃ puerilis etas humida aptiſſima ſunt ad doꝛ
miēdum. Hec tria mala habuit tēpus illud pꝛi-
mum in mūdo:ſc₃ ignoꝛantie obſcuritatem/cha-
ritatis frigiditatem/⁊ carnalis cōcupiſcentie hu-
miditatem:vnde cōſequenter homines illius tē-
poꝛis triplices veſtes anime ignominioſas.i. ve
ſtem nigrā funebꝛem/ veſtem immūdam carna-
lem/⁊ veſtem laceram iniurialē induebant:igno
rantie eñ obſcuritas cauſat veſtem nigrā in mē-
te:vnde ⁊ tunc oꝛta eſt ydolatria funeſtiſſima:car
nalis cōcupiſcentia cauſat veſtē immūdam Gu-
le ⁊ Luxurie. Ad quarū punitionem tunc venit.
diluuium ⁊ ſubuerſio Sodomoꝛū:charitatis de-
niq₃ frigiditas pertinet ad veſtem lacerā de iniu
ria pꝛoximoꝛum.hinc proceſſit homicidiū Caym
⁊ diuiſio turris Babel atq₃ vēditio Joſeph a fra-
trib⁹ ſuis. Nos ergo fratres(inquit Moyſes he-
bꝛeoꝛum populo)qꝛ iam preterijt nox illa pꝛimi
tēpoꝛis:⁊ appꝛopinquat dies ſecūdi:abijciamus
a mentibus noſtris opera tenebꝛarū.i.obſcuri il-
lius tēpoꝛis hoc eſt illā ignoꝛātiam tam craſſam:
et induamur arma lucis ideſt veſtes diei ſeu cla
re intelligentie doctrine ſalutaris:que ex diuina
illuſtratione tradet̃ nobis:vt vel ſic honeſte am-
bulemus in hoc die ſcd̄i tpis.vel pōt intelligi ꝙ
ambulem⁹ in veſtibus nr̄is : taliter induti ſicut
ſolēt homines ambulare induti in die ideſt pꝛe-
cioſe ⁊ honoꝛabiliter:⁊ ita abijciemus veſtem ni
gram funebꝛē. Item nō ambulemus in hoc ſcd̄o
tempoꝛe incomeſſationibus ⁊ ebꝛietatibus gule/
non in cubilibus ⁊ impudicitijs luxurie ( qꝛ hec
pertinent ad veſtem immundam hominū pꝛimi
tēpoꝛis : de quibus dicitur Geneſ.6.ꝙ oīs caro
coꝛruperat viā ſuam) ſed ambulemus in ſobꝛie-
tate et caſtitate veſtibus preacioſiſſimis aīe : nam
lex ſcripta nobis a deo nūc reuelāda hec vitia re-
pꝛimens multos cibos pꝛohibebit/ et circūciſio-
nem in mēbꝛo genitali pꝛecipiet. Inſuper nō am
bulemus in cōtentione ⁊ emulatiōe ſiue inuidia
ad ꝓximos que eſt veſtis lacera.i.rancoꝛ in coꝛ-
de:nam lex dei dilectionem dei ⁊ pꝛoximi in no-
bis renouabit decē pꝛeceptis duarū tabularum:
que omnia ſunt regule de charitate ⁊ iuſtitia er-
ga deū ⁊ pꝛoximos. Talibus oꝛnati veſtibus coꝛ
poꝛis ⁊ anime venite fratres mei(inquit Moyſes
hebꝛeis)occurramus obuiā ſaluatoꝛi noſtro deo
noſtro. Ipſe eñ pꝛecedet nos in via qua ꝑgimus
ad patriā libertatis noſtre : qꝛ mittet angelū ſuū
ante nos ad noſtrā pꝛotectionē ⁊ cuſtodiā. Vos
ergo ſuper oēs alias veſtes pꝛecioſas induimini:
etiā inſignia regis noſtri eleuateq₃ eius vexilla
in altum qꝛ hoc pertinet ad ſalutē veſtram: ideo
dico vobis induimini Jeſum.i.ſaluatiōis veſtre
ſignum. Chꝛiſtū ideſt vnctionem ſanguinis agni
paſchalis in poſtibus domoꝛū/⁊ in ſuperlimina
ribus poꝛtarū:nam illo ſigno Jeſu chꝛiſti.i.ſalu-
tifere vnctiōis liberabimini ab exterminatoꝛe an
gelo : qui veniens ſuper egyptios percutiet eos
plaga magna remanētibus vobis illeſis: et hoc
dico q̄ntum ad coꝛpoꝛis oꝛnatū. Similiter etiam

Tertia pˀs epiſtole.

interi⁹ in mēte debetis ſupinduere:vos inſignia
dei vr̄i:quia eñ deus noſter ignis cōſumens eſt:
Hebꝛeo.12.⁊ ignea lex in dextera eius: induimi-
ni ergo ipſum queadmodum ⁊ ferrū induit ignē
quādo ei apponitur: qꝛ fit ex eo clarum ⁊ lucēs/
calidū ⁊ ardens/molle ⁊ ſe extēdens/ pulchꝛū et
nitens.eodē modo ⁊ fideles ſerui dei in hoc ſecū
do tempoꝛe poſiti in foꝛnace ignee legis dei has
induēt virtutes/ ⁊ per eas induēt deum ſaluato-
rem ſuū poꝛtantes inſignia eius:hoc experientia
docuit in ſanctis illius legis: nam Moyſes pꝛi-
mus pꝛophetarū ſecundi tempoꝛis apparuit cla
rus ⁊ lucens cū deſcenderet de mōte ſinai ex lo-
cutione cū deo in medio ignee nubis. Dicitur eñ
Exod.34.ꝙ filij iſrael non poterāt intendere in
faciē Moyſi ꝓpter claritatē vultus eius. Helias
pꝛopheta ſanctiſſimus apparuit calidus et ar-
dens Eccl'iaſti.48. Helias quaſi ignis ⁊ verbū
eius quaſi facula ardebat. Dauid regius ꝓphe-
ta apparuit mollis ⁊ ſe extēdens:nam dicitur de
eo ſecundi regū. 23. Erat aūt Dauid mitiſſimus
omniū hoim. Daniel quoq₃ apparuit ſuo tēpoꝛe
pulcher ⁊ nitens:qꝛ vt dicit̃ in pꝛincipio ſue pꝛo-
phetie abſtinuit ab omni immūditia ciboꝛum et
venereoꝛum:oēs etiā alij ſancti illius tēpoꝛis ſm
magis ⁊ minus ad illas perfectiones acceſſerūt
pꝛeparātes ſe ad redēptoꝛis vniuerſalis aduētū
deſideratiſſimū. Donec vētum eſt ad tēpus na-
tiuitatis ei⁹ qñ Symeon ſacerdos ſanctiſſimus
chꝛiſto reuerenter occurrens in tēplo Hieroſoly-
mitano vocem omniū factoꝛū ſecundi tempoꝛis
expꝛimens dixit ſpiritusſancto plenus. Nunc di-
mittis ſeruū tuum dn̄e ⁊c̄. Hec pauca de pꝛimo
ſenſu hiſtoꝛico epiſtole ſatiſfacere poſſunt viris
doctis qui ſciūt ex paucis multa elicere. In ſen-
ſu autē tropologico ſiue moꝛali ꝓ fidelibus hu-
ius noſtri tēpoꝛis:epiſtola ſimiliter eſt ſermo ex-
hoꝛtatoꝛius boni pꝛelati ad plebem fidelē: qua-
tenus in hoc ſacro tēpoꝛe aduentus(quod eſt cō
memoꝛatiuum ſecundi tempoꝛis mundi :ſcilicet
veteris legis ⁊ pꝛophetarum ) ſeſe pꝛeparēt tri-
bus modis pꝛedictis ad chꝛiſti aduentum repꝛe-
ſentatiuum ideſt ad feſtum natalis eius:in quo
etiam fiet deuotis aduentus dei in mentem:pꝛi-
mo ergo oꝛtatur eos ad vigilādum ſpiritualiter
in bonis actibus ⁊ ad ſurgendum a ſomno cul-
pe pꝛeterite ſimiliter ⁊ toꝛpoꝛis ſeu negligentie.
de ſomno culpe loquitur apoſtolus paulus ad
Ephe.5. Exurge a moꝛtuis.i.a peccatis tu q̄ doꝛ
mis. De toꝛpoꝛe ⁊ negligentia: dicit Salomon
Prouerb.6.vſq₃ quo piger doꝛmis. Surgit aūt
ſeruus dei ab vtroq₃ ſomno per verā penitentiā
de peccatis ſuis ⁊ per diligētem exercitationē in
opibus bonis:vigilat aūt per continuam cūſide-
rationem ſtatus ſui apud deum querēdo remedia
ſue ſalutis cū omni diligentia. Ait ergo pꝛelatus
fratres mei in chꝛiſto:hoꝛa eſt.i.tēpus conueniēs
et opoꝛtunū in hoc ſacro aduentu nos a ſomno
ſurgere ad ſenſum datū: nam toto tēpoꝛe pꝛece-
dentis eſtatis ⁊ autumni ꝓlixe doꝛmiuim⁹ ideſt
vacauimus a bonis opibus:qꝛ fere nullū exerci-

Moralitas epl'e.

tium habuimus in pꝛedicationib⁹ ⁊ in ſacramē-
tis eccleſie:opus eſt ergo vt nunc ad coꝛ redeun-
tes ⁊ peccata dimittamus et pꝛedictis exercitijs
intendamus. Ratio huius exhoꝛtationis ſubdi-
tur: qꝛ nūc.i.in aduentu pꝛopioꝛ eſt noſtra ſalus
ideſt doctrina ſalutaris in pꝛedicationibus con-
tinuis/vel in ſacramentis deuote recipiēdis: vel
noſtra ſalus.i.ſalutaris aduentus dei in mētem
noſtrā eſt magis pꝛope nos nunc/q̄₃ in toto tem-
poꝛe pꝛecedenti cum ſolum credidimus ideſt fi-
dem habuimus ſine operibus bonis: que moꝛ-
tua dicitur/nec poteſt nos ſaluare apud deum:
vigilemus ergo in hoc tēpoꝛe intendendo operi-
bus bonis quibus diſponamur ad bene recipiē
dum regem noſtrum repꝛeſentatiue ad nos ve-
nientem in feſto natalis eius. Et ſicut apoſtolus
in ſuo tempoꝛe dicebat Romanis ꝙ nunc ideſt
in tempoꝛe legis euāgelice pꝛopioꝛ eſt nobis no
ſtra ſalus/q̄₃ in tempoꝛe legis veteris:ita et nos
dicere poſſumus ꝙ nūc ideſt in hoc tēpoꝛe pacis
eccl'ie(que iam a trecentis annis viget in nobis)
pꝛopioꝛ eſt nr̄a ſalus in tāto ſplendoꝛe tam mul
tiplicium doctoꝛū/et tam aſſiduo exercitio ſacra-
mentoꝛum/q̄₃ in pꝛimitiua eccl'ia ſub multiplici
perſecutione tyrānoꝛum.hoc eſt facilius poſſunt
ſaluari fideles:nunc in eccleſia chꝛiſtiana libere
ſe exercente in actibus fidei ⁊ religionis / q̄₃ in
pꝛimo eius tpe quando erat nimis oppꝛeſſa ab
infidelibus tyrānis/⁊ a perfidis hereticis. Addit̃
exhoꝛtationis ꝑdicte alia ratio:qꝛ nox male vi-
te noſtre iam ꝑceſſit in eſtate ⁊ autumno in qui-
bus valde laxauimus habenas ad vitia:nūc au
tem ſuccedit pꝛincipium hyemis aduentui dica-
tum ⁊ auroꝛe comparatum : ideo opoꝛtet facere
aliquod bonevite pꝛincipium:que dies eſt iuxta
illud apoſtoli ad Ephe.4.fuiſtis aliquādo tene-
bꝛe: nunc aūt lux in dn̄o vt filij lucis ambulate:
nam dies natalis dn̄i appꝛopinquabit ideſt cito
veniet in quo opoꝛtebit nos ſanctos apparere
coꝛam dn̄o. Ad hāc aūt ſanctificationem noſtrā
acquirendam pꝛemittitur hoc ſacrū tempus ad-
uentus dn̄i quo fideles diſponātur ad diem na-
talis eius. quare in pꝛimis monet eos pꝛelatus
vt vigilent ⁊ a ſomno pc̄ti ſurgāt : qꝛ vita vitioſa
hominis perſeuerantis in peccato ſomnus dici-
tur ⁊ nox ꝓpter ſupꝛadictas tres noctis cōditio-
nes obſcuritatem ſc₃ frigiditatem ⁊ humiditatē.
homo eñ in pc̄to viuēs eſt in obſcuritate igno-
rantie/in frigiditate amicicie dei/ ⁊ in humidita-
te carnalis cōcupiſcentie. Hec tria figuraliter no
tantur in eo quod dicitur Job. 40 . de diabolo
pꝛincipe mūdanoꝛum/ ſeu peccatoꝛum hominū.
Sub vmbꝛa doꝛmit/⁊ in ſecreto calami/ ⁊ in lo-
cis humentibus ideſt requieſcit in cōſcientijs ho
minum obſcuris/frigidis/ et humidis modo ex-
poſito. Nec mirū alicui videat̃ ꝙ tempus eſtiuū
valde clarum ⁊ in quo dies ſunt pꝛolixioꝛes hic
vocem⁹ noctem:tempus aūt hyemis ſub obſcu-
rum / et cuius dies ſunt bꝛeuiſſimi appellemus
diē:qꝛ teſte ap'lo. Caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpm̄ ⁊
ſpūs aduerſus carnem. Gal'.5.ideo tempus cla-

rum ⁊ iocundū pꝛo coꝛpoꝛe eſt obſcurum ⁊ triſte
pꝛo anima:qꝛ in eo homines laxant habenas ad
vitia que eſt tenebꝛa anime. Econtra vero hoc
tempus hyemis pꝛo coꝛpoꝛe obſcurum et nubi-
loſum diligentia bonoꝛum pꝛelatoꝛum efficitur
pꝛo cōſcientia clarum ⁊ ſerenū:quia in eo bonis
doctrinis pꝛedicationū homines illuminātur et
exercitijs ſacramentoꝛum a vitijs purgātur. Sic
eñ contraria ſunt ſibi opera carnis ⁊ mentis:no
ſtra ergo epiſtola non multū curans de his que
ad coꝛpus pertinent:ſed ſolū de his que ad ani-
mam vocat eſtatem tempus obſcurū:⁊ hyemem
tempus clarum cum dicit nox pꝛeceſſit dies aūt
appꝛopinquauit. Quāuis dici poſſit ꝙ diem vo-
cat feſtum natalis dn̄i appꝛopinquans quo re-
pꝛeſentabitur nobis aduentus chꝛiſti in carnem
quo ipſe lux vera mūdū illuminauit:quia ſplen-
doꝛe ſue ſapientie fugauit tenebꝛas noſtre igno-
rantie. Eſaie.9. ambulātibus in regione vmbꝛe
moꝛtis lux oꝛta eſt eis:et populus qui ambula-
bat in tenebꝛis vidit lucem magnam:ipſe etiam
eſt verus ignis qui mūdum frigidum ardoꝛe ſue
charitis accendit. Luce.12.ignem veni mittere in
terram ⁊ quid volo niſi vt ardeat: Ipſe deniq₃ eſt
ver⁹ ſol iuſtitie qui radijs ſue caſtiſſime vite ne-
bulas humane concupiſcentie carnales effuga-
uit Eccleſiaſtici.43. aperti ſunt theſauri ſolis et
euolauerunt nebule ⁊c̄. Hos itaq₃ effectus faciet
in ſuis ſeruis deuotis feſtū natalis eius:ſi bene
eos paratos inuenerit/ac vigilantes ſiue a ſom-
no excitatos. Secundo pꝛincipaliter pꝛelatus fi-
deles pꝛeſentes hoꝛtatur ad ſe oꝛnādum pꝛecio-
ſis veſtibus anime pꝛo tāti feſti digna celebꝛita-
te dicens:ex quo vt dixi iam nox pꝛeceſſit ⁊ dies
appꝛopinquabit: abijciamus ergo opa tenebꝛa-
rum ideſt peccatoꝛum que animā obtenebꝛāt : ⁊
induamur arma lucis.i.opera virtutum que illu
minant. Diſtinguit aūt tria genera veſtium abij-
ciendarum:quas etiam ſupꝛa cōmemoꝛauimus
confoꝛmiter ad tres noctis dictas ꝓpꝛietates:ve-
ſtis nigra/vel funebꝛis eſt auaritia Threnoꝝ.4.
Denigrata eſt ſuper carbones facies eoꝛum ⁊c̄.
veſtis immūda eſt gula vel luxuria. Jude vnico
capitulo.odientes eā (que carnalis eſt ) macula-
tam tunicā.veſtis lacera eſt ſuperbia/vel inuidia
Prouerb.13.inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia.
Abiectis ergo hoꝛum vitioꝛum veſtib⁹ ignomi-
nioſis opus eſt: vt induamur pꝛecioſos virtutū
habitus:ne nudi remaneamus ⁊ appareāt verē-
da noſtra in conſpectu dei:vt dicitur.1.Petri.4.
Conſonat Paulus ad Coloſ.3. induite vos ſi-
cut electi dei viſcera miſericoꝛdie/benignitatem/
humilitatem/modeſtiā/paciētiam ⁊c̄. Sequitur
ſuper omnia aūt charitatem habete:que eſt vin-
culum ꝑfectionis. De qua etiā Salomon Pro-
uerb. 10. vniuerſa delicta operit charitas ſcilicet
tanq̄₃ veſtis honeſtiſſima cum qua in die ſolēni
honeſte ambulemus. Tertio pꝛincipaliter pꝛela-
tus in hoc ſermone cōmonet fideles ad occurrē-
dum ⁊ obuiandū reuerenter regi noſtro ad nos
venienti in feſto natalis eius : quia debemus

Secūda pars.

Tertia pars.

occurrere cum vexillis ⁊ ſignis eius: ideo in fine
epiſtole dicitur induimini dñm noſtrum ieſum
chriſtum.i.imitamini vitam eius virtutibus pre-
claram ⁊ hoc eſt deferre inſignia eius: de quibus
dicitur Sapiẽtie.5.ꝙ ipſe in ſuo aduentu induit
pro thorace iuſtitiam/⁊ accepit pro galea iudiciũ
rectum: ſumpſitqꝫ ſcutum inexpugnabile equi-
tatem. Hec inqꝫ ſunt vexilla regis noſtri que ipſe
in carne aſſumpta pre ſe ferebat: nam vt dicitur
Actuum.1.cepit facere ⁊ docere ſcꝫ obſeruantiam
preceptorũ dei que ſunt regule: de iuſticia/de iu-
dicio/⁊ de equitate. De iuſticia quidem.i.de iuſta
obediẽtia ad deũ: de iudicio recto ad proximũ/⁊
de equitate ad ſeipſum: ſcꝫ ſcdm regulam tẽpe-
rantie: hec omnia opera in vita chriſti claruerũt
mirabiliter. Nos ergo eadẽ inſignia.i. opera in-
duamur in hoc ſacro tempore aduentus: quate-
nus ei digne occurramꝰ in feſto natalis eius re-
preſentatiue ad nos veniẽti: ⁊ tunc etiam ipſum
induemus ſicut ferrum induit ignem in hac for-
nace ſancte matris eccleſie: ex qua quilibet fide-
lis deuotus euadit clarus et lucens per fidem
Matthei.5. Sic luceat lux vr̃a corã hoibus ⁊c̃.
Secundo fiet calidus et ardens per charitatem.
Leuit.6.ignis in altari meo ſemper ardebit.i.in
corde deuoto. efficietur tertio mollis ⁊ ſe extẽdẽs
per ſpei longanimitatem.1. Corint.13. que retro
ſunt obliuiſcens ad vlteriora me extẽdens.⁊ de-
niqꝫ euadet pulcher ⁊ nitens per exteriorẽ mun-
diciam/modeſtiã/⁊ caſtitatem. Sap̃.4. O qꝫ pul
Reſpõſo-rium vel graduale chra eſt caſta generatio cũ claritate ⁊c̃. Poſt hũc
ſermonem prelati ad ſuũ populum: ſiue veteris/
ſiue noue legis: chorus clericorum noĩe eiuſdem
populi ad hanc lectionem reſpondentis cantat
Reſpõſoriũ ſiue Graduale ſcꝫ: vniuerſi qui te ex-
pectant ⁊c̃. ex predicto Pſalmo.24. nam popu-
lus fidelis ex predicta epiſtole lectione concepta
fiducia de aduentu ſaluatoris /⁊ de ſua liberatio-
ne per eum reſpondet dicens ſe iam habere fir-
mam ſpem de impletione predicte promiſſionis
dei: qꝛ vniuerſi.i.omnes qui in eo ſperant fideli-
ter nũqꝫ confundũtur fruſtrati ſua ſpe. Hoc nãqꝫ
modo populus Hebreorum in veteri lege ſpem
habuit in dño de ſua liberatiõe ab egyptiaca ſer
uitute: ⁊ de introitu ad terram promiſſionis: ſimi
liter etiã maiores eorum patriarche et prophete
certã ſpem habuerũt de aduentu Meſſie in mũ
dum pro ſua liberatiõe a ſeruitute diaboli: quã-
tum ad animas: et hoc maxime poſtqꝫ Moyſes
prelatus eorum fecit eis ſermonem prehabitum
in prima expoſitiõe epiſtole hiſtorica. Similiter
etiam populus chriſtianorũ in noua lege ex ſer-
mone prelati ſui habito in ſcda expoſitione epi-
ſtole morali ſpem concepit certam de ſua libera-
tione a varijs tentationibus per aduentũ mẽta-
lem dei: qui maxime ſperatur in feſto natiuitatis
chriſti. verſus. Uias tuas dñe demonſtra ⁊c̃. eodẽ
modo exponẽdus eſt ſicut ſupra in introitu miſ-
Aleluia. ſe Aleluia. Oſtende nobis dñe. ex pſalmo. 84.
eſt deuota oratio fidelis populi ad deũ loquẽtis
et petentis accelerationẽ ſue liberationis / vel ꝑ

aduẽtum Meſſie/ vel per feſtũ natiuitatis eius:
ſcꝫ ad duos ſenſus predictos: ⁊ notãda ſunt ver-
ba huius verſus: qꝛ aduentus dei in carne/vel in
mentem dicitur hic miſericordia dei: ꝓpterea ꝙ
non ex meritis noſtris: ſed per viſcera miſericor
die ſue viſitauit nos oriẽs ex alto. Dicit etiã idẽ
aduẽtus ſalutare dei.i.ſalus/ vel ſaluatio noſtra
a deo/vel ſalutare interpretatur effectiuũ ſalutis:
inde impoſitum eſt hoc nomen Jeſus: chriſto in
ſuo aduentu quod ſaluator interpretatur: qꝛ ad-
uentus eius erat ordinatus ad ſaluandum nos:
vt dicitur Matthei.1. hanc miſericordiã ⁊ hoc ſa-
lutare deus oſtẽdit nobis quãdo humanitatem
noſtrã aſſumẽs cũ hoibus cõſeruatus eſt p̃dicãs
eis miſericordiam ⁊ indulgẽtiã/ ac liberationẽ a
ſua captiuitate: iuxta illud Eſaie.61. euãgelizare
pauperibus miſit me dñs predicare annũ placa-
bilem dño.i.iubileũ in vniuerſa terra ⁊ captiuis
apertionem.i.liberationem a ſua captiuitate: ad
iſtum ſenſum allegauit Chriſtus hãc prophetiã
de ſe intelligẽdam. Luce.4. Feſtum etiam nata-
lis dñi (quod de ꝓximo expectamus) eiſdem no
minibus cenſeri debet: quia eoſdem effectus ha-
bet in hominibus deuotis: ideo etiam hec oratio
a preſentibus facta ad illud feſtum eſt referẽda.
Alie eccleſie (extra Romanã) alios verſus habẽt
pro Aleluia: ſed fere oẽs veniũt ad eãdẽ ſenten-
tiam. Euãgelium huius prime dñice varium eſt Euangelij argumentum.
apud varias dioceſes. Sed qꝛ officia Romani
ordinarij exponẽda ſuſcepimus principaliter ꝓ-
pter eius antiquitatẽ ⁊ maiorem autoritatẽ: ideo
eius euangeliũ eſſet nobis hic exponẽdũ ⁊ alijs
partibus huius officij colligandum. verum quia
omnes alie partes huius officij clare loquun-
tur de primo chriſti aduentu in mũdum: euange
lium aũt officiarij Romani. Erunt ſigna in ſole
et luna: expreſſe loquitur de ſcdo aduentu chriſti
ad iudiciũ: ideo cõuenientius euangelium mihi
viſum eſt: ⁊ magis cõforme alijs partibus huius
officij. Illud qđ ponit ecclia Toletana cum mul
tis alijs eccleſijs et religionibꝰ ſcilicet Cum ap-
propinquaſſet ieſus hieroſolymis: illudqꝫ hic ex-
ponemus ad duos ſenſus predictos: reſeruãtes
euangelium officij Romani pro ſcda dñica hu-
ius aduentus: cuius omnes fere partes de iudi-
cio finali clariſſime agũt. Sed ne aliquid preter-
mittamus in miſſali Romano nõ expoſitum: in
quarta huius aduẽtus dñica illud adequabimꝰ.
Uoluit tamẽ (vt opinor) autor Romani officia-
rij vtrũqꝫ chriſti aduentũ ſimul ꝓponere in prin
cipio aduẽtus fidelibus/vel per euangeliũ de iu
dicio finali ibi poſitũ: voluit primum chriſti aduẽ
tum abditiſſimis tropis inſinuare: vt inferiꝰ de-
clarabimus. Euãgelium itaqꝫ Toletane eccleſie
ex capitulo.21. Matthei ſumptum ſolet etiam le-
gi in officio eccl'iaſtico dñica ſexta in quadrageſi
ma: ſcꝫ ad benedictionẽ ramorum: ſed ad aliud
longe propoſitũ/qꝫ in hac prima dñica aduẽtus:
ideo ſenſus hiſtoricus eiuſdẽ euangelij non erit
vtrobiqꝫ idem (ſecus de ſenſu litterali) ſed alius
in illo officio/⁊ alius in iſto requiritur hiſtoricus
ſenſus



ſenſus. In illa enim dominica ſexta quadrageſi
me hoc euangelium introducit chriſtum ad paſ-
ſionem ſuam venientem in hieruſalem ante ſex
dies paſche: vt alter euangeliſta expreſſit: et ideo
exponẽdum eſt: tunc de illa honorifica receptio-
ne chriſti in Hieruſalem. Similiter et de myſte-
rijs trigeſimeſexte generationis eccleſie chriſtia-
ne: vt infra ſuo loco dicemus. In iſta autem pri-
ma dominica aduentus hoc euangelium de-
ſcribit per hiſtoriam / liberationem populi dei a
duplici captiuitate ſua corporali / ſcilicet et ſpi-
rituali: per aduentum duplicis ſaluatoris figu-
ralis: videlicet et figurati/vt notauimus in pre-
cedentibus huius capituli. Per tropologiam
vero aduentum dei in mentes fidelium deuo-
torum que fiet in feſto natiuitatis Chriſti: deſi-
gnat ad liberãdum eos a ſeruitute ſuarum ten-
tationum. Et hos duos ſenſus huius euange-
lij opinione mea intendebant huius officij au-
tores. Alterum pro patribus veteris legis. In
exitu iſrael de egypto. Alterum pro fidelibus
preſentibus in eccleſia chriſti in exitu ſuo a car-
nali conuerſatione. Ad ſenſum ergo hiſtoricum
diuidamus hoc euãgelium in tres partes. Qua-
rum prima declarat qualiter deus aduenerit
ad liberandum ſuum populum. Secunda ibi:
hoc autem totum factum eſt: inſinuat qualiter
hoc remedium fuerat prius a deo patribus pro-
miſſum. Tertia ibi: plurima autem turba con-
cludit qualiter ſaluatoris aduentus effecerit in
Prima pars euã-gelij. ſuo populo magnum fructum. ¶ In illo itaqꝫ
tempore reuocationis / et renouationis mundi
circa medium tertie etatis. Uidens deus affli-
ctionem populi ſui qui erat dura ſeruitute op-
preſſus ſub Pharaone in egypto: videns quo-
qꝫ totius humani generis lapſum quo ſub ty-
rannide diaboli captiuum idolis ſeruiebat: dixit
illud Exodi. 3. Uidens vidi afflictionem po-
puli mei in egypto / et audiui clamorem eorum
propter duriciam illorum qui preſunt operibus.
Ideo deſcendi et veni vt liberem ipſum de ma-
nibus eorum. Cum ergo appropinquaſſet ieſus
ideſt ſaluatio populi dei: hoc eſt tempus in quo
debebat ſaluari a deo per aduentum ſaluatoris
miſſi ad eos: vt perduceret in pace hieroſolymis
ideſt ad terram promiſſionis vbi ſita eſt ciuitas
Hieruſalem que pacem ſignificat. Et cum iam
veniſſet Betphage (que eſt domus bucce) ideſt
iam precepiſſet eis deus Exodi.12. Ut comede-
rent agnum paſchalem: qui ⁊ phaſe ideſt tranſi-
tus dicitur: ad montem oliueti ideſt ad altitudi-
nem miſericordie ſue qua commotus erat eos li-
berare: mittens duos diſcipulos ſuos: ideſt ſer-
uos annũciatores doctrine ſue Moyſen ⁊ Aarõ
qui eſſent ductores illius populi. dixit eis ite in
caſtellum ideſt fortiſſimum regnum egyptiorum
quod contra vos eſt: ſcilicet odio et duro labore
vos proſequẽs: et inuenietis aſinam alligatam
ideſt plebem / vel ſynagogam iudeorum capti-
uam: ⁊ pullum cum ea: ideſt populum gentilem
ei adherentem: vt plane dicitur Numerorum.

11. Nam vocatur ibi vulgus promiſcuum: multi
enim ex gentilibus egyptijs adherebant aliquo
modo fidei iudeorum/et ſequebantur eos colen
tes deum hebreorum. Soluite ergo plebem me-
am ab illa ſeruitute duriſſima miraculoſis ope-
rationibus: quas ego ponam in manu veſtra: et
adducite mihi ideſt ſeparate eos ab infidelibus
vt venientes in deſertum locum ſacrificent mi-
hi/et ſeruientes colant me. Et ſi quis vobis reſi-
ſtens: vt Pharao vobis aliquid dixerit ideſt pre-
ceperit: vt non ſoluatis predictam aſinam: reſpõ-
debitis ei ex parte mea / et dicite ꝙ dominus
deus hebreorum ijs ſeruis ſuis opus habet.
Hec hiſtoria clare patet Exodi.5. Ubi Moyſes/
et Aaron ex parte dei dixerunt Pharaoni. Di-
mitte populum meũ: vt ſacrificet mihi in deſer-
tum. Eadem hiſtoria etiam figurauit modum
quo vniuerſalis ſaluator humani generis filius
dei Jeſus chriſtus venit in mundum ad liberan
dum genus humanum a ſeruitute diaboli que
erat ydolatria/ et quedam alia vitia immaniſſi-
ma. De illo aduentu ait apoſtolus ad Gala. 4.
Quando venit plenitudo temporis miſit deus
filium ſuum. ⁊c̃. Notantur itaqꝫ in hac prima
parte euangelij: quattuor precipua que perti-
nent ad modum ſui aduentus in mundum. Pri
mum eſt finis propter quem venit: vbi dicitur
Cum appropinquaſſet Jeſus ideſt ſaluator hu-
mani generis hieroſolymis ideſt viſioni pacis.
Unde colligit ꝙ finis ſui aduentus fuit viſio pa
cis: ideſt vt pacem cõponeret inter deũ et hoĩes/
inter angelos et homines / atqꝫ inter homines
et homines. Ante aduentum enim chriſti deus
natus erat hominibus teſte apoſtolo: eramus
inquit omnes natura filij ire: et hoc propter pec-
cata hominum: qui deſerto vero deo creatori ſuo
ad falſos deos ſe conuertebant. Angeli etiam
hominibus irati erant: quia eorum dominum
homines offenderant. Judei quoqꝫ et gentiles
diuerſos deos habentes inimici erant. In ad-
uentu autem chriſti omnes iſte inimicitie ablate
ſunt/ et facta eſt pax omnium. Ephe.2. Ipſe eſt
pax noſtra qui fecit vtraqꝫ vnum: nam veniens
euangelizauit pacem / et his qui prope ideſt iu-
deis/⁊ ijs qui longe erãt ideſt gẽtilibus: ⁊ pacifi-
cauit que in celis/⁊ que in terra ſunt: ergo Cum
appropinquaſſet Jeſus hieroſolymis. Senſus
erit ideſt cum adueniſſet pacificandis homi-
nibus ⁊c̃. Et in hoc denotatur finis ſui aduen-
tus primi. Secundo declaratur via per quam
venit cum ſubditur: et veniſſet Betphage. Uia
enim per quam venit ad nos filius dei eſt ſan-
ctiſſima mater eius virgo Maria: de qua in
quadam proſa cantatur in eccleſia. Hec eſt via
per quam venit ad nos vera deitas: et Ber-
nardus in quodam ſermone ait. Uirgo egre-
gia ipſa eſt via regia per quam ſaluator ve-
nit ad nos. Ipſa enim eſt domus pudici pe-
ctoris / et templum dei: ſed dicitur domus
oris: quia ex verbis oris ſui habuit quod eſſet
domus dei: ſcilicet quando legationi ange-

li Gabrielis reſpondens [illegible] ancilla domini fiat mihi ſecũdum ve[illegible] venit ergo dominus in Hieruſale[illegible] phage ideſt per vterum virginis. [illegible] tur forma quã veniens habuit:vbi dicit[illegible] montem oliueti ideſt pinguedinis olei: quod miſericordiam ſignificat Canticorum.I. Oleum effuſum nomen tuum.forma enim ſui aduentus fuit miſericordia.quia ⁊ pater eius qui diues eſt in miſericordia cum eſſemus mortui peccatis conuiuificauit nos in chriſto filio ſuo Ephe.2.⁊ ipſemet chriſtus filius dei ex miſericordia venit in mundum ad tollendum miſeriam noſtram.vnde predicãs dixit Matthei.II. Miſericordiam volo ⁊ non ſacrificium ideſt nolo mortem peccatorum. Quarto deniqꝫ notatur actus quem chriſtus veniens exercuit vbi dicitur.miſit duos diſcipulos ⁊c. venit enim predicans doctrinam dei in terra et miſit per mundum diſcipulos ſuos ad predicandũ eam. Hoc officium ipſe primo exercuit vt patet Matthei. 4. et poſtea diſcipulos ſuos ad idem per mundum miſit. Matthei vltimo ad illuminandum genus humanum:⁊ conuertendos homines ad deum. primo Judeos per aſinam ſignificatos/ſecundo gentiles quos denotat pullus aſine indomitus:hos enim precepit ab erroribus ſuis ſolui vt adducerẽtur ad verum deum qui prius ſeruiebant falſis dijs.quod domini mandatum ipſi diſcipuli deuote implentes innumeros gentilium et iudeorũ populos chriſto domino acquiſierunt ⁊ deſuper ſedere fecerũt per regalem preſidentiam ſuper eos quaſi ſubditos ſuos. veſtimenta autem diſcipulorum ſuper tales populos poſita: ſunt eorum doctrine/ exempla/⁊ miracula quibus mentes hominum preparabant ad hoc vt chriſto ſubderentur quaſi domino ⁊ regi ſuo. Ex predictis ergo patet ꝙ prima pars huius euangelij breuiſſimo enigmate deſcribit primum chriſti aduentum ad liberandum genus humanum a captiuitate ſpirituali ſub poteſtate diaboli:que figurata fuerat in illa corporali hebreorũ captiuitate ſub manu Pharaonis regis egypti a qua redẽpti ſunt ꝑ Moyſem ducem eorum.

Secũda pars euãgelij.

Ueruntamen vtraqꝫ populi dei liberatio erat promiſſa a deo antiquis patribus anteqꝫ fieret ſcilicet ſanctis patriarchis et prophetis. De prima enim ſcriptum eſt Geneſis. 15. vbi dominus dixit Abrahe:ſcito ꝙ peregrinũ ſit futurum ſemen tuum in terra aliena ⁊ ſubijcient eos ſeruituti atqꝫ affligent quadringentis annis. Ueruntamen gentem cui ſeruituri ſunt ego vindicabo. Jpſi autem egredientur cũ magna ſubſtancia: ⁊ generatione quarta reuertentur huc ideſt ad terram promiſſionis. De ſecunda liberatiõe (que eſt principalior) habetur Geneſis.22. Ubi dictum eſt Abrahe: in ſemine tuo benedicentur omnes gentes. quod exponens apoſtolus Gal.3. ait Non dixit deus in ſeminibus quaſi in multis ſed in ſemine vno qui eſt chriſtus:⁊ Geneſis. 49. prophetauit Jacob patriarcha ꝙ ex tribu Juda naſceretur chriſtus qui [illegible] a deo: ⁊ ipſe inquit erit expectatio gentium. Eſaias quoqꝫ ⁊ alij prophete omnes de eo prophetantes promiſerunt aduentum eius qui mittendus erat a deo. Sed inter ceteros Zacharias propheta magis expreſſe conditiones eius notauit: ideo euangeliſta alijs dimiſſis hunc allegauit dicens: hoc autem totum quod diximus circa modum veniendi ſaluatoris ad liberandum populum dei a captiuitate ſua: factum eſt vt impleretur ita ſicut deus promiſerat quod dictum eſt per prophetam Zacharie.9. Dicite filie ſion ideſt plebi mee ſubiecte ſpeculatori tyranno regi egyptij / vel diabolo qui eſt princeps mundi huius. Ecce rex tuus meſſias venit tibi manſuetus ſedens ſuper aſinam / et pullum ⁊c. Hanc promiſſionem propheticam impleuit deus quantum ad primam liberationem ſui populi a captiuitate egypti: quando miſit ad eos Moyſen ducem et rectorem populi fidelis:quare exhortans eos ad obediendum ei reuerenter / et amoroſe dixit: ecce ideſt attende popule meus diligenter ad verba mea: et eleua mentem ad contemplandas conditiones ducis tui quẽ ego mitto ad te:vt inde cognoſcas eum et inclineris ad ſequendum eum obedienter. Primo quia eſt rex et paſtor bonus non tyrannus: propterea accepi eum de cuſtodia et paſtu gregis Exodi.3. Secũdo quia eſt tuus frater ideſt de tua cognatione et progenie:quia de filijs iſrael/et non ex alienis. De quo etiam apoſtolus Paulus ait Hebreorum II. ꝙ zelo fidei negauit ſe eſſe filium filie Pharaonis:⁊ maluit affligi cum populo dei/ qꝫ temporalis regni infidelium egyptiorum habere commercium. Tertio quia venit tibi ideſt ad vtilitatem tuam hoc eſt ad procurandum bonum tuum non ſuum: venit enim ad te liberandum ab hac dura ſeruitute qua premeris in egypto. Quarto quia eſt manſuetus ſuper oẽs homines totius mundi: vt dicitur Numerorum.12. Jdeo non te gubernabit cum rigore:ſed cum manſuetudine / et benignitate. Quinto quia venit ad te non in furioſo equo: ſed ſedens ſuper aſinam/ vel pullum (quod expreſſe habetur de Moyſe Exodi.4. Jdeo non eſt ambicioſus honorum ⁊ dignitatum propter quas faciat iniuſtas exactiones in populo. Debetis ergo principem tales proprietates habentem leto animo / et reuerenter ſuſcipere obedireqꝫ ei / ac ſequi ipſum quocunqꝫ vos duxerit ex mandato dei. Et quia (vt diximus) Moyſes ille redemptor particularis figura fuit meſſie redemptoris vniuerſalis totius mundi: ideo eaſdem quinqꝫ conditiones/et in altiori gradu debetis in meſſia contemplari/et venerari: audientes prophetam dicentem toti humano generi: ecce attẽde erige te in deuotam contẽplationem tui ſaluatoris:vt cũ venerit reuerẽter ſuſcipias ipſum ꝓpter quinqꝫ. Primo propter ſtatum: quia rex Apoc.19. Rex regũ et dñs dñantium. Secũdo ꝓpter affectũ:qꝛ tuus ſcꝫ frater cum futurus ſit homo verus ſicut



et tu Geneſ. 37. Frater enim et caro noſtra eſt. Tertio propter beneficium: quia venit tibi ideſt ad vtilitatem tuam non ſuam: hoc eſt venit tibi dare regnum ſuum Matthei. 25. Uenite benedicti poſſidete paratum vobis regnum. Quarto propter officium: quia venit manſuetus non rigoroſus Matthei. II. Diſcite a me qꝛ mitis ſum et humilis corde. Quinto propter comitatum humilem: quia venit ſedens ſuper aſinam ⁊c. Jacobi.2. Nonne deus elegit pauperes ſcilicet ſocios in hoc mundo. Hec namqꝫ quinqꝫ genera perſonarum ſolent: homines mundani libenter recipere ideſt reges/conſanguineos/ benefactores/ſocios/et humiles. Chriſtus autem cum venerit has omnes pſonas ſimul geret apud vos: ideo debetis eum deuotiſſime expectare/⁊ reuerẽter ſuſcipere cum venerit. Hãc dei promiſſionẽ propheticam patribus factã de chriſto deus impleuit in fine quinte etatis mundi / et in principio ſexte mittens Jeſum nazarenũ filium Marie virginis de ſemine Abrahe/ ex tribu iuda/ex ſtirpeqꝫ Dauid: vt patet Matthei. I. Et tamen quando venit gentiles (quibus nulla erat facta promiſſio de eo) pro maiore parte eum inauditu auris faciliter ei obedierunt et deuotiſſime receperunt:quo contra de iudeis dicitur pro maiori parte Joannis.I. ꝙ ſui eum non receperunt ⁊c.

Tertia pars euãgelij.

Miſſo tandem a deo in mundum vtroqꝫ ſaluatore predicto figurali:ſcilicet ⁊ figurato:attendere oportet effectum ſuum/⁊ fructum quem fecit in populo dei ſibi cõmiſſo. Et primo hoc exponamus de Moyſe. Plurima inquit turba:ſcilicet iudeorum / et aliorum eis adherentium in Egypto volens prompte obedire duci ſuo / ⁊ ſequi eum: ſtrauerunt veſtimenta ſua in via / alij autem cedebant ramos de arboribus: et frõdes oliuarum/aut ſpatulas palmarum/⁊ ſternebant in via. Hec figuraliter ſignificant officia hebreorum in egypto que ipſi faciebãt in via ad prompte et expedite eundum quo duceret eos ſaluator Moyſes miſſus a deo:quia nudabant ſe veſtibus ſuis ſuperioribus/ ⁊ ſtrauerunt eas ſuper iumenta ſua ad liberius ambulandum per viã. Aliqui etiam eorum ex nimia leticia deferebant ramos in manibus ſuis / et in ſignum victorie dei ſui ſuper omnes deos egyptiorum. Alij deniqꝫ faciebant ſibi ſerta virentia ex floribus et frondibus arborum/et herbarum: maxime autem ex oliua et palma que victoriam ſignificãt. Poſſunt etiã hec corporalia geſta adaptari miraculis que facta ſunt per manum Moyſi in egypto ad expediendum viam qua hebrei exirent de captiuitate illa: et fuerunt decem principalia miracula ante illum exitum facta que dicuntur decem plage egypti. Nam eorum quedam facta ſunt in elementis terra/aqua/ ⁊ aere: alia in arboribus:alia in iumentis:alia in hominibus: que prolixe narrantur in capitulis Exodi.7.8.9.10.II. Poſſunt ſimiliter per hec intelligi miracula que facta ſunt in ipſo exitu hebreorum: ſcilicet obumbratio nubis precedentis diuiſio maris rubri: vt pateret hebreis via tuta/ ſubmerſio egyptiorum in mari: quorum ſpolia atqꝫ arma acceperunt hebrei. hoc eſt ergo quod dicitur plurima turba:ſcilicet egyptiorum ſtrauerunt veſtimenta ſua in via qua perſequebantur iudeos quia dimiſerunt eis ſpolia ſua. Alij vero ſcilicet iudei cedebant ramos ⁊c. Colligebant ſpolia nudatis egyptijs/ et turbe iudeorum que precedebant ideſt principaliores eorum: et turbe que ſequebantur ideſt minores pueri/ et mulieres cantantes pre gaudio leticie cantica dicebãt oſanna.i.obſecro ſalua nos: in excelſis ideſt in celis qui ſaluaſti nos in terris: de hoc clamore legitur Exodi. 15. Ubi dicitur ꝙ poſt tranſitum maris rubri quo hebrei ſaluati ſunt ſubmerſis egyptijs. Moyſes et omnes maiores natu filiorum iſrael cecinerunt canticum domino dicentes:cantemus domino. Glorioſe enim magnificatus eſt ⁊c. Et ſimiliter maria ſoror Moyſi cum alijs mulieribus ⁊ pueris aſſumens tympanum in manibus ſuis: idem canticum ſeorſum a viris cecinerunt. Bene ergo dicitur ꝙ turbe que precedebant ideſt maiores populi:et que ſequebãtur ideſt minores:idẽ canticũ clamabant dicẽtes. ⁊c. Similiter oportet notare fructus quos verus meſſias in Moyſe figuratꝰ fecerit,in aduẽtu ſuo. Nam poſtqꝫ ipſe predicauerat in omni regione iudeorum doctrinam celeſtem qua paratur via in celum vbi vera beatitudo:miſit predicatores in vniuerſum mundum qui primo in Hieruſalem/⁊ in omni iudea/⁊ ſamaria: ⁊ deinde omnibus regnis gentilium vſqꝫ ad extrema terre loca predicarent eandem doctrinam dicẽs eis: ego miſi vos vt eatis et fructum afferatis. Joannis.15. Fructus predicatorum fuit conuerſio populorum ad fidem chriſtianam. Nam primo quoſdam ex iudeis: deinde multos ex gentilibus ad ſe traxerunt. Et tunc verificatum eſt quod hic dicitur: turbe que precedebant: ideſt multi iudeorum qui priores erant in cognitione rerum diuinarum:et turbe que ſequebantur ſcilicet gentilium qui poſteriores venerunt ad fidem chriſti ſequentes doctrinam apoſtolorum: omnes iſti eandem eccleſiam conſtituentes chriſtianam: eandemqꝫ de vero meſſia profitentes/ atqꝫ in eo omnem ſpem ſalutis ſue ponẽtes clamant quotidie per vniuerſum mundum. Benedictus qui venit in noĩe dñi oſanna in excelſis. Quibus verbis tres notant virtutes theologice. Charitas in eo qđ dicitur benedictus: fides qui venit in nomine dñi ideſt legatus a deo. Spes oſanna.i.obſecro ſalua in excelſis:his virtutibus populi fidelium inclinati ad omnimoda opera bona: alij ſtrauerunt veſtimenta ſua in via ideſt corpora ſua que ſunt veſtes animorum expoſuerunt morti propter deum: vt martyres. Alij cedebant ramos doctrinarum ſanctarum: de arboribus ideſt de libris ſacre ſcripture et ſternebãt alijs fidelibus in via huius vite:vt doctores Alij frondes oliuarum ideſt opera miſericordie ſeu eleemoſynas faciẽdo eccleſias/monaſteria/

hoſpitalia magnifice dotauerũt: vt ſeculares domini reges/⁊ principes terre. Hactenꝰ ſenſu hiſtorico pertinẽte ad duos liberatores populi dei a duplici captiuitate eius. Super hunc ſenſum hiſtoricum facile edificabitur moralis ſenſus pro fidelibus preſentibus in hoc ſacro tempore aduentus. In quo ieſus ideſt ſaluator animarũ prelatus ſpecialiori cura/⁊ vigilia appropinquat hieroſolyme ideſt ſue eccleſie ꝑ officia repreſentantia primum chriſti aduentum. Venitqꝫ Betphage ideſt ad os/⁊ vocem predicatoris per frequentiam ſermonum in hoc tempore. venit etiã ad montem oliuarum ideſt ad opera miſericordie excitanda apud fideles: quia debent magis frequentari in hoc tempore/qꝫ in precedentibus eleemoſyne/⁊ alia charitatis opera in ꝓximos: mittit nunc diſcipulos ideſt curatos animarum: vt adducant ei per ſacramẽta eccleſie aſinã ideſt plebem eis ſubiectam: ⁊ pullum indomitũ ideſt dominum temporalem conuertant ad ſeruiendum deo in hoc ſacro tempore: ⁊ ad hoc melius peragendum imponant eis veſtimenta ſua ideſt bona exempla virtutum: quatenus chriſtus in feſtis natalibus veniens poſſit ſuper eos ſedere ideſt quiete manere per conſciẽtie ſerenationem et deuotam ſuorum myſteriorum contemplationem. Deinde prelatus ipſum fidelem populum hortatꝰ in autoritate Zacharie allegata: vt ſe bene preparet ad deuote ſuſcipiendum chriſtum in die natalis domini/vel ſacramentaliter/vel ſpiritualiter: ⁊ hoc propter quinqꝫ eius excellentes proprietates: ſcilicet quia optime regit ⁊ gubernat animas ſuorum/quia valde eas diligit/quia eis multa bona affert quando venit/ quia ſe affabilem et non ſeuerum eis oſtendit/et tandem quia venit ſanctis angelis aſſociatus. Tali vero cõmonitione prelati plurima turba fidelium in hoc ſacro tempore deuote ſe preparat ad bene occurrendum regi ſuo venienti: nam alij humiliant corpora ſua ad diſciplinas ⁊ ieiunia: alij intendunt operibus miſericordie/ſeu eleemoſynis pauperum. Alij ſtudio ſanctarum ſcripturarum vacant et contemplationi: alij deniqꝫ orationibus/tum publicis/tum priuatis ſe ⁊ alios proximos iuuant/atqꝫ conſolantur: ⁊ tam maiores/qꝫ minores quotidie in templo dei clamare non ceſſant Benedictus qui venit in nomine domini oſanna ideſt ſalua nos ducens animas noſtras in excelſis ideſt ad celeſtem beatitudinem que valde excelſa eſt. Cantus offertorij. Ad te leuaui animam meam: vbi ſupra. Eſt gaudium fidelis populi ſuper doctrina lectionis euangelice: que denunciauit eis aduentum ſaluatoris ad ſui liberationem a miſeria. Unde concepta fiducia ex magna dei liberalitate: petit iterum ab eo auxilium et fauorem ad vincendos deinde hoſtes / ſiue corporales vt in lege veteri/ſiue ſpirituales vt in lege noua. Secreta oratio. Hec ſacra nos domine: ſenſum moralem offertorij explicans offert deo ſacrificium eucharistie pro fidelibus preſentibus: petens etiam a deo cordis mundiciam: qua digne preparatus perueniat ad feſtum natiuitatis chriſti que fuit principium huius tam venerandi ſacramenti. Cantus poſt cõmunionem. Dominus dabit benignitatem: ex pſalmo. 84. Eſt vox fidelis populi: tam veteris/qꝫ noue legis qui poſt ſuam liberationem a captiuitate/ et miſeria: oſtendit certiſſimam ſpem quam habet de ingreſſu terre promiſſionis / vel celeſtis glorie ex benignitate dei. Sed in ſenſu morali (quem oratio ſequens. Suſcipiamus domine explicat) proximam nunciat chriſti natiuitatem repreſentatiuam ex virgine Maria: que etiã dicitur terra que dabit benignitatẽ ideſt benignum fructum. de qua Eſaie. 14. Aperiatur terra ⁊ germinet ſaluatorem. ⁊ apoſtolus ad Titum. 3. Apparuit benignitas et ſaluatoris noſtri ⁊c. Petit etiam hec oratio miſericordiam gratie dei in medio templi ſui ideſt eccleſie chriſtiane que eſt fidelium populus. Sumitur ille modus loquendi ex Pſal. 47. Qui de aduentu ſaluatoris clariſſime loquitꝰ. Ex hoc primo libri miſſalis officio: quod vtcũqꝫ enarrauimꝰ: patet clare modus et intentio quem proſequimur in toto opere circa expoſitiones diuinorum officiorum ad duos ſenſus hiſtoricum ⁊ moralem ſupradictos.

Moralitas euangelij.

Cantus offertorij.

Communio.

¶ Euangelium: erũt ſigna in Sole/ ⁊ Luna: qđ eccleſia Romana legit in hac prima dominica aduentus: in ſequẽte dñica exponemus de ſcđo aduentu chriſti ad iudicium: quia (vt diximus) eccleſia Romana in ſuis officijs permixte et ſimul vtrunqꝫ chriſti aduentum decantat. Poſſet tamen hoc euangelium primo aduẽtui adaptari accipiendo per ſolem chriſtum/per lunam virginem Mariam/vel eccleſiã: per ſtellas apoſtolos/et alios ꝓdicatores doctrine euãgelice: nam in primo chriſti aduentu in illis omnibus magna ſigna apparuerunt: de quibus Eſaie. 7. Ecce dominus dabit vobis ſignum. Virgo concipiet ⁊ pariet ⁊c. et Hieremie. 31. Nouum faciet dominus ſuper terram ⁊c. Agei. 2. mouebo celum et terram cum venerit: deſideratus cunctis gentibus ⁊c. Nam in primo aduentu multa ſigna ideſt miracula noua / et inaudita apparuerunt in celo ⁊ in alijs elementis/atqꝫ in hominibus ⁊c. Et hoc modo poſſet procedi per totum euangelium.

# ¶ Caput quartum de dominica ſecunda aduentus: in cuius officio commemorata felicitate veteris populi ſub regibus ſuis: agit de ſecundo Chriſti aduentu ad iudicium per hiſtoriam/et de aduentu dei ad mortem hominis per Tropologiam.



Argumentũ officij.



Nꝰ p̃cedẽtis capituli exordi officium huius ſecũde dominice aduentꝰ per hiſtorium rettulimus ad ſignificandũ ſtatum populi hebreorum ſub regibꝰ ſuis fidelibus ⁊ de cognatione ſua. De quo ſtatu pleniſſime agitur in quattuor libris Regum ⁊ in duobꝰ Paralipomenon. quare hic ſuppoſitis illis hiſtorijs ſacri textus cũ additionibꝰ Ioſephi in libro de antiquitatibus ⁊ Magiſtri hiſtorie ſcolaſtice: hoc breue ſumarium colligimus. ꝙ ſtatus ille ſecundus annorum fere quingentorum fuit populo hebreorum honoratiſſimus ⁊ fauorabilis valde. tum quia a ſuis regibus protegebãtur ab infidelium incurſibus melius qꝫ antea. tum quia eis ducibus exercitus ipſi audebant inuadere infideles ⁊ vincẽdo illos dilatabant imperium ſuum. tum quia ſub illis lex dei bona / cerimonie / et ſacrificia legalia optime ſeruabantur. tum quia vigebat iuſticia in illo regno qua mali puniebantur et boni tuti manebant in domibus ſuis. tum deniqꝫ quia in tẽpore illo claruerunt multi ſancti viri ⁊ prophete ſacrorum librorum ſcriptores magis qꝫ in precedente. de quo dicitur Iudicum. 17. in tempore illo inquit non erat rex in iſrael ⁊ quilibet faciebat quod volebat: ſcilicet quia non erat poteſtas coerciua malorum circa obſeruantiam legis et circa conuictum proximorum. vnde illa neceſſitate compulſi iudei: quia non erat iuſticia in regno illo: petierunt regem a deo qui eos pacificaret recto iudicio iuſticie ⁊ compeſceret effrenatos delinquentes et in deũ et in proximos. Et licet in primo illo libro Regum deus per Samuelem prophetam videatur difficultaſſe illã petitionẽ iudeorum: ⁊ non libenter illã exaudiuiſſe: hoc tamen ipſe non fecit propterea ꝙ iudei meliorem ſtatum haberent prius ſine regibus / qꝫ ſub eis poſtea habuerunt: ſed potius voluit premunire eos ad recte parendũ regibus bonis: qui tamen iudicio et opinione trãſgreſſorum viderentur eſſe mali/et tyranni propter executionem iuſticie contra eos: propterea voluit prius per illam difficultatem extorquere ab eis conſenſum: tam malorum/qꝫ bonorum illius populi regem petẽtis ſcilicet ad hunc finẽ: vt poſtea regibus ſuis actus iuſticie exercẽtibus eſſent obedientes: nec rebellarent pretextu tyrannidis/ et violẽtie ipſorum regum: quandoquidem cum tali conditione regem acceptaſſent. vnde factum eſt vt nullam rationem iuſte querele haberent contra deum: qui tali ſeruituti eos ſubiugaſſet ex ipſorum electione. Status ergo ille ſecundus iudeorum ſub regibus ſuis fuit tempus iudicij/et iuſticie exercende: quod licet eſſet bonis hominibus iocũdiſſimum: erat tamen malis ⁊ flagitioſis valde moleſtum. Conſtat ergo ſignificationi huius officij: in quo principaliter agitur de ſecũdo chriſti aduentu ad iudicium in fine mũdi: qꝫuis alique partes eius ad primum chriſti aduentum pertineant. Nam in Matutinis/Inuitatorium / Antiphone / et Reſponſoria lectionibus Eſaie permixta oĩa reſonant iudicem venturũ ⁊ regem in magna poteſtatis maieſtate ad terrorẽ malorum ⁊ conſolationem bonorum. In primo enim reſponſorio cũ tertio/⁊ ſexto eccleſia ad bonos dirigens ſermonem conſolatur eos annunciando illum chriſti aduentum: ideo vocat eos Hieruſalem/ Sion ⁊c. In ſecundo autem quarto/⁊ nono reſpõſorijs malos deterret nominando iudicem ſeueriſſimũ/ ⁊ regem potentiſſimum venturũ ſuper eos. Et in ſenſu hiſtorico poſſunt omnia hec eſſe verba Samuelis ꝓphete loquẽtis ad populum Hebreorum de futuro rege ſibi diuinitus prouidendo ad conſolationem bonorum ſpe pacis/⁊ quietis habende in regno: ⁊ ad terrorem malorum per cõminationem penarũ/⁊ iuſticie rigorem. Similiter antiphone laudũ aduentum iudicis perſonant: ſcilicet ecce in nubibus celi: ecce apparebit dominus ⁊c. Idem videre licet in alijs cantibus per omnes horas diei. Hoc eſt in antiphonis/capitulis/reſponſorijs/et verſibus: que omnia predictas duas intelligentias habere debent. Introitus miſſe huius diei: populus Siõ Ecce dñs veniet ⁊c. Eſaie. 30. Leticiã reſonat ad duos ſenſus. Siue propter exaltationem populi veteris ad honorem regie gubernationis (que teſte Ariſtotele eſt aliarũ optima) ſiue propter ſpeciem glorie chriſti/quã oſtendet in ſuo ſecundo aduẽtu ad letificandum ſanctos ſuos: quorum corpora reformabit configurata glorie claritatis ſue. In primo eñ ſenſu Samuel introducitur ad iudeos. Secũdi ſtatus vete. le. dicẽs Populus ſion. i. ciuitatis Hieruſalẽ: que in mõte ſion ſita eſt: ecce dominꝰ ⁊ rex tuus veniet tibi a deo miſſus ad tui optimã gubernationẽ pariter ⁊ honorẽ. Veniet inqꝫ ad ſaluãdas omnes gentes tuas ab oppreſſione malorũ que te vexabant per furta homicidia/adulteria/⁊ alia mala. tũ ab intraneis/ tum ⁊ ab extraneis hoſtibus illata: et auditam faciet dominus ideſt publicam ⁊ manifeſtam gloriam vocis ſue in regibus tuis valde glorioſis: et quorum geſta et fama audientur in omni terra habitabili: ⁊ hoc nimirum fiet in leticia cordis veſtri: ſcilicet quia videbitis vos liberatos a malis precedentibus et honoratos bonis preſentibus regibuſqꝫ glorioſis. Verſus. Qui regis iſrael intende/ex pſalmo. 79. Eſt vox populi letificati de bona annunciatione introitus: qui et deum orat prõ illius promiſſionis impletione: ſcilicet vt ipſe qui eſt proprius rex iſrael / et poteſt faciliter eis prouidere de bono rege intendat ſaluti eorum qui

Matutini.

Laudes.

Introitꝰ miſſe.

ſunt populus eius ⁊ oues paſcue eius: ideo pe=
tunt ſibi prouideri de bono paſtore. Et quia re=
gnum illud iudeorum fuit figurale de regno
chriſti: quod maxime apparebit in ſecundo eius
aduentu: ideo eadem verba introitus ſunt pro=
phetia de aduentu chriſti ad iudicium finale.
Hoc modo populus Syon ideſt eccleſia chri=
ſtiana: que magna dei ſecreta ſpecularis: ecce do
minus tuus ieſus chriſtus veniet in die finalis
iudicij ad ſaluandas omnes gentes ab oppreſ=
ſione diaboli ⁊ a dominio mortis ⁊ auditam fa
ciet dominus in toto mundo gloriam ideſt au=
toritatem ⁊ potentiam vocis ſue: qua omnes ad
iudicium citabit in iuſſu in voce archangeli ⁊ in
nouiſſima tuba vt ait apoſtolus. ⁊ hoc fiet in leti
tia cordis veſtri q2 ſtatim reſumetis corpora ve=
ſtra glorioſa: ⁊ loq̃tur ad bonos ſeruos dei: quo
rum oratio ad deũ pro impletione tanti boni co
rum eſt verſus ſequẽs: qui regis iſrael ideſt po
pulum videntium deũ: intende petitioni noſtre
cum effectu optato: qui per longam aduent⁹ hu
ius ſecundi dilationẽ videbaris noſtri oblitus.
Hec ſctõrum petitio de acceleratione ſecundi ad
uẽtus chriſti ad iudicium habetur expreſſe Apo
ca. 7. Uidi inquit animas interfectorum ꝛc̃. Sẽ=
ſum moralem huius introitus pro fidelib⁹ pre=

Oratio.

ſentibus explicat oratio vel collecta ſequens: ex
cita dñe corda nr̃a ꝛc̃. que in perſona toti⁹ eccle=
ſie petit a deo vt p grãm ſuam fideles excitet a
ſomno culpe ⁊ negligentie. ſpũalis: quatenus
optime preparẽt vias per quas ipſe ventur⁹ eſt
ad iudiciũ p̃ticulare in morte cuiuſlibet eoꝝ. i. p̃=
parent cõſciẽtias ſuas maxime in hoc ſacro tem
pore aduẽtus ad ſecure expectandũ eius aduen
tuũ in mortẽ vt poſſint ei occurrere leti quaſi bo

Epiſtole argumentum.

ni ſerui reddentes ei fidelẽ rationẽ de talentis ſi
bi cõmiſſis. Epiſtola. quecũqꝫ ſcripta ſũt ꝛc̃. Ro.
15. quamuis in ſup̃ficie littere videatur ſermo de
primo chriſti aduentu in mũdum (quo chriſt⁹ ad
populum iudeorum miſſus venit) ſolis eis pre=
dicauit in ſua propria perſona: quod fecit ad im=
plendas promiſſiones dei factas ſanctis patri=
b⁹ iudeorũ tamẽ re vera hec ep̃la ſicut ⁊ alie hu=
ius officij partes omnes inducitur ad loquẽdũ
de ſecundo chriſti aduentu ad iudicium figura=
to (vt dixim⁹) in erectione regni iudeorum in ſe=
cundo tempore veteris legis. Eſt ergo hec epiſto
la ſermo boni p̃lati ad populũ ſuũ ſiue in vete=
ri ſiue ĩ noua lege: quo fideles ſibi ſubditos vult
facere attentos ⁊ ſolicitos de ſua p̃paratione ne
ceſſaria ad hoc vt ſecuri ⁊ leti expectare poſſint
aduentum ſui regis glorioſi ad faciendum iudi=
cium ⁊ iuſticiam in hominibus ſui regni. Prepa
ratio aũt iſta in duobus maxime conſiſtit. ſ. in
pacientie perſeuerãtia ⁊ in ſpei lõganimitate. eſt
enim patientia de malo preſente: longanimitas
vero de bono futuro abſente: que duo obiecta cõ
tinue ſe offerũt ſeruis dei in hac vita. nam ⁊ ma
la plurima ſuſtinent a mundanis peccatoribus:
⁊ plurima bona expectant poſt hanc vitam. cum
dominus eorum iuſtus iudex fecerit vindictam
in nationibus ⁊ increpationes in populis. tales
ergo continue deſiderant ſecundum chriſti aduẽ
tum ad iudicium quo et liberentur a malis pre=
ſentibus ⁊ potiantur bonis eternis. Hec duo
preparatoria valde commendat ſermo noſtre e=
piſtole ad ſecundum chriſti aduentum relatus.
Que diuiditur in tres partes. Prima commonet
fideles ad hec duo ex ſacris ſcripturis. Secun=
da ibi: dico autem: idem facit ex chriſti geſtis ſeu
exemplis. Tertia ibi: deus autem. addit oratio=
nem ad hoc ipſum pro eis. Ad pacientiam et

Prima pars epiſtole.

ſpem habẽdas ante iudicis aduentum in vtroqꝫ
populo prelatus ſuos fideles exhortãs ait. Fra
tres mei chariſſimi in chriſto ſcire vos oportet ꝙ
quecunqꝫ ſcripta ſunt tam in lege q̃ꝫ in prophe=
tis ac etiam in ſacris libris hiſtorialib⁹ (vbi plu=
rima geſta ſanctorum patrum narrantur et qua
liter ſe habuerunt tam in aduerſa q̃ꝫ in proſpe=
ra fortuna) hec inq̃ꝫ omnia exempla et conſilia
ſcripta ſunt ex mandato dei ad noſtram doctri=
nam ideſt nobis neceſſariam in hac vita: vt in=
de doceamur habere patientiam in aduerſis cũ
ſpe liberationis noſtre ab eis potius ex dei mi=
ſericordia q̃ꝫ ex noſtra iuſticia: ⁊ inde conſole=
mur inter anguſtias preſentis vite. ꝙ ſi hec regu
la eſt generalis in communibus aduerſitatibus
⁊ periculis huius temporis ſcilicet ꝙ deus non
deſſerit ſperantes in ſe: ſed facit eis cum ten=
tatione prouentum: et hoc docent ſacre ſcriptu
re prophetarum et apoſtolorum in multis caſi=
bus periculoſis qui acciderunt ſeruis dei et mi
rabiliter liberati ſunt: multo magis credendum
eſt hoc eſſe verum in extremo periculo finalis iu
dicij dei vbi agetur de toto hominis bono vel
malo in eternum. Diſcamus ergo habere paciẽ
tiam ⁊ conſolationem in his malis temporali=
bus que nobis occurrunt ante iudicium finale:
⁊ experti dei miſericordiam in eis: concipiamus
firmam ſpem euadendi periculum damnatio=
nis eterne in illo iudicio vbi maxime nobis erit
neceſſaria dei miſericordia: ſine qua tunc nul=
lus poterit euadere a perditione. Hec eadem
doctrina confirmatur ex conditione ipſius dei
qui eſt autor pacientie ⁊ dator ſolatij ideſt con=
ſolationis ſeruis ſuis quando opus eſt: quia dat
eis gratiam qua pacienter ſubſtineãt mala oc=
currentia ſcilicet vel a deo immiſſa vel a malis
hominibus illata ⁊ tandem conſolatur eos. Si
ergo hec eſt conditio dei communiter erga ſer=
uos ſuos: credendum eſt ꝙ ſimiliter vobis da=
bit id ipſum ſapere in alterutrum ideſt ꝙ paci=
enter vos ad inuicem ſufferatis in malis: ſecũ=
dum ieſum chriſtum ideſt doctrinam eius / vel ſe
cundum exemplar eius qui multas iniurias /
vulnera / ⁊ magnam contradictionem patienter
ſubſtinuit a peccatoribus: adeo vt pateretur ſe
iniuſte iudicari et condemnari ad mortem. Et
ita oportet vos vnanimes ideſt conformes ani=
mo / etiam vno ore deũ honorare ideſt laudare
⁊ benedicere in aduerſitatibus veſtris: ſciẽtes q2
ipſe vulnerat ⁊ medetur / percutit ⁊ ſanat / ⁊ poſt



tempeſtatem tranquillum facit. oportet etiam ꝙ
non murmuretis contra deum in aduerſis per
impacientiam ſicut multi fatui de quibus apo=
ſtolus. 1. Cor. 10. dicit ꝙ perierunt propter ſuam
inſipientiã. Debetis etiam exemplo chriſti p̃di=
cto vos inuicẽ ſuſcipere. i. miſericorditer ſubue=
nire in neceſſitatibus ⁊ ſufferre in importunitati=
bus: ſicut ⁊ chriſtus ſuſcepit vos homines predi=
ctis modis. Et ideo deus merito ſue humilita=
tis / pacientie / et miſericordie exaltauit atqꝫ ho=
norauit illum iudicem faciens ſuper omnes
homines viuos et mortuos. Job. 36. cauſa tua
quaſi impij iudicata eſt: iudicium cauſamqꝫ re=
cipies. Simili modo exaltabit deus et honora=
bit humiles ſeruos ſuos qui pacienter tollerant
malorum perſecutiones: nam deus ob tale me=
ritum faciet eos aſſeſores iudicis chriſti in finẽ
mundi Matthei. 16. Sedebitis ⁊ vos iudican=
tes. ꝛc̃. et quia feciſtis opera miſericordie in pro=
ximos: inuenietis dei miſericordiam in iudicio
eius Matthei. 5. Beati miſericordes quoniam
ipſi miſericordiam conſequentur: ſcilicet a deo
qui etiam in iudicio vniuerſali opera miſericor=
die remuneraturus iuſtis dicet eis: venite bene=
dicti. ꝛc̃. Matthei. 25. Patet ergo optima prepa=
ratio fidelis populi ad ſecure expectandum ad=
uentum futuri regis iudicijqꝫ tremendi in fine
mundi. nam ⁊ fideles veteris legis eodem mo=
do expectabant imo ⁊ deſiderabant dari ſibi
a deo regem ac iudicem rectiſſimum. quod de=
us impleuit eis quando Samuel propheta vn=
xit Dauid in regem illius populi. qui anteq̃ꝫ de
facto regnaret fecit multa bona illi populo: et
ſimul cum hoc paſſus eſt ab eis multa mala:
que omnia ipſe equo animo tollerauit et pa=
cienter ſubſtinuit: propter que merita deus ip=
ſum exaltauit in regem et iudicem toti⁹ ſui po=
puli. qui etiam ex zelo diuini honoris iuſto iudi=
cio perſecutus eſt omnes ydolatras regni ſui
faciens diligentem inquiſitionem contra iude=
os qui colebant deos alienos. Item ex charita=
te proximorum fecit ſeueriſſima iudicia contra
latrones et homicidas alioſqꝫ malefactores in
populo. Bonis autem hominibus pacificis at=
qꝫ humilibus deuoteqꝫ religionem et legem dei
ſui obſeruantibus Dauid rex fuit valde beni=
gnus miſericors ⁊ fauorabilis. ⁊ ad tales Sa=
muel dirigebat ſermonẽ noſtre epiſtole: vt ſecuri
et quieti expectarẽt aduentum ſui regis atqꝫ iu=

Secũda pars epiſtole.

dicis. De quo ſtatim ſubditur. dico enim chriſtũ
ideſt vnctum illum in regem a Samuele aſſero
vobis fore Jeſum ideſt ſaluatorem ſui populi
a perſecutione malorum hominum: cuius ſignũ
preceſſit in eo quãdo liberauit exercitum iudeo=
rum de manu Golie et de toto exercitu philiſti=
norum. ⁊ hunc dico miniſtrum ideſt gubernato=
rem ⁊ paſtorem futurum circunciſionis ideſt po=
puli iudeorum: quod voluit deus propter verita=
tem ideſt ad verificanda verba ſua: hoc eſt ad
confirmandas ideſt firmas et certas faciendas
promiſſiones patrũ: ideſt patribus factas. Pro=
miſſerat enim deus populo hebreorum per os
ſancti Jacob patriarche Geneſis. 49. non aufe=
retur ceptrum regni de tribu Juda. ꝛc̃. propterea
ergo reiecto Saule de alia tribu / electus eſt Da=
uid de tribu iuda vt eſſet rex ſuper populum dei
et miniſtraret iuſticiam faceretqꝫ iudicium rectũ
in regno ſuo. vos autem gentes ideſt minores
populi hebreorum ſuper tam grandi miſericor=
dia vobis facta in tã bono rege honorate deum:
laudate ⁊ gratias agite qui dedit vobis talem
regem iuſtum / pium / ⁊ virilem in actibus ſu=
is. dicite ergo in laudẽ dei illud quod ſcrip=
tum eſt in libro pſalmorum: propterea confite=
bor tibi domine ideſt laudabo te in gentibus po
puli tui pacificandis. ⁊ rurſus Eſaias pro=
phetauit de huius regis ſublimitate: erit in=
quit virens et fertilis radix ieſſe qui fuit pater
Dauid: q2 ex ea naſcetur ille qui exurget rege=
re gentes populi ſui: et in eo gẽtes ille ſperabũt
pacem ſalutem et miſericordiam a deo. Et q2
Dauid fuit figura veri meſſie chriſti ieſu: idem
ſermo conuenit fidelibus chriſtianis qui ip=
ſum expectant venturum iudicem in fine mun
di. nam ex geſtis eius in primo ſuo aduentu
apud homines confirmatur ſpes de ſua miſeri=
cordia quam faciet ſeruis ſuis in extremo iudi=
cio liberans eos a damnatione. Dictum eſt en=
im ꝙ ipſe in primo aduentu miſericordiſſime
ſuſcepit nos: nunc autem magis declarando ea
que tunc fecit dico ieſum chriſtum fuiſſe mini=
ſtrum ideſt prelatum ⁊ predicatorem circunciſio=
nis ideſt iudaici populi circũciſi: propter veritatẽ
verbi dei ideſt ad confirmãdas promiſſiones pa
trum illius populi: quibus deus promiſerat ſe
miſſurũ ſaluatorem ad docẽdum eos in propria
perſona. ad implendum ergo hanc promiſſionẽ
dei ipſe meſſias in ſuo primo aduentu miniſtra=
uit iudeis predicando / miracula faciendo / ⁊ ſa=
cramenta ſalutaria inſtituendo. inſuper ex ſuper
abundanti miſericordia ſua non ſolum iudeorũ
ſed etiam gentilium procurauit ſalutem: qui=
bus tamen nihil promiſerat. nam miſit ad
eos diſcipulos ſuos apoſtolos. et de hac gen=
tilium ſalute per meſſiam procuranda prophe=
tauerant Dauid et Eſaias miſericordiam dei
magnificantes. ideo ait prelatus ad fideles ex
gentilibus. o gentes honorate deum ſuper mi=
ſericordia vobis facta de qua ſcriptum eſt pſal=
mo. 17. propterea ego eccleſia chriſtiana con=
fitebor tibi in gentibus ideſt laudabo te per ora
gentilium ad fidem conuerſorum. et iterum in
eodem pſalmo addit eccleſia: letamini in vero
deo vos gentiles cum plebe eius antiqua ideſt
cum fidelibus ex iudeis. et facite cum eis vni=
am eccleſiam ad laudem dei. et iterum in pſal=
mo. 116. ſcriptum eſt Laudate dominum om=
nes gentes vbiqꝫ terrarum et magnificate eum
omnes populi omnium nationum iam ſalu=
tem animarum conſecuti. et rurſus Eſaias capi=
tulo. 11. ait de ſalute gentilium. erit radix ieſſe
ideſt ille qui egredietur de radice ieſſe verus

meſſias nõ ſolum pro iudeis ſed qui exurget re
gere gentes:et in eum gentes ſperabunt ſalutẽ
animarum eternam ⁊c̃.patet ergo quanta fuerit
chriſti miſericordia in ſuo primo aduentu:quare
multo magis ſerui eius debent nunc ſperare de
ſua miſericordia quando iam glorioſus regnat
in celo: ꝙ liberabit eos a periculo futuri iudicij
ſui. exquo in celum aſcenſurus iã promiſſit om-
nibus gentibus eternam ſalutem Mathei. 28.
Ite in vniuerſum mundũ ⁊ docete omnes gen-
tes ⁊c̃.q.d.ex quo gentilium ſalutem eſt operatꝰ
quando eis nihil promiſſerat:multo magis eam
operabitur modo poſtqꝫ eis promiſſit illam.Ve
Tertia epiſtole ps. rum qꝛ fideles ex ſuis viribus forte non valerẽt
tãto tempore continuo ſeruare patientiã in ma
lis ⁊ ſpem firmam habere de bonis alonge futu
ris:opus eſt orare deum vt ipſe gratia ſua adiu-
uet infirmitatem noſtram vt poſſimus conſtan-
ter ſeruare patientiam/ſpem/⁊ longanimitatem
vt precedens ſermo ſuadebat.Deꝰ ergo ſpei no-
ſtre obiectum ⁊ cauſa repleat vos fideles omni
gaudio ⁊ pace in credendo hanc noſtram exhor
tationem ⁊ conſilia data vobis:quatenus abun
detis magis ſpe ⁊ virtute.i.fortitudine ſpiritꝰ ſan
cti expectantes ſine timore aduentum ſecundũ
chriſti ad iudicium:ſicut etiam antiqui patres ex
pectabant aduentum regis Dauid vt faceret in
eis rectum iudicium:qꝛ ad ſuam expectationem
adiuti ſunt etiã gr̃a dei.¶Ad ſenſũ vero moralẽ
Moralitas epiſtole. hec epiſtola pro preſentibꝰ eſt ſermo preparato-
rius ideſt preparans fideles ad expectandũ be-
ne aduentum dei ad mortem cuiuſlibet eorum:
in quo etiam fiet iudicium particulare de tota vi
ta hominis preterita.Hortaᵗ enim hec ep̃la fide-
les habere pacientiam inter mala preſẽtis vite
cum ſpe diuine miſericordie qua tandem ab eis
liberabitur per mortem ſuam per quam homo
iuſtus tranſit a laboribus ad requiẽ ſempiternã.
Ad hanc pacientiam multum valẽt monitiones
ſanctarũ ſcripturarum que ſub hac ſpe nos con
ſolantur:valent etiam exẽpla vite chriſti qui per
multiplicem paſſionem ſuam ꝑuenit ad gloriã
immortalitatis vt dicitur Luce vltimo:valent de
niqꝫ orõnes ⁊ ſuffragia ſctẽ matris eccleſie qui-
bus deus exoratur ſeu inclinatur adiuuare tribu
latos per gratiã ſuam vt poſſint equanimiter ſu
ſtinere hos labores propter deum. Cantus gra-
dualis: ex ſyon ſpecies decoris eius pſalmo
Graduale. reſpondet ex parte populi fidelis ad hanc lec-
tionem qua letificatus de conſolatione ſibi da-
ta ex ſpe aduentus boni regis ad faciendum re
ctum iudicium in hominibus contemplatur de
uote modum ſui aduentus in gloria ⁊ maieſtate
regia dicens primo populus veteris legis de re-
ge Dauide:ex ſyon arce fortiſſima in hieruſalẽ
ſpecies decoris eiꝰ:quia ex hoc ꝙ vi expugnãs
eam obtinuit a Jebuſeis fecit ſibi magnum ho
norem vt patet ſecũdi Regum.5.⁊ hinc motꝰ eſt
vt erigeret eam in caput/totius regni ſui.⁊ inde
procederet ſpecies decoris ideſt pulchritudo ho
noris eius.Ad illam arcem expugnandam ipſe
Dauid manifeſte venit in meridie poſitiſqꝫ ſca-
lis patenter per menia eius aſcẽdit. Verſus.Cõ
gregate illi ſanctos eius:ex eodem pſalmo: ad
iungit regi ⁊ ſuis militibꝰ etiam ſacerdotes ſan-
ctos ideſt conſecratos ſiue vnctos oleo ſancto:vt
ordinaret teſtamentum dei ideſt legem veterem
⁊ cerimonias eius augerent ſuper ſacrificia pri-
us a Moyſe iſtituta.q.d.voluit rex Dauid ꝙ hie
ruſalem caput regni ſui eſſet ciuitas ſimul regia
⁊ ſacerdotalis: ideo congregauit ibi ſacerdotes
in templo dei:vbi preter ſacrificia et alias legis
cerimonias vigeret etiã ſtudiũ ſapiẽtie legis dĩ ⁊
ꝓphetarũ ſub doctrina ſacerdotum.Secundo in
eodem cantu populus noue legis cãtat de chri-
ſto dicens ꝙ ex Syõ ideſt expecula celi appare-
bit in die nouiſſimo ſpecies decoris eiꝰ.ſ. quia
veniet in nubibus celi cum magna gloria ⁊ ma
ieſtate atqꝫ manifeſte ad iudicandas omnes gẽ
tes:nõ in humilitate ⁊ occulte ſicut in primo ad
uentu. ⁊ congregabuntur illi ſancti eius apoſto
li vt aſſeſores eius in iudicio Mathei.16. qui et
ipſi ordinauerunt teſtamentum eius nouum ſu-
p ſacrificia veteris legis ideſt melius qꝫ illa crẽt:
vel ordinauerunt ſpirituales intelligentias no-
ui teſtamenti ſuper ſacrificia carnalia veteris le-
gis.Aleluia. Letatus ſum in his que dicta ſunt
mihi pſalmus.121.eſt bonorum hominum exul- Aleluia
tatio ſuper proximo regis ſui aduentu ad iudi-
cium:eo ꝙ pertineat ad eorum gloriam ⁊ hono-
rem.et hoc verum eſt in vtroqꝫ populo.Letatus
inquit ſum ſpiritualiter in his que dicta ſũt mihi
tum in epiſtola tũ et ingraduali premiſſo de ad-
uentu regis mei:quia eo directore ⁊ autore ibi-
mus ſecuri in domum domini que eſt templum
dei in hieruſalem vbi eum adorabimus ⁊ cole-
mus latria:vel que eſt celeſtis aula paradiſi quã
intrabimus in fine mundi cum corporibus no-
ſtris iam glorificatis:quod hactenꝰ diutius ⁊ val
de deſiderauimus. ideo merito letari debemus.
⁊ illuc ĩtroducti ſtantes erunt ideſt quieti ⁊ ſecuri
pedes nr̃i p quos etiã affectiones ⁊ cogitatiões
animi intelligere poſſumus q̃ in gloria celeſti nõ
fluctuabunt ab alijs in alia euntes ⁊ redeun-
tes ſed omnes noſtre cogitationes erunt pacate
⁊ ſecure in atris hieruſalem ſiue terreſtris ſiue ce
leſtis.Euangelium:Erunt ſigna in ſole ⁊ luna. Euangelij
Luce.21. aperte deſcribit ſecundum chriſti ad- argu-
uentum ad iudicium ⁊ qualitatem ſecundi ſta- mẽtum.
tus veteris populi iudeorum ſub regibus ſuis
exercentibus iudicium in populo illo.Ad quem
ſenſum hiſtoricum totum euangelium intelligi-
tur eſſe doctrina Samuelis prophete ſermonẽ
faciẽtis populo iudeoꝝ Dauid rege ſuo futuro:q̃
ꝓpter gubernationẽ ſecularẽ ſuorũ ſubditoꝝ i pace
et iuſticia etiã reformaturꝰ erat ſacerdotes ⁊ leui
tas quãtum ad cerimonias legis dei ⁊ religiõis
ſancte: talis aũt ſermo licet bonis ⁊ deuotis ho-
minibus eſſet conſolatorius ⁊ periocundus: ſcꝫ
propter quietã ⁊ pacificam vitã eorum in domi-
bus ſuis: tũ ſceleratis ⁊ flagicioſis irreligioſis et
indeuotis erat valde terribilis:ſcꝫ propter expe-



ctationem penarũ ſibi debitarum:iuxta facinora
ſua. Sed pro intelligentia vocabulorum huius
euangelij quãtum pertinet ad hũc ſenſum hiſto-
ricum eſt hoc prenotandum ꝙ licet in lege euã-
gelica poteſtas ſacerdotalis: qꝛ maior ⁊ dignior
ſeculari: per ſolẽ ſignificetur ab Innocentio pa-
pa.3.poteſtas vero regia per lunã: qꝛ minor eſt:
vt pꝫ i cap̃. Solite.De maioritate ⁊ obediẽtia:tñ
in lege veteri ꝑor/maior/⁊ dignior erat poteſtas
regia/qꝫ ſacerdotalis: ideo illa p ſolẽ hec vero p
lunam debẽt intelligi. Quia illi ſacerdotes non
habebant a deo poteſtatem ſuper animas homi
num pluſqꝫ alij laici: ſed ſolũ habebant poteſta
tem ſuper corpora: ſcꝫ in his que pertinebãt ad
tẽplum dei/⁊ cerimonias ſacrificiorum. ꝓpter
quod non dicebantur habere claues regni celo-
rum: ſed illius tẽpli materialis qꝛ poterant ape-
rire illud dignis ⁊ claudere indignis.His ꝓmiſ-
ſis euãgelium noſtrũ in ſenſu hiſtorico habebit
tres partes. Prima eſt regie maieſtatis prenũ-
ciatio. Scd̃a ibi:tunc videbunt:eſt eiuſdem rea-
lis exhibitio. Tertia ibi:amen dico vobis ⁊c̃. eſt
dictorum certificatio. In illo itaqꝫ tẽpore veteris
legis quo Samuel propheta iudicabat popu-
lum iſrael:ipſe aliorum dñs et Jeſus.i.ſaluti ſui
populi intendens ꝓuidere dixit diſcipulis ſuis
ideſt ſue gubernationi ſubiectis.Ecce appropin
quat.ſecundus ſtatus huius noſtri populi viuẽ-
tis ſub lege Moyſi in quo ſtatu ſcd̃o prenuncio
vobis ꝙ erũt magna ſigna excellẽtie noſtre.hoc
eſt videbitis magnas nouitatates ⁊ reformatio-
nes in toto populo iſrael quantũ ad omnes ho-
minum cõditiones ⁊ ſtatus.Primo eñ erunt ſi-
gna in ſole.i.in ſtatu iudicum ſecularium:quorum
poteſtas eſt ſicut ſol in populo dei. Deinde erũt
ſigna in luna.i. in ſtatu ſacerdotũ ſacramẽta dei
miniſtrantiũ:quorum poteſtas/ſeu autoritas lu-
ne cõparatur: nam per neomenias ⁊ alias lune
varietates feſta ⁊ officia ſua diſponunt: vt patet
in Exodo ⁊ Leuitico.Tertio erũt ſigna in ſtellis
ideſt in ſapiẽtibus ⁊ prophetis qui ad iuſticiam
erudiunt ſeruos dei quaſi lucerne lucẽtes in ca-
liginoſo loco populi noſtri.Quarto erit preſſura
ideſt anguſtia magna in terris. i. in hominibus
terrenis qui ſequunᵗ voluptates ſuas:⁊ ideo di-
citur preſſura gentiũ.i.hominum armatorum ad
prohibenda vitia ⁊ errores malorum ex manda-
to iudicis: cuius publicũ editũ cõtra maleficos
erit ſicut ſonitus maris:quia amare pene comi-
natorius:⁊ fluctuum.i.perſecutionem contra fu-
gitiuos.Hec eñ oĩa cauſabũt cõfuſionem in po
pulo:qꝛ de eodem edito aliqui gaudebunt ⁊ alij
triſtabũtur.q.d.erit in populo iſrael in hoc ſecun
do tempore notãda ⁊ admirabilis mutatio: ſed
pertinebit ad honorem ⁊ vtilitatem huius popu
li qꝛ fiet in omnibus ſtatibus eius: nam pro iu-
dicibus inualidis dabitur vobis rex potẽtiſſimꝰ
qui ſedens in ſolio iudicij ſui intuitu ſuo diſſipet
omne malũ.In ſacerdotum officijs addetur ma
gna gloria ex regis beneficio et deuotione: nam
reiecto tabernaculo portatili a Moyſe facto fiet
templum ſtabile ex lapidibus precioſis: in quo
etiã inſtituẽtur noui cãtores ⁊ noui modi cantuũ Noui modi.
muſicorũ: ⁊ pro vno ſummo ſacerdote a Moyſe
inſtituto addenᵗ viginti quattuor pontifices:qui
per vices ſuas ordinate miniſtrẽt in templo dei.
Numero etiã minorum ſacerdotum ⁊ leuitarum
multi addẽtur:augebitur quoqꝫ numerus ſacrifi
ciorum/⁊ aliarum cerimoniarũ religionis ſancte
ex decreto et munificentia regis catholici. Con-
gregabitur preterea in templo dei conuentus ſa
pientũ doctorum qui quotidiano ſtudio verſent
queſtiones pertinẽtes ad ſenſus ꝓfundos legis
diuine reuelate in ſacra ſcriptura libroꝝ Moyſi:
ad cuius etiam maiorem explicationẽ inſurgent
in populo dei durante hoc ſecũdo tẽpore magni
prophete deo pleni qui apertis oraculis aduen-
tum ſaluatoris mundi prenũciantes cõſolabun-
tur populũ dei:nam de Eſaia aliorum elegãtiſſi
mo dicitur Eccliaſtici. 48. ꝙ ſpiritu magno vi-
dit vltima ⁊ cõſolatus eſt lugẽtes in Syon. Hec
ergo ſunt ſigna que vobis predico futura in ſole
et luna/⁊ ſtellis: ⁊ quia rex catholicus intẽdens
diſſipare omne malũ in ſuo regno non ſolũ pu-
niet latrones/homicidas/ adulteros ⁊ alios hu-
iuſmodi peſtilẽtes homines deterrebit ſeuerita-
te iudicij ſui: ſed etiã multos ex maioribꝰ popu-
li ad ydola colenda declinantes relicto vero deo
ipſe perſequetur per rigoroſam inquiſitionẽ con
tra eos:ideo fiet tũc magna preſſura gentiũ ideſt
gentiliter viuentiũ hominum in regno iſrael pre
cõfuſione.i.horrore ſonitus maris ⁊ fluctuũ mo-
do expoſito areſcẽtibus preniminia triſticia malis
hoibus ex timore et expectatione pene grauiſſi-
me que ſupueniet vniuerſo pene orbi regni ſui:
nam ad hoc rigoroſum iudiciũ exercendum per
regis zelum bonũ virtutes celorum.i. angeli cu-
ſtodes huius regni cõmouebuntur ad faciẽdum
exercitum in auxiliũ regis catholici a deo vt pre-
ualere poſſit cõtra perfidos:quatenus deinceps
nõ liceat cuilibet facere quod voluerit ſicut lice-
bat in tempore iudicum.Nam tunc.i.in ſecundo Scd̃a ps
tempore quod cito incipiet in vobis: oẽs fideles euãgelij.
huius populi videbunt filium hominis infimi ⁊
plebei exaltatũ ex diuina electione ad honorem
regie dignitatis:venientem ad gubernandũ po-
pulum dei in nube.i.veſte glorie indutũ:cum po
teſtate magna.i.exercitu bellatorũ hominũ valla
tum:⁊ maieſtate.i.multitudine magnatum aſſo-
ciatũ.hoc modo incipiet apparere rex inter vos:
vt habeatur a ſubditis ſuis in veneratione ⁊ re-
uerentia ex diſſimilitudine amictus/⁊ comitatus
atqꝫ domus ad alios homines ſui regni.His au
tem differentijs fieri incipientibus circa perſo-
nã regis:vos humiles ⁊ quieti de populo reſpi-
cite gubernationem eius: ⁊ leuate capita veſtra
per ſpem bonam:quia appropinquat.i.prope eſt
redẽptio veſtra ab oppreſſione maloꝝ:qua tene-
bamini quaſi deiecti/⁊ captiui.Et declarãdo hãc
prenoſticationem regis futuri dixit illis ſimilitu
dinem.i.cõparationem ⁊ parabolã in rebus na-
turalibus:qua melius intelligerẽt quod dictum

erat eis de aduẽtu regis futuri. Cum videtis inquit in anno ſolari ficulneã ⁊ omnes alias arbores ꝙ ꝓducunt iam ex ſe fructũ poſt folia ⁊ flores: ſcitis per experientiã naturalẽ ꝙ iam hyems tranſijt ymber abijt ⁊ receſſit: ⁊ prope eſt eſtas. i. bonum ⁊ iocundũ tempus anni ex acceſſu ſolis ad nos: cuius calore vitali excitãtur vires naturales hominum / ⁊ etiam arborum a dextra: que cõſtipante frigiditate hyemis recluſe erãt ad trũcum ⁊ radices: ita et vos putate ꝙ eodem modo res ſe habeat in moralibus que ad hoies pertinent: nam tempus tyrãnidis malorum hominũ eſt ſicut hyems gelida que retrahit bonos ⁊ humiles: vt non audeãt apparere in pplo: ſed tempus quo venit ad gubernandum rex ſapiens et iuſtus: qui etiã ſoli aſſimilatur eſt ſicut vernum ⁊ calidũ tempus: nam huius ſolis calore. i. fauore boni regis audent loqui / ⁊ apparere boni hoies in pplo dei. Vos ergo cũ videritis hec que diximus de exaltatione regis fieri in patria iſta: ſcitote quia ꝓpe eſt regnum dei. i. tẽpus quo deus regnet in vobis: nam in priore tẽpore potius diabolus regnabat per malos homines miniſtros ſuos: ⁊ ſub tali regno dei erit redemptio veſtra a malis predictis. Hec oia que Samuel propheta dñi predixit iudeis in fine primi tẽporis ve. le. maxime impleta ſunt ſub regno Dauidis ⁊ filij eiꝰ Salomonis. qꝛ regnũ Saulis magis viſum eſt pertinere ad tẽpus iudicũ iſrael: ⁊ totũ fere ꝑactũ eſt in diebꝰ Samuelis qui fuit vltimus iudicũ eius: nã in Saule non apparuit tãta virtus ad debellandũ hoſtes regni / neqꝫ ad domãdum ſuperbos populi / neqꝫ ad ꝓhibẽdum cultũ ydolatrie a iudeis: vt pacificaret totum eoꝝ regnum ſicut fecerunt alij boni reges: ideo qꝛ viſo regno Saulis poterãt boni iudei arguere Samuelem de mẽdacio in ſuis ꝓmiſſionibus: additur eius reſpõſio, Amen dico vobis ideſt per certitudinẽ affirmo: qꝛ non preteribit generatio hec hominũ quibus ego promiſi ibonũ regem / ⁊ pacificationem regni: donec omnia que ego dixi fiãt. i. impleantur in vobis cũ effectu. Nam Saule electo ꝓter inſipiẽtiã ⁊ culpã ſuam: veniet alius melior rex ex dono dei: qui per gratiã ſibi datam / ⁊ per adiutoriũ bonorum angelorum hoſtes regni infideles debellabit / ſuperbos ppli domabit / ydolatras iudeorum fugabit / et totũ regnum maxima libertate paceqꝫ donabit. Hec inqꝫ oia in diebus veſtris implebunt ſicut deus ꝓmiſit vobis: quia potius celũ ⁊ terra ⁊ totꝰ mundus corporalis periret / qꝫ verba mea a deo mihi inſpirata eſſẽt falſa: nam ordinatio diuina de rebus ſpiritualibus ſui populi firmior / ⁊ certior eſt in ſua veritate / qꝫ tota rerum corporaliũ machina in ſua entitate: ⁊ ꝓpterea audeo dicere ꝙ celũ ⁊ terra trãſibunt ꝑ corruptionem / vel anihilationẽ: verba autem non preteribũt: ſcꝫ tranſeundo a veritate in falſitatem: qꝛ deus non poteſt mẽtiri / nec fallere prophetas ſuos. Hactenus Samuel de aduẽtu regis ⁊ iudicis boni in pplo iudeoꝝ. Sed ꝑlatus eccl'ie chriſtiane eũdem ſermonẽ facit de aduẽtu

Tertia ꝑs euãgelij.

ſcdo chriſti ad iudiciũ in fine mundi: qui figuratus fuit in electione regis Dauid miſſi ad iudicãdũ populũ iſrael in veteri lege: in hoc em̃ euãgelio fit ſermo de modo ⁊ ordine iudicij finalis circa qd tria notanẽ. Primo quedã antecedẽtia iudiciũ. Scdo quedam cõcomitãtia. Tertio quedã ſubſequẽtia. Antecedent iudicium tribulationes multe ⁊ magne: que hoies affligent vehemẽter. ſed illarũ tria genera precipue hic explicãtur: ſcꝫ ſigna terribilia / antichriſti fallacia / ⁊ ignis vehemẽtia. De ſignis q̃ iudicium precedẽt dicitur hic confuſe: erunt. i. apparebũt ſigna terribilia in ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis in terra ⁊ in mari / atqꝫ in hominibus. Sed hec ſigna particularius explicantur in alio euãgeliſta Matthei. 24. vbi dicitur ꝙ ſol obſcurabitur multiplicibus eclipſibus preter cõſuetudinẽ alioꝝ tẽporũ: ⁊ luna non dabit lumen ſuum etiã ſepius eclipſata: et ſtelle comate / atqꝫ ignite cadẽt de celo. i. de aere in terrã: ⁊ terremotus magni erunt ꝑ loca diuerſa in quibus habitant homines: peſtilẽtie fames terroreſqꝫ de celo ideſt tronitua horribilia: ⁊ ſigna magna erunt in mari / ⁊ in oibus fluuijs. vocanẽ autẽ hec ſigna. i. miracula qꝛ erũt extra ſolitũ curſum naturalem apparẽtia qualia nunqꝫ prius viſa fuerũt: vel qꝛ deus ordinabit ea ad ſignificãdum futura mala in perſecutione antichriſti: de quibus ſecũdo dicitur: areſcẽtibus hominibus pre timore ⁊ expectatione que ſuperueniẽt vniuerſo orbi terreno. Antichriſti em̃ perſecutio / tyrãnis ⁊ fallacia quadruplex futura creditur: ſcꝫ per tẽporalia munera / per falſa miracula / per difficilia argumẽta / et per exquiſita tormẽta: ⁊ hec quattuor ſignificanẽ in predictis ſignis Solis / Lune / Stellarũ / ⁊ inferiorum elemẽtorum. Sol em̃ fideliũ chriſtus eſt. Malachie. 3. Luna eſt eccleſia ſpõſa eius. Apocal'. 13. Stelle ſunt ſapiẽtes et prelati. Daniel'. 4. Sonitus maris ⁊ fluctuũ ſunt perſecutiones tyrannorum. Apoca. Prima itaqꝫ antichriſti perſecutio erit cõtra auaros quos ꝑ munera pecuniarum obcecabit et decipiet auertens eos a fide chriſti Danielis. 11. dominabitur ſcꝫ antichriſtus theſaurorum auri ⁊ argẽti ⁊ in omnibus precioſis lapidibus ⁊ veſtibꝰ egypti dñabitur ⁊c̃. ſequitur multiplicabit gloriam. i. honores hominũ et dabit eis poteſtatẽ in multis / ⁊ terram. i. terrenas dignitates diuidet gratuito. i. gratis ⁊ pro ſuo libito. Ex hac perſecutione ſol chriſtus obſcurabitur in cordibus fideliũ per interpoſitionem nubis terrenorum bonoꝝ qꝛ diſcredent articulis fidei ⁊ dimittẽt eam. Secũda deceptio eius erit ꝑ falſa miracula cõtra ſuperſticioſos ⁊ curioſos homines Matthei. 24. Surgẽt pſeudo chriſti ⁊ dabunt ſigna magna ⁊ prodigia: ita vt in errorẽ ducãtur etiam ſi fieri poteſt electi ⁊ Apoca. 13. fecit ſigna magna ⁊ ſeduxit habitãtes in terra. Ex hac iterum perſecutione luna ideſt eccleſia nõ dabit lumẽ ſuum: lumen inqꝫ miraculorum que olim clareſcebãt in ea: ſed pro veris miraculis ſanctorum: erunt falſa miracula peruerſorũ. Tertia deceptio antichriſti fiet per argumẽta ſophiſtica cõ

Antecedẽtia iudiciũ tria

Primũ.

Scdm.



tra ſapientes vaniloquos: qui dimiſſa ſacre ſcripture plana firmitate ambulãt in queſtionibus ⁊ vanis doctoꝝ opinionibꝰ cõtẽtioſis. De his antichriſti argumẽtis dicitur Danielis. 11. eleuabitur ⁊ magnificabitur contra omnem deũ et aduerſus deum deorum ideſt maximum deũ chriſtum: loquetur magnifica. ideſt magna et difficilia argumẽta. quia nitetur ex ſacris ſcripturis ſe probare eſſe verum meſſiam a deo promiſſum ⁊ ꝙ ieſus chriſtus fuit falſus propheta ⁊ deceptor hominum ⁊ in hac perſecutione ſtelle multe et magne cadent de celo ſancte matris eccleſie: qꝛ prelati et doctores fidelium decepti argumentis ſophiſticis diſcedent a fide catholica que tunc in ſolis plebeis et ſimplicibus remanebit. Quarta antichriſti perſecutio erit per grauiſſima ⁊ immania: tormenta contra ſimplices populos (quos firmos in fide reperiet) nolẽtes ſue nequitie acquieſcere. Matthei. 24. erit tunc tanta tribulatio qualis non fuit ab initio mundi: nec poſtea fiet ⁊ niſi abreuiati eſſent dies illi non fuiſſet ſalua omnis caro Et apoca. 13. datum eſt illi ideſt permiſſum a deo bellum facere cum ſanctis et vincere illos ⁊c̃. In qua quidem perſecutione erit in terris magna preſſura gentium preconfuſione ſonitus maris ideſt publici editi per precones antichriſti contra chriſtianos: ⁊ preconfuſione fluctuum. ideſt tormentorum immaniũ ⁊c̃. Tertio de ignis vehementia dicitur: areſcentibus hominibꝰ ⁊c̃. nam poſt mala predicta iam appropinquante die iudicij in fine mũdi: ignis ante ipſum iudicem precedet vt dicitur pſalmo. 96. ⁊ inflamabit in circuitu inimicos eius ideſt peccatores terre. Rationem huiꝰ ignis aſſignat beatus Auguſt. 10. de ciuitatate dei. Sicut enim inundatione aquarum factum eſt diluuium ad delendum peccatores terre in fine prime etatis: ita magnoꝝ igniũ cõflagratione mũdi huius figura peribit in fine ſexte etatis. Et forte intendit dicere Auguſt. ꝙ ſicut in prima etate mũdi abũdabat in hominibus ignis ſiue ardor luxurie: quem oportuit per aquam extinguere: ita etiam in fine ſexte etatis abundabit in hominibus gelu auaritie frigidiſſime ſeneſcẽte iã mũdo ꝺ quo dñs ait Mathei. 24. ꝙ tũc abũdabit iniquitas. i. iniuſticia inter homines et refrigeſcet charitas multorum: ad quam iterum accendendam oportet homines purgari per ignis incendium. Poſſumus etiam addere ad verba Auguſtini ſatis rationabiliter: ꝙ ſicut quando factum eſt diluuium aquarum opperti ſunt omnes mõtes excelſi ſub aquis adeo vt ſup eos aſcenderent aque diluuij quindecim cubitis. Geneſis. 8. ita in fine mũdi ſuperueniet tanta abũdantia ignis ex ordinatinoe dei ꝙ totã terrã cooperiet ⁊ aſcendet ſuper eam quindecim cubitis: quia vſqꝫ ad tantum ſpacium aeris aſcendere poſſunt opera hominum que purganda ſunt. Nam ignis ille veniet vt inſtrumentum diuine iuſticie ad puniẽdum peccatores. et tria maxime faciet. Primo enĩ faciẽ terre purgabit ab infectionibꝰ hominũ

Tertiũ.

ſcdo corpa hominũ viuentiũ incinerabit vt impleanẽ illa ꝺi ſentẽtia in oibus: puluis ⁊c̃. et in puluerem reuerteris Geneſis. 3. Et ad hunc ſenſum videtur apoſtolꝰ dixiſſe prime Cor. 15. Nos qui viuimus non preueniemus in aduentu domini eos qui iam dormierunt ideſt non erimus nos melioris conditionis quantum ad corpora noſtra qꝫ ſancti defuncti quorum corpora omnia incinerata ſunt. Tertio ille ignis animas quorundam fidelium (qui penas temporales ſuis peccatis taxatas nondum impleuerunt) plene purgabit vt non ſit iam deinde neceſſarium purgatorium pro animabꝰ hominũ que oẽs iã erũt in termino ſue vie. Hec ſentẽtia de igne vltime ꝯflagratiõis cõfirmanẽ autoritate eccl'ie vniuerſalis: q̃ in officio defunctorum cantat quotidie: qui venturus es iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ ſeculum per ignẽ. Sed ſancti viri qui nihil purgandum tunc habebunt: nullam penam ſentient ab illo igne: qui tamẽ corpora eorum incinerabit. Additur in textu euangelij quaſi ratio omnium predictorum cum ſubditur: nam virtutes celorum ideſt angeli cõmouebũtur ſcꝫ miſſi a deo ad faciẽda oĩa ꝑdicta ſigna qꝛ ſcdꝫ Gregoriũ miracula facere pertinet ad ordinẽ virtutum. et precedent angeli faciem iudicis ad exercẽdam punitionem peccatorum iuxta illud Sapien. 14. armabitur cum eo omnis creatura contra inſenſatos ſcilicet peccatores. Sunt tamen qui dicant ꝙ hic ꝑ virtutes celorum intelligendi ſunt omnes nouẽ ordines angelorum: qui cõmouebuntur timore quodam reuerentiali in aduentu iudicis tã terribilis: vel cõmouebuntur admiratione inſolita ſuper tam diſtricto ac rigoroſo examine actuum humanorum. Alij dicunt ꝙ iſta clauſula ſit intteligenda de virtutibus naturalibus corporum celeſtium: que cõmouebuntur quadam diuina motione inſolita ad cauſandos ſupradictos effectus admirabiles in mundo: et concordãt dictum chriſti cum illo Geneſis. 6. vbi Moiſes de diluuio loquens dixit ꝙ aperte ſunt cataracte celi. ⁊c̃. ideſt applicate ſunt diuinitus virtutes celi ad cauſandam exceſiuam pluuiam ſuper terrã. et ita in fine mundi diuina ordinatione eedẽ virtutes celorum cauſabunt exceſſiuum ignem ⁊ magna incẽdia in omnibus elementis. Concomitantia iudicium ſimiliter erunt tria ꝑcipua. primum erit iudicãdorum cõuocatio. Secũdum / geſtorum diſcuſſio. Tertium ſentẽtie promulgatio. De primo dicit textus ꝙ tũc ideſt poſt predicta mala hominis reſucitati videbunt filium hominis ieſum chriſtum venientem ⁊c̃. Iſta mortuorum hominum reſurrectio generalis fiet virtute dei miraculoſa et ſuper facultatem totiꝰ nature create: ſed nihilominus angeli ad eam faciendam miniſtrabunt deo: qꝛ vt apoſtolus dicit 1. Theſ. 4. filius hominis in tuba dei et in voce archangeli deſcendet de celo. quod exponens beatus Hieronymus dicit ꝙ archangelus Michael voce terribili: que audietur in toto mundo clamabit dicens. Surgite mortui venite ad iudi

Cõcomitãtia iudiciũ tria.

Primo.

cium. ad quā vocem in ictu oculi omnes homines quotquot fuerunt ab initio mundi vſqꝫ ad finem reſurgent/et reſuſcitati videbunt iudicem chriſtū clare apparentem in aere et in nube lucida eleuatum ſuper omnem terram vt ab omnibus poſſit videri: de tali aduētu ipſe chriſtus ait Joannis.5. omnes qui in monumētis ſunt audient vocem filij dei. ꝛc. Item Job.19. in nouiſſimo die ſurrecturus ſum de terra et in carne mea videbo deum ſaluatorem meum ꝛc. De ſecundo dicitur in noſtro euangelio. Uidebūt filium

Secūdū.

hominis venientem: ſcꝫ ad diſcutienda opera hominum bona et mala. conſonat apoſtolus ſecūde ad Cor.5. oēs aſtabimus ante tribunal chriſti vt reddat vnuſquiſqꝫ rationē de his que geſſit in corpore. vnde etiam conſtat ꝙ apparebit chriſtus in forma humana ſed totus glorioſus et in poteſtate magna. ideo actuū primo dicitur: quēadmodum vidiſtis eum aſcendentem in celum ſcilicet hominem glorioſum in nube lucida: ita veniet ad iudiciū. De particulari modo ſue diſcuſſionis habetur Matthei.25. cum venerit filius hominis in ſede maieſtatis ſue: congregabuntur ante eū omnes gentes ꝛc. De loco huius iudicij dicit Johelis.3. ꝙ erit in valle Joſaphat ibi ꝓpe locum caluarie vbi crucifixus fuit chriſtus et iniuſte iudicatus ab hominibus. verum vbicunqꝫ in mundo fiat iudicium illud locus ille poterit hebraice dici Joſaphat qđ interpretatur iudi-

Tertiū.

cium. De ſentētie prolatione dicitur in textu euāgelij: reſpicite et leuate capita vr̄a ſcilicet ad audiendam ſententiā iudicis diffinitiuam: que bonis erit iocundiſſima quia appropinquat redēptio vr̄a totalis q̄tum ad corpora ſimul cū aīabus. ideo ſicut ipſi dicent chriſto venienti: benedictus qui venit in nomine domini: ita ipſe reſpondebit eis: venite benedicti. ꝛc. econtra reprobi maledicent creatori ſuo: et ipſe prudentiſſime

Cōſequētia iudiciū tria.

reſpondens dicet eis: Ite maledicti ꝛc. Tertio in hoc euangelio declarantur quedam conſequentia iudicium: et ſunt etiam tria precipua ſcilicet remotio generationū/⁊ corruptionum/gloria cōſumata ſanctorum ſcilicet in corpore et anima ſimul. et pena integra damnatorum. et renouatio omnium mundi corporum principalium. Quia tamen queri poſſet de tempore illius iudicij generalis: poſt qđ ſancti accipient illam gloriā cōſumatam in vtroqꝫ homine quam tandiu expe-

Primū.

ctant. Reſpōdet prelatus Amen dico vobis per certitudinē. ꝙ hec generatio et corruptio et vniuerſaliter omnis tranſmutatio corporum naturalium non preteribit ideſt non deſinet eſſe neceſſabit huiuſmodi curſus: donec omnia miſteria ſcripta in ſacra biblia de ſucceſſibus eccleſie militantis fient ideſt compleantur et venient in effectum. maxime ea que in hoc euangelio dicta ſunt antecedentia iudicium. ⁊ anteꝗ̄ illa fiant non erit generale iudicium. quo facto celum et

Secūdm.

terra tranſibūt ab hoc ſtatu in alium meliorem et eadem ratio eſt de omnibus alijs mundi corporibus principalibus qꝛ tranſibūt ideſt mutabuntur non quidem ſubſtancialiter aut localiter: ſed accidentaliter et qualitatiue qꝛ innouabuntur in melius iuxta illud Apoca.21. vidi celū nouum et terrā nouam ꝛc: Elementa ergo poſt diem iudicij non manebunt impura et mixta ſicut modo ſunt propter neceſſarias generatiōes et corruptiones rerum: ſed erūt pura et ſeparata in ſuis locis naturalibꝰ qualia a principio mūdi creata fuerant. nā terra erit in medio elementorū totaliter cooperta aquis: et alia tria elemēta circa terram vndiqꝫ et perfecte circulariu: celi etiā a motibus ſuis ceſſabunt qꝛ non amplius erunt neceſſarij hominibus ad illa opera que notant̄ Geneſis ꝑmo. ſint inſigna et tēpora dies ⁊ annos et illuminent terram et diuidant diē et noctem ꝛc. Poſt iudiciū enim remota terre et aque opacitate vbiqꝫ in toto mundo erit claritas ⁊ dies continuus ſine nocte: obſcuritas autem omnis detrudetur in inferno damnatorum vbi erit perpetua nox ſine die. Ecce qualia manebunt elementa ⁊ alia corpora ſimplicia poſt diem iudicij. Mixtorum vero nulla remanebunt in mūdo: hoc eſt nec piſces in aqua neqꝫ aues in aere/ neqꝫ lapides/metalla/mineralia/vegetabilia/neqꝫ bruta animalia in terra/ qꝛ hec omnia ad ſeruitium hominum facta ſunt pro iſta vita eorum animali et corruptibili: qua ceſſante poſt reſurrectionem hominum generalem nō egebunt cibo aut potu neqꝫ veſtimentis ac perinde nec adminiculo aliquo ex corporibus mixtis. ſola ergo remanebūt corpora ſimplicia in vniuerſo hoc ē celi et elementa purificata: ⁊ ex mixtis corpora humana facta incorruptibilia in perpetuū: de quibꝰ

Tertiū.

ſubditur in textu: verba autem mea: ſcꝫ de predeſtinatiōe eterna hominū vel ad gl̄iam vel ad penā: nō ꝑteribūt ſed vera ſemꝑ manebūt ⁊ eternū effectum ſortiētur in hominibus: qꝛ ibunt hi in vitam eternam illi autem in ſupplicium eternū.

Moralitas euangelij.

In ſenſu autem morali hoc euangelium poterat exponi de iudicio particulari qđ fit in ſacramento penitentie ad pedes confeſſoris. ſed qꝛ de illo iudicio poſtea agemus in feria.2. prime hebdomadis quadrageſſime: nunc ad iudicium particulare qđ fit in morte cuiuſlibet hominis nos cōuertamus. Siquidē ante illum diem ex mīa dei precedant multa ſigna hominem admonentia vt ſe prepraret ad reddendam rationē deo in morte ſua ſcilicet in ſole luna ſtellis ꝛc. que ad hominem tendentem ad mortem applicantur Eccleſiaſtes.12. vbi pene eadem verba ponuntur. Dicitur enim ibi memento creatoris tui diligenter ſeruiens ei etiam in diebus iuuentutis tue quāto magis in ſenectute. anteꝗ̄ veniat tempus afflictionis tue ideſt infirmitatꝭ vel fatigoſe ſenectutis tue. et anteꝗ̄ appropinquent anni de quibus dicas non mihi placet ſcꝫ quia appropinquat mors naturaliter horribilis. antequā tenebreſcant ſol et lumen et ſtelle et luna per que ſēſus hominis intelligūtur qui in tali tempore debilitantur: ſed eorum principaliſſimꝰ dicitur ſol ⁊ lumen ab obiecto formali eius. Alij vocant̄ ſtelle. fantaſia vero que eſt in cerebro humido dicitur luna: anteꝗ̄ reuertantur nubes poſt pluuiā ſcilicet reumatis a cerebro deſcendentis. vnde ſepius cauſantur cataracte oculorum que hic nubes dicuntur. quando commouebuntur cuſtodes domus ideſt coſte que muniunt mollia corporis: ⁊ nutabunt viri fortiſſimi ideſt crura corpꝰ ſuſtinentia. et otioſe erunt non valentes exercere officium ſuum: molentes ideſt dentes et molares remanētes minuto numero. et tenebreſcēt per foramina. i. caligabunt oculi qui ſunt in foraminibus capitis. et claudent oſtia ideſt labia in platea ideſt in planicie faciei. ꝙ iam non valent clare ⁊ diſtincte loqui ſenex: in humilitate ideſt debilitate vocis malentis ideſt trementis. et conſurgent ſenes a lecto vel a ſomno ad vocem volucris ideſt galli in nocte. quia non poſſunt iam dormire bene nec vrinam retinere. ⁊ obſurdeſcent omnes filie carminis ideſt aures que vel non bene audient vel non delectabuntur in cantilenis iuuenū. Excelſa q̄ꝫ ideſt ſuperiores anime vires timebunt mortem propinquam: ⁊ formidabunt in via que eſt tunc facienda poſt mortem. quando florebit amigdalꝰ ideſt caneſcet caput. impinguabitur locuſta ideſt intumeſcet venter ex humoribꝰ indigeſtis ⁊ diſſipabitur caparis ideſt virtus renum per infirmitatem vel ſenectutem. Quoniam per talia media ibit homo in domum eternitatis ſue ideſt in ſepulturam a qua non reuertetur. et circuibūt amici ⁊ propinqui in platea plangentes ad funus aſſociandum. Memento ergo creatoris homo anteꝗ̄ rumpatur funiculus argenteus ideſt diſſoluatur compago tui corporis: ⁊ recurrat vita aurea ideſt catena aurea quam quidam ponebant inter animam ⁊ corpus hoc eſt anteꝗ̄ reſoluatur vnio anime ad corpus: ⁊ conteratur hydra. i. caput hominis ſuper fontem ſpirituū. qui eſt cor: vel confringatur rota hauſoria ideſt cerebrum non valens haurire calorem ſuper ciſternā cordis. hoc fit in morte quando iam virtꝰ cordis defficit et caput non poteſt haurire ſpiritus vitales ab eo. nam per mortē reuertetur puluis ideſt corpus hominis in terram ſuam vnde erat. et ſpiritus redeat ad deum qui dedit illum ſcilicet vt ſtet coram eo ad iudicium. nā cuncta que fiunt in vita hominis adducet deus in iudicium illud particulare pro omni errato queret rationē. ſiue bonum ſit ſiue malum. nam etiam de omni verbo otioſo ignoranter prolato faciet diſtrictum iudicium. ergo finem loquendi omnes pariter audiamus ideſt ad quem finem iſta loquimur ſcilicet deum time dum viuis et mandata eiꝰ obſerua dum bene potes. Hoc enim ideſt ad hoc eſt creatus omnis homo. hec ibi. Ex quibus ſatis clare patet ad quem ſenſum accipiēda ſunt verba euangelij. ꝙ ante mortem hominis precedent circa eum ſigna multa in ſole et luna et ſtellis/ac preſſura/arefactio/timor/⁊ confuſio et alia huiuſmodi. Poſt hec omnia ſequitur mors hominis et tunc videbunt filium hominis venientem ad iudicium particulare quia vt apoſtolus ait. Hebreorum.13. ſtatutum eſt hominibus ſemel mori: poſt hoc autem Judicium et veniet cum poteſtate magna ⁊ maieſtate ideſt rigoroſe ſe habens cum homine peccatore qui noluit admoneri ex precedentibus ſignis illius aduentus vt ſe corrigeret ac prepararet ad examen illud. Similitudo de ficulnea hominem tāgit mortuū in qua primi parentes peccauerūt et ſententiam mortis incurrerunt: et in euangelio Matthei.21. ⁊ Luce.13. legitur maledicta ⁊ eradicata quia fructum nō fecit etiam diu expectata irrigata et ſtercoribꝰ adiuta que mortis memoriam ſignificant. Uerbum Amē certificatiuum eſt ſentētie diuine cōtra hominem: iuxta illud pſalmi quis eſt homo qui viuit ⁊ non videbit mortem. quia celum ⁊ terra ideſt anima ⁊ corpus hominis tranſibunt per mortem eiꝰ ab hoc ſtatu: ſed verba dei de ratione vite ſue in iudicio exigenda certiſſima erunt in ſuo effectu vt in fine allegati capituli.12. Eccleſiaſtes notatum

Offertorium.

eſt. Cantus offertorij deus tu conuerſus vel conuertens viuificabis nos ex pſalmo.84. eſt congratulatio fidelis populi tam veteris q̄ꝫ noue legis ſuper reuelata in euangelio ſua renouatione in aduentu iudicis quam boni maxime deſiderant̄ dicentes o bone deus tu cōuerſus ad nos vel conuertens nos ad te viuificabis nos ideſt reſuſcitabis nos a morte vel corporis naturali/ vel oppreſſionis tyrānice morali. Et plebs tua ſic viuificata letabitur in te per continuas laudes et gratiarum actiones ſiue in templo hieroſolimitano ſiue in paradiſo ethereo. Additur verſus: oſtende nobis domine miſericordiā tuā: ex eodem pſalmo quo fidelis populꝰ petit a deo accelerationem ſui aduentus ad iudicium: quia erit eis valde ſalutaris et magna dei miſericordia cum eis. Oratio ſecreta. Placare domine. ꝛc. applicat offertorium ad ſenſum moralē. pro preſentibus: implorat enim dei miſericordiā allegādo deffectus noſtrorum operum quibus non ſufficimus nos digne et ſufficienter preparare ad iudicium particulare. Cōmune. Hieruſalem. ꝛc. Baruch.4. eſt vox prelati incitantis fidelem populū ad habendam firmam ſpem ſue liberationis per aduentum regis ad faciendum iudiciū. ſurge inquit a morte qua premeris: et ſta firmus in ſpe in excelſis miſericordie dei: ⁊ vide per fidē certam adherendo eis que predicauimus. iocunditatem glorie. que veniet tibi a domino miſericordiſſime tecum agente. Finalis oratio: repleti cibo ꝛc. eſt moralis applicatio predicti cantꝰ communionis. qua preſentes virtute euchariſtie ſuſcepte petunt a deo gratiam qua ſpretis bonis

Notabile.

aut malis huiꝰ vite corporalis hanelēt ad amorem bonorum alterius vite celeſtis. Euangelium: cum audiſſet Joānes in vinculis. quod eccleſia Romana legit in hac dominica ſecunda aduentus: in ſequenti tertia exponemus de primo chriſti aduentu. nam (vt diximus) eccleſia Romana in ſuis officijs ꝑ mixte ⁊ ſimul vtrūqꝫ

aduentum decantat. Sicut ergo in precedēte do
minica principaliter agēs de primo chriſti aduē
tu in toto fere officio: poſuit euangelium de ſe⸗
cundo aduentu ad iudicium: ita etiam in officio
huius dominice fere ſemper agens de ſecundo
chriſti aduentu: legit euangelium de teſtimonio
Joannis in primo aduentu. Poſſet tamen qui
vellet ſine difficultate applicare ipſum ad ma
teriam de ſecundo aduentu: quemadmodum
in precedente capitulo inſinuauimus ꝙ hoc no
ſtrum euangelium de iudicio potuit non inepte
accomodari primo aduentui.

## Caput quintum de tertia

dominica aduentus. cuius officium commemo⸗
rata qualitate veteris populi ſub tyrannis infi⸗
delibus per hiſtoriam: etiam vtrunqꝫ chriſti ad⸗
uentum recapitulat. ⁊ mores fidelis populi pre⸗
ſentis reformat.

Argumētū officij.



Istoria⸗
rum ac officiorū
ordo conſonās
exigit: vt officiū
huius tertie do
minice refera⸗
muꝰ ad tertium
ſtatum hebreo⸗
rum ſub guber
namento prin⸗
cipum infideliū
ac perinde tyrā⸗
norum. Nam propter innumerabilia peccata iu
deorum (quibus a vero deo patrū ſuorum rece⸗
dentes turpiſſima idola colebant in terra ſancta
ſibi data in poſſeſſionem eiectis inde infidelibꝰ
illorum deorum cultoribus) perſequebātur etiā
prophetas ſanctos a deo miſſos ad ſui correctio
nem pariter ⁊ reformationē in vera religione.
Nō immerito ergo puniti ſūt a deo ⁊ traditi tortori
bus infidelibus (quorum deos coluerant in cō⸗
temptum veri dei ſui) cum tamē ipſe multiplici⸗
ter eos honorauerit exaltans eos vſqꝫ ad faſtigi
um gloriā ⁊ decorem regie dignitatis. quam po
ſtea iuſte ab eis auferre decernens: primo deus
induxit illius regni diuiſionem in duo regna ſi⸗
bi inuicem valde contraria et pugnantia vt pa⸗
tet ex. 3. libro Regum diffuſe. Ex predictis autē
iudeorum bellis inteſtinis: quibus ſe inuicem la
cerabant: proceſſit deus ad bella externa infide⸗
lium contra eos: quibus paulatim et per conti⸗
nuas cedes ac depredationes perducerentur iu
dei ad totalem regni perditionem. Primo enim
Salmanaſar rex aſſiriorum ſuperato rege iſrael
duriſſimo bello captiuas duxit decem tribus iu
deorum: quos omnes tranſtulit in aſſirios vt pa
tet ex. 4. libro Regum et ex libro Thobie remā⸗
ſitqꝫ ſola tribus iuda cum reliquiis Beniamin
ſub rege ſuo catholico in hieruſalē. Sed quia iſti
iudei cito receſſerunt a fide ⁊ religione patrū ſuo
rum: et reges iuda noluerunt imitari ſanctitatē
Dauid patris ſui: ſed potius colebāt idola in hie
ruſalem ciuitate ſancta dei: non immerito etiam
regnum illud iuda non ſolum permittente tra⸗
ditum eſt in captiuitatem ſub poteſtate Nabuco
donoſor Regis babylonis. fuit tamen aliquan⸗
tula differentia inter captiuitates iſtorum regno
rum populi iudeorum: quia regno iſrael decem
tribuum nullus prophetarum promiſit libera⸗
tionem ab illa ſua temporali captiuitate: immo
ſine ſpe ſue liberationis dicit hiſtoria quarti li⸗
bri Regum: ꝙ tranſlati ſunt vſqꝫ in hodiernū di
em in Aſſirios. Sed regno tribꝰ iuda Hieremias
propheta promiſit liberationē a captiuitate ba⸗
bilonica poſt ſeptuaginta annos. tū quia de ſuc⸗
ceſſione regis Dauid ꝓmiſſus erat meſſias dux
populi dei. tum quia non omnes reges iuda nec
maior pars illius tribus receſſerant a fide ⁊ lege
dei: quod fecerant omnes Reges iſrael et maxi
ma pars decem tribuum. Debuit ergo dei miſe⸗
ricordia ſaluare tribum iuda vt in ea fides ⁊ reli
gio catholica perſeueraret vſqꝫ ad chriſti aduen
tum non tamen ita liberauit iudeos a captiuita
te babylonica: vt iterum reſtitueret eos ad glori⸗
am regni ſui ſub regibꝰ generis ſui: ſed fere ſem⸗
per remanſerunt ſubiecti regibus alienis vſqꝫ
ad meſſie aduentum: eo ꝙ male vſi fuerant re⸗
gali dignitate temporali. quia tamen ſpes huma
ne reparationis in tribu iuda relicta eſt: ideo iu⸗
deis ſic humiliatis ſub poteſtate infideliū prin⸗
cipum deus miſit aliquas cōſolationes per pro
phetas ſuos: promittens ꝙ eos liberaret ab illa
captiuitate: ⁊ daret eis in ſuam patriam reductis
Meſſiam regem proprium: non quidem fulgen
tem dominio temporali ⁊ mundana gloria: ſed
gratiā et virtutibus ſpiritualibꝰ que ſunt via cer
ta ad veram gloriam anime in celis. Illam tem
poris tertij ve. le. qualitatem (q̄ durauit fere. 120.
annis) commemorare intendens hodiernum of
ficiū agit de ſaluatoris regis meſſie aduentu quē
iudeis promittebant poſtremi prophetarum Da
niel/ Ageus/ Zacharias ⁊ Malachias: ⁊ quia in
duabus dominicis precedentibus de duplici ad
uentu chriſti ſatis actum fuerat: ideo hec tertia ꝑ
modum recapitulationis de vtroqꝫ ſimul aduen
tu diſputat cōformiter ad predictos prophetas
vltimos: qui finem imponentes ſacris ſcripturis
veteris teſtamenti: ſimul cum primo chriſti aduē
tu de ſecundo etiam prophetauerunt: vt notari
poteſt in finem danielis ⁊ Malachie. ¶ In offi⸗ Matutini.
cio ergo nocturno inuitatorium: ecce dominus
veniet cum ſplendore magno: et primum reſpon
ſorium: ecce apparebit dominus: ⁊ tertium qui
venturus eſt veniet: ⁊ quintum egypte noli time
re: clarius loquuntur de ſecundo chriſti aduentu
ad iudicium. ſecundum autem reſpōſoriū: Beth
leem ciuitas ſancta: ⁊ quartum ſuſcipe verbum
virgo Maria: et quidam alij cantus primū no⸗ Laudes.
bis referunt chriſti aduentum. Antiphone lau⸗
dum etiam permixte ſunt de vtroqꝫ aduentu: ſꝫ
earum principaliores ad iudicium pertinēt. Ea⸗
dem apparet alternatio per horas diei in parti⸗



bus ſuis ſed omnes iſti cantus in ſenſu hiſtori⸗
co intelliguntur eſſe voces patrum tertij tempo⸗
ris veteris legis ſaluatorem expectantium qui li
beraret eos ab illa captiuitate Babylonica. pro
quorum clariore intelligentia introducamus ali
quem ex prophetis aut prelatis illius temporis
vt Hieremiam/ Ezechielē/ aut Danielem: qui lo
quatur, conſolando populum iudeorum captiuū
et promittendo eis aduentum ſaluatoris futuri
in eos. tūc facilis eſt applicatio inuitatorij, et reſ
ponſionum atqꝫ antiphonarum ad illud propo
ſitum: nam fere ſimilia verba reperiūtur in ſcrip
turis illorum prophetarū. Redemptor figuralis
quē pro illo tempore promittebant predicti pro⸗
phete ſtatim venturum ad liberandum eos ab il
la corporali captiuitate etiā figurali: fuit rex per⸗
ſarum Cyrus vel ſucceſſor eius Darius qui ab⸗
ſoluerunt iudeos ab illa captiuitate permitten⸗
tes eos redire in patriam ſuam: atqꝫ reedificare
templum et ciuitatem hieruſalē ſed redēptor ve⸗
rus ⁊ figuratus fuit chriſtus quē etiam promitte
bant illi prophete. Si autem in ſenſu morali pre
latus chriſtianorum introducatur loquens ad fi
deles preſentes conſolationem eorum pretendit
promittendo eis abſolutionem ab operibus la⸗
borioſis penitētie in aduentu et liberationē a va
rijs tentationibus diaboli/ mundi/ et carnis ꝑ ad
uentum repreſentatiuum filij dei in feſto nata⸗
lis eius. vel ſi de aduentu chriſti ad iudiciū pre⸗
latus iſte faciat ſermonem ad preſentes fideles:
dignā eorum preparationē ad bene comparen⸗ Introitꝰ misse.
dum in tali iudicio declarat eis. Introitus miſſe
huiꝰ: Gaudete in domino ſemper: ex quarto ca⸗
pitulo epiſtole Pauli ad Philipenſes ſumitur:
eſt qꝫ cōſolatorius ſermo prelati veteris legis ad
populū ſuū in afflictione captiuitatis babiloni⸗
ce poſitū: ⁊ hoc ex ſpe ſue liberatiōis ab ea ꝑ ſal⸗
uatorē proxime futurū. ſpe enim letificātur ho⸗
mines q̄ quaſi preſētem facit eis illum quē deſi⸗
derāt videre. Ait ergo propheta predictꝰ ad iude
os ſicut oppreſos ſub impio regis babylonis. O
fratres mei chariſſimi nolite triſtari vl̄ deijci ani
mo in hac veſtra tribulatiōe (que a deo vobis im
miſſa erit medicinalis ⁊ ſalutifera ad purganda
peccata vr̄a) ſed potiꝰ gaudete in domino ſpem
habentes ſemper ideſt in omni euentu fortune ſi
ue ſit aduerſe ſiue ſecūda. ⁊ propterea iterū re⸗
petens dico gaudete. ⁊ ratio eſt q: dn̄s deus ve⸗
ſter prope eſt vēturus ad vos liberādum Danie
lis. 9. abreuiate ſunt ſeptuaginta hebdomades
⁊c. Sequit: ab exitu ſermonis vt iterū reedificet
hieruſalem hebdomades ſeptem. ⁊ Agei ſecūdo.
ecce vnū modicū et veniet deſideratꝰ. i. ſaluator
veſter. Et q: eſtis inter gentiles infideles: taliter
viuite inter eos vt modeſtia veſtra nota ſit oībus
qua potius eos edificetis q̄ꝫ per oppoſita vitia
eos ſcandalizetis. nā ſic habebūt vos in precio ⁊
honoribꝰ afficient. Quod rei probauit euentus:
nā Rex babylonis Danielē et ſocios. eiꝰ ſanctiſ
ſimos valde honorauit et gubernatiōes prouin
ciarū eis cōmiſſit. Nihil ergo ſoliciti ſitꝭ ideſt nō
ſit vobis magna cura de his malis temporali⸗
bus que vos circundant neqꝫ de bonis futuris
que deſideratis: maxime de reedificatione tem⸗
pli et ciuitatis hieruſalem in qua laboratis cum
magna hoſtium veſtrorum contradictione. ſed
quomodocumqꝫ facto templo rudi ⁊ impolito:
petitiōes vr̄e ideſt oratiōes ⁊ ſacrificia ibi obla⸗
ta innoteſcāt apud deum: ex fide ⁊ charitate atqꝫ
deuotione veſtra. tales enim petitiones liben⸗
ter deꝰ audit inquocunqꝫ loco factas. Verſus:
ex eodem capitulo cum introitu. Et pax dei que
exuperat: conſolatur eoſdem fideles cōtra bel⸗
la exterius mota in eos. nam per interiorem pa⸗
cem mentis: que cuſtodit animas a perditione:
poteritis ea ſuperare. ideo dicitur ⁊ pax dei: non
mundi doloſa ⁊ fallax ſed vera ⁊ ſimplex: que cō
ſiſtit in paciencia ⁊ equanimi tollerantia malo⸗
rum corporalium mente non perturbata ſed ſe⸗
rena quando exteriora ſunt turbulenta ⁊ obſcu⸗
ra: illa inq̄ꝫ pax cuſtodiet vos ab inimicis. In eo
dem ſenſu idem introitus cum ſuo verſu aptari
poſſet ad fideles noue legis laborantes inter ꝑſ
ſuras huius ſeculi: quos prelatus bonus conſo⸗
latur ſpe ſecundi aduentus chriſti ad iudicium
inquo boni ⁊ humiles pace dei fruentur. Mora⸗
liter vero debet intelligi de fidelibus preſentibꝰ
qui laborant ieiunantes aduentum. nam conſo⸗
latio prelati propinquum aſſerit eis feſtum na⸗
tiuitatis in quo abſoluentur ab illo ieiunio ⁊ pe
nitentia: perfruenturqꝫ pace ac leticia in vtroqꝫ
homine: ideo hortatur eos in feſtis natalicijs de
ponere curas ⁊ ſolicitudines rerum temporaliū
⁊ intendere deuotis orationibus ⁊ meditationi⸗ Oratio.
bus rerum ſpiritualium. Hūc moralem ſenſum
introitus explicat oratio vel collecta ſequēs: Au
rem tuam queſumus domine: que mentis tene⸗
bras que ſunt errores ⁊ triſticie: optat purgari ꝑ
lumen gratie ⁊ diuine conſolationis nos viſitā⸗
tis: quatenus bene diſponamur ad deuote pera
genda feſta natiuitatis domini. Epiſtole huius
dominice ⁊ ſequentis: licet in miſſali Romano
aliter ordinate ſint q̄ꝫ in Toletano ⁊ alijs q̄buſ⸗
dam: q: tamen eedem epiſtole ſunt: non ſit ma⸗
gna cura de ordine earum variato hinc ⁊ inde:
quando quidem eadem eſt intentio idemqꝫ ſē⸗
ſus hiſtoricus ⁊ moralis vtrauis harum epiſto⸗
larum ponatur in hoc officio aut in illo. Quia ta
men officium huius dominice principaliter ad
ſecundum chriſti aduentum retulimus ſignifi⸗
cādum: conueniētior epiſtola huic officio viſa eſt
illa: Sic nos exiſtimet homo: ꝓme Cor. 4. quā
etiam ponit eccleſia Toletana cum multis alijs
in hac dominica: licet eccleſia Romana eam trā
ſferat ad ſequentē dominicam quartam: vt pote
que in omnibus his dominicis aduentus per⸗
mixta habet officia ex vtroqꝫ aduētu chriſti. Hec
autem epiſtola manifeſtius agit de ſecūdo chri⸗
ſti aduentu ad iudicium. Et per hiſtoriam intē⸗ Epiſtole argumentum.
dit ſedare litem verboſam que in tertio tempore
iudeorum craſſabatur inter ipſos iudeos in ba⸗
bylone captiuos: Hanc litem beatus Hierony⸗

mꝰ narrat in prologo ſuper Ezechielem ſcilicet ꝙ iudei captiui murmurabant contra Hieremiā prophetam in hieruſalem exiſtentem dicentes: eum fuiſſe mendacem ⁊ deceptorem in ſua prophetia: qua dixerat hieruſalem ſanctam ciuitatē euertendam ab exercitu chaldeorum: quam tamen ipſi adhuc incolumem ſtare videbant: qui ex conſilio Hieremie prophete ſe vltro et ſine bello tradiderant captiuos regi babylonis timore predicte euerſionis hieruſalem: ideo deceptos ſe arbitrabātur a predicto propheta: quare ⁊ murmurabāt cōtra eum modo ꝑdicto. Ad huius litis iniuſte ſedationem inſpirauit deꝰ Ezechieli prophete etiam captiuo in babylone reſponſionem pro defenſione Hieremie veridici et ſancti prophete: et eandem ſententiam hiſtorice videtur habere hec epiſtola. fuit etiam in babylone alia cōtentio gentilium caldeorum contra iudeos ſup fide et religione eorum atq; deo ſuo: quem gentiles paruifaciebāt ex expientia de victoria chaldeorum contra iudeos: quos violenter ⁊ contra voluntatem dei ſui captiuos detinebant freti potentia deorum ſuorum. Ad hanc contentionem impiam propellendam hec epiſtola adaptari poteſt: quaſi ſermo Danielis cōtra chaldeos in defenſionem iudeorum allegans ſanctitatem religionis ſue/⁊ potentiam dei ſui ſuper omnes alios deos. Fuit et tertia contentio ſeu lis verbalis in eodem tertio tempore le. ve. in terra promiſſionis. nam iudeis reductis in hieruſalem ex permiſſione regis Cyri: et incipientibus reedificare templum ⁊ ciuitatem illam orta eſt contradictio Samaritanorum contra eos: de qua ſcriptū eſt primi Eſdre. 4. ſcilicet quia Samaritani ex inuidia impediebāt opꝰ reedificationis predicte: tū vi armorum: tum etiam ⁊ per falſas criminationes motas contra eos apud regem. Sed ad eorum obiecta reſpōdet in hac epl'a Eſdras vel Neemias vel aliquis alius taliū iudeorum prelatus: In qualibet enim harum trium contentionum ad populum iudeorum pertinentium hec epiſtola reprehendit temerarie iudicantes de alijs relinquendo euidentiam rei ad futurum dei iudicium paulopoſt expectandum in ipſo tertio tēpore legis veteris. et hic erit ſenſus hiſtoricꝰ noſtre epiſtole. Moralis autem eius intelligentia ad populum chriſtianorum pertinebit: que reprehēdit temere iudicantes de ſuis proximis in hac vita: ſuadens vt hoc relinquant dei iudicio futuro in fine mundi. ⁊ vtroq; iſtorum modorū eadē eſt huius epiſtole diuiſio in tres partes. Prima enim declarat quid licite ⁊ quid nō licite homo de alijs iudicat. Secunda ibi: mihi autē: temerarium iudicium damnat. Tertia ibi: itaq; fratres ſalubre conſilium adaptat circa huiuſmodi iudicia ſed pro adaptione epiſtole ad primam hiſtoriam de querella captiuorum cōtra Hieremiam: eſt notandum ex. 4. libro Regum circa finē ꝙ captiuitas iudeorum babylonica non tota ſimul ſed per partes ⁊ diuiſim facta eſt. Primo. n. ad perſuaſionē Hieremie rex Jeconias iunior qui ⁊ Joachim obſeſſus a rege babylonis vltro ſe tradidit ei cum tota domo et familia ſua: ſicq; ductus eſt captiuus in babylonem cum multis nobilibus et proceribus regni ſui: inter quos Daniel Ezechiel/ Mardocheus ⁊ alij plures numerantur. Aſportauit etiam rex babylonis cum hominibꝰ etiam vaſa/veſtes/et omnia alia precioſa que erant in templo Salomonis: nec tamen deſolauit templum nec ciuitatem: ſed poſuit ibi pro rege iudeorum remanentium Sedechiā, patruum predicti Jeconie et fecit: eum ſibi tributarium ſub iuramento. Quia tamē Sedechias nono anno regni ſui ꝯfidens de auxilio regis egypti rebellauit contra regem babylonis: nec voluit ſibi dare tributum promiſſum: ideo rex babylonis congregato magno exercitu venit contra eum ⁊ depopulatis multis alijs locis regni iudeorum tandem poſuit obſidionem ſuper hieruſalem quā ꝑ duos fere ānos ꝯtinuās ibi ſtetit fixꝰ: tādē vndecimo anno regni Sedechie capta eſt hieruſalem ⁊ occiſo rege Sedechia cum filijs ſuis multiſq; alijs tota ciuitas ſubuerſa ⁊ depredata eſt: ⁊ combuſto templo Salomonis populus pro magna parte captiuus ductus eſt in babylonem vbi alter rex prior in carcere vinctꝰ erat. Hec hiſtoria clara eſt in fine libri. 4. Regū ⁊ ſecundi Paralipomenon. Cum ergo fuerit mora vndecim fere annorum inter primam captiuitatem et ſecundam iudeorum Hieremias vero q̄n do perſuaſit regi Jeconie vt ſe traderet captiuū: predixerat cito futurum ciuitatis hieruſalem excidium: hic factum eſt vt Jeconias ⁊ alij de prima captiuitate videntes poſt ſuam traditionem ad huc ſtare ciuitatem et regē poſitum in ea multis annis: murmurabāt et querellam faciebant aduerſus Hieremiam dicentes ſe ab eo deceptos falſo vaticinio. Cuius tamen veritatem rei probauit euentus in ſecunda iudeorum captione. Deus ergo in tempore illo intermedio miſit Ezechielem prophetam: qui et iudeos exiſtētes in babylone conſolaretur: et Hieremiam a mendacio excuſaret: qui re vera fuit vir ſanctiſſimus et ex diuina inſpiratione talia verba fuerat loquutus. Dicebat ergo Ezechiel ad iudeos con captiuos in babylone. O fratres mei ⁊ cognatione ⁊ religiōe atq; tribulatione: nolite iudicare temere de Hieremia propheta: ſed quilibet homo ex vobis ſic exiſtimet nos prophetas miſſos ad vos: nō vt alios homines communes ex ſuaq; phantaſia loquentes: ſed vt miniſtros chriſti. i. ſeruos dei ex cuius nomine ⁊ mandato prophetamus vobis de chriſto ſaluatore futuro. Sumꝰ enim diſpenſatores ideſt executores miniſteriorum. i. ſeruitiorum dei: quaſi dicat nō exiſtemetis ꝙ nos ſumus qui loquimur quando propphetamus: ſed potius ipſe deus loquitur ad vos ꝑ os noſtrum: ideo non paruipendatis verba noſtra: que potius et verius ſunt verba dei veriſſimi ⁊ nunq̄ mētientis. Sed vos neſcio qua phātaſia contrarium facitis. Quia hic iam inter vos queritur ideſt fit inquiſitio de prophetis: quis ta

Prima pars epiſtole.



lis diſpenſator inueniatur fidelis ideſt certus et dignus fide/in dictis ſuis et hoc iudicio veſtro. quod tamen iudicium eſt temerarium: quia vultis humano ingenio metiri archana dei et alta conſilia eius. Ergo dimiſſo hoc iudicio veſtro quaſi illicito: ſolum iudicare poteſtis licite de prophetis an ſint veri ſerui dei ex ſuo modo viuendi exteriore. et ſi tales apparuerint iudicio prudentum de verbis eorum que ex parte dei ad vos loquuntur non licet amplius iudicare: ſed oportet verba eorum deuote ſuſcipere et firmiter credere quaſi diuina oracula. ¶ Pro alia hiſtoria de contentione Babyloniorum infidelium contra iudeos catholicos ſuper fide et religione ſua: hanc reprehenſionem faceret Daniel ſanctiſſimus propheta contra eos temere iudicantes de iudeis et deridentes deum ipſorum propterea ꝙ videbant eos victos et captiuos apud ſe. Sed hoc iudicium eſt valde impium ⁊ temerarium: quia ſepe verus et omnipotentiſſimus deus ſeruos ſuos penis corporalibus quaſi medicinis purgat a peccatis: vt inde euadant puriſſimi ſicut aurum quod per ignem tranſit: ⁊ vt ſint ipſi alijs exemplar totius patientie et humilitatis: ac perinde factis ſuis et ſi non verbis alios doceant quaſi miniſtri dei et diſpēſatores miniſteriorum eius apud alios imperfectiores. Sed inter chaldeos perfidos non erat cura de tali doctrina: ſed potius inquirebatur apud eos de iudeis captiuis: quis eorum inueniretur fidelis ſeruitor regi Babylonis. nam illum meliorem reputabant alijs quaſi iam auerſum a deo hebreorum et conuerſum ad deos Babyloniorum. Quod tamen iudicium Daniel propheta ſepius et verbis ⁊ factis damnauit vt patet clare in ſua prophetia. Pro tertia hiſtoria de contradictione Samaritanorum contra iudeos reedificantes ieruſalem: prelatus eorum Eſdras vel aliquis alius hoc eodem modo reprehenderet temerarium iudicium ſamaritanorum: quo reputabant iudeos eſſe infideles regi perſarum tunc monarche: ex eo ꝙ edificabant ciuitatem rebellem et proditoriam omnibus regibus gentilium. quo contra prelatus iudeorum oſtendit eos eſſe fideles miniſtros regis perſarum de cuius mandato immo ⁊ eius magnifico auxilio ipſi ciuitatem illam reedificabant. nam in illo opere iudei potius erāt diſpenſatores miniſteriorum regis q̄z proditores: vt clare oſtendebant patentes littere ipſius regis perſarum. ſed hoc viſo ſamaritani iterum inquirebant inter illos iudeos regis diſpēſatores/q̄s inter eos eſſet fidelis ⁊ quis non in reddendis rationibus eorum q̄ diſpenſabat: quod certe erat nimis curioſum et valde malicioſum contra iudeos: quia rationes ille non erant reddende ſamaritanis ſed alijs regis officialibus. Propter quod in omnibus iſtis tribus caſibus propheta vel prelatus iudeorum eandem ſubiungit reprehenſionem contra temere iudicantes dicens. mihi autem prophete dei / vel iudeo captiuo/ vel reedificatori libero/ pro minimo eſt ideſt parum vel nullifacio vt ſic iudicer a vobis iudeis vel chaldeis vel ſamaritanis ( referantur ſingula ſingulis ordine debito) errantibus in iudicijs veſtris temerarijs: aut ab humano die ideſt lumine rationis naturalis cuiuſcunq; hominis quia illud non poteſt attingere ad bene iudicandum de rebus ſupra naturalibus: quas ſola dei ſapiētia ordinat in hominibꝰ/ ⁊ ratio quare ego deſpicio veſtra iudicia: quia etiā ego meipſum nō poſſum bene iudicare an bene vl' male me habeam in miniſterio mihi commiſſo. Dato enim ꝙ nihil mihi conſcius ſim de malo miniſterio: ideſt non me accuſet mea conſcientia: tamen in hoc non iuſtificatus probor. quia forte adductꝰ ante dominum meum ad reddendam rationem de meo miniſterio probari poſſem malus miniſter in aliquo opere meo. Qui enim iudicat me an ſim bonus an malus miniſter dominus eſt: qui in ſuo iudicio errare non poteſt. ego autem decipi poſſum in meo iudicio de me ipſo: quanto ergo magis ⁊ vos errabitis volentes de me iudicare quem minus cognoſcitis q̄z ego me ipſum. Vnuſquiſq; enim bene iudicat que cognoſcit/non autem ea que ignorat. Propterea ergo nihilifacio iudicium veſtrum de me quia incertum eſt ⁊ temerariū. Meum itaq; coſilium erit fratres ſi vultis mihi acquieſcere: nolite in re tam dubia iudicare ante tempus ideſt quoadvſq; veniat dominus ad examen cum ſuis miniſtris. nam tunc per euidentiam facti illuminabit ideſt declarabit abſcondita tenebrarum ideſt ſecreta iſta obſcura de quibus preſumitis iudicare: et manifeſtabit latentia conſilia ideſt propoſita cordium ſuorum miniſtrorum /per effectus exteriores quibus manifeſte cognoſcetis qui erant fideles ⁊ qui infideles diſpenſatores ſuorum miniſteriorum. et tunc facta manifeſtatione veritatis laus vel vitupium erit vnicuiq; miniſtro a deo declarata. Referendo autem hic ſingula ſingulis: iudei captiui iudicabant de prophetia Hieremie ante tempus. quia nondum erat completa malicia ciuitatis hieruſalem quouſq; regnaret Sedechias qui addidit cumulum peccatis eorum: et deus non valens vltra ſuſtinere venit ad puniendum eos et ſubuertit ciuitatem: ſicq; manifeſtauit qualis propheta fuerat Hieremias/qui etiā ſuis oculis videre meruit quod diu ante prophetauerat ex mandato dei. et tunc lamentationes edidit. Item chaldei iudicabant ante tempus de iudeis captiuis et de deo eorum: quouſq; completa malicia Babylonis miſſo contra eam exercitu Perſarum: deleuit eam deus

Secūda pars epiſtole.

Tertia pars epiſtole.

in vnius noctis tempore ſub magno duce Cyro rege perſaꝝ:⁊ tūc māifeſtauit q̄les erāt iudei et deus eorum: qualeſcꝫ chaldei et dij eorum. nam in illo excidio Babylonis iudei libertate donati ſunt/⁊ chaldei captiuati. Deniqꝫ ſamaritani ante tempus iudicabant quoaduſqꝫ venit publicum Darij regis mandatum per manꝰ Neemie de reedificanda ciuitate ⁊ templo dei etiam ſumptibus regijs:⁊ receptis iudeis in ſuam amiciciam commendauit ſe orationibus eorum: puniuitqꝫ ſamaritanos rebelles vt hoſtes ſuos. Hec de ſenſu hiſtorico epiſtole.

Moralitas epiſtole.

Moraliter vero pro fidelibus chriſtianis huius temporis epiſtola eſt ſermo prelati increpantis iudicia temeraria multorum hominum aduerſus proximos ſuos:maxime ad verſus prelatos ſuos. Ad videndum tamen diſcrimen inter iudicium rectum et temerarium ſeruanda eſt regula que ponitur primi Regum.16.homo videat ea que patent deus autem intuetur cor. Et quia nemo recte iudicat niſi que cognoſcit: ideo de exterioribus actibus hominum recte et licite poteſt homo iudicare: et diſcernere quid ſit bonum et quid malum aut indifferēs ex ſua ſpecie:quia eleemoſyna de ſe eſt bona/ furtum malum/ambulatio indifferens. De interioribus vero cogitationibus et intentionibus cordium aliorum a ſe nullus homo recte ⁊ licite iudicat ſed temerarie et illicite: quia vſurpat ſibi quod ſolius dei eſt/et talis reus erit in iudicio dei. Prelatus ergo ex hac regula arguens temerarios temereqꝫ iudicantes de proximis: dicit / ſic nos prelatos exiſtimet ideſt iudicet homo ſubditus: ſicut miniſtros et diſpenſatores miniſteriorum dei ideſt iudicet de noſtro exteriore miniſterio. hoc eſt an bene vel male agimus officia noſtra: quia de his licite iudicare poteſt. Non autem preſumat iudicare de interioribus noſtris affectionibus ſicut faciunt homines temerarij: quos etiam vos vultis imitari. nam hic iam queritur inter vos de nobis: quis noſtrum inueniatur fidelis ideſt habens rectam fidem ⁊ alias virtutes in corde: ⁊ an talis ſit interius in animo qualis exterius apparet in opere an potius ſit ypocrita et fictus. hec etenim eſt curioſa et peruerſa inquiſitio. et temerarium iudicium damnatum a chriſto in euangelio. Matthei.7. Nolite inquit iudicare proximos veſtros de talibus:et non iudicabimini a deo in iudicio finali condemnando vos. Similiter etiam apoſtolus prime ad Cor.2.ſicut que ſunt dei ideſt ſcientiam et voluntatem bene placiti ſui nemo nouit niſi ſpiritus dei qui in ipſo eſt: ita etiam que ſunt hominis interiora ſecreta cordis nemo nouit niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt: ergo de talibus nullus homo debet iudicare quia illicitum eſt et temerarium. Ideo vir iuſtus et prudens tale iudicium de ſe factum ab alijs hominibus debet contemnere dicens mihi autem pro minimo eſt vt a vobis iudicer aut ab humano die ideſt cognitione: quia imperfecta eſt et fallibilis. Satis enim eſt mihi q̄ ego iudicer bonus in die domini: cuius ſcientia eſt certiſſima: et cum ſit cauſa rerum ipſa poteſt me facere bonum: non autem ſcientia hominum. immo neqꝫ iudicium meum de me ipſo quantum ad interiorem meam diſpoſitionem eſt certum ⁊ infallibile:quia vt dicitur Eccleſiaſtes.9.nemo ſcit de ſe vtrum odio vel amore dei dignus ſit:ergo multo minus poteſt alius homo de alio a ſe ſcire per certitudinē ſuam interiorem diſpoſitionem: ſed hoc ſolius dei eſt cuius oculis patent omnes vie hominū ideſt omnes actus eorum tam interiores q̄ꝫ exteriores melius q̄ꝫ ipſiſmet hominibus. quamuis enim ego nullius peccati ſim mihi conſcius:tamen non in hoc iuſtificatus ſum ideſt probatꝰ iuſtus ac ſanctus dicit enim in pſalmo.18. Delicta quis intelligit quaſi dicat nemo niſi ſolus deus:q̄r homo in hoc iudicio decipi poteſt:⁊ putans ſe nullum habere peccatum forte habet illud.quare ſubditur:ab occultis meis munda me domine:⁊ ab alienis peccatis a me temere iudicatis vel occaſione mea commiſſis: parce ſeruo tuo:quia ſepius ego ſum in culpa ex peccatis alienis:et hoc me latet:propterea conſulit ſapiens Eccleſiaſtici.5. De propiciatu peccatorum noli eſſe ſine metu. Nolite itaqꝫ fratres ante tempus iudicij dei vos de proximis iudicare interiora et occulta ſecreta cordiū:ſed expectate quoadvſqꝫ veniat dominus ad iudicium in quo illuminabit ideſt reuelabit abſcondita tenebrarum ideſt occulta pctā hominū:et manifeſtabit ꝯſilia ideſt intentiones cordium.et tunc laus aut vituperiū erit vnicuiqꝫ non ab hominibus ſed a deo manifeſtante veritatem factorum ſuorum. Ergo dimiſſo temerario iudicio de actibus aliorum:ante diem iudicij dei vnuſquiſqꝫ ſe ipſum iudicet / ſe arguat de peccatis ſuis:quia vt apoſtolus ait prime Corinthio.11. Si nos ipſos iudicaremus nequaq̄ꝫ a dn̄o iudicaremur.i.cōdēnaremur in ſuo iudicio. Predicte aūt exhortatiōi epiſtole reſpōdet fidelis populꝰ ſiue veteris ſiue noue legis in graduali.ſ.q̄ ſedes ſup Cherubin:de pſalmo 17.

Graduale.

Optans q̄ veniat deus ad faciendum iudicium illud in quo manifeſtabit occulta hominum merita aut demerita:quale promiſſerant prophete iudeis in quinta etate faciendū/et prelati chriſtianis in ſexta etate:nam ex tali iudicio boni fideles expectant laudes a domino. Verſus:Qui regis iſrael intende ⁊c̄.principium dicti pſalmi: addit rationem dicte petitionis ſcilicet quia ipſe deus eſt rector populi iſrael ſicut paſtor gregis ſui: ideo eius eſt intendere ſaluti ⁊ honori eorū.

Aleluia.

Aleluia.excita potētiam tuam ⁊c̄.ex eodem pſalmo eandem fidelium petitionem repetit: ad magis mouendum deum:quatenus cito veniat ad faciēdū illud iudiciū:q̄r cedet in ſalutē populi ſui.

Euangelij argumentum.

Euangelium cum audiſſet Joānes in vinculis. Mathei.11.quāuis ad lr̄aꝫ expſſe agat d̄ p̄mo chriſti aduentu: quem Joannis teſtimonio intendit probare iam fuiſſe completum:per hiſtoriam tamen qualitatem populi fidelis in tertio tempore veteris legis manifeſte declarat per Joannis vincula figuratam: erat enim vt prediximus populus ille tunc captiuus ſub poteſtate infideliū principum ſicut Joannes ſub poteſtate Herodis.ſed pacienter ſuſtinebant illam captiuitatem propter ſpem ſue liberationis quam promittebant ei prophete mox futuram vel per Cyrum vel per Darium vel per Meſſiam. Verum quia tempus illud videbatur afflictis eſſe magnum: quod a prophetis enunciatum erat breue et paruum: ideo poſt mortem prophetarum ſemper erant in continua anxietate circa aduentum meſſie: ⁊ quemlibet hominem ſanctum putabāt eſſe meſſiam dicentes ei Tu es qui venturus es ⁊c̄. Secundum ergo hāc intelligentiam euangelium noſtrum habebit tres partes. Prima denotat populi captiui ſolicitudinem ponens eius interrogationem. Secunda ibi: et reſpondens: adiungit diuinam reſponſionem ad populi conſolationem. Tertia ibi: illis autem abeuntibus: ſuperaddit prophetarum dei commendationem et veram teſtificationem ſcilicet de aduentu meſſie.

Prima pars.

In illo itaqꝫ tempore babylonice captiuitatis iudeorum: cum audiſſet ille populus a ſuis prophetis Joannes ideſt gratioſus dei populus iſrael poſitus in vinculis ſue captiuitatis opera chriſti ideſt futura meſſie miracula in ſuo aduentu vt pote doctrinam celeſtem / ſacramenta ſalutaria/et alia eius ſtupenda opera: mittens ad deum ſuum duos ex diſcipulis id eſt ex prophetis ſuis(quia vltimi prophetarum veteris legis qui de aduentu meſſie appertiſſime locuti ſunt: bini miſſi fuere vt Hieremias et Ezechiel/Daniel et Ageus / Zacharias et Malachias)per quos populus interrogabat deum: tu es qui venturus es ⁊c̄. quia propter nimiam aduentus ſui dilationem videbatur populus ille iam dubitare de aduentu meſſie. Legimus enim tunc multos iudeorum per deſperationem receſiſſe a fide et adheſiſſe gentilibus idolatris.

Secūda pars.

Veruntamen propter electos ex illo populo deus reſpondes petitioni eoꝝ vt confirmaret eos in fide oſtendit illis multa miracula in tempore illo quibus vacillantes reuocauit ad ſe:nam ceci viſum miraculoſe receperūt vt patet in libro Thobie: mortui ideſt damnati ad mortem iudei reſucitati ſunt/ vt patet in libro Heſter/leproſi mūdantur vt in libro Job: claudi ambulant vt videre licet in libris Machabeorum multas victorias miraculoſas iudeorum contra inimicos ſuos in tempore quo iudei iam videbantur claudi et manchi viribus naturalibus. Pauperes euangelizantur ideſt ſimplices docentur ſecreta fidei et morum. ſcilicet in libro ſapientie ⁊ in eccleſiaſtico. Et tandē per Malachiam prophetam dominus dixit ad eos: Beatus qui nō fuerit ſcandalizatus in me ideſt non offenderit ſuper me per incredulitatem in promiſſis meis:⁊ econtra maledictus qui incredulus fuerit prophetis meis ⁊ non permanſerit in omnibus ſermonibus legis mee. ait enim Malachias: mementote legis Moyſi ſerui dei:que tota eſt prophetalis per figuras de chriſto rege futuro. ⁊ ne ſit in vobis occaſio dubitandi de meis promiſſis: dico vobis q̄ ſtatim veniet dominator quem vos queritis ⁊ angelus teſtamenti quem vos vultis:ecce veniet dicit dominus exercituum:⁊ ego mittam angelum meum qui preparabit viam ante faciem meam ⁊c̄.

Tertia pars euāgelij.

Quod autem teſtificatio meorum prophetarū de chriſto venturo ſit certa ⁊ digna fide: probatur. nam illis abeuntibus per mortem ab hoc ſeculo manet eorum doctrina confirmata experientia.⁊ tunc cepit deus dicere ad turbas ideſt ad iudeos turbatos in fide ex dilatione promiſſi ſaluatoris. cepit inq̄ꝫ dicere de Joanne ideſt de gratia prophetica hec que ſequūtur. Quid exiſtis in deſertū veſtre captiuitatis vel veſtre reductionis in Hieruſalem ciuitatem deſertam: videre prophetas quos miſi ad vos: Nunquid exiſtis ad aliquem eorum videndum vt arundinem vento agitatam ideſt hominem incertum ⁊ varium in dictis ſuis:quaſi dicat non poteſtis hoc dicere de aliquo eorum: imo potius experti eſtis eos omnes conſtantes ⁊ certos in ſuis ſcripturis. neqꝫ enim prophetabant vobis agitati vento vane glorie hominū. Sed iterum quero an exiſtis videre aliquem eorum quaſi hominem mollibus veſtitum ideſt querentem lucra/veſtes/ ⁊ cibaria delicata ex ſuo vaticinio vt ſcilicet propter auariciam/aut gulam/aut mundanam gloriam prophetaret:quaſi dicat neqꝫ hoc verum eſt. nam qui talia querunt in domibus regum ſunt adulantes vt accipiant hec ab eis. quod mei prophete nunq̄ꝫ fecerunt:ſed inter vos homines plebeos ⁊ pauperes manſerunt ⁊ vobis humiliter predicauerunt. Reſtat ergo vt exieritis ad quemlibet eorum vt ad prophetam ideſt nuncium meum fidelem:etiam dico vobis ⁊ pluſq̄ꝫ prophetam ſcilicet quia non ſolum futuram veſtram liberationem a captiuitate iſta temporali predicauit vobis: ſed etiam a captiuitate ſpirituali et eterna damnatione per chriſtum redemptionē promiſit qua tandem vos ſocij effecti beatitudinis eterne angelorum: imperpetuum pace ac libertate fruamini:vnde quilibet eorum non ſolum vt homo predicauit vobis bona terrena: ſed quaſi angelus de celo miſſus promiſit bona celeſtia.hic eſt enī de quo ſcriptum eſt in Malachia vltimo prophetarum Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit viam tuam ante te.et ſunt verba dei ad populum iſrael vbi quemlibet prophetam vocat angelum ideſt nuncium dei miſſum ad eos. Hactenus de ſenſu hiſtorico: qui licet videatur ſatis extranea expoſitio prima facie: tamen revera ſi bene aduerterit doctiſſimus

Notabile.

quiſqꝫ generalem intentionem officiorum hu-
ius ſacri temporis: que ab omnibus concedi-
tur eſſe commemoratio temporis veteris legis
⁊ prophetarum: maniſeſte conſequitur huius
tertie dominice officium tertium iudeorum ſta-
tum reſonare: qui per Joannis vincula deſi-
gnatur eſſe ſtatus eorum ſub captiuitate quem
admodum expoſuimus. Idem etiam denota-
tur ſi hoc euangelium ad ſequentis dominice
euangelium comparetur: ſcilicet miſerunt iu-
dei: quorum ordo tam in miſſali Romano ꝗ in
Toletano ⁊ omnibus alijs eſt permutatus a
recto ordine ſenſus litteralis vtriuſqꝫ. nam hi-
ſtoria illius euangelij prior fuit ꝗ hiſtoria iſtiꝰ
vt clare oſtenditur ex plana ſerie littere euan-
geliſte Mathei a capite tertio vſqꝫ ad vndeci-
mum. Oportet ergo dicere huius ordinis per
mutationem factam eſſe ab autoribus iſtorum
officiorum propter aliquem alium ſenſum iſto-
rum euangeliorum a ſenſu literali eorū (quod
etiam a principio in prologis notauimus) et
hic eſt ſenſus hiſtoricus quem proſequimur ſci-
licet ad commemorandum hiſtorias veteris
populi cuius prioribus geſtis hoc euangelium
conſonat: ſequens autem euangelium poſte-
riori iudeorum ſtatui ideſt quarto ⁊ vltimo ſi-
gnificando magis aptum erit. ¶ Verū quia
miſſale romanum hoc euangelium legit in ſe-
cunda dominica aduentus quam correſponde-
re diximus ſecundo ſtatui iudeorum ſub regi-
bus ſuis: dicendum eſt ꝙ hoc euangelium fa-
cile poſſet eidem hiſtorie adaptari hoc modo:
quia enim populus ille tempore iudicum mul-
tipliciter fuerat vexatus et oppreſſus ab infi-
delibus: maxime tempore Heli ſacerdotis et
Samuelis prophete: quando capta Arca fe-
deris domini a Philiſteis in bello/ multi iude-
orum occiſſi et captiuati ſunt: ideo talis ſtatus
conuenienter per vincula Joannis ſignificari
potuit. vnde populus ille ex tunc clamare ce-
pit ad deum per Samuelem petens regem
qui precederet eos in bello et liberaret ab ini-
micis. quod vehementer deſiderans a quoli-
bet iudicum querebat populus: tu es qui ven-
turus es princeps noſter ad nos liberandum:
an alium expectamus? Et ſic proceſſerunt do-
nec datus eſt eis rex Saul a quo ſe ſperabant
liberari ⁊ de inimicis triumphare. quia tamen
ipſe propter peccata ſua a deo recedens perdi-
dit diuine gratie adiutorium: non ſolum non
potuit populum illum liberare: quin potius ip
ſe in bello turpiter corruit et totum exercitum
perdidit. Sed ex diuina electione ſuccedens ei
rex Dauid (qui manu fortis interpretatur) mi-
rabiliter de infidelibus triumphauit ſepius ⁊
ſic non ſolum liberauit populum iſrael ab eis:
ſed etiam regnum illud ampliſſime dilatauit
ac glorificauit. ideo reſpondens queſtioni eorū
tu es qui venturus es: affirmatiue: probauit
ſe eſſe illius populi ſaluatorem: figuralem ta-
men ſicut dictum eſt de Moyſe ſupra in capitu-
lo tertio quia in eo figuratus eſt chriſtus vniuer-
ſalis ſaluator humani generis. probauit inꝗ
rex Dauid ſe eſſe illius populi liberatorem per
ſigna multa que ſub eiꝰ regimine facta ſunt in
populo illo: hoc eſt quia ceci illius populi vide-
runt/ claudi ambulauerunt/ mortui ſurrexerūt
ꝛc. ſcilicet quantum ad mores ⁊ vitam ciuilem
pariter et fidem et religionem. Sed nihilomi-
nus multi de illo populo contra regem Dauid
ſcandala mouentes male perierunt. qui autem
non fuerunt in eum ſcandalizati ſed ei obe-
dientes ⁊ fauorabiles beati fuerunt pacifica poſ-
ſeſſione bonorum ſuorum. Et hinc probatus eſt
Samuel propheta talis regis elector ⁊ conſecra-
tor: non fuiſſe arundo vento vanitatis agitata:
nec ſcurra querens lucra in populo dei: ſed fuit
verus propheta ⁊ angelus ideſt nuncius dei: qui
precedens faciem Dauid regis preparauit ei vi-
am ꝛc. Preter hunc ſenſum hiſtoricum huiꝰ euā-
gelij ſiue ad propoſitum ſecunde dominice ſiue
tertie aduentus: eſt intentio eccleſie vt diximus
hoc euangelio probare primum chriſti aduen-
tum iā eſſe completū. ⁊ hoc patet primo ex reſ-
ponſione chriſti ad interrogationem Joannis:
ſecundo ex ſermone quem fecit ad turbas de cō-
mendatione perſone ipſius Joannis. Et licet in
ꝓhemio ſiue primo caplō. huiꝰ ſecūdi libri dictū
ſit ſenſum litteralem harum autoritatum (que
in officijs eccleſiaſticis adducuntur) fere ſem-
per eſſe in hoc opere preſupponendum ⁊ non
declarandum: quia tamen doctores ſacri circa
hanc Joannis interrogationem ſimiliter ⁊ chri-
ſti reſponſionem multa ⁊ varia ſcripſerunt: li-
buit hic ea breuibus perſtringere ⁊ lucide tra-
dere. ¶ Queſtio ioānis: tu es qui vēturꝰ es: an
alium expectamus? multipliciter exponitur a ſan-
ctis. dicunt quidam ꝙ eſt dubitatiua: non quidē
de perſona chriſti: ſed ſua paſſione hoc modo: tu
es qui vēturus es ſcꝫ ad paſſionem? Alij dicunt
ꝙ eſt admiratiua ſcilicet de tanta chriſti humili-
tate: qua ad paſſionem dignatus eſt venire. Alij
ꝙ eſt dilatiua ſcilicet ad alium mundum ideſt
querens de deſcenſu eius ad inferos: hoc modo
tu es qui venturus es ad inferos? Alij ꝙ eſt pro-
uiſiua ſcilicet ſaluti diſcipulorum Joannis: qua-
tenus ex chriſti reſponſione ipſi conuerterentur
⁊ crederent in chriſtum. Alij demum dicunt ꝙ
eſt aſſertiua. itaqꝫ prima eius pars non profera-
tur interrogatiue ſed aſſertiue quaſi diceret Joā-
nes: vere tu es meſſias qui venturus es ad mū-
di redemptionem ⁊ hoc eſt firmiter credendum
ab omnibus: ſecunda autem pars proferatur
interrogatiue ſic: an ideſt nunquid alium Meſ-
ſiam expectabimus: quaſi dicat non eſt alius ꝑ-
ter te expectandꝰ. Inter has intelligentias quin-
ta eſt voluntaria: prima eſt ſatis dubia ne dicam
falſa: tertia cum ſecunda eſt pia ac deuota: ſed
quarta proculdubio eſt magis littere conſona
ſi bene notentur omnes eius circunſtantie. tum
quia occaſio huius interrogationis ponitur:
quia Joannes erat in vinculis ideſt in carcere

Alius ſē-
ſus hiſto-
ricꝰ eiuſ-
dem euā-
gelij.

De ſenſu
litterari
paucula.



morti propinquus qua diſceſſurus erat a ſu-
is diſcipulis. ideo ante mortem ſuam voluit
prouidere ſaluti eorum ne incredulitate peri-
rent: et hac de cauſa miſit eos ad chriſtum:
quem ipſi inferiorem Joanne arbitrabantur
quatenus audita reſponſione chriſti ad illam
interrogationem ipſi crederēt illum verum meſ-
ſiam. tum quia reſponſio chiſti ad diſcipulos Jo-
annis dirigitur. Nam primo ad eorum conuer-
ſionem fecit coram eis multa miracula. Secun-
do exprobrauit incredulitatem eorum dicēs bea-
tus qui non fuerit ſcandalizatus in me ſcanda-
lo ſcilicet contrario veritati fidei que eſt de diui-
nitate et humanitate chriſti. Sed reſponſio chri-
ſti in ſe conſiderata clariſſime probat ipſum fuiſ-
ſe verum meſſiam promiſſum in lege Moyſi et
prophetis omnibus. quia miracula eius fuerūt
noua et a ſeculis inaudita inter homines ſcili-
cet ceci vident/ claudi ambulant ꝛc. nam de his
prophetauerat Eſaias caplō. 35. deus ipſe veniet
⁊ ſaluabit nos: ecce loquitur de aduentu meſſie.
Sequitur: tūc aperientur oculi cecorum/ ⁊ aures
ſurdorum patebūt ꝛc. de predicatione etiam ſua
dicit: pauperes euangelizantur ideſt docentur ⁊
inſtruuntur per euangelium a me predicatum:
de qua predicatione meſſie idem Eſaias. 61. Di-
cens: ſpiritus domini ſuper me eo ꝙ vnxerit me
ꝛc. Sequitur: euangelizare pauperibꝰ miſit me.
⁊ hanc prophetiam de ſe intelligēdam eſſe chri-
ſtus declarauit Luce. 4. Si ergo ea que prophe-
tata erāt de vero meſſia in eo impleta monſtran-
tur: ſequitur ꝙ ipſe fuerit verus meſſias: et prop-
terea dixit diſcipulis Joannis baptiſte ite et re-
nunciate Joanni que vidiſtis ⁊ audiſtis quaſi di-
cat ſi bene intelligitis prophetias de Meſſia il-
la omnia in me vidiſtis. vnde concludit reſpon-
ſionem ſuam dicens: beatus qui nō fuerit ſcan-
dalizatus ideſt non offenderit in me per errorē
contrarium fidei: que de neceſſitate requirit ꝙ
homines credant me verum ſaluatorem mundi.
et hanc fidem qui bene tenuerit beatus erit.
Commendatio in ſuper Joannis a chriſto fa-
cta ad turbas populorum predicando idem pro-
bat ſcilicet ipſum fuiſſe verum meſſiam. Pri-
mo ex perſona Joannis (qui teſtimonium pe-
ribuerat de Jeſu nazareno ꝙ eſſet verus meſſi-
as) cuius qualitas perſone declarat teſtimo-
nium eius eſſe verum et fide dignum. tum quia
erat vir conſtans et firmus in dictis ſuis: nō va-
rius et mutabilis ſicut arundo vento agitata.
quamuis enim prius dixerat Jeſum eſſe verum
meſſiam: nunc querens: tu es qui venturus es
non mutat ſententiam: quia hoc non querit du-
bitans ſed ſaluti diſcipulorum conſulens. tum
quia Joannes erat iuſtus et verax in factis ſu-
is: non autem fictus adulator ſicut hi qui mol-
libus veſtiuntur et propterea ſequuntur reges
ceteroſqꝫ magnos dominos vt blandiantur
eis in faciem quos derident a tergo. non ſic Jo-
annes qui in deſerto nutritus aſperrimam pe-
nitētiam fecit et ad predicandum veniens He-
rodem regem duriſſime reprehendit. tum de-
niqꝫ quia ſpiritum prophetie firmiorem a certi-
orē accepit ꝗ alij prophete omnes quorꝫ teſtimo-
nia vt certa accipimꝰ. ipſe enim ab vtero matris
ſue conſecratus eſt in prophetam dei ⁊ per os
vtriuſqꝫ parēns prophetauit. 2. Idem probat ex
officio precurſoris quem ipſe Joannes exercuit
fideliter. Ante enim conceptus ⁊ natus eſt quā
Jeſus/ ante eum predicauit ⁊ baptizauit. eſtqꝫ ille
angelus ideſt nuncius dei quem malachias vl-
timus prophetarum. ve. le. predixit eſſe vēturum
ante faciem Meſſie vt preconem eius immedia-
tum. q2 ergo Joannes iam morti propinquꝰ ſue
legationis officium iam compleuit. Sequitur ꝙ
verus Meſſias iam venit in mundum: eſtqꝫ ille
cui ipſe teſtimonium dedit ſcilicet. Jeſus Naza-
renus filius Marie virginis. Hec de cōmenda-
tione Joannis ad propoſitum primi aduentus
chriſti: ꝗuis ipſe Jeſus alibi dicat ꝙ habet teſti-
monium maius Joāne ſcilicet dei patris qui te-
ſtificatus eſt de filio ſuo in baptiſmo ⁊ transfigu-
ratione. ¶ In ſenſu autem morali pro fidelibus
preſentibus in hoc ſacro tempore: dici poteſt ꝙ
Joannes incarceratus eſt quilibet fidelis vin-
culis peccatorum alligatus: ſed audiens per pre-
dicatores eccleſie in hoc aduentu multa opera
chriſti mirabilia que cotidie facit in animas ho-
minum: mittit ad eum nuncios ideſt religio-
ſos et ſacerdotes eccleſie vt orent deum pro ſa-
lute anime ſue. quibus ipſe chriſtus reſpon-
det per noua miracula que in hoc ſacro tem-
pore fiunt dicens. ceci ideſt peccantes per igno-
rantiam iam vident lumen ſane doctrine. clau-
di ideſt peccantes per paſſionem que facit ho-
minem claudicare iam recte ambulant ſcilicet
ſecundum rectum rationis iudicium leproſi. i.
peccantes ex malicia: iam mundantur illa pra-
ua affectione per gratiam dei et fiunt benigni
ad omnes. Surdi ideſt longa conſuetudine in-
durati in peccatis qui et correctionem audire
nolebant: iam audiunt obedienter ſuos prela-
tos eos increpantes in predicatione vel in con-
feſſione. Mortui ideſt impenitentes vſqꝫ ad
mortis articulum: iam reſurgunt a peccatis
ſuis conuerſi ad deum per penitentiam: et hoc
per flagellum grauiſſime infirmitatis correcti.
vel mortui ſunt in fideles: nam cum cetera pec-
cata hominum infirmitatibus varijs compa-
rentur: in fidelitas potius eſt dicenda mors ꝗ
infirmitas anime iuxta illud Mathei. 19. dimit-
te mortuos ſepelire mortuos ſuos. hi ergo mor-
tui per gratiam dei auditis eccleſie predicatio-
nibus reſurgunt ideſt ad fidem veniunt que eſt
vita anime. Ex his miraculis multa operatur
chriſtꝰ in hoc ſacro tp̄e aduentus ſicut etiam in
quadrageſima incitans homines peccatores ad
penitentiam quia ipſi paupers nunc ſpecialiter
euangelizantur a predicatoribus eccleſie: vt eos
premuniant pro feſtis natalibus aut paſcalibꝰ.
et ad idem propoſitum precedunt in officio ec-
cleſiaſtico iſta euangelia loquentia de Joan-

Moralī-
tas euan-
gelij.

ne baptiſta: quatenus ſicut olim ipſe fuit ange-
lus preparans viam ideſt corda hominum ad
chriſtum deuote recipiendum in ſuo primo ad-
uentu: ita etiā nunc ab eccleſia introductus exē-
plar totius bone doctrine ⁊ ſanctitatis eandem
viam preparet ad chriſtum deuote colendum a
fidelibꝰ in ſuo aduētu repreſentatiuo ideſt in die
ſue ſanctiſſime natiuitatis. Cātus offertorij: Bñe-
dixiſti domine terram tuam: ex pſal. 84. eſt vox
letitie fidelium exeuntium a captiuitate vel cor-
Offertorium. porali babylonica/ vel ſpirituali diabolica: ⁊ per
aduentum ſaluatoris reductorū in patriam ſu-
am. nam purificato fideli populo per penitenti-
am a peccatis ſuis: terre ſancte maledictio ideſt
deſolatio mutata eſt in benedictionem que fuit
reedificatio templi ⁊ ciuitatis Hieruſalem. Et
quod dictum eſt ade Geneſis. 3. maledicta terra
in opere tuo: per primum aduentum chriſti mu-
tatum eſt in bonum: q2 ex fructibus terre ſcꝫ pa-
ne ⁊ vino fideles offerunt deo acceptabile ſacri-
ficium ex chriſti benedictione. Oratio ſecreta: de-
uotionis noſtre ⁊c. applicat predictum offertori-
um ad ſenſum moralem pro preſentibus loquēs
de aduentu mentali ſaluatoris/ ⁊ de liberatione
a captiuitate ſpirituali animarum. Cantus com-
munionis: dicite puſillanimes. Eſaie. 35. eſt con-
Communio. ſolatio fidelis populi a captiuitate exeūtis: qua
promittitur ei aduentus futuri ſaluatoris ad om-
nimode liberandum eos ſiue temporaliter ſiue
ſpiritualiter tam in hoc ſeculo q̄ꝫ in futuro dei iu
dicio finali vniuerſali vel particulari. Ultima
oratio: imploramus domine clementiam tuam.
ſenſum moralem cōmunionis explicat pro pre-
ſentibus: petens ex virtute ſacrifficij oblati gra-
tiam dei nos purificantem a peccatis ⁊ preparā-
tem ad digne celebranda feſta natalis domini.

## ¶ Caput ſextum de officio ⁊ ieiunio quattuor temporum in tertia hebdomade aduentus ⁊ de ordinatione nouorū clericorum ad duos ſenſus.

Argumētū officij.



Xanti-
qua patrum in-
ſtitutione habet
conſuetudo ec-
cleſie romane ie
iunia quattuor
principaliū an-
ni temporum:
que ſuperius di
cta ſunt ver e-
ſtas/ autumnꝰ/
et hyems. nam in principio cuiuſlibet eorum
ieiunat fidelis populus tres dies vnius heb-
domadis ſcilicet feriam quartam/ ſextam et ſab
batum. habetqꝫ eccleſia in talibus diebus pro-
pria officia miſſalia que correſpondent qualitati
temporis in quo aguntur. Huius autem inſti-
Prima ratio huius inſtitutiōis. tutionis pariter et conſuetudinis duplex ratio
aſſignari ſolet. Prima ſumitur ex ipſa tempo-
ris natura. cum enim inter cetera dei beneficia
hominibus conceſſa in hac vita precipuum ſit
tempus (quod totum circulo anni reuoluitur)
dignum et iuſtum cenſuerunt eccleſie prelati at-
qꝫ doctores vt plebs fidelis in recognitionem
tanti beneficij conſecraret deo in operibus peni
tentie aliarumqꝫ virtutum non ſolum decimam
partem anni in ieiunio quadrageſimali: verum
etiam primitias principalium partium eius
que ſunt quattuor tempora predicta. et iſte pri-
mitie iccirco vocātur ieiunia quattuor tempo-
rum in eccleſia: nam ſicut quelibet quarta anni
habet tres menſes: ita in primo menſe cuiuſli-
bet quarte inſtituit eccleſia tres dies ieiunan-
dos ſcilicet diē pro menſe. hoc eſt in Martio qui
eſt principium veri: in Junio a quo incipit eſtas
in Septembri principio autumni: et in Decem
bri qui eſt caput hyemis: Officia autem iſtorū
ieiuniorum preter laudes dei quas decantare
intendunt: implorant eius miſericordiam cum
hominibus quatenus ⁊ fructus terre eis conſer
uet/ et ab importunitatibus ſiue tempeſtati-
bus aeris aliorumqꝫ elementorum et beſtiarum
eos liberet/ ac deniqꝫ vt fideles ſuos deus in-
ter ſe pacificet. Hic etiam vſus ex ātiqua lege or
tum habuit in qua per Zachariam prophetam
capitulo. 8. deus preceperat iudeis hec quattuor
temporum ieiunia dicens ieiunium primi/ ie-
iunium quarti/ ſeptimi/ et decimi erit domui iu
da ⁊c. Uerum hec noſtra ieiunia notabiles quaſ
dam habent differentias et rationes ab illis an
tiquorum ieiunijs: ne viderentur chriſtiani ex
obligatione illius legis hec ieiunia obſeruare:
quandoquidem etiam in tempore illo antiquo
ieiunia quattuor temporum erant ſolum de iu-
re poſitiuo humano et non ex mandato ipſius
legis: quamuis deus talem inſtitutionem po-
ſtea approbauerit in allegata autoritate Zacha
rie. Altera ratio horum ieiuniorum atqꝫ officio
Secūda ratio. rum ſumitur ex ordinatione ſacerdotum et alio-
rum clericorum eccleſie chriſtiane: que ordina-
tio inoleuit ex apoſtoli Petri et ſuorum ſucceſ-
ſorum Romanorum pontificum primitiue ec-
cleſie vſu atqꝫ autoritate ⁊ in predictis quattuor
menſibus anni legitur eſſe facta frequentius q̄ꝫ
in alijs. Quia igitur eccleſie chriſtiane ſacerdo-
tes per ſuam ordinationem adipiſcuntur quan
dam gratiam et poteſtatem ſpiritualem ſuper
animas aliorum fidelium: et illam non ex ſuis
meritis ſed ex miſericordia dei habere poſſunt
ad preces fidelis populi: ideo decreuerunt
ſancti patres vt ante ordinationes clericorum
non ſolum ipſi ſed etiam omnes alij fideles de



uoti orarent cum ieiunio pro impetratione illius
gratie: et ad laudandum deum qui dedit ta-
Generalis formaiſtorum officiorum. lem poteſtatē hominibus. De officijs aūt quat
tuor temporum primo dicemus in genere: dein-
de exponemus ſingula eorum in ſuis locis. hu-
iuſmodi enim officia licet ad omnes fideles per-
tineant in materia: tamen eorum forma com-
munis principaliter reſpicit clericos ordinādos.
Siquidē inſtitutū eſt ꝙ ordinandi in ſabbato q̄t
tuor temporū prius examinentur in quarta feria
precedente de ydoneitate ⁊ ſufficientia eorum tā
in litteris q̄ꝫ in moribus: ⁊ hoc fit propter corre-
ſpondentiā ad legem veterem: nā in quarta mū
Prima adaptio. di etate Dauid ⁊ Salomō reges hieruſalem or-
dinari fecerunt ſacerdotes ⁊ leuitas ad miniſte-
rium templi dei amplius ⁊ perfectius q̄ꝫ priꝰ fue
rit inſtitutum hoc miniſterium a Moyſe in ter-
tia mundi etate. vnde hac ratione in officio miſ-
ſali eiuſdem quarte ferie due legūtur lectiones
pro epiſtola videlicet: quia in vtroqꝫ dei populo
⁊ veteri ⁊ nouo ordinādi ad miniſterium templi
dei debuerunt examinari ⁊ inſtrui in his que p-
tinent ad eorum officia. Et ſumūtur ille due lec
tiones quarte ferie ex libris veteris teſtamenti li
cet altera ex lege Moyſi ⁊ altera ex prophetis:
ad innuendum ꝙ in illa quarta mūdi etate lex
⁊ prophetia maxime viguerunt in populo dei: ⁊
ꝙ in talibus doctrinis pollere debent viri eccle-
ſiaſtici ſup oēs alios fideles. In ſexta vero feria
eiuſdem hebdomadis ordinandorum ſola vna
lectio epiſtole legitur ⁊ illa ex veteri teſtamento:
q2 in ſexta mundi etate lex et prophete recapitu-
lātur ac recolliguntur in vno chriſti euangelico
huic etate maxime proprio. In ſabbato deniqꝫ
ordinantur clerici: et in miſſa ſuorum ordinum le
guntur ſeptem lectiones connumerato euange-
lio: ⁊ hoc fit ad repreſentandum ſeptem clerico
rum ordines quattuor minores ⁊ tres maiores.
Unde ⁊ propterea prime quattuor lectiōes ſu-
muntur ex veteri teſtamento: que erat doctrina
minorum ſeu imperfectorum hominum: tres ve
ro vltime ſemper ſumuntur ex Daniele Pau-
lo et chriſto: qui fuerunt doctores maiorū ⁊ per-
fectorum hominum. quamuis non equaliter ſed
ordine quodam. Poſſunt etiam he ſeptem lecti-
Secūda adaptio. ones ſignificare ſeptem principales virtutes hu
manas ſcilicet quattuor cardinales ſeu morales
que ſunt minores: et tres theologales maiores.
nam his omnibus præditi eſſe debēt miniſtri ec
cleſie dei/ pluſqꝫ alij omnes fideles hec ieiunia
quattuor temporum celebrantes. Primo enim
prudentiam habere debent: vt rationabile ſit
eorum obſequium et non indiſcretum. Secun-
do temperantiam ſeu moderamen in cibo ⁊ po
tu/ in amictu/ in verbis et alijs actibus exterio-
ribus. Tertio fortitudinem ⁊ pacientiam ad tol
lerandas difficultates ſuorum officiorum in ec-
cleſia dei. Quarto iuſticiā qua reddant vnicuiqꝫ
quod ſuum eſt ſcilicet deo laudes horarum cano
nicarum/ et alijs proximis orationes pro eis a
quibus emolumenta recipiunt ſuorum benefi-
ciorum. ⁊ his virtutibus aptari poſſunt quattu-
or prime lectiones minorum ordinum. Nam ſi
eas habuerint facile euadent incendium ignis
concupiſcentie carnalis ſignificatum in quinta
lectione de tribus pueris liberatis ab incendio
corporis in fornace ignis ardentis. quamuis illa
lectio examē ordinādorū quod preceſſit in quar
ta feria ſignificare poſſit: iuxta illud pſal. 16. igne
me examinaſti ⁊c. ⁊ de hoc etiam loquitur apo-
ſtolus. 2. ad Thimoteū. 3. hi probentur primo de
inde miniſtrent. Sedatis autem paſſionibus et
concupiſcentia: clerici erunt ydonei ad predica-
tionem doctrine apoſtolice que eſt ſexta lectio
epiſtole Pauli. ſimiliter et doctrine euangelice
que ſeptimo loco ponitur. Uerum quia diximꝰ
tres vltimas huius miſſe lectiones ad tres virtu
tes theologicas ⁊ maiores pertinere: quintam
optime aptabimus charitati de fornace ignis vt
patet canticorum. 8. lampades eius lampades
ignis atqꝫ flammarum. ⁊ dominꝰ Luce. 12. ignē
veni mittere in terram ⁊c. ſpem denotat ſexta lec
tio doctrina apoſtolica promittens celeſtia. euā-
geliū deniqꝫ ſignificat fidē manifeſtiſſime. Hac-
tenus de ieiunijs ⁊ de officijs quatuor tempo-
rum anni in genere: ⁊ quātum ad communem
formam eorum: differunt vero in materijs offi-
ciorum quas vnumquodqꝫ illorum temporū pro-
prias habet iuxta ſuam qualitatem vel incom-
plexione aeris/ vel in nationibus hominum in
fructibus terre ⁊ aliorum terre adherentiū. Sed
alijs dimiſſis et ad ſua loca reſeruatis dicamus
De officio temporis hyemalis. hic de principio hyemis. Quamuis autem pri-
mum quattuor temporum anni ſit ver naturali
ordine. tamen vt notauimus ſupra in principio
ſcdi. capitis: officia eccleſiaſtica non a vere ſed ab
hyeme incipere debuerūt. Quare inter officia
quattuor temporum hyemale huius tertie hebdo-
madis primo ſeſe offert nobis exponendum.
et iuxta qualitatem temporis omnes lectiones
horum trium dierum ſunt de primo chriſti aduē
tu in mundum: ſumunturqꝫ ex prophetia Eſa-
ie qui de meſſie aduentu et de natiuitate eius tē
porali multa clariſſime diſeruit. Prima nāqꝫ
De officio quarte ferie. lectio ferie quarte huius hebdomadis ſcilicet: e-
rit in nouiſſimis diebus ⁊c. Eſaie. 2. predicat ex-
cellentiam ciuitatis hieruſalem et templi eius:
vel ex eo maxime ꝙ ſaluator mundi factus ho-
mo veniens in illud p̄dicaturus erat legem no
uam perfectiſſimam ſuis diſcipulis ex gente iu-
deorum acceptis: deinde docturus erat omnes
gentes mundi viam ſalutis eterne. Secunda
lectio: locutus eſt dominus ad Achaz: Eſa. 7.
deſcribit mirabilem dignitatem virginis Marie
matris chriſti: que futura erat vt ſignum nouū
in terra ideo ait: dominus ipſe dabit vobis ſi-
gnum: ecce Uirgo concipiet ⁊c. Euangelium e-
iuſdē officij quarte ferie. Miſſus eſt angelꝰ Ga-
briel Luce primo declarat predictas prophetias
impletas eſſe in ieſu Nazareno Et maria matre
eiꝰ narrās ordinē ⁊ modū ꝯceptiōis vel incarna
tionis filij dei in vtero virginis Marie talem

omnino fuiſſe qualem predicte lectiones Eſaie
lōge ante predixerant. ¶ In ſexta feria vnica le
De offi-cio ſexte ferie. ctio epiſtole: egredietur virga de radice ieſſe. Eſa.
II. explicat dotes ⁊ perfectiōes ſpirituales quas
habiturus erat ſaluatoꝛ mūdi pꝛomiſſus homo
verus ex vtero matris virginis ſcꝫ intellectum/
ſapientiam ⁊ alia dona ſpiritusſancti: quibus ipſe
aptus ⁊ idoneus eſſet doctoꝛ omnium gentium
ſecūdum humanitatem aſſumptam: doctrinaqꝫ
ſua eſſet hominibꝰ ſalutifera atqꝫ perfectiſſima.
Euangelium: Exurgens maria. Luce. i. pſalmo.
Sanctificationem pꝛecurſoꝛis chꝛiſti iam conce-
pti in vtero matris vetule pꝛobat ex pꝛeſentia
ſanctitatis chꝛiſti ad eum appꝛoximati per ſalu-
tationem ac viſitationem matris eius. nam ipſe
Joannes pꝛecurſoꝛ eiſdem donis ſpiritusſancti
repletus eſt a chꝛiſto: quibus idoneus redde-
retur ad bene pꝛeparandum viam domino. Cā-
tus ⁊ oꝛationes hoꝛum duoꝛum officioꝛum faci-
le exponentur concoꝛditer ad lectiones p̄dictas.
De offi-cio ſab-bati. ¶ In ſabbato p̄ma lectio: clamabūt ad dominū
Eſa. 19. declarat fructum doctrine chꝛiſti in mū-
do ex ſuo pꝛimo aduentu ſcilicet conuerſionem
totius fere mundi ad verum deum relictis falſis
idolis: pꝛopter que gentilitatē egyptū appellat.
Secūda lectio: letabitur deſerta. Eſa. 35. ſpeciali-
us agit de conuerſione gentilium ad fidem chꝛi-
ſti cum pꝛius fuiſſent quaſi terra deſerta. Tertia
lectio: ſuper montem excelſum. Eſa. 40. agit de
officio pꝛecurſoꝛis chꝛiſti maxime de ſua pꝛedi-
catione ⁊ teſtificatione de chꝛiſto. ⁊ hanc pꝛophe-
tiam de ſe allegat ipſe Joannes Luce. 3. ⁊ Joā.
I. Quarta lectio. Hec dicit dominus chꝛiſto meo
Cyꝛo. Eſaie. 45. aſſimilat meſſiam Cyꝛo Regi
perſarum qui populum dei a captiuitate babilo
nica liberauit: chꝛiſtus autem totum genus hu-
manum a ſeruitute diabolica. ⁊ in fine huius le-
ctionis additur vox antiquoꝛum patrum peten-
tiū ⁊ deſiderantiū chꝛiſti aduentum ſcilicet Ro-
rate celi deſuper. Quinta lectio. Angelus domi-
ni. Danielis. 3. figurat chꝛiſtum i illo angelo qui
liberauit tres ſeruos dei de incēdio ignis in foꝛ-
nace: ideſt chꝛiſtus eduxit ſanctos patres de lim
bo inferni: ⁊ ſimiliter fideles viatoꝛes de hoc mū
do poſito in maligno ideſt in malo igne cōcupi
ſcentie. Sexta lectio epiſtola pauli: Rogamus
vos. 2. Theſ. 2. loquitur de chꝛiſti ſecundo aduē-
tu ad iudicium: ⁊ de perſecutione antichꝛiſti con-
tra eccleſiam dei ante iudicium. Predictis autē
ſex lectionibus Tractus interpoſiti cātantur ꝓ-
pter ieiunium ⁊ penitentiam ieiunantium: ſed
cuilibet tractui ſubditur vna oꝛatio explicās ſen-
ſum eius ⁊ intentionem eccleſie in hoc officio.
Septimo loco legitur euangelium. Anno quin-
todecimo: ex. 3. capitulo Luce. ⁊ intendit pꝛobare
ex teſtimonio Joannis pꝛecurſoꝛis chꝛiſti com-
pleta eſſe in Jeſu nazareno omnia illa que pꝛe-
dicte lectiones de meſſia futuro pꝛomittebant:
vt patet in applicatione tertie lectionis circa fi-
nem euangelij: vbi Joannes concludens ait ex
verbis Eſaie: ⁊ videbit omnis caro ideſt omnis

homo ſalutare dei ideſt ſaluatoꝛē a deo miſſum
viſibilem ⁊ cum omnibus conuerſantem inter-
ris. Offertoꝛium huius officij exponit oꝛatio ſe-
creta: ſicut communionem oꝛatio vltima. Pꝛe-
ter ſenſum autem datum in officijs ferialibꝰ iſto
rum trium dierum de pꝛimo vel ſecundo chꝛiſti Senſꝰ hiſtoꝛicus.
aduentu: poſſet qui vellet in eis ingeniare ſenſū
hiſtoꝛicum de geſtis veteris legis: ſcilicet de offi-
cijs ſacerdotum ⁊ leuitarum in templo hieroſo-
lymitano poſt eius reedificationē in quinta mū
di etate. que officia iam a multis annis dimiſſa
pꝛopter captiuitatem iudeoꝛum Eſdras ſcriba
ſapientiſſimus dicitur refoꝛmaſſe in continua ex-
pectatione ſaluatoꝛis mox futuri. ideo creditur
ꝙ ſacerdotes illi tunc frequentabant in templo
dei lectiones ⁊ ꝓphetias ſupꝛadictas. Inde eti-
am eliceretur ſenſus moꝛalis eoꝛundem officio- Moꝛalitas.
rum: quem vt diximus oꝛationes aliqualiter ex-
plicant pꝛo fidelibus pꝛeſentibus ſcilicet quali-
ter ipſi debeant expectare aduentum mētalem
dei in animas ſuas: quod maxime erit eis poſ-
ſibile in feſto natiuitatis chꝛiſti quem ſepius dixi
mus aduentum repꝛeſentatiuum ſaluatoꝛis: et
in eo etiā verificabit dictū Joānis ꝙ videbit oīs
caro ſalutare dei ſcꝫ pia mētis cōtemplatiōe ⁊ ſi
non oculis coꝛpoꝛeis. Aduertēdū deniqꝫ ꝙ eccle
ſia Toletana cū alijs multis. excepta Romana
in qualꝫ hebdomade totius anni p̄ter officia do
minicalia ponit pꝛopꝛia officia maxime epiſto-
las ⁊ euangelia pꝛo feria quarta ⁊ ſexta etiā vbi
nō occurunt aliqua ieiunia. ſed eccleſia Roma-
na hunc moꝛē habet extra quadrageſimā in ſo-
lis hebdomadibꝰ ⁊ ieiunijs quattuoꝛ tēpoꝛū an-
ni. Et qꝛ nos in hoc ope pꝛincipaliter miſſale ro-
manū ſuſcepimus exponendū: ideo talia officia
ferialia conſulto dimittimus inexpoſita expꝛeſſe
⁊ foꝛmaliter: quāuis bene inſpecto modo nr̄e ex
poſitionis in alijs officijs omnibus poterit faci-
liter ꝗlibet vel mediocriter doctus ea exponere
dūmodo ſuas expoſitiones faciat conſonas of-
ficio dominice p̄cedētis in ꝗlibet hebdomade.

## ¶ Caput ſeptimū de quarta dominica aduentus cuius officium cōmemo-rato veteris populi ſtatu in ſilentio vel ſabbatiſmo legis ⁊ pꝛophetarum: pꝛeparat fideliū mē-tes ad digne celebrādū feſtū natiuitatis pꝛimū.



Inēad-
uentui impo-
ſituri: in offi-
cio huiꝰ quar
te dn̄ice com-
memoꝛabimꝰ Argumētum officij.
finalē et quar
tum ſtatum fi
delis populi
ſub veteri le-
ge: qui a tran
ſitu Zoꝛoba-
bel ducis ⁊ Malachie vltimi ꝓphetarū vſqꝫ ad



natiuitatē chꝛiſti trecentos fere annos cōpleuit.
Quo tēpoꝛe pꝛo maioꝛe parte populꝰ dei pacifi-
ce habitās in terra ꝓmiſſionis expectabat ꝓpin
quū meſſie aduentum: quēadmodum in pꝛinci-
pio illius etatis ei pꝛomiſerant Ageus/⁊ Mala-
chias nouiſſimi pꝛophetarū veteris legis. Dici-
turqꝫ illud tēpus ſabbatū ideſt quies veteris po
puli: quia tunc ceſſauerunt bella ⁊ tyꝛānides in
fidelium cōtra eos: et ipſi plantauerunt vineas/
olineta/⁊ hoꝛtos/edificauerūt domos opulētas/
et ditati ſunt vehementer. Licet quietē illam ali-
quātulum interruperit circa mediū illius tēpo-
ris perſecutio Antiochi regis Syꝛie: que ſtatim
ſedata eſt/et pax reſtituta: vt patet in duobus li-
bꝛis Machabeoꝛum. Dicitur etiā idem tēpus ſi-
lentium legis/ ⁊ pꝛophetarum: quia in eo nulli
ad eos miſſi ſunt ꝓphete/nulli ſacre ſcripture li-
bꝛi: tunc ſcripti ſunt. Nulle hiſtoꝛie de patribus
genealogie chꝛiſti poſt Zoꝛobabel. Nā libꝛi Ma
chabeoꝛum: tunc editi non ſunt de canone ſacre
biblie ſecūdum Hieronymum: nec pertinent ad
generalē hiſtoꝛiā ppl̄i dei que ab Adam vſqꝫ ad
chꝛiſti aduentū ꝓgreditur. Sed eſt quedam par-
ticularis hiſtoꝛia de caſu illo particulari. Silue-
rūt ergo in tēpoꝛe illo oꝛa pꝛophetarū/ ſiluerūt ⁊
ſacroꝝ libꝛoꝝ ſcriptoꝛes. Siluerūt deniqꝫ hiſtoꝛie
generalis eccl̄ie antique enarratoꝛes: qꝛ iam ꝑli-
batis oībus neceſſarijs reuelationibꝰ dei ad ſalu
tem fidelis populi pꝛo illo ſtatu: nō reſtabat tūc
fidelibus aliud agēdum/niſi ꝙ ſe pꝛepararēt ad
deuote recipiendū ſaluatoꝛē mūdi ſtatim vēturū:
qui ſua celeſti doctrina cōpleturus erat oīa que
deerant doctrine legis Moyſi ⁊ alioꝛū pꝛopheta-
rum. Similiter etiam pꝛemiſſis in tribus pꝛimis
dominicis huius aduētus omnibus que neceſ-
ſaria erant ad theoꝛice declarandum fidelibus
vtrumqꝫ ſaluatoꝛis aduentum: nō reſtabat iam
in hac quarta dominica niſi vt pꝛactice docerent
chꝛiſtiani ſuam dignā pꝛeparationē ad deuote/
ac pie celebꝛandum feſtum natiuitatis chꝛiſti: in
quo vterqꝫ eius aduentus repꝛeſentatur. Patet
ergo que ſit ꝓpꝛia ⁊ ſpecialis materia huius of-
ficij/eſt enī ſermo pꝛeparatoꝛius vtriuſqꝫ fidelis
populi ideſt tam veteris ꝗ̄ noue legis: quo inci-
tatur ad deuote recipiendum ſaluatoꝛē ſuum in
pꝛoximo venturum ad eos/vel realiter vel repꝛe-
ſentatiue. Quia enī in pꝛima dominica aduētus
ſatis copioſe actum erat de pꝛimo chꝛiſti aduētu
in mundum: ⁊ ſimiliter in ſecunda dominica de
eiuſdem aduētu ad iudicium: atqꝫ in tertia facta
erat recapitulatio valde artificioſa de vtroqꝫ ad-
uentu ſimul. Conſequēter viſum eſt patribus in
hac quarta dominica fidelem populum ſalutari
doctrina pꝛeparare ad celeberrimum natiuitatis
chꝛiſti feſtum/ quod repꝛeſentatiue eſt vterqꝫ eiꝰ
aduētus. Quemadmodum in. ve. le. ſcriptis iam
per ꝓphetas omnibus myſterijs aduētus meſ-
ſie in pꝛimis tribus tempoꝛibus ſuis: reliquum
fuit in quarto tēpoꝛe moꝛalia quedam pꝛecepta
per ſapientes ſcribenda tradi ſimplicibus fideli-
bus (vt patet in libꝛo ſapientie ⁊ in eccleſiaſtico

qui non ſunt de canone biblie) quibus pꝛactice
pꝛepararentur ad ſui meſſie dignam receptionē
⁊ illi tēpoꝛi (vt pꝛediximus) hec dominica coꝛ-
reſpōdet. ¶ Igitur in officio nocturno ſeu matu Matutini.
tino huius diei inſtante iam feſto natalis domi-
ni hoc inuitatoꝛiū pꝛemittit. Pꝛope eſt iam do-
minus venite adoꝛemus quod etiam in quarto
tēpoꝛe. ve. le. ſapientes dicebāt fidelibus: venite
inquiunt ⁊ pꝛeparamini ad deuote ipſum ado-
randū. que ſentētia ſatis colligi poteſt ex pꝛinci-
pijs illoꝛum libꝛoꝛum ſapientialium. Pꝛimum
etiam reſponſoꝛiū lectionibus Eſaie interpoſitū:
ſcilicet canite tuba in ſion ⁊c. eſt vox pꝛelati vtri-
uſqꝫ populi qua pꝛedicatoꝛes excitat ad conuo-
candum fideles tuba ſue pꝛedicationis: quatenꝰ
eis declarēt modum ſue bone pꝛeparationis ad
recipiendum ſaluatoꝛē vt decet. Eandem ſentē-
tiā alijs verbis cōſonant reſponſoꝛia ſequentia.
Similiter ⁊ antiphone laudum quarum pꝛima
iterum tubā nominat. Et ꝑ hoꝛas diei antipho- Laudes.
ne/capitula/reſponſoꝛia/verſus/⁊ oꝛationes/ad-
monitiones ſunt ſimplicium fidelium ad pꝛopo-
ſitum pꝛedictū. Introitus miſſe varius eſt in miſ-
ſali Romano ⁊ in alijs eccleſijs: ſicut etiam euā-
geliū ⁊ ꝗdam alie partes huius officij. ⁊ cauſam
huius diuerſitatis paulo inferiꝰ in hoc capitulo
dicemus. Communiter tamen ponitur duplex Introitꝰ miſſe.
introitꝰ: ſcilicet Roꝛate celi deſuper. ⁊c. Eſa. 40.
in libꝛo Romano. ⁊ Memēto noſtri domine. ⁊c.
ex pſalmo. 105. in toletano ⁊ alijs. ſed vtriuſqꝫ ē
eadem fere ſententia. eſt enim vox populi dei/vel
clamoꝛ ad deum in quarto tēpoꝛe. ve. le. licet enī
illi eſſent ſatis pꝛopinqui natiuitati chꝛiſti: tamē
videbatur eis nimia dilatio aduētus ſui que eos
affligebat: maxime ſub perſecutione Antiochi
regis Syꝛie crudeliſſime ſeuientis in eos: quam
afflictionem permittēs deus videbatur: iam eo-
rum oblitus in tāto ſilentio pꝛophetarum. Ideo
clamabant dicētes: Roꝛate celi deſuper ⁊ nubes
pluant. Iuſtū meſſiam quem ſperamus: aperia-
tur terra ad recipiēdum imbꝛem celeſtē/ ⁊ ex illo
concipiat ⁊ germinet ſaluatoꝛē noſtrum. Memē-
to ergo noſtri dn̄e ⁊c. Viſita nos in ſalutari tuo
meſſia ⁊c. Vt lauderis cū hereditate ideſt eccl̄ia
tua: que tunc videbatur ceſſare a laudibus diui-
nis impediēte tyꝛāno illo: qui etiā cogebat fide-
les idolatrare. Verſus. Similiter eſt duplex ſci-
licet et iuſticia oꝛiatur ſimul ⁊c. vel Confitemini
dn̄o ⁊c. Ex eodem loco cū ſuo introitu: et incitat
fideles ad laudādum deum etiam in medio tri-
bulationis: vt ſaltem ſine ſolēnitate ſeruent iuſti-
ciam legis ſue. Moꝛalis ſenſus pꝛo pꝛeſentibus
eſt: ꝙ ipſe in hac hebdomade affectuoſe deſide-
rant aduentum chꝛiſti repꝛeſentatiuū ideſt diem
natalis dn̄i: in quo mētaliter adueniens ad nos
filius dei irroꝛet intima noſtra ſua gratia: hunc
ſenſum explicat oꝛatio ſequēs. Excita dn̄e queſu Oꝛatio.
mus ⁊c. Que petens aduētum chꝛiſti mentalem
ad nos optat gratiā eius: qua a peccatoꝝ impe-
dimētis liberemur. Epiſtola huius officij in miſ- Ep̄le argumētū.
ſali Romano ponitur illa que dicta eſt in pꝛece-

dentí dñica:ſic nos exiſtimet homo. Sed in To⸗
letano ⁊ multis alijs legitur hodie. Gaudete in
dño ſemper ⁊c. Philip. 4. Et eſt doctrina prela⸗
ti vtriuſqꝫ ppl'i de bona ſui preparatione ad ſu⸗
ſcipiẽdum ſaluatorem ſuum in proximo ventu⸗
rum/⁊ hortatur eos ad tria precipua. Primũ eſt
ſpũale gaudium de natiuitate ſaluatoris. Scd̃m
ibi:nihil ſollicití ſitis ⁊c. eſt trãqllitas deuote mẽ
tis. Tertiũ ibi. Et pax dei ⁊c. eſt pacatio noſtri cor
dis Ad gaudiũ ergo ſpirituale prelatus inuitãs
ſuos fideles ait. Gaudete in dño ſemper venien⸗
te ad vos valde cito/ hoc eſt gaudere debetis de
tãto bono/⁊ tam ꝓximo vobis: ſcilicet ꝙ veniat
ad vos ſaluator tãdiu deſideratus a ſanctis pa⸗
tribus veſtris:⁊ geminans verbum iterum dico
gaudete:vt leto animo ipſum recipiatis nõ cum
triſticia/aut turbatione mẽtis . quẽadmodum et
olim per Eſaiam dñs de eodẽ ſaluatoris aduen
tu loquens:ait Eſa. 4 o. Conſolamini conſola⸗
mini popule meus ⁊c. Ubi geminat verbũ pro⸗
pterea ꝙ populus dei per natiuitatem chriſti ve⸗
nientis ſuſcepit de manu dñi duplicia bona : ſcꝫ
remedium contra peccatum in hac vita per gra⸗
tiam ſuã/ ⁊ liberationem a dãnatione inferni:in
altera vita per gloriã:immo in hac vita duplicia
bona recipit ſecũdum duas partes humane na⸗
ture hoc eſt in anima ⁊ corpore. Et qꝛ in feſto na
talis chriſti eiꝰ aduẽtum repreſentamus:duplex
gaudiũ accipiemꝰ. nam interior actus deuotio⸗
nis in anima erit iocũdior/ ⁊ exterior apparatus
veſtiũ/⁊ ciborum fiet in corpore ſolennior. Item
in officijs eccleſiaſticis letiores erũt hymni/⁊ cã⸗
tus/atqꝫ ad pauperes conuicaneos eleemoſyne
largiores. Sed ne fideles ad quodcunqꝫ gaudiũ
laxẽtur: additur Gaudete in dño ſemper non in
mũdo. Itaqꝫ gaudium ſit ſpirituale /non corpo⸗
rale:niſi ordinatum ad ſpirituale. Unde requiri⸗
tur ꝙ modeſtia veſtra ideſt moderantia in cibo/
potu/et ludis/ac iocis/ nota ſit omnibꝰ homini⸗
bus:etiã in fidelibus qui apud vos ſunt:vt inde
edificẽtur ⁊ trahantur ad fidem. Ratio quare ta⸗
lem preparationẽ debetis habere hec eſt: qꝛ dñs
prope eſt ideſt cito veniet:qꝛ in fine huius quar⸗
ti tẽporis ve. le. vel in fine huius quarte hebdo⸗
madis aduẽtus:ideo debetis eſſe dediti ſanctis/
ac deuotis exercitijs:⁊ contẽplationi huius tanti
myſterij tãtiqꝫ beneficij vobis preſtiti:in quo etiã
angelos excedere videmini dicente apl'o Heb. 2.
Nuſqꝫ angelos apprehendit ideſt aſſumpſit filiꝰ
dei:ſed homines. Ad hanc vero contẽplationem
requiritur otiũ ideſt ꝙ hoies abijciãt a ſe omnẽ
ſolicitudinem negotiorum ſeculariũ : vt ſoli deo
vacare poſſint in die dñi . Cum enim hoc ſit cõ⸗
mune omnibus diebus feſtiuis:ſcilicet vacare a
negocijs/⁊ laboribus corporalibus (quod ſonat
nomen ſabbati ideſt quietis in tertio ꝑcepto de⸗
calogi) multomagis eſt hoc obſeruãdum in hoc
feſto ſolẽniſſimo natalis domini:ideo dico vobis
nihil ſoliciti ſitis ideſt nullam ſolicitudinẽ mun⸗
danam habeatis in tali tẽpore ſanctiſſimo: quia
negotia ſecularia impediũt deuotionem mentis

Prima pars.

Scd̃a ps epiſtole.

que neceſſaria eſt ad ſanctificationem diei feſti:
vnde ⁊ dñs precepit Exodi. 2 o. De obſeruatione
ſabbati dicens:nihil opis facietis in eo. Hoc aũt
tẽpus quartum veteris legis ſabbatũ appellat:
qꝛ in eo ceſſauit omnis ſolicitudo prophetica cir
ca ſcripturas/⁊ hiſtorias ſacras:ſed loco precedẽ
tium operũ ⁊ negotiorũ. Uacare debetis in hoc
tẽpore exercitijs virtutum in quietudine mentis
qualia ſunt orationes/obſecratiões / gratiarum⸗
actiones/⁊ petitiones ad deũ. Unde hortor vos
vt iſto tempore in omni oratione/⁊ obſecratione
cum gratiarũactiõe petitiones veſtre innoteſcãt
apud deũ : quẽadmodum ⁊ mundani homines
ſe habere ſolẽt ad nouum regem veniẽtem:quia
ſtatim porrigũt ei petitiones ſup officijs ⁊ digni
tatibus illius regni:ergo ſimiliter ⁊ vos qui ſpe⸗
ctatis veſtrũ regem meſſiam in ꝓximo vẽturum
ad vos qui eſtis regnum eius:debetis prepara⸗
re ⁊ ordinare petitiões veſtras de multis gratijs
et bonis ſpiritualibus ab eo obtinendis. hoc eſt
vt accipiat ex vobis quoſdã in apoſtolos / alios
euãgeliſtas/alios paſtores/⁊ doctores gregis ſui
fidelis ⁊c. Sic enĩ de facto petijt a chriſto mater
filiorum Zebedei ꝙ vnus eoꝝ ſederet ad dexte⸗
ram/⁊ alius ad ſiniſtram Matthei. 2 1. Similiter
alij petierũt ab eo curationes diuerſarũ infirmi⸗
tatũ/expulſiones demonioꝝ:⁊ alij deniqꝫ regna
celoꝝ. Chriſtiani quoqꝫ in hac quarta hebdoma
de aduẽtus debẽt preparare petitiones ſuas/pro
feſto natalis dñi: ſcilicet de pace ⁊ tranquillitate
eccleſie/de ſanitate corporũ/ de vbertate fructuũ
terre/de remiſſione peccatorum/de renouatione
mẽtis/⁊ de alijs bonis ſpiritualibus. Quatenus
ex deuotione conceptus in anima chriſtus p bo⸗
nas intẽtiones : tandem naſcatur ⁊ exeat in bo⸗
nas operationes ⁊c Nec ſufficit ad hanc fideliũ
preparationem otiũ ſpirituale/⁊ vacatio ab exte⸗
rioribus negotijs mũdanis:ſed requiritur etiam
pax interior cordis. i. ꝙ ceſſet homo ab interiori
tumultu paſſionũ ſenſualitatis rebellantiũ con⸗
tra rationẽ:nam ille tumultus/ſiue bellum inte⸗
rius valde impedit contẽplationem deuote mẽ⸗
tis erga deũ ſuũ: vt impleat ſeruus dei illud dñi
preceptũ Geñ. 4. Subter te erit appetitus tuus/
et tu dominaberis illius ideſt dominio rationis
ſubijcies:vt prudentia tua moderari valeas paſ⸗
ſiones ſenſuales : nam q̃zdiu manet in homine
rebellio carnis cõtra ſpiritum: tãdiu eſt carentia
pacis in interiore homine ꝓpter continuum re⸗
morſum conſcientie . Pax ergo mẽtis eſt vobis
procuranda pro aduentu veſtri ſaluatoris:quod
fiet p veram cõtritionem/ſeu deteſtationem pec⸗
catorum cum emendatione vite in melius:addi⸗
ta etiam obediẽtia ſub mandatis dei/et eccleſie.
Talem diſpoſitionem habebãt fideles in quar⸗
to tempore veteris legis : de quibus ſcriptũ eſt.
1. Macha. 1. Leges optime cuſtodiebãtur ꝓpter
Onie pontificis pietatem/ ⁊ animos odio habẽ⸗
tes malum:eodem modo ſe habebant ſub alijs
multis deuotis/ ⁊ ſanctis prelatis. Quãuis non
defuerint in populo / illo aliqui mali homines.

Tertia pars epi⸗ſtole.



qui aliquando perturbarẽt pacem illam : donec
ventũ eſt ad natiuitatẽ chriſti in qua pax iterũ re
cuperata eſt ⁊ ꝯfirmata: ⁊ nimirũ qꝛ Eſa. 9. Pre
dixerat eũ futurũ principẽ pacis:⁊ de eodẽ hic di
cit/⁊ pax chriſti ideſt incarnatio filij dei:qua due
nature in vna perſona vnite ſunt pace mirabili:
iuxta illud pſal. 84. Miſericordia ⁊ veritas ob⸗
uiauerunt ſibi: Iuſticia ⁊ pax oſculate ſunt. illa
inqꝫ pax chriſti que exuperat omnẽ ſenſum hu⸗
manum ideſt ſcientiam acquiſitã ab hominibus
que non valet attingere ad cognoſcendũ quali⸗
ter facta ſit illa vnio. Immo ſuperat ſcientiã an⸗
gelorum qui tamen in natiuitate eius cãtantes
annunciauerũt illam pacem : ipſa cuſtodiat cor⸗
da veſtra paccata ⁊ intelligẽtias veſtras. ab om⸗
ni quietudine paſſionum ⁊ peccatorũ per gratiã
ſuam que eſt quedã participatio ſue gratie vnio⸗
nis vel gratie capitis in chriſto ieſu domino nr̃o:
qui per ſuam incarnationẽ effectus eſt mediator
dei ⁊ hominum ad obtinendum nobis gratiam
dei in qua pax noſtra cõſiſtit. Sicut ergo fideles
quarti temporis veteris legis habẽtes pro ma⸗
iore parte ſue etatis pacẽ exteriorem ideſt a bel⸗
lis ceſſationem . Debeãt ſe preparare ad meſſie
aduentum per pacem interiorem cordis: ita etiã
fideles noſtri temporis in fine huius aduentus
debent ſe preparare per pacem interiorem ad fe⸗
ſtum diem natalis chriſti:⁊ ad illam pacem ha⸗
bendam debent ſe vnire deo per veram penitẽ⸗
tiam: orãtes vt ab illa ineffabili pace chriſti quã
repreſentamꝰ ⁊ cõmemoramus in illo feſto:deri
uet ad nos pax gratie ſue ⁊c. Et ſic patet vterqꝫ
ſenſus epiſtole noſtre ſimul traditꝰ propter ma⸗
ximã eorum ſimilitudinem. Cantus gradualis:
prope eſt dominus ⁊c. ex pſal. 144. In ſenſu hi⸗
ſtorico eſt conſolatio fidelis populi a ſuis docto⸗
ribus ⁊ prelatis in quarto tempore veteris legis
qua promittebant eis meſſie aduentũ valde ꝓ⸗
pinquum ⁊ quod audiret libẽter omnes eorum
petitiones ⁊ obſecratiões circa ſpiritualia bona
animorum. Uerſus. Laudem domini loquetur
os meum ex eodem pſal. eſt reſpõſio fidelis po⸗
puli quo ſe preparatũ oſtendit ad petitiones fa⸗
ciendas in laudem dei. Et ad idem propoſitum
facit aleluia: prope eſt vt veniam. Eſaye. 14. vel
illud: Ueni domine ⁊ noli tardare: Abacuch. 2.
q̃ ſunt voces prophetarum populum conſolãtiũ
ex propinquo chriſti aduentu. In ſenſu autẽ mo
rali pro preſentibus iſti cantus ſunt reſpõſiones
fidelis populi ad doctrinam epiſtole premiſſe.
Congaudet enim de propinquitate feſti natalis
chriſti in hac quarta hebdomade aduẽtus. ⁊ cõ⸗
fidit ſe exaudiendum a deo in ſuis petitionibus
dum modo ille fiant in veritate iuſticie ideſt ſint
iuſte ( nõ enim exaudiet deus petitiones irratio⸗
nabiles ⁊ in iuſtas ) Iuſte autem petitiones di⸗
cuntur que pertinent ad laudem dei ⁊ ad ſalutẽ
animarũ noſtrarum. in natiuitate autem ſua de⸗
us factus eſt ꝓpe nos vt melius audiret petitio⸗
nes nr̃as. vult ergo dicere fidelis populꝰ reſpõ⸗
dens ſuo prelato loquenti in epiſtola : vere nos

Graduale.

Aleluia.

Moralitas.

faciemus ea que dixiſti de ꝑparatione noſtra ad
feſtum natiuitatis chriſti:ſcilicet quia erimus in⸗
tenti ad bene ordinandas petitiones noſtras vt
ſint iuſte ⁊ rationabiles cum gratiarumactioni⸗
bus de beneficijs ſuſceptis:ideo ait populꝰ lau⸗
dem domini loquetur os meum. ⁊ conuertẽs ſe
ad deum ait: Ueni domine ⁊c. Euãgelium huiꝰ
diei variũ eſt apud varias eccleſias. nam in ec⸗
cleſia Romana hoc ſemper obſeruatur in ieiu⸗
nijs quattuor temporum ꝙ dominica immedia⸗
te ſequens habet illud idem officium quod fuit
in ſabbato in quo fiunt ordines clericorum:ideo
in miſſali Romano legit hodie euãgelium:an⸗
no quintodecimo: qđ etiam in ſabbato precedẽ⸗
ti lectũ erat. Huius conſuetudinis Romane ec⸗
cleſie ratio hec eſt:qꝛ Romanꝰ põtifex olim faci
ens ordines in ſabbato quattuor temporum nõ
poterat eos omnes perficere in eodẽ die ſed pro⸗
cedebat cum eis vſqꝫ ad diẽ dominicum. 75. di.
Quod patribus. nõ enĩ ſolũ ordinabat minores
clericos/⁊ ſimplices ſacerdotes:ſed etiam epiſco⸗
pos qui non debent conſecrari/ niſi in die dñico
propter excellentiam illius ſtatus:ideo officium
miſſe ordinũ diei ſabbati continuabatur vſqꝫ ad
diem dñicum:eratqꝫ idem officiũ miſſale vtriuſqꝫ
diei. Alie vero eccleſie talem occupationem non
habentes in hac dñica inſtituerunt ſibi officium
proprium/⁊ non omnes eodẽ modo. Hinc ergo
proceſſit diuerſitas euangeliorũ in officio huius
dñice. Quia ergo euangeliũ precedentis ſabbati
vtcũqꝫ enarrauimus:eo dimiſſo exponemꝰ euan
geliũ eccleſie Toletane: ſcilicet Miſerunt iudeis
ab hieroſolymis Ioãnis. 1 . Quod euangelium
eccleſia Romana legit in tertia dñica aduẽtus:
et ita nihil dimittemus ex officijs Romani miſ⸗
ſalis:cuius expoſitionẽ nos principaliter intẽtos
ab initio ꝓmiſimus. Eſt itaqꝫ intentio eccleſie in
hoc euãgelio(ſiue legatur in tertia/ſiue in quar⸗
ta dñica aduentus)probare meſſiam in lege dei
promiſſum iam veniſſe/ ⁊ illũ fuiſſe Ieſum naza
renum:ex teſtimonio Ioãnis baptiſte. Unde et
littera euãgeliſte immediate ꝓcedens ſic habet:
hoc eſt teſtimoniũ Ioãnis quãdo miſerunt iudei
ab hieroſolymis ⁊c. Per hiſtoriã vero hoc euã⸗
gelium denotat ſtatũ populi dei in quarto tẽpo⸗
re veteris legis:quando de ꝓximo expectabant
aduentũ ſaluatoris. Suppoſita ergo litterali in⸗
telligẽtia euãgelij de legatione illa facta ad Ioã⸗
nem: vt interrogarent eum/tum de perſona ſua/
tum ⁊ de officio baptizandi de nouo introducto
ab eo. Nam ex reſpõſione Ioãnis accipitur teſti
monium clarum de aduẽtu meſſie iam cõpleto.
Cuius ipſe erat precurſſor immediatus : de quo
prophetauerat. Eſayas ꝙ prepararet viam dño
ideſt corda fideliũ ad deuote recipiẽdum chriſtũ
veniẽtem. Per hiſtoriã hoc euangelium ſignifi⸗
cat quartũ ſtatum /vel tempus fidelium in vete⸗
ri lege:licet ſcd̃m eccleſiam Romanã applicetur
ad ſignificandum tertium tempus vete. legis in
tertia dñica aduẽtus. Sed parũ refert vtri predi⸗
ctorum tempoꝝ applicetur: quia ſicut illi de ter⸗

Euangelij argumentum.

ſtō tēpoꝛe in captiuitate Babylonica poſiti expectabant ſaluatoꝛē ſibi a deo ꝓmiſſum per Hieremiam qui liberaret eos ab illa coꝛpoꝛali captiuitate/⁊ reduceret in patriā ſuam: ita illi de quarto tēpoꝛe iam in patria exiſtentes ſine rege pꝛopꝛio/⁊ ſubiecti alieno expectabant ſaluatoꝛē ſibi pꝛomiſſum a deo per nouiſſimos pꝛophetarum Ageum/⁊ Malachiā qui liberaret eos a captiuitate ſpirituali animarū ſub poteſtate diaboli: et tandem eductos ab huius vite laboꝛibus perduceret in celeſtē patriam cū angelis dei. In alijs omnibus hec duo tēpoꝛa cōcoꝛdant: nam vtriqꝫ fideles ſimiles facerēt interrogationes de ſaluatoꝛe ſuo: ſimileſqꝫ acciperēt reſpōſiones. De quarto itaqꝫ tēpoꝛe vete. legis expoſituri hoc euangelium diuidemus ipſum (moꝛe ſolito) in tres partes. In quarum pꝛima ꝓponitur multiplex fideliū interrogatio de ſuo ſaluatoꝛe. In ſecūda ibi: dixerūt ergo: adaptatur ei ꝓpoꝛtionalis/⁊ conſona reſpōſio. In tertia ibi: ⁊ interrogauerūt: declaratur fidelis populi cōdigna pꝛeparatio.

Pꝛima pars euāgelij.

In illo itaqꝫ tēpoꝛe quarto ve. legis miſerunt iudei fideles aduentum ſui ſaluatoꝛis expectantes pariter/⁊ deſiderantes: miſerunt ſacerdotes/⁊ leuitas alioſqꝫ miniſtros tēpli dei in Hieruſalem quaſi mediatoꝛes inter deum ⁊ populū: miſerunt eos ad Ioānem ideſt ad gratiā dei imploꝛandā: hoc eſt vt mitteret eis ſaluatoꝛem: tādiu expectatum a patribus ⁊ cū tanto deſiderio. Ut interrogarēt eum de meſſia ſuo per deuotas oꝛatiōes/⁊ ſacrificia in tēplo illo: quatenus dignaretur deus eis reuelare determinatū tempus aduētus ſui qualitatem perſone eius/⁊ alias circūſtantias particulares dicētes. Tu qui vēturus es ad nos liberandum quis ⁊ qualis homo futurus es: ſcilicet an diues/vel pauper/pōpoſus an humilis: rigoroſus an benignus ⁊c. At ille per doctoꝛes ſuos in illo tempoꝛe bene callētes oꝛacula ꝓphetarū: de meſſia venturo/⁊ cōfeſſus eſt veritatē humilitatis ⁊ paupꝫtatis ſue in qua pꝛimo vēturus erat et confeſſus eſt palā: quia non ſum ego chꝛiſtus ideſt vnctus oleo materiali ſicut alij reges veſtri vngebātur in magna gloꝛia diuitiarum. q. d. ego non ſum venturus ad vos in pōpa mundana/⁊ ſicut vnus ex regibꝰ terrenis/neqꝫ tale quid dixerunt ꝓphete de me: ſed regnum meum non erit ſcdm̄ qualitatem huius mūdi ſed vngar in regē a deo oleo ſpirituali ideſt ſuperabundāti gratia: de qua in pſal. 44. Unxit te deꝰ tuus oleo exultationis pꝛe participibꝰ tuis ⁊c. Similiter interrogatus: ſi eſſet Helias / aut pꝛopheta Heliſeus ideſt ſi acturus heremiticā/⁊ auſteram vitā/⁊ ab hoibus ſegregatam: Reſpondit ꝙ non: qꝛ filius hominis venit māducans/et bibēs cum hoibus Matth. xi. Et vitā cōmunem habiturus in victu et veſtitu. Baruch. 3. ⁊ cū hominibus cōuerſatus eſt. Sed quia non ſufficiebat eis reſpōſio dei negatiua.

Scda ps euāgelij.

Dixerunt ei: quis ergo ⁊ qualis futurus es querimus a te: vt affirmatiue reſpondeas: quatenus ſatiſfaciamus fidelibus tuis qui nos miſerunt ad interpellādum pꝛo eis apud maieſtatem tuam. Ipſe verō reſpondēs dixit vt ſupꝛa per ſapientiſſimos doctoꝛes legis ⁊ pꝛophetarū: ego ſum futurus vox ideſt pꝛeco dei in terris: clamantis ideſt vocātis ad ſe oēs homines mundi: maxime in deſerto gentilitatis: vt dixit Eſaias pꝛopheta ⁊c. q. d. qualitas pſone mee ⁊ officium meum pꝛincipale: cum venero erit pꝛedicatio veritatis fidei/et religionis ſancte omnibus hominibꝰ: tam per meipſum/q̃ꝫ ꝑ diſcipulos meos in mūdum miſſos. Eſt ergo reſolutio mee reſpōſionis: ꝙ in pꝛimo aduētu meo non habebo excelſum ſtatū in mūdo ad modum regis terreni: neqꝫ omnino deiectū et ſeparatū ab hominibus ad modū pauperis heremicole: ſed habebo mediocrem ſtatum ad modū legati dei ideſt ꝓphete/vel doctoꝛis miſſi ad clamādum excelſa pꝛedicatione/et ad vocādum oēs homines mundi ad deum: maxime gētiles valde deſertos ideſt oblitos ⁊ alienos a vero deo: qui pꝛopterea ſunt in maximo periculo ſue ꝑditionis: ac perinde egēt maioꝛe remedio. Subſtātia autem mee pꝛedicationis ad hoīes erit. Dirigite viam dn̄i ideſt parate ei viā qua intret in aīas veſtras ad ſaluādū vos: vt ſitis ei populus ſanctus in quo ipſe habitare dignet̄ vobiſcum. Et illi ſacerdotes/ac leuite qui miſſi fuerāt a fideli pplō ad interrogandum hec deum ſuum erant: non quicūqꝫ. Sed ex phariſeis ideſt ſeparatis a cōmuni cetu alioꝛum ſacerdotum/vel dignitate ſtatus pontificalis: quales in eccleſiaſtico ⁊ in libꝛis Machabeoꝛū notantur Onias/⁊ Simō filius eius pontifices digniſſimi: vel perfectionē magne ſanctitatis quales notat Lucas euangeliſta Zachariam/⁊ Simeonem: qui in ſuis oꝛationibus ⁊ ſacrificijs ad deū loquentes ſepius has interrogatiōes faciebant ⁊ diuinū reſponſum accipiebant vt expꝛeſſe dicit euāgeliſta pꝛedictus.

Tertia ps euāgelij.

Ut ergo ſciret plebs fidelis qua pꝛeparatione deberet diſponi ad dignam huius ſaluatoꝛis receptionem: ſacerdotes oꝛantes interrogauerūt ⁊ dixerunt de eo: quid ergo baptizas ⁊c. ideſt ad quid pꝛecipis iſta baptiſmata varia ⁊ alias cerimonias legis Moyſi ſi tu nō es venturus in illis ſtatibus extremis/vel regie dignitatis vel heremitice abiectionis: ſed potius in mediocri ſtatu pꝛophete vel pꝛedicatoꝛis cuiuſdam noue ⁊ ſpiritualis/ac celeſtis doctrine: qua pꝛincipaliter atrahas ad deum gentiles qui talibus cerimonijs non ſunt aſſueti. q. d. ad quid valet iſta lex Moyſi cum tot cerimonijs ſuis/ſi in aduētu tuo ꝑdicata melioꝛi doctrina he cerimonie ſunt dimittēde: Nunqd diſponemur melius ad meſſie receptionē dimittēdo has cerimonias et vacando ſolis ſpiritualibus/actibus/deuotionis: Reſpondit eis Ioānes ideſt gratioſa dei reuelatio ꝑ angelū Gabꝛielē qui apparuit Zacharie: dicens ego baptizo vos aqua materiali que abluit coꝛpoꝛa ideſt pꝛecipio vobis has cerimonias coꝛpoꝛales obſeruādas ad tempus (quas Paulus apoſtolus appellat iuſticias vel ſanctificationes carnis) quatenus ex iſtis coꝛpoꝛalibꝰ exercitijs diſcatis obedientiā ſeruare deo in omnibus mādatis ſuis: ⁊ vt per iſta exterioꝛa figuretis ſpiritualia myſteria meſſie: quem vos quidē nunc neſcitis clare cum ſit abſcōditus ſub figuris iſtis: ſed reuera medius veſtrum ſtat ſcꝫ inter cerimonias veſtras: que nihil aliud perſonāt q̃ꝫ chꝛiſtum ⁊ myſteria eius. ipſe eſt qui poſt me iſta pꝛecipientem venturus eſt ad vos docendū nouam quādam doctrinam ſpiritualem quaſi baptizans animas lauacro ſpirituſſancti. Et illa lex ſua erit tāto melioꝛ iſta lege Moyſi: quanto pꝛeſtat anima coꝛpoꝛi. immo ipſe erit lōge melioꝛ legiſlatoꝛ q̃ꝫ Moyſes: qꝛ etiam vt apoſtolus ait eſt melioꝛ angelis dei cum ſit verus ⁊ naturalis filius eius. ideo dico vobis ꝙ licet poſt me venturus ſit oꝛdine tempoꝛis ad vos docendum: tamē oꝛdine dignitatis ſeu perfectionis ante me factꝰ eſt ideſt poſitus a deo in altioꝛi gradu dignitatis cuius ego nō ſum dignus ſoluere coꝛrigiam calciamenti vel ſeruire ei in minimis. Dicitur enim de eo Hebꝛe. i. tanto melioꝛ angelis effectus eſt quāto differentius pꝛe illis nomen hereditauit/ ſcꝫ qꝛ angeli ſunt ſerui dei ipſe vero filius. vnde Matthei. 4. dicitur ꝙ acceſſerunt angeli ⁊ miniſtrabant ei. Digna ergo pꝛeparatio veſtra ad recipiendum ipſum cum venerit: hec erit: vt has legis Moyſi cerimonias obſeruetis diligenter donec ipſe veniat: qꝛ lex Moyſi pedagogus veſter eſt in chꝛiſto. ad Galat. 3. ⁊ ipſa pꝛeparat vos ad ipſum quaſi quidam pꝛecurſoꝛ eius. nam ex iſtis cerimonijs carnalibus diſcitis obedientiam ad bene obſeruanda pꝛecepta ⁊ conſilia ſpiritualia: que ipſe tradet vobis. Hec myſteria diuine reuelationis ad fideles iudeos facta ſunt ꝑ angelos in Bethania ideſt domo obedientie: que erat eccleſia vete. legis vbi erat Ioānes ideſt gratioſus dei angelus baptizās eos modo expoſito: trans ioꝛdanem ideſt fluuium iudicij: hoc eſt poſt iudicium / ſeu vindictam quā deus fecerat iudeis in captiuitate Babylonica / et in perſecutione Antiochi regis ꝓpter peccata eoꝛum: nam talibus tribulationibus purgati erant a peccatis ſuis: vt poſſent digne recipere ſaluatoꝛem ſuum cōtemptis bonis terrenis que auertūt homines a deo.

Moꝛalitas euangelij.

¶ In ſenſu aūt moꝛali pꝛo fidelibus noſtri tempoꝛis hoc euāgliū notat ꝙ deuoti chꝛiſtiani iſto tempoꝛe aduētus mittunt ad deum ſacerdotes ⁊ alios eccleſie miniſtros maxime phariſeos ideſt religioſos: vt oꝛent in perſona totius populi ad Ioānem nunc ab eccleſia introductū/vel ad pꝛelatum ſuum gerētem Ioānis officium (eſt enim pꝛecurſoꝛ dei ad feſtum natiuitatis chꝛiſti) ⁊ mittunt eos: vt interrogēt admiratiue dicentes ei: tu qs es: ideſt qualis in hoc officio ecclīaſtico: hoc eſt quid ſibi vult hec officij hodierni editio: quibus ipſe reſpōdēs per verba pꝛedicatoꝛum ſuoꝛum dicit ſe eſſe vocē ideſt pꝛeconem dei ad homines in hoc officio: quia ſicut Ioānes olim ita ipſe nūc clamat in deſerto huius mundi ad peccatoꝛes: vt ſe pꝛeparēt ad deuote recipiendū chꝛiſtum in feſto natalis ſui: ⁊ hac de cauſa introducit in hoc euāgelio Ioānis teſtimonium/⁊ Eſaie vaticinium: ſcꝫ dirigite viam dn̄i ideſt pꝛeparate animas veſtras taliter: vt chꝛiſtus ꝑ eas tranſire dignetur libere ⁊ ſine offendiculis. Siquidem in anima hominis eſt triplex via per quā chꝛiſtus debet ſpiritualiter tranſire ad ſalutē eius: ſcilicet memoꝛia/intellectus/⁊ volūtas/⁊ quelibet iſtarū viarū eſt bene dirigēda pꝛeparāda ⁊ expediēda. Tranſit enī deus per memoꝛiā quādo homo recolit beneficia dei recepta maxime creationem/ redēptionem/ ⁊ gubernationem hominū. Trāſit per intellectū quando contēplatur homo myſteria chꝛiſti: ſcilicet incarnationē/⁊ natiuitatē eius/ et aduertit quāta dignatio dei fuit ipſum fieri hominem nobiſcū conuerſantem in terris/⁊ opera maxime humilitatis nobis demōſtrantē. Trāſit per volūtatem quando conſiderata maxima dei charitate erga nos: incēdit homo quaſi in amoꝛem eius ⁊ etiam pꝛoximi ꝓpter eum: a deo vt velit deo in omnibus cōplacere/eum ſuper omnia honoꝛare: tam in ſe q̃ꝫ etiā in ſeruis ſuis. Dirigēde ſunt ergo ⁊ pꝛeparande iſte vie in anima noſtra ad chꝛiſti aduentū ſpiritualem: tunc enim bene aptatur memoꝛia quādo homo peccata et mala ſua pꝛeterita deteſtans/obliuiſcitur ⁊ alijs bonis actibus intēdere incipit dicens cum apoſtolo: que retro ſūt obliuiſcoꝛ ⁊ ad anterioꝛa me extēdo. Pꝛeparatur intellectus ad deū recipiendum quando homo curioſitatē abijcit/⁊ ſola neceſſaria ad ſalutē cogitat: iuxta cōſilium ſapientis Eccl̄iaſtici. 3. Altioꝛa te ne queſieris: ſed que pꝛecepit tibi deus cogita ſemꝑ: ⁊ in pluribꝰ eius operibus non fueris curioſus. Expeditur deniqꝫ volūtas hominis quādo eiecto a moꝛe obſceno rerū coꝛpoꝛaliū incitatur in eo verus amoꝛ eternoꝛum/⁊ ſpiritualiū bonoꝛum Coloſ. 3. Que ſurſum ſunt querite non que ſuper terram. Patet ergo quid pꝛo nobis ſenſerit Ioānes quādo allegans Eſaiā dixit dirigite viam dn̄i: que tamen autoꝛitas magis extenſa ponit̄ Luce. 3. vt patuit in euāgelio ſabbati pꝛecedentis: ⁊ ibi magis in particulari explicat̄: modus huiꝰ directionis/ſeu pꝛeparationis nr̄e/cū dicit̄. Dirigite viā domini/ rectas facite ſemitas dei noſtri. Sequitur declaratio. omnis vallis implebitur /omnis mons et collis humiliabit̄/⁊ erūt praua indirecta/⁊ aſpera in vias planas: in quibus verbis quadruplex nobis datur modus dirigendi viam dn̄i: ſcilicet defoſſa ⁊ humilia eleuādo: qꝛ omnis vallis implebitur. Tumētia ⁊ alta depꝛimendo: quia omnis mons ⁊ collis humiliabitur. Toꝛtuoſa rectificando: qꝛ erūt praua indirecta. Et aſpera cōplanando ſcꝫ in vias planas. Ad pꝛimū hoꝛum pertinet timoꝛ male humiliās: ſcꝫ qui ducit peccatoꝛem in vallē deſperationis: vt patuit in Caim: ⁊ talis timoꝛ indiſcretus et exceſſiuus/ eſt eleuandus ad ſpem diuine miſericoꝛdie/⁊ ſic vallis implebitur. Ad ſcdm̄ pertinet pꝛeſumptio male eleuans in mōtem ſuperbie: vt patuit in lucifero/et hec depꝛimēda eſt ꝑ timoꝛem diuine iuſticie: ⁊ ſic mōs/ſeu collis humiliatur. Ad tertium pertinet intentio diſtoꝛta ⁊ mali finis in his que homo

agit: vt ypocrite ieiunium ꝓpter humanũ fauo=
rem: ⁊ hec praua tortuoſitas voluntatis eſt dirigē=
da ſtatuendo finē rectũ in deo: ſcʒ vt homo ea bo
na que faciebat: prius ꝓpter hoīes iam faciat ꝓ=
pter deũ: ⁊ ſic erunt praua mutata in directa. Ad
quartũ pertinet concupiſcentia terrenorum: que
animam facit aſperam ad modũ vie petroſe/ſpi
noſe/aut lutoſe. nam ambitio honorum ⁊ digni=
tatũ mũdi in aīa eſt quaſi lapis in via Job. 41.
Cor eius indurabitur quaſi lapis. Concupiſcen
tia delitiarũ eſt quaſi lutum. Eccleſiaſtes. 9. Mu
lier fornicaria quaſi lutum ⁊c. Cupiditas diuitia
rum eſt velut ſpine in via. Luce. 8. Diuitie ſunt
ſpine/⁊ ſolicitudo earũ ſuffocat ⁊c. He aſperita=
tes ab anima remouētur per veram penitentiā:
qua fideles peccata ſua deteſtantur: ⁊ tunc fiunt
aſpera anime in vias planas. patet ergo quid ſit
dicere Dirigite viam dñi. Addit etiā prelatus ſe
precedere chriſtũ in nobis quaſi precurſor eius:
cuius exterius miniſteriũ ſicut baptiſmus Joā=
nis ad corpus pertinet: ſed per hec exteriora ver=
ba ⁊ facta in officijs huiꝰ aduētus ipſe prediſpo=
nit fideles ad ſpiritualem ⁊ interiorem animarũ
emũdationem/quā chriſtus faciet in feſto nata=
lis ſui de quo ſubdit. Medius veſtrum ſtat quē
vos neſcitis: ſcilʒ alter prelatus inuiſibilis deus
veſter: ipſe eſt q̄ poſt me vēturus eſt ad vos men
tali aduētu/⁊ repreſentatiuo: ſed ante me factus
ideſt poſitꝰ eſt a deo: quia eſt principalior prela=
tus veſter: cuius ego non ſum dignus eſſe mini
ſter: etiam ad minima officia eccleſie ſue. Hec in
Bethania facta ſunt ⁊c. quia in ecclia chriſtiana
(que eſt domus obediētie ſub mandatis dei) da=
tur talis doctrina baptiʒatis in chriſto: qui ⁊ iam
ſunt trās iordanē ingreſſi terrā ꝓmiſſiōis: que eſt
poſſeſſio vere fidei/et gratie ſalutaris apud deũ.

Offertorium.
Cantus offertorij: Aue maria: Luce. 1. Eſt vox fi
delis populi tā veteris q̄ʒ noui: qui audita pro=
pinquitate aduētus ſaluatoris ſui ex euangelio
cōuertit ſe ad laudē ſanctiſſime matris eius: que
tam benedictũ fructũ vētris ſui eis allatura eſt.
Secreta oratio. Sacrificijs preſentibus: adaptat
offertoriũ ad ſenſum moralem pro preſentibus
petēs eis a deo augmētum deuotionis ad bene
celebrādum feſtũ natalis dñi. Cantus cōmunio=
nis. Ecce virgo cōcipiet. Eſa. 7. eſt cōſolatio fide=
lis ppl'i vtriuſq̄ʒ legis de ꝓrimo partu virginis
Marie/aut reali/aut repreſentatiuo: quo fiet vt
ſit nobiſcũ deus. Oratio finalis. Sũptis domi=
ne: applicat cōmunionem ad ſenſum moralem
pro preſentibus: petens eis augmentũ gratie/et
deuotionis pro digna celebratiōe natalis dñi ⁊c.

Epilogꝰ totiꝰ aduentus.
¶ Finita eſt igit̄ prima pars libri miſſalis ⁊ oim
alioꝝ ecclie officioꝝ de ſacro tēpore aduētus dñi:
in quo fit cōmemoratio totius tēporis ve. legis
et prophetarũ ſcd̄m quattor varios eius ſtatus.
Declaratus eſt etiā quadruplex chriſti aduētus:
ſed aliorum omniũ maxime primus/qui in feſto
natalis eius repreſentatur. Appoſite quoq̄ʒ ſunt
doctrine morales neceſſarie fidelibus preſenti=
bus in tali tempore: ad dignam eorum prepara=
tionem interiorem pro feſto natalis domini.

Tranſitus ad ſequētia.
Secunda pars libri miſſalis erit. De offi
cijs eccleſiaſticis que pertinēt ad tēpus
viſitationis/⁊ reconciliationis humani
generis (quod tamē in ordine hiſtoria=
rum tertiũ notauimus in principio huius ſecun=
di libri.) Et pertinēt ad hāc partem officia nati=
uitatis/circũciſionis/⁊ epyphanie dñi. Item offi=
cia paſchalia reſurrectionis/aſcēſionis/ ⁊ penthe
coſtes: que tñ omnia neceſſitate cogente non po
tuerunt ſimul ⁊ continue poni in libro miſſali: et
per cōſequens/nec in alijs libris officiorũ eccle=
ſie: ideo hec pars in duas partes ſubdiuiſa eſt:
que dici poſſunt prima ſcd̄e/et ſecunda ſecunde.
Prima ſecūde continet officia prius nominata:
ſcilicet pertinentia ad infantiā/puericiam/⁊ iuuē=
tutem chriſti vſq̄ʒ ad eius baptiſmum incluſiue.
Poſtea vero in tertia parte interiectis myſterijs
ſeptuageſime/ſexageſime/q̄nquageſime/ ⁊ qua=
drageſime que ad tēpus deuiationis/ ⁊ preuari=
cationis humani generis pertinēt: ſequetur pars
ſecūda ſecūde de officijs paſchalibꝰ ⁊ alijs prius
dictis. Commemoraturi ergo myſteria temporis
viſitationis/et reconciliationis mundi a deo: or=
diemur a chriſti natiuitate.

## ¶ Caput octauum ſecūdi

libri de officio vigilie natiuitatis chriſti: quo re=
preſentatur qualitas fideliũ in fine veteris legis
prope natiuitatem chriſti: atq̄ʒ diſponuntur fide=
les noue legis nunc preſentes ad piam deuo=
tionem tali feſto neceſſariam.



Argumētũ officij.
Expeditis myſterijs reuo=
catiōis/ac reno=
uationis huma=
ni generis a deo
per legē ⁊ ꝓphe=
tas ſuos: quibus
archana nr̄e re=
demptionis per
mediatorem chri
ſtũ patribus pro=
miſſũ reuelauit:
ſuccedunt ordine recto officia viſitationis/ ac re=
cōciliationis mundi per eũdem mediatorem fa=
cte: de quo dicitur Luce. 1. ꝙ viſitauit nos oriens
ex alto ꝑ viſcera maxime miſericordie ſue. et hāc
quidem viſitationē: primo fecit ipſe per natiuita=
tem ſuā corporalem ex virgine matre: qua venit
ad hanc vitā mortalem cũ hominibus habden=
dam aliquāto tēpore: ſecūdo per ſuā reſurrectio=
nem que fuit ſibi principiũ alterius vite immor=
talis/⁊ a viatoribus ſegregate. Poſtq̄ʒ enim per
mortem ſuā a fidelibus ſuis diſceſſerat: iterum ꝑ
reſurrectionem ſuam viſitauit eos: non tamē ad
conuerſandũ iterum familiariter cũ eis vt prius.
Primā igitur viſitationē chriſti declaraturi: offi
cia natiuitatis eiꝰ ad duos ſenſus hiſtoricum et
moralem (vt cōſueuimus) exponēda erunt. Sed
eſt notādum inprimis ꝙ hiſtoricus ſenſus horũ
officiorũ ab eccleſia principaliter intētus eſt du=



plex/alter de chriſto vero ſaluatore noſtro / alter
de chriſto myſtico hoc eſt de populo chriſtiano:
qui (vt ſtatim dicemus) ſimul cum vero chriſto
natus eſt/ſimul creſcere cepit/et per ſuas etates
ad perfectionē deuenit. Uerum expoſitio officio=
rum hiſtorica de chriſto vero eadem eſt cũ ſenſu
litterali iſtarũ autoritatũ in textu biblic. Sed ex=
poſitio hiſtorialis de chriſto myſtico: differt ab
eadem intelligētia litterali earũdem autoritatũ.
Sed ne cōfuſe ꝓcedamus in vtraq̄ʒ expoſitione
hiſtorica: hoc modo eas ſeparabimus: ꝙ in feſtis
natiuitatis/circũciſionis/ et epiphanie principa=
lis expoſitio hiſtorica erit de chriſto vero: in dñi=
cis autem diebus poſt dictas feſtiuitates veniē=
bus/ſiue intra/ſiue extra octauas earũ: principa
lior expoſitio hiſtorica erit de chriſto myſtico. hāc
enim intētionem ipſa officiorum facies inſinuat
viris oculatis ⁊ claro ingenio preditis. Moralis
deniq̄ʒ expoſitio vtriq̄ʒ predictarũ ſemper adde=
tur: quia fidelibus preſentibus ſemper eſt neceſ=
ſaria doctrina ſalutaris.

¶ De officio vigilie natiuitatis.

Argumētũ ſpecialius.
Uigilia ergo natalis dñi princi
pium huius ſecunde partis fa=
ciemus: eo ꝙ ipſa ſignificet tē=
pus in fine. ve. le. proximũ nati=
uitati ſaluatoris ex virgine ma=
tre: hoc eſt ſignificat tēpꝰ a Za=
charia ſacerdote (cui Gabriel
angelus apparuit in ſacrario tēpli) vſq̄ʒ ad chriſti
natiuitatē in Bethleē ciuitate Dauid: qđ fuit ſpa=
ciũ quindecim fere mēſiũ: tunc eñ cepit deus per
ſuũ angelum cōmouere mentes fidelium illius
temporis ad ſtatim in vita ſua recipiendum ſal=
uatorem mundi ad eos venientem. vnde in offi=
cio huius vigilie fere omnia verba ponuntur in
ſecunda perſona plurali: quaſi introducendo an=
gelũ Gabrielem ad eos loquentem ⁊ conceptio=
nem ac natiuitatē chriſti annunciantem: ad quā
deberent ſe deuote preparare. Per moralitatem
vero omnia hec ſunt verba prelati ad nos loquē
tis de feſto natiuitatis chriſti deuotiſſime celebrā
do. Sicut enim in aduētu noui regis mundant
ciuitas ad quam venit ſolet pridie ante aduen=
tum eius voce preconis cōgregare omnes ciues
ſuos vt ſe preparēt ad honorificam ⁊ ſolemnem
regis receptionem: ita ſancta mater eccleſia que
dicitur Hieruſalē que edificatur vt ciuitas: in hoc
profeſto natalis chriſti regis ſui: qui ipſum re=
preſentat ad nos venientem: ordinauit ſolemne
officium velut quodam preconium aduētus eius
incitans fideles ad ſe deuote preparandum: et

Matutini.
hoc efficacius/q̄ʒ fecerat in toto aduentu. ¶ In=
uitatorium huius vigilie prelibatur illud Exodi.
16. licet aliqualiter mutata forma verborum. ho=
die ſcietis q2 veniet dominus: ⁊ mane videbitis
gloriam eius. ideo q̄ʒ verſus ſepius repetitur per
totum diem in omnibus horis tam nocturnis q̄ʒ
diurnis. Et introducitur vt diximus Gabriel an=
gelus loquens ad fideles illius tēporis: ⁊ loqui=
tur de illa gloria quam explicat Joānes euāge=
liſta capite primo ſui euangelij: ⁊ vidimus (in=
quit) gloriam eius ideſt excellentiam ſue ſancti=
tatis/ſapiētie/gratie/⁊ miraculorũ. Poſſet idem
inuitatorium intelligi de ſecundo chriſti aduentu
hoc modo: hodie ideſt in hac ſexta etate preſēte /
et mane ideſt in ſequente octaua etate videbitis
gloriam maieſtatis eius in qua apparebit veni=
ens ad iudicium. Eandem ſententiam/licet va=
rijs verbis: habent Antiphone/pſalmorum ver=
ſus/reſponſoria magna ⁊ parua ⁊ alij cantus ꝑ
totum diem. in ſenſu vero morali inuitatorium ⁊
alij cantus ſimiles: dicuntur in perſona prelati
ad fideles preſentes ⁊c. ¶ Introitus miſſe huiꝰ

Introitus miſſe.
vigilie eſt inuitatoriũ predictũ: hodie ſcietis ⁊c.
ad duos ſenſus predictos de angelo Gabriele ⁊
de prelato eccleſie noſtre. Uerſus domini eſt ter
ra pſal. 23. Explicat qualitatem ⁊ dignitatem ꝑ=
ſone ſaluatoris naſcituri: quāuis in humilitate
paupertatis magne: q2 eſt dñs vniuerſorum bo=
norum totius mundi. Orō. Deus qui nos redē=

Oratio.
ptionis: applicat introitum moraliter ad preſen=
tes fideles. ⁊ cōmemorās vtrũq̄ʒ chriſti aduētum
petit pro eis gratiā: qua ⁊ primũ eius aduētum
deuota leticia celebrent: ⁊ ſcd̄m ſecuri expectent.
Epiſtola ſiue lectio huius officij duplex ponitur
apud oēs fere eccleſias excepta Romana: et hoc
etiam fit in tribus miſſis diei ſequētis: quarum
lectionũ: prima eſt ꝓphetia Eſaie: ſcd̄a eſt epiſto
la Pauli: ⁊ ſemper cōcordant iſte due lectiones
in materia: quia vtraq̄ʒ loquitur de chriſto: licet
differant in modo loquendi de futuro/⁊ de prete

Prophetia.
rito. Prophetia ergo huius officij: ꝓpter Sion
non tacebo. Eſa. 62. Referri poteſt per hiſtoriam
ad Gabrielem angelũ predictũ: qui profitetur ſe
preconē natiuitatis chriſti miſſus a deo ad cōſo=
lationem fideliũ eam deuote expectantiũ: maxi=
me eorum qui habitabāt in mōte Sion vbi ſita
eſt hieruſalē ciuitas ſancta: nam vt prediximus
in capitulo precedēte ſacerdotes illius templi et
alie deuote perſone continue inſtabant deuotis
orationibus corā deo petētes ſibi mitti ſaluato=
rem. Angelus autē denunciat eis chriſtum ꝓxi=
me naſciturũ: quem iuſtum ſaluatorē appellat:
⁊ natiuitatem eius/ſplendorem/lucem/⁊ lampa
dem: quia naſciturus erat ex virgine matre ſine
corruptione eius: ad modũ quo ſplendor/vel ra=
dius lucis naſcit̄ ex corpore luminoſo /vel trāſit
per feneſtram vitreā ſine fractione/vel apertione
eius. Et ſubdit ꝙ in breui tēpore videbunt gen=
tes ideſt homines viatores illũ iuſtum ⁊ inclitũ
principem a deo miſſum vt cōuerſetur inter ho=
mines: ⁊ ex talis principis natiuitate ecclēſia fi=
delium iudeorũ habitura erat magnũ honorem
apud deum ⁊ homines: q2 deus ad terrā veniēs
carnem eorũ potius q̄ʒ aliarũ gētium aſſumptu=
rus erat. Moraliter vero hec ꝓphetia poteſt eſſe
annũciatio prelati eccleſie chriſtiane loquētis de
feſto natalis dñi in die ſequēte: cuius feſti hodier
num officiũ eſt preconium: a quo dicit ꝙ non ta=
cebit/aut ceſſabit ꝑ omnes horas huius diei do=
nec veniatur ad noctē ſequētem in cuius medio

repreſentatiue in officio matutinorum naſcetur chriſtus velut lux ⁊ ſplendor ⁊c̄. Unde erit magnum gaudium/honor ⁊ gloria in tota fidelium eccleſia: qꝛ non eſt alia natio tam grãdis in toto mundo que habeat deũ ſuum appropinquãtem ſibi ſicut habent chriſtiani ⁊c̄. ¶ Epl'a. Paulus ſeruus Jeſu chriſti. Ro. I. expreſſe pertinet ad prelatum eccleſie chriſtiane: vt ſit ſermo eius ad populũ de natiuitate chriſti exhibita: licet repreſentatio eius hodie celebretur vt futura. Cõſonatqꝫ predicte ꝓphetie q̃tum ad tria maxime. Primũ eſt ꝙ omnes ſcripture veteris teſtamẽti ꝓmittũt fidelibꝰ ſeruis dei natiuitatẽ ſaluatoris ſui. Secundũ ꝙ natiuitas illa non ſolũ eſt ab hominibus ꝓphetata ex tẽpore: ſed etiam a deo predeſtinata ab eterno. Tertium eſt ꝙ eadẽ natiuitas eſt ab oibus hominibus obedienter credenda/⁊ cum gratiarũactione quolibet anno in hoc feſto recolenda/ac venerãda. Quãtum ad primũ prelatus dicit ſe Paulũ (quod ſonat os tube) quia inſtitutus eſt a deo p̃dicator: de quo in Ezechiele dicitur ꝙ debet ſup populum ſonare buccina/aut tuba: aliquãdo quidem ad deterrẽdum peccatores per cõminationem penarũ: aliquãdo ad concitãdum pigros ad pugnã cõtra tentationes: aliquãdo etiam ad cõſolandũ iuſtos ſpe ſuorum premiorum: ⁊ hoc modo ſonat prelatus in hoc officio annũciãs chriſti natiuitatẽ quaſi os tube: dicit etiã ſe ſeruũ Jeſu chriſti: qꝛ eſt fidelis ſeruus et prudens quem conſtituit dñs ſuper familiam ſuã: vt det illis cibum doctrine in tẽpore ſuo ideſt quãdo oportet: qualis eſt hec vigilia natiuitatis dñi: in qua licet corpora ieiunent: anime tñ indigent refectiõe ſuauis doctrine. Dicit tertio ſe apoſtolum ideſt miſſum/vel legatum a deo ad cõponendum federa pacis cum populo ſuo: que pax maxime declarata eſt in chriſti natiuitate cantãtibus angelis Gloria in excelſis deo/et in terra pax hominibus. Unde ⁊ predicationẽ ſuam appellat euãgelium/ideſt bonã annũciationem de chriſti natiuitate quale eſt officium hodiernum: ad quod edẽdum prelatus dicit ſe ſegregatũ ab alijs negotijs: quatenus eſſet melius ordinatũ ⁊ magis deuotũ officium: cum ſit de re tam excellenti que fuit olim a multis annis ꝓmiſſa a deo per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis ideſt de filio ſuo ad nos mittendo per tẽporalem natiuitatẽ. Et non ſolũ hec filij dei natiuitas fuit prophetata ab hoibus ex tẽpore: ſed etiam fuit predeſtinata a deo ab eterno. promiſit quidẽ ex tempore Abrahe patriarche/⁊ Dauid regi ꝙ ex ſemine ſuo filius dei carnem eſſet aſſumpturus: ita ꝙ idẽ homo eſſet filiꝰ dei ſimul ⁊ filius hominis. Probauit autẽ ipſe cum venit ſe eſſe filium dei in virtute: tum quia ꝑ ſpiritum ſanctificationis autorẽ conceptus eſt ⁊ formatus in vtero matris ſue ſine operatione virili: tum etiã ex reſurrectione mortuorum ideſt a mortuis Jeſu chriſti domini noſtri: quia ipſe ꝓpria virtute ſurrexit a mortuis/⁊ alios ſecũ reſuſcitauit: vt dicit Matth. 27. que duo ſola dei potentia fieri poſſunt/nec alijs

Epl'e argumẽtũ.

Prima pars.

Secũda pars.

hominibus ſunt cõmunicata qui nõ ſunt filij dei per naturam. Propter quod in memoriam tanti beneficij oportet continuas deo gratias agere per quẽ ideſt a quo nos prelati accepimus gratiam ⁊ apoſtolatum ideſt officium predicãdi hoc magnum ſacramentũ natiuitatis chriſti hominibus ad cauſandũ in eis memoriã tanti beneficij et ad inclinãdum volũtates eorum ad obediendum fidei huius articuli predicati in oibus gentibus ideſt apud oẽs gẽtes mũdi in nomine eiꝰ: ideſt ad diuulgãdum nomen ⁊ famam eius per omnes gẽtes in quibꝰ ideſt inter quas vos mei ſubditi eſtis vocati ad eccleſiã ſuam: vt ſitis diſcipuli ⁊ ſerui dñi noſtri Jeſu chriſti/cuius natiuitatem vobis hodie annunciamus in craſtinũ celebrandam: quatenus ſitis preuia diſpoſitione parati ad tam celeberrimã feſtiuitatem. Et hic ſenſus epiſtole eſt moralis pro preſentibus: qui ſi ex perſona prelati ve. le. diceretur ad fideles ſui tẽporis eſſet hiſtoricus ſenſus. Cantus gradualis: hodie ſcietis: vbi ſupra: eſt reſponſio fidelium ſeipſos concitãtium ad gaudiũ/⁊ leticiam ex propinquitate natiuitatis chriſti ad duos ſenſus ſupradictos. Uerſus. Qui regis iſrael. pſal'. 79. Eſt oratio ſpecialis populi iudeorũ ad deũ vt mittat eis paſtorem ad gregẽ ſuum regẽdum/⁊ ille paſtor eſt meſſias naſciturus in ꝓximo. Hinc facile applicareꝛ moraliter ad fideles preſentes. Aleluia ꝓpter ieiunium non cãtatur niſi quãdo hec vigilia venerit in die dñico qui ſignificat gaudiũ reſurrectionis: ⁊ tũc cantatur aleluia: hodie ſcietis: vel aliquis alius verſus ad propoſitũ huius officij. Euãgelium: cũ eſſet deſpõſata. Matthei. I. in ſenſu litterali vel hiſtorico de chriſto vero prenunciat ſaluatorẽ mundi ſtatim fore naſciturum ex matre virgine: ⁊ hoc probat ex verbis angeli ad Joſeph ſpõſum eiuſdẽ virginis: ⁊ in hoc ſenſu euãgelium habet tres partes. Primo eñ deſcribitur reuelationis angelice occaſio. Secũdo ibi: hec autẽ explicaꝛ dicta angeli reuelatio. Tertio ibi: hoc autẽ: citatur ad propoſitum ꝓphetica teſtificatio. Quãtum ad occaſionem reuelationis ſupponit euangeliſta Mattheus deſponſionem matrimonialẽ inter Joſeph de tribu iuda ⁊ Mariam virginem ex eadem tribu ortam: hoc incꝫ preſupponit ex euidẽtia facti ⁊ publica omnium atteſtatione in ciuitate Nazaret Galilee: vt Lucas narrat. Supponit etiã idẽ Mattheus virginem Mariã poſt ſuam deſpõſationem cõcepiſſe in vtero ſuo filiũ dei hominem factum mediãte annũciatione angeli Gabrielis: quã Lucas euãgeliſta extenſe deſcribit capite. I. cũ dixit. Miſſus eſt angelus Gabriel ⁊c̄. Hec duo ſuppoſita notantur hic in principio euangelij cũ dicitur in illo tẽpore: ſcilicet propinquo natiuitati chriſti per tres aut quattuor menſes ante eam. Cum eſſet deſpõſata mater Jeſu Maria Joſeph viro ſuo: anteqꝫ iſti duo coniuges cõuenirent ad habitandum ſimul in eadẽ domo: immo ⁊ ante celebrationem nuptiarum: inuenta eſt Maria ad experientiam ſenſibilem habẽs filium in vtero: licet ipſum

Tertia pars.

Gradua le.

Aleluia.

Euãgelij argumentum.

Prima pars.



ipſum cõcepiſſet non ex opere alicuius viri: ſed ex ſpirituſancto mirabiliter formãte humanitatẽ illã: quod tñ Joſeph ſpõſus eius ignorabat: ſed ſolũ eam pregnantem videbat: de quo ſubditur. Joſeph aũt vir eius cum eſſet iuſtus erga proximos: qꝛ nemini volebat malũ facere/nec procurare etiã quando iuſte ⁊ de iure poterat: ⁊ hac de cauſa q̃uis ſponſam ſuã pregnãtem ⁊ non de ſe vidiſſet: nolebat tamẽ eam de adulterio accuſare apud iudicẽ ad inferẽdam ei penã lege taſatam: ſcꝫ lapidationẽ/⁊ hoc eſt quod hic dicitur: ⁊ nolet eam traducere: qꝺ eſt diffamare ⁊ publicare per manifeſtã accuſationẽ in iudicio: quãuis pleriqꝫ doctores aliter accipiãt hoc vocabulũ traducere pro trãſportare ⁊ adducere eam in domũ ſuam: vt ſit ſenſus. ꝙ iam dedignabaꝛ eam recipere in domo ſua ꝓpter crimen adulterij. Sed profecto hec ſententia non cõſonat littere precedenti: cum eſſet vir iuſtus: ad quid eñ allegatur ſpõſi iuſticia/vel ſanctitas: ſi ſponſam dedignatur recipere in domũ ſuã: qꝛ hoc magis eſt opus ſeueritatis ⁊ vindicte q̃ ſanctitatis ⁊ miſericordie. Rectius ergo dicitur ꝙ traducere ſit diffamare/publicare/accuſare: (vt noſter Nebriſſenſis autoritatibꝰ latinorum cõprobauit) ⁊ magis cõſonat cauſe in textu aſſignate: cum eſſet iuſtus. i. ſanctus/pius/⁊ miſericors: qꝛ cõpatiebatur ſpõſe ſue et nolebat cõtra eam agere. Conſonat etiã littere ſequenti: voluit occulte dimittere eam: ſcꝫ fugiẽdo ⁊ recedẽdo ab illa patria ꝓpter infamiã ſuã: ne vilis ⁊ abiectus reputaretur a cõuicinis ⁊ amicis: ꝙ vxorẽ adulteram ſuſtineret impunitã. Patet ergo occaſio et neceſſitas reuelationis angelice ipſi Joſeph: ſcꝫ qꝛ volebat ſpõſam ſuam dimittere ex ſuſpitione adulterij. Sed cũ Joſeph in hoc iudicio deciperetur ex ignorãtia inuincibili: ꝓpter incõſuetum a ſeculis conceptionis illius modũ: ꝓuidit deus vtriqꝫ coniugum per angelicã reuelationẽ: ſcꝫ ne ipſe Joſeph ꝓfugus fieret a domo ſua per errorem: ⁊ ne ſpõſa eius ſeruitio ⁊ ſolatio viri ſui priuaretur ſine culpa: ideo ſubditur. Hec aũt mala Joſeph cogitãte: ecce angelus dñi ideſt miſſus a dño apparuit ei in ſomnis. i. reuelauit ei veritatẽ diuini ſecreti (quã ignorabat) in excuſationẽ ſpõſe ſue dicẽs. Joſeph fili Dauid noli timere de infamia ſi acceperis Mariã cõiugẽ tuã que oino immunis eſt a culpa quã tu ſuſpicaris: qꝺ eñ in ea natũ eſt. i. cõceptũ: de ſpiritu ſancto eſt non aũt ex attactu alicuius viri. Unde filiꝰ quẽ ipſa pariet erit vere filiꝰ dei: ⁊ ad hoc ſignificãdum vocabis nomẽ eius Ieſum. i. ſaluatorẽ: ipſe eñ ſaluum faciet ppl'm ſuũ. i. qui ei obediet/ac ſeruiet: a peccatis eorum que eſt principalior hominum captiuitas: ⁊ a cuius liberatione principaliter dictus eſt meſſias in lege ⁊ ꝓphetis tãdiu promiſſus. Hoc autem totum factũ eſt ſcꝫ quod diximus de conceptione ⁊ natiuitate huius pueri per miraculoſam operationẽ dei: vt impleretur quod dictũ eſt a dño per ꝓphetam Eſa. 7. dicẽtem: ecce virgo in vtero habebit filium a deo miraculoſe formatum: ſalua matris integritate virginali: non ſolũ

Scõa ps euãgelij.

Tertia ps euãgelij.

in cõcipiẽdo: ſed etiã in pariẽdo ipſum. Ita ꝙ in hac propoſitione. Uirgo cõcipiet ⁊ pariet. ſubiectum appellet ac ſi eſſet predicatũ: equiualeatqꝫ iſti: concipiet ⁊ pariet virgo: in qua (vt dicunt logici) predicatum appellat appellatione formali: vt ſit ſenſus: cõcipiet ⁊ pariet manens virgo etiã poſt conceptum ⁊ partum: non ergo debes dubitare (inquit angelus Joſeph) de virginali caſtitate ſponſe tue: quã deus ſibi conſecrauit in matrem filij ſui: qui poſtqꝫ natꝰ erit vocabitur proprio nomine Hemmanuel quod eſt interpretatũ nobiſcum deus: eſt eñ dictio hebraica compoſite figure ex tribus partibus. Quarũ prima: hym: eſt latine prepoſitio ablatiui: cum. Secunda: minẽnu: eſt ablatiuus pluralis pronominis primitiui prime ꝑſone: nobis. Tertia vero pars: el: eſt latine. Deus: quibus aggregatis fit oratio predicte dictioni equiualens: cum nobis deus/vel ornatius: nobiſcum deus ideſt deus factus homo nobiſcum habitans in terris. Filius ergo quem paritura eſt Maria virgo ſponſa tua cum ſit filius dei erit verus deus: et hinc ipſa proprie dici poterit: mater dei. In ſenſu vero hiſtorico de chriſto myſtico euangelium prenunciat nouum dei populum ſibi naſciturum quaſi filium ex doctrina noue legis euangelice quaſi ex matre cuius nomen erit Jeſus ideſt ſaluatio: nam in eccleſia illa erit ſaluatio omnium gentium et nullus extra illam ſaluari poterit a damnatione eterna: ſicut neqꝫ extra archam Noe aliquis potuit ſaluari a diluuio. Hanc ſaluationem gẽtium idem propheta Eſaias multipliciter prenunciauerat maxime a capite. 60. Surge illuminare Hieruſalem ⁊c̄. Poteſt aliter per hiſtoriam dici ꝙ mater ex qua naſciturus eſt iſte filius dei nouus: eſt ſacra ſcriptura hebraica vete. legis: que quidem prius deſpõſata erat doctori populi hebreorum: nam (vt Salomon ait in prouerbijs) ſapientia dei reuelata facta erat ſibi ſponſa valde amabilis. Sed per tranſlationem illius ſcripture in linguam grecã a ſeptuaginta interpretibus iudeorum pro Ptolemeo philadelpho gentili rege egypti: ipſa conceperat de ſpirituſancto nouum populum dei ex gentibus: quod cernens ſpõſus eius doctor hebreus quaſi indignatus voluit eã abijcere tanqꝫ adulterã ⁊ cõmunem factã: ſed diuina reuelatione cõfortatus agnouit gentiliũ ſalutem predeſtinatam a deo ⁊ ꝓmiſſam per prophetas ſuos: hinc factus eſt hebreorum populus cuſtos ſacre ſcripture hebraice donec naſceretur ex ea ille filius dei adoptiuus qui dicitur chriſtus myſticus. Reuelationem iſtam expreſſit ſanctus ille Simeon quando Luce. 2. dixit. Lumen ad reuelationem gentium ⁊ gloriam ⁊c̄. ¶ In ſenſu deniqꝫ morali non ſolum hoc euangelium: ſed etiam totum officium huius vigilie repreſentat eccleſiam chriſtianam ſpõſam dei in toto aduentu vſqꝫ ad hunc diem quaſi pregnantem multis myſterijs ſacramẽtorum dei: que tamen prelato eius typum Joſeph habenti reuelata ſunt per angelum noui teſtamenti qui eſt

Moralitas.

chriſtus dominus/vel apoſtoloꝝ cetus: ſed hec ſponſa tunc pariet filium ſuum primogenitum: quando in officio ſequentis diei ſolēniter decantabit natiuitatem ſaluatoris ꝛc.

*Offertorium.*

Cantus offertorij: tollite portas: ex pſal. 23. Loquitur de introitu chriſti in mūdum per portam natiuitatis ſue: incitatqꝫ fideles ad aperiendū ei portas animarum ſuarum per quas deuote recipiant eum venientem ad ſe. Secreta oratio. Da nobis queſumus: applicat offertorium moraliter ad preſentes: petens eis dari gratiā dei ad digne celebrandum feſtum natalis chriſti in craſtinum.

*Communio.*

Cantus cōmuniōis: reuelabitur gloria domini. Eſa. 40. Promittit fidelibus cito reuelandum eis filium dei per natiuitatem ſuam corporalem qua videri poſſit ab hominibus. Finalis oratio. Da nobis queſumus: applicat cōmunionem moraliter ad preſentes petens ex virtute euchariſtie ſuſcepte dari eis gratiam ꝛc.

## Caput nonum de ſacratiſſimo officio diei natalis domini in quo etiam exordia naſcentis eccleſie chriſtiane ſignificantur: ſimul atqꝫ fidelibus preſentibus proponuntur exempla ſue renouationis.

*Argumentū officij.*



Summa cū deuotione/ ac mētis affectuoſa eleuatione agendum eſt cūctis fidelibus officium natiuitatis chriſti ſaluatoris: qḋ etiam magna iocūditate pariter ⁊ ſuauitate redūdat. Siquidē triplicem eius natiuitatē hodie cōmemorat eccleſia chriſtiana: vcꝫ eternā ex deo patre: tēporalem ex virgine matre: ⁊ ſpiritualē/ſeu moralem ex fideli mēte. Propterea ergo tres hodie miſſas ſolēnes agit: quibus tñ premittuntur horarū canonicarū officia nocturna pariter ⁊ diurna. Et in eis omnibus principalis intētio eccleſie eſt ꝑ hiſtoriam celebrare natiuitatē non ſolū chriſti veri: ſed etiā myſtici.i.exordiū populi chriſtiani. Secūdaria vero eius intētio eſt fideles preſentes inſtruere cōmonendo eos ad ſimiles actus erga deum pro renouatione ſua: quales habuerunt ſancti illius temporis ad puerum Ieſum recēter natum. Et quia ſacra ſcriptura euāgelica apud Lucam orditur hiſtoriam a paſtoribus bethlemiticis: qui ab angelo inuitati venerūt adorare infantulum

*Matutini.*

iam natum: ideo inuitatoriū in principio matutinorum eſt vox paſtorū: chriſtus natus eſt nobis: venite adoremus: ac ſi dicerent ad ſeipſos et ad alios fideles illiꝰ tēporis. Chriſtus ideſt meſſias patribus promiſſus natus eſt nobis filijs eoꝝ: ⁊ venit ad vtilitatem noſtrā hoceſt vt liberet nos a captiuitate: non tam corporali/ꝗ̄ ſpirituali: ſcꝫ a poteſtate diaboli: ideo dignum eſt vt pro tanto beneficio ipſum adoremus. Primo quidem ſpirituali adoratione in corde ꝗ̄ dicitur latria vel religio procedens ex fide/ſpe/et charitate. Secūdo etiam adoratiōe exteriore corporali que eſt proteſtatio interioris latrie: et conſiſtit in vocali oratione ſeu laude eius/ in genuflexione/in manuum eleuatione / ac deniqꝫ in donorum oblatiōe.

*Inuitatorium.*

Moraliter hoc inuitatorium eſt vox noſtrorum paſtorum ideſt prelatorum noſtri temporis inuitantium nos ad predictos actus tum interiores tum etiam exteriores vt habeamus eos in hoc ſacratiſſimo feſto repreſentatiuo natalis chriſti.

*Hymnus*

Hymnus glorioſus. Chriſte redemptor omnium: Iubilatiōem fidelium inuitatorum ad hoc officium Exhibet recenſendo mirabilia natiuitatis chriſti. Deinde in nocturnis cantantur illi pſalmi in quibus expreſſior fit mentio de/vtraqꝫ chriſti natiuitate eterna videlicet ⁊ temporali vel de excellentia ⁊ dignitate regia ſue perſone. Antiphone pſalmorum ſunt illi verſus eorum in ꝗbus predicta magis explicantur.

*Primus nocturnꝰ.*

Lectiones huius officij tripharian diſtinguntur. nam in primo nocturno lectiones ſumuntur ex prophetia. Eſaie: non quidem continue. ſed ſeparate ideſt ex illis capitulis eius in quibus clarius loquitur de chriſti natiuitate / predicatione / et regno eius.

*Secūdꝰ.*

In ſecundo nocturno lectiones ſunt ſermones ſanctorū doctorum eccleſie ꝗbus predicte ꝓphetie Eſaie ⁊ multe alie declarantur cōplete in chriſti natiuitate. Unde etiā fideles preſentes cōſolantur atqꝫ erudiuntur circa huius feſtiuitatis deuotam celebrationem: Et in eccleſia Romana cōmunius legitur ſermo ſancti Leonis pape vel ſancti Gregorij vel alterius ſancti pōtificis. Uerum tertius ſermo ſexte lectioni additus fere in omnibus eccleſijs eſt ille ſermo ſancti Auguſtini: inter preſſuras huius temporis ꝛc. quia in eo narrantur verſus ſibillarum de vtroqꝫ chriſti aduentu maxime de horrēdo iudicio finali: de quo

*Tertius nocturnꝰ.*

etiam erat facienda mentio in hoc die correſpondenter ad ſecundam dominicam aduentus. In tertio deniqꝫ nocturno cantatur triplex euāgeliū cum ſua homelia vel Gregorij vel Auguſtini aut venerabilis Bede: et correſpondent hec euangelia tribus miſſis huiꝰ diei: quas ſuperius ad tres chriſti natiuitates rettulimus. Homelie vero doctorum principaliter diriguntur ad moralem inſtructionē populi fidelis de his que agenda ſunt in hac celeberrima feſtiuitate. Reſponſoria que predictis nouem lectionibus apponuntur: omnia ſuauiſſime decantant gloriam dominice natiuitatis cum laude multiplici tam matris pacientis ꝗ̄ filij naſcentis. et ſignificant excellentiſſimum gaudium fidelis populi ſiue illius temporis ſiue noſtri. Poſſumus dicere per hiſtoriam ꝙ lectiones huius officij proportionantur annunciationibus angelorum in nocte illa: reſponſoria vero cantilenis et fecēninis paſtorum vel etiā glioſis cāticis angeloꝝ in nocte illa natalis dñi. Finitis nocturnis: ꝗbus myſteria natiuitatis chriſti latiſſime decantata ſunt: legitur alta et ſuauiſſima voce initium euangelij Matthei.

*Liber generatiōis.*

Liber generationis Ieſu chriſti: non ſolum quia in eo texitur ſeries patriarcharum/regum/et prophetarum / ex quibus deſcendebat chriſtus ſecūdum carnis ſue ſubſtantiam ex virgine matre aſſumptā: ſed etiam quia in fine eius cōcluditur ꝙ ex ea natus eſt Ieſus qui vocat̄ chriſtus: nam hoc myſterio audito ſtatim chorus ſacerdotum nomine totius populi cū ingenti gaudio prorumpit in canticum glorie. Te deum laudamus. Notantur autē in illo euangelio pre ceteris patribꝰ genealogie chriſti duo illi Abrahā et Dauid: quia eis expreſſior facta eſt ꝓmiſſio a deo ꝙ ex eoꝝ ſemine naſceretur chriſtus. Et propterea in ſcripturis prophetarum ſepius meſſias dicitur filius Dauid quod etiam Mattheus in principio huius euangelij expreſſit dicens Ieſu chriſti filij Dauid/filij Abraham. Sed ne mirentur ſimplices ꝙ hec genealogia chriſti ad Ioſeph terminetur qui tamen non fuit pater eius: quia virgo Maria mater chriſti erat cōſanguinea valde propinqua ipſi Ioſeph viro ſuo: ⁊ ab eiſdem proauis vterqꝫ eorum deſcēdebat. vnde nihil refert: ſi genealogia illa terminetur ad Ioſeph/vel ad virginem Mariam. Quia tamen Mattheus hebraice ſcripſit euangelium ſuum: voluit obſeruare modū legis veteris in qua genealogie hominum per mares non per feminas computantur: vt patet in Geneſi/⁊ in libro numerorum / et clarius in principio Paralipomenō. In fine autem euangelij predicti dicitur ꝙ ille Ieſus cuius natiuitatem hodie celebramus vocatur ab omnibus recte credentibꝰ: chriſtus ideſt meſſias verus ⁊ ſaluator omnium hominum olim in lege Moyſi/⁊ prophetis omnibus promiſſum humano generi: hic eſt enim vnus de precipuis articulis fidei chriſtiane: ideo publice proponitur omnibus fidelibꝰ in officio huius diei. Diximus autem fini huius euangelij immediate ſubiungi canticum. Te deum laudamus. quatenus fideles eo exſoluant deo ſuo debitas gratiarum actiones pro tanto beneficio exhibito humano

*Laudes.*

generi. Et non ſolum iſto paruo hymno intendunt fideles deum laudare: ſed etiam latiori officio laudum que ſequūtur: in quibus ⁊ antiphone/⁊ pſalmi/hymnus ⁊ cāticum Zacharie: nihil aliud reſonāt/ꝗ̄ gaudiū/leticiam/exultationem et iubilationem fidelium: ſimiliter et laudes dei cū gratiarūactionibus. Specialius autē vltima antiphona Gloria in excelſis deo in gloria dei laudes concludit/et canticum Zacharie. Benedictus dominus: intonat ſuauiſſime: quod (vt in primo libro declarauimus) decantat impletionē promiſſorum dei in Ieſum nazarenū cuius precurſor fuit Ioānes baptiſta filius eiuſdem Zacharie. Per horas diei antiphone pſalmorum/ reſponſoria / verſus et alia omnia eandem habent materiam laudis et confeſſionis/ atqꝫ gratiarumactionis pro beneficio natiuitatis chriſti.

### De officijs miſſarum huius diei.

*Tres miſſe huius diei quid ſignificāt*

Tres miſſe ſolēnes hodie cantari iubentur in eccleſia dei ad repreſentandū (quas diximus) tres chriſti natiuitates. vel ſcḋm alios ad ſignificandum tres fideliū ſtatus a principio mundi: qui omnes ſaluandi erant per chriſti natiuitatem / vel creditā / vel exhibitam a perditione mortis eterne. Sed hos eoſdē ſtatus hominū ſub lege nature/ſcripture ⁊ gratie ſignificatos diximꝰ in primo libro huiꝰ ꝑ tres nocturnos matutinorum. Uerū in hoc die natalis chriſti eadē ſignificatio expreſſior erat facienda non ſolum in tribus nocturnis matutinoꝝ: ſed etiam in tribus miſſarum ſolēnitatibus ratione prius dicta de natiuitate ſaluatoris cōmunis. Prima miſſa: que in gallicantu ſub tenebris noctis agitur ante laudes: ad primum ſtatum fidelium in lege nature refertur: quod tēpus in principio huius ſecundi libri nocti aſſimilatum eſt. Secunda miſſa in aurora diei poſt laudes ſignificat ſtatum fidelium ſub lege ſcripture: quod etiā tempus ibidem crepuſculo/⁊ principio diei comparabatur. Tertia miſſa in clara luce fere meridiana repreſentat ſtatum fidelium in tempore legis gratie que meridiei ſimilis eſſe dicebatur: vbi ſupra. Poteſt tertia ratio huius ternarij miſſarum in hoc die aſſignari per tres differentias temporis preſens ſcilicet preteritum/et futurum: nam chriſtus per natiuitatem ſuam veniens in mundum liberauit omnes fideles in ſe credentes a principio mūdi vſqꝫ ad finem preteritos/preſentes ⁊ futuros: quia ſanctos patres iam defunctos ab inferno eduxit: ⁊ homines ſui temporis predicationibꝰ ⁊ miraculis illuſtrans a vitijs liberauit. et ad virtutes egregias conuertit: futuros deniqꝫ homines poſt ſe ſacramentis ſalutaribus premuniuit: quibus a morte eterna eriperētur. Sed his rationibꝰ dimiſſis que facile multiplicarētur ab ingenioſis: prima ſupius aſſignata de triplici natiuitate chriſti rationabilior videtur. Dicimus tñ ꝙ iſte tres miſſe non ſeorſum ⁊ preciſe repreſentāt tres chriſti natiuitates predictas: imo quelibet eaꝝ mixto officio triplicē eius natiuitatem commemorat. Hoc patet inductiue: nam ſi introitus earū notauerimꝰ. Prime miſſe introitus. Dñs dixit ad me: de eterna eius natiuitate ex patre loquit̄: que qꝛ hoibus viatoribꝰ eſt valde obſcure cognita: iuxta illud Eſa. 53. Generationē eiꝰ ꝗs enarrabit: ideo in tenebris noctis decātatur. Tertie vero miſſe introitus. Puer natus eſt nobis: clare agit de natiuitate temporali chriſti ex matre virgine: que quia hominibus eſt notiſſima Roma. 1. Fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo: ideo in clara luce diei cantatur. Medie autem miſſe introitus. Lux dei fulgebit: ſpiritualem ſeu moralem ſignificat chriſti natiuitatem in cordibus fidelium per gratiā dei que licet per certitudinē ab hoibus cognoſci nō poſſit Eccleſiaſtes. 9. Nemo ſcit an odio/ vel amore dignus ſit apud deum: tñ per coniectu-

ras ⁊ allucinādo aliqualiter ⁊ imperfecte cogno
ſcitur ab eis: ideo in aurore luce imperfecta de=
cantatur. I. Petri. 2. Donec lucifer oriatur in cor=
dibus veſtris. Si autem ad euangelia reſpexeri=
mus prime Miſſe euangelium: exijt edictum: hi=
ſtoriam natiuitatis tēporalis chriſti narrat: que
in media nocte credit͛ eſſe facta. Tertie miſſe euā
gelium: In principio erat verbum: natiuitatem
eternam ex patre predicat: que fit in clara luce
ſue beatitudinis. Medie miſſe euangelium. Pa=
ſtores loquebantur: ſimul verbum eternum pa=
tris nominat ⁊ reuelationem eius temporalem
apud homines declarat quaſi vtrāqꝫ chriſti na=
tiuitatem complectens aliorum medium. Eodē
modo variantur alie iſtorum officiorum partes
vtrinqꝫ: adeo vt nulla iſtarum Miſſarum ſit que
non agat mentionem de tribus chriſti natiuitati=
bus. Et hoc quidē valde rationabiliter. tum pro
pter vnicam ⁊ indiuiſam chriſti tripliciter nati ꝑ
ſonā. Tum etiā qꝛ niſi chriſtus prius natus fuiſ=
ſet ex patre non naſceretur poſterius ex matre: a
qua etiam ſi natus non fuiſſet nunqꝫ fuiſſet a fi=
delibus creditus: et ꝑ conſequens nec in menti=
bus eorum natus. non ergo ſeorſum ſed ſimul in
eadem miſſa fuit omnis natiuitas chriſti cōme=
morāda. His premiſſis in genere: veniamus iā
ad ſingula officia miſſalia huius diei ſpecialibus
declaranda.

¶ De miſſa in gallicantu.

Prime miſſe introit⁹. Vlia vero eterna chriſti natiui=
tas ex p͞re alias duas eius na=
tiuitates neceſſario ꝓcedit ⁊ or=
dine ⁊ dignitate: eāqꝫ in primis
credi oportet a fidelib⁹: ideo pri
me huius miſſe introitus ab ea
exordiens talis eſt. Domin⁹ di=
xit ad me filius meus es tu pſal. 2. Et ſenſus eſt
Dominus deus pater meus: dixit ad me de quo
hec preſens ſolēnitas agitur: fili⁹ meus verus et
naturalis es tu. ego hodie ideſt in eternitate mea
(in qua nihil eſt preteritum aut futurum. ſed to=
tum eſt preſens ⁊ immobile quod dicitur hodie)
genui te ex mea ſubſtātia totam eam tibi cōmu
nicans cum omnibus perfectionibus ſimplici=
ter: non aliam numero ſed eandem meam quā
egomet habeo vt ſis mihi conſubſtantialis ⁊ coe
ternus. Verſus. Quare fremuerunt gentes: eſt
principium eiuſdem pſalmi: qui teſte apoſtolo
Petro Actuum. 2. De chriſto intelligitur ad lit=
teram. ⁊ loquitur iſte verſus contra infideles et
hereticos qui hanc eternam chriſti natiuitatem
Oratio. negantes impugnant. Quo contra oratio ſequēs
Deus qui hanc ſacratiſſimā noctem: reſpicit or=
thodoxe fidei cultores: quibus prelatus gratiam
dei petit qua illuminentur ad credendam et li=
bere cōfitendam vtranqꝫ chriſti natiuitatē: taliqꝫ
fide mereantur perfrui ſpirituali ac mentali ter=
Prophetia Eſaie. tia natiuitate in eis. ¶ Lectio prophetica epiſto
lam precedens: populus gentium. Eſa. 9. Ad tē=
poralem chriſti natiuitatem clariſſime pertinet:
que et claritatem glorie que fulſit paſtoribus in
media nocte natalis chriſti ⁊ conditiones pueri
recēter nati deſcribit. ſcꝫ humilitatem nature aſ=
ſumpte ⁊ maieſtatem diuine perſone aſſumētis
atqꝫ officium ſue legationis in populo dei cuius
ipſe princeps pacificus nominatur. Poteſt ta=
men eadem prophetia ſimul cum introitu prece
dēte / hiſtorice exponi de chriſto myſtico quē de=
us ab eterno predeſtinauerat in filium ſibi ado=
ptandum: ipſumqꝫ iam natum per gratiam dei
defendit ab infidelibus et ab alijs inimicis ad=
uerſus eum inſurgentibus. Et de hoc nouo po=
pulo dei Eſaias loquens dicit populus gentiū
qui ambulabat in tenebris ſcꝫ ignorantie ⁊ erro=
ris ydolatrici vidit lucē magnam doctrine chriſti
Epiſtola Pauli. euangelice ⁊c̄. ¶ Ep͞la Pauli: apparuit g͞ra ſal=
uatoris: ad Titum. 2. Eſt ſermo moralis prelati
ad fideles preſentes hortās eos ad imitandam
infantilem chriſti innocentiam: quam ſua natiui
tate temporali exterius mōſtrauit: ⁊ ſenſum hu=
ius lectionis idem apoſtolus alibi breuius ⁊ cla
rius expreſſit dicēs: malicia paruuli ſtote: ad hoc
vt formetur ideſt cōcipiatur: et naſcatur in vobis
chriſtus mentali ac morali natiuitate. Et ad hūc
ſenſum epiſtola iſta eſt tripartita. Primo eīn de=
claratur modus exterior temporalis natiuitatis
chriſti ex virgine matre: qꝛ in illo primo ſuo ortu
apparuit mundo totus gratioſus / ⁊ benignus: vt
puer tenellus ⁊ delicatus. Secundo declaratur
modus noſtre imitationis: ſcilicet vt abnegātes
impietatem ⁊ alia vitia ſecularia: optimas virtu=
tes amplectamur ideſt iuſticiā / ſobrietatē / pieta=
tē / ⁊ alias huiuſmodi. Tertio cōcluditur exēplar
harum virtutum in vita ⁊ actibus chriſti: qui ex
magna charitate dedit ſemetipſum ꝓ nobis ⁊c̄.
Quāuis per hiſtoriam hec epiſtola poſſit eſſe ſer
mo Simeonis / vel alterius boni prelati in tem=
pore / ⁊ loco natiuitatis chriſti: quo dictam exhor
tationem moralem faceret ad illos paucos fide=
les qui tunc in chriſtum credebant: nam in eis
quaſi naſcebatur populus chriſtianus adhuc
paruulus exiſtens in chriſto: quales fuere paſto
res qui ad chriſti cunabula adoranda venerant:
et alij quidam pauperes ⁊ plebei qui admiran=
tes de his que dicta erant a paſtoribus ad illos
Graduale. de puero Jeſu crediderūt in ipſum. Cantus gra
dualis. Tecum principium. ex pſal. 109. Eſt ite=
rum de natiuitate eterna filij dei ſicut introitus
miſſe: et introducit deum patrem loquentem
ad ſuum filium iam hominem factum et ex vir=
gine Maria natū: declarantēqꝫ ſui filij diuinam
maieſtatem: qua ante mundi creationē ipſe iam
erat cum patre principium productiuum omniū
creaturarum: hoc ideo teſtificatur pater de ſuo fi
lio apud homines iam nato: ne propter infirmi=
tatem noſtre humanitatis; in qua tūc apparuit:
putetur habuiſſe principiū ſui eſſe ex matre ſua:
quēadmodū impius blaſphemauit Arrius. In=
troducitur ergo deus pater loquēs ad puerū illū
paruū: ego inquit deus oīpotens ſum principiū
omnium creaturarū: non tamen ſine te / vel ante
te: ſed tecum. quia tu etiā mecum es principium



creatiuum omniū rerum mundi. In die virtutis
tue ideſt in ſpiritu ſancto qui eſt virtus et nexus
amborum / ⁊ ſimul nobiſcum principium creatu
rarum: ⁊ quia ille te clarificabit in virtute mira=
culorum: ideo vocatur dies virtutis tue: ⁊ ſplen=
dor ſanctorum: quia eius virtute etiam ſerui dei
ſancti clarent miraculis illuſtranturqꝫ varijs do
nis / ⁊ gratijs. Omnes inqꝫ he tres dicte perſone
ſumus vnum principium creaturarum. Sed re=
deundo ad ꝓpoſitum ego o fili ante luciferum
ideſt anteqꝫ crearemus luciferum nō modo cor=
poralem qui eſt ſtella: verūetiam ſpiritualem qui
eſt angelus: hoc eſt ante mundi creationem / ſiue
ab eterno: ego genui te ex vtero ideſt ex mea ſub=
ſtantia: quā quidā theologi vocāt memoriā fecū=
dam patris. Verſus. Dixit dominus dn͞o meo:
principium eiuſdē pſalmi ad modū gloſe expli=
cat perſonam patris que loquebatur in predicto
graduali: ſed addit adhuc teſtimoniū de filio ꝙ
ſit ſibi equalis in omnibus perfectionibus natu
ralibus: dicens Sede a dextris meis. i. ad equa=
Alleluia. litatem mecum. Alleluia. Dominus dixit ad me:
repetit miſſe introitū: vt magis confirmet diuini=
tatem pueri Jeſu recenter nati: ne ꝓpter infirmi
tatem carnis putetur eſſe purus homo. Poteſt
etiā per hiſtoriā eſſe vox noui populi chriſtiani a
deo adoptati in filium ſuū per gratiā Jeſu chri=
Euangelium. ſti ſaluatoris. ¶ Euāgelium. Exijt edictū a Ce=
ſare Auguſto. Luce. 2. Eſt clara hiſtoria tēpora=
lis natiuitatis chriſti veri ex virgine matre quā=
tum ad circūſtantias loci / tēporis / modi / ⁊ perſo=
narum concurrentium: vt inde clariſſime proba=
ri poſſit ipſum Jeſum tunc natum fuiſſe verum
meſſiam ⁊ ſaluatorem mūdi olim ꝓmiſſum ſan
ctis patribus in lege nature / ſcripture et in pro=
phetis: in quibus tales circunſtantie aduentus
meſſie declarātur. Vbi primo euangeliſta notat
tempus ⁊ locum huius natiuitatis: tempus qui=
dem quo vnus ſummus princeps et monarcha
pacifice regnabat in toto mūdo: ⁊ omnes homi=
nes quaſi vaſſallos ſuos in cathalogo deſcribi
mandabat: atqꝫ ab eis cenſum ſeruitutis exige=
bat: locum vero notat Bethleem ſitam in tribu
iuda in qua olim natus fuerat Dauid rex. de cu=
ius ſemine meſſias naſciturus erat promiſſus.
Secundo euangeliſta declarat modū ⁊ ordinem
natiuitatis. De modo enim dicit ꝙ natus eſt in
magna paupertate / prout olim prophetatū fue=
rat Zacharie. 9. Ecce rex tuus venit tibi māſue=
tus ⁊c̄. Tertio euangeliſta declarat circūſtantias
perſonarum concurrentium: ſcilicet angelos an=
nunciantes ⁊ manifeſtantes chriſti natiuitatem /
et paſtores quibus annūciabatur viſitātes / atqꝫ
adorantes chriſtum natum. Per hiſtoriam vero
de chriſto myſtico tunc figuraliter nato in paſto=
ribus illis in chriſtum credentibus: dicūt home=
lie ſanctorum doctorum ꝙ ex tempore illo: ſcili=
cet monarchie Romanorum denotatur ꝙ om=
nes gentes mundi erant colligende ſub vnitate
fidei / ⁊ vere religionis vnius dei. Et ꝙ eccl͞ia chri
ſtiana: tunc incipiens ex loco denotabatur eſſe
futura domus panis celeſtis: quo anime fideliū
reficiātur in hac via. Et ꝙ primi in eccl͞ia chriſti
quaſi paſtores et rectores alioꝝ erant exituri de
populo iudeorum: non quidem magni domini
ſed pauperes ⁊ plebei. hi fuere apoſtoli chriſti: de
quibus Paulus loquēs ait. I. Corinth. I. Videte
fratres vocationem veſtram: quia non multi no=
biles / nec multi potentes ſecundum ſeculum ⁊c̄.
Moralitas. Moraliter vero de preſentibus fidelib⁹: dicit ve=
nerabilis Beda in homelia: quotidie ſancta fi=
delium eccleſia ſuum comitata ductorem inſtar
Marie virginis de rota mūdane conuerſationis
(quod galilea ſonat) in ciuitatem iuda ideſt con
feſſionis ⁊ laudis aſcendens: cenſum ſue deuo=
tionis regi eterno pſoluit. q̄ beate Marie virgi=
nis exēplo cōcepit nos de ſpiritu ſancto: ⁊ alteri
deſpōſata ab altero fecūdatur: ſcꝫ quia dum pre=
poſito ſibi prelato iungitur: inuiſibilis ſpiritus
virtute cumulatur ⁊ augetur: quod etiā deſignat
ipſum nomen Joſeph quod eſt accreſcens: nam
inſtantia magiſtri loquētis nihil valet exterius:
niſi augmentum ſuperni iuuaminis interius ac=
ceperit: quo doctrina bene audiatur ⁊ hoc de to=
ta eccleleſia. Sed ⁊ de vno quoqꝫ fidelium addit
idem Beda: ꝙ vſqꝫ ad cōſumationem ſeculi do=
minus in Nazareth concipi / ⁊ in Bethleem na=
ſci non deſinit: cum quilibet audientiū flore ver=
bi dei concepto (quod eſt Nazareth) domū eter=
ni panis ideſt Bethleem in ſe efficit et per bona
opera exterius parit. Quotidie enim in vtero vir=
ginali ideſt in mente fideli (cuius ſynderesis nū=
qꝫ corrumpitur) per fidem chriſtus cōcipitur: per
baptiſmum naſcitur / per virtutes et bona opera
fouetur / inuoluitur / ⁊ nutritur: ſignificant deniqꝫ
paſtores gregum prelatos et rectores animarū.
Nox: cuius vigilias cuſtodiunt ſup greges ſuos:
ſunt pericula tētationum: quibus ſe ſuoſqꝫ ſub=
ditos cuſtodire non ceſſant boni paſtores. Sed
nato domino iam tempus imminebat quo ipſe
paſtor omniū chriſtus ſuas oues (que perierant)
Offertorium. ad vite paſcua reuocaret ⁊c̄. Offertoriū. Letentur
celi pſal. 95. Gaudiū reſonat paſtoꝝ in nocte na=
tiuitatis: ⁊ etiā aliorum fideliū illius tēporis no=
ſtreqꝫ etatis inſurgēs ex natiuitate chriſti in euā=
gelio audita ad cōſolationem / ⁊ renouationē to=
tius mūdi. Per celos poſſunt intelligi angeli vel
prelati fideliū: per terrā hoīes maxime minores
ppl͞i dei. Secreta oratio. Accepta ſit tibi dn͞e: mo
ralem ſenſum offertorij exhibet pro preſentibus:
petens acceptationē ſacrificij oblati apud deum
ad obtinēdum pro eis gratiā qua chriſto naſcēti
Communio. moraliter ſe cōforment. Cantus cōmunionis. In
ſplēdoribus ſanctorum. ex pſal. 109. Repetit na=
tiuitatem eternā chriſti ex patre ſuo: vnde pēdet
tota laus ſue natiuitatis tēporalis eius: ⁊ per hi=
ſtoriā poteſt applicari ad chriſtū myſticū filium
dei adoptiuum: qui ab eterno predeſtinatus eſt.
Finalis oratio. Da nobis queſumus dn͞e: eūdem
ſenſum habet cum oratione ſecreta: ſcilicet mo=
ralem pro preſentibus loquēs de natiuitate ſpi=
rituali chriſti in mentibus eorum.

¶ De ſecunda miſſa in aurora diei.

SEcunde ſimiliter miſſe huius diei officium tres chriſti natiuitates commemorat: licet principalior eius intentio dirigatur ad ſpiritualem / vel mentalem / aut moralem chriſti natiuitatē: vt patet ex introitu eius:

Introitꝰ

Lux fulgebit hodie ſuper nos: quod eccleſia accepit ex nono capite Eſaie: licet aliqualiter mutatis verbis: ad ſignificandum illuminationem fidei inchoatam in natiuitate chriſti: ſed per hiſtoriam intelligitur iſte introitus eſſe vox paſtorum euntium in Bethleem ad videndum chriſtum natum: quem poſt illam claritatem (cum qua apparuerat eis angelus annuncians illam natiuitatem) vocant etiam lucem veriorē: quam ſe viſuros propere expectant dicentes: lux iſta q̄ nata eſt fulgebit hodie ſuper nos quando eam videbimꝰ facietqꝫ oculos noſtros valde beatos. et ꝙ lucem vocent chriſtū oſtendit littera ſequēs: quia natꝰ eſt nobis dominus meſſias noſter de quo Eſaias ait: ꝙ vocabitur admirabilis deus ⁊c. Eadem verba in eodem ſenſu dixiſſe credūtur alij fideles illius temporis gaudētes de natiuitate ſaluatoris. Verſus. Dominus regnauit decorem: pſal. 92. Decantat chriſti nati regiam dignitatem non ſolum ratione diuinitatis: ſed etiam ratione humane nature aſſumpte qua indutus eſt vt veſtimento decoro: et introducitur iſte verſus etiam ex perſona paſtorum et aliorū fidelium illius tēporis. Moraliter autem iſte introitus cum ſuo verſu poteſt refferri ad fideles preſentes qui exultant ⁊ gaudent de repreſentatione natiuitatis chriſti audita in matutinis et laudibus atqꝫ in prima miſſa precedente. ⁊ continuare volentes officia eiuſdem feſtiuitatis addunt aliam lucem precedenti: quam intelligunt eſſe fidem huius articuli hodie ab eccleſia predicatam: de qua Apoſtolus Petrus in prima ſua canonica capite. 2. Donec inquit lucifer oriatur in cordibus veſtris: quod vero additur: quia natus eſt ⁊c. eſt ratio predicte lucis mentalis. ex eo enim ꝙ filius dei eternus hodie natꝰ eſt in mūdo vt appareret viſibilis hominibus: prouenit ꝙ etiam naſcatur in mentibus noſtris per fidem cuius oēs articuli in ſimbolo poſiti ſunt de diuinitate ⁊ humanitate chriſti. quam vtrāqꝫ naturā in ipſo explicat Eſaias cum ſubditur: ⁊ vocabitur admirabilis deus ⁊c. per hanc itaqꝫ fidem ab hominibꝰ conceptam dominus regnauit in vniuerſa terra ⁊c.

Oratio.

Oratio. Da queſumus omnipotēs deus vt qui noua ⁊c. applicat introitum ad predictum ſenſum moralem: nam facit mentionem de fide: ⁊ preter illam lucem interiorem petit dari fidelibus aliam exteriorem: ſcilicet lucem bonorum operum: de qua chriſtus in euangelio: luceat lux veſtra coram hominibus Matthei. 5.

Prophetia Eſaie

¶ Prophetia: ſpiritus domini ſuper me Eſaie. 61. Introducit chriſtum recenter natum loquentem ad paſtores eum adorantes / et ad alios fideles illius temporis in eum credentes: eodēqꝫ modo poteſt applicari: vt loquatur idem chriſtus ad nos fideles preſentes. et ſenſus huius lectionis eſt vtrinqꝫ idem. Docet enim chriſtus ſe miſſum a deo in hunc mundum per natiuitatem tēporalem in humanitate aſſumpta ex matre cum plenitudine gratiarum / ⁊ donorum ſpirituſſancti: ad illuminandum corda hominum luce fidei per euangelij predicationem / ac perinde ad ſaluandas omnes gentes: et hoc quātum ad tria. Primo quantum ad remotionem malorum / ſiue corporalium: quales ſunt infirmitates / captiuitates / luctus / et triſticie: ſiue ſpiritualium qualia ſunt reatus peccatorum: indignatio dei contra eos et vindicta penarum. Secundo quantum ad exhibitionem bonorum tum corporalium: qualia ſunt honor: gaudium et copia diuitiarum: tum ſpiritualium cuiuſmodi ſunt iuſticia / fortitudo / religio / ⁊ ſancte doctrine predicatio. Tertio quantum ad dignitatem perſone ſaluatoris hec omnia operantis / ad cuius dignam ac deuotam receptionem incitat fideles. Maxime hieroſolymitanos: quoniam illa ciuitas ſicut fuit principium ⁊ caput regni Dauid: ita erat electa vt eſſet principium et caput regni meſſie: vtpote in qua ipſe habiturus erat per paſſionem ſuam victoriam contra diabolum: et inde exitura erat predicatio / et doctrina legis euangelice ad totum mundum: ideo exhortās eos ait: dicite filie Sion ⁊c. In fine promittit ſanctitatem et redemptionem populo in ſe credenti.

Epiſtola Pauli.

¶ Epiſtola Pauli. Apparuit benignitas ad Titum. 3. Quod prophetia precedens dixerat futurū / ipſa declarat iam factum per natiuitatem ſaluatoris chriſti: ita ꝙ ideo ipſe natus eſt corporaliter in mundo: vt nos faceret ſpiritualiter naſci in deo / et hoc per ſuum baptiſmum / et predicationem: ⁊ ſic ipſe prius exiſtens filius dei factus eſt filius hominis: ita voluit nos prius exiſtentes filios hominum per eum fieri filios dei heredeſqꝫ bonorum dei in vita eterna cum filio dei naturali: et ad hunc ſenſum epiſtola habet tres partes. Prima probat chriſti natiuitatem temporalem factam eſſe non ex meritis noſtris ſed ex miſericordia dei erga nos. Secunda ibi: ſaluos nos fecit: declarat noſtram natiuitatē ſpiritualem per lauacrū baptiſmi quo renaſcimur in filios dei. Tertia ibi: vt iuſtificati: concludit fructum / et finem huius noſtre filiationis: ſcilicet vt ſimus heredes vite eterne ſimul cum filio eius naturali Ieſu chriſto domino noſtro.

Graduale.

Cantus gradualis. Benedictus qui venit: ex pſal. 117. Eſt vox fidelis populi deum laudantis pro beneficijs ſibi preſtitis ex temporali natiuitate chriſti: que in epiſtola declarata ſunt cui reſpondet hic cantus. Ideo ſequitur verſus: a domino factum eſt iſtud ex eodem pſal. attribuens iſta bona miſericordie dei non meritis noſtris.

Aleluia.

Aleluia. Dominus regnauit: ex pſal. 92. Decātat pulchritudinē chriſti mox nati ex virgine matre: et poteſt eſſe vox paſtorum chriſtū adorantiū: qui ſimplicitate plebea laudant pulchritudinem pueri ad ſimilitudinē regie pulchritudinis / ac ſi dicerent ꝙ ſpecies eius digna eſt imperio. Poſſet etiam iſte verſus cantari ex perſona eccleſie preſentis: que viſo fructu natiuitatis chriſti in toto mundo predicat magnitudinem regni eius per natiuitatem ſpiritualem in mentibus fidelium.



Euangelium.

¶ Euangelium. Paſtores loquebantur. Luce. 2. continuat hiſtoriam natiuitatis chriſti ad euangelium precedentis miſſe / narrans aduentum paſtorum ad chriſti cunabula adoranda: habetqꝫ tres partes. Prima eſt paſtorum diligentia. Secunda ibi: et omnes qui audierunt: auditorum aduertentia. Tertia ibi: ⁊ reuerſi ſunt: eſt vtroruqꝫ honorificentia. Sed quia hic litteralis ſenſus de chriſto vero perfacilis eſt ⁊ ſatis peruius ex ſuperficie littere ⁊ gloſſis cōmunibus: ideo in ſenſu hiſtorico de chriſto myſtico dici poteſt / ꝙ paſtores ideſt prelati illiꝰ primitiue eccleſie adhuc paruule loquebantur adinuicem ſe ⁊ alios fideles exhortātes: et dicebāt: trāſeamus vſqꝫ Bethleem ideſt eccleſiam chriſti iam nati qui eſt panis de celo deſcēdēs: ⁊ videamus verbum dei factum hominem: quod fecit dominus in fine ſeculorum omniū: et oſtendit nobis ideſt propoſuit nobis exemplar omnium virtutū: tranſeamus inqꝫ paſſibus moralibus que ſunt bona opera: ⁊ non ſimus ocioſi ideſt vacui a bonis actibꝰ: ⁊ videamus nunc ſaltem enigmatice per fidem: hoc verbum quod erat in principio apud deum verus deus: quod et caro factum eſt inter homines: quod fecit dominus et oſtendit nobis viſibile in humanitate aſſumpta. q. d. inquiramus per ſacras ſcripturas que quotidie leguntur apud nos in templo dei: veritatem quam de chriſto redemptore promiſſo credimus. Ad hanc exhortationem prelatorum venerunt fideles illius tēporis feſtinanter quaſi contendentes intrare per anguſtam portam legis euangelice / et ingreſſi eccleſiam inuenerunt Mariam ideſt decorem eccleſie ſponſe dei: ⁊ Ioſeph ideſt ſceptrū prelatoꝝ: qui eſt ſponſus eius chriſti vicarius. Inuenerūt etiam infantem ideſt chriſtum non loquentem ad eos immediate per ſeipſum: ſed ꝑ ſuas ſcripturas ꝓpheticas / ꝑ prelatos / ⁊ predicatores. Inuenerūt inqꝫ ipſum poſitum in preſepio quod eſt altare dei pānis ſacramētorum inuolutum. Videntes aūt hec omnia fideles cognouerunt verum eſſe quod dictū erat eis a ſuis prelatis de puero hoc. Prelati etiā primitiue eccl'ie cognouerūt per euāgelium verum eſſe ⁊ iam impletum quod dictū erat a ꝓphetis de puero hoc: nam qđ illi predixerāt futurū eſſe de chriſto: hoc iſti cognouerunt eſſe impletum in puero hoc nato ex virgine Maria. Et oēs fideles ſiue ex iudeis / ſiue ex gētilibus qui audierūt myſteria eius a prelatis: mirati ſunt. i. cū magna admiratione ⁊ reuerentia acceperūt doctrinā illā parati ſemꝑ eam ſeruare: ⁊ opere cōplere. Sed ⁊ Maria. i. mater eccl'ia: mater inqꝫ illius noui populi fideliū cōſeruabat. i. notabat oīa verba ideſt myſteria hec / de chriſto vero per mirabilē cōcordiam / vel correſpōdētiam eoꝝ inter ſe. Paſtores deniqꝫ fideliū peractis miniſterijs ſuis in gubernatione eccl'ie ⁊ finito curſu peregrinationis ſue. reuerſi ſunt ad deū a quo exierant per creationē et gratioſam electionē in tanto miniſterio ⁊ cum eo in gloria celeſti cōtinue ſunt laudātes ⁊ glorificantes deū in oībus que audierāt in hac vita: ⁊ viderāt in alia. dicētes illud pſal. 47. Sicut audiuimus ita et vidimꝰ in ciuitate domini ⁊c.

Moralitas.

Similia dici poſſunt ad ſenſum moralē de paſtoribus ⁊ alijs fidelibus noſtri tēporis in hoc ſacratiſſimo feſto natiuitatis repreſentatiue dn̄i noſtri Ieſu chriſti: nā prelati in ep'lis ⁊ alijs lectionibꝰ quid aliud loquūtur q̄ꝫ trāſeamus per purā contemplationē vſqꝫ Bethleē et videamus per fidē hoc verbum ⁊c. Debēt em̄ prelati ⁊ alij minores paſtores fidelium eſſe vigilātes ⁊ cuſtodiētes vigilias ſuas ſuper greges fidelium ſibi cōmiſſos: maxime in nocte aduerſitatis hereticorum / vel tyrannorum. talibus enim occurrit angelus dei confortans eos claritate dei et reuelat myſteria chriſti que debeant alijs predicare laudantes et magnificantes deum ⁊c.

Offertorium.

Cantus offertorij. Dominus firmabit orbem terre ⁊c. ex pſalmo. 92. eſt congratulatio fideliū ex doctrina euangelij myſtice accepta: de firmitate chriſtiane fidei qua eccleſiā deus firmauit in toto orbe terrarum: que etiam vſqꝫ in finem ſeculi permanebit ⁊ non cōmouebitur. Oratio ſecreta. Munera noſtra queſumus ⁊c. Petit gratiam qua nos ſpiritualiter naſcamur in deo ſicut chriſtus temporaliter factus eſt homo.

Communio.

Communio. Exulta filia Sion. Eſai. 61. Eſt conſolatio fidelium de aduentu ſaluatoris in carnem ad ſaluādum eos. Oratio vltima. Huius nos domine ſacramenti: petit renouationem mētalem ſignificatam per nouitatem natiuitatis temporalis chriſti. Ex dictis patet ꝙ officium huius ſecūde miſſe principaliter eſt doctrina myſtica / ⁊ moralis de natiuitate ſpirituali chriſti in mentibus noſtris ſignificata per eius natiuitatem temporalem ex virgine matre.

¶ De tertia miſſa meridiana.

TErtie vero miſſe dicte maioris officiū mixtū eſt ⁊ ſimul agens de vtraqꝫ chriſti natiuitate: quale fuerat officiū prime miſſe de gallicātu: licet permutato ordine vt ſuperius inſinuatum eſt.

Introitꝰ miſſe.

Nam introitꝰ miſſe. Puer natus eſt nobis Eſaie. 9. Loquitur de natiuitate temporali chriſti: eſtqꝫ vox gaudij populi dei ſiue in primitiua eccleſia / ſiue in noſtro tempore propter impletionem diuine promiſſionis qua filiū ſuum miſſurus erat in mundum paruulum puerum naſcendum ex muliere: et hanc promiſſionem ſcripſerat Eſaias expreſſius omnibus alijs prophetis: quod iam impletum eſſe congaudēs fidelis populus verba eiuſdem Eſaie perſonat dicens. Puer natus eſt nobis: ſcilicet ex virgine matre: de qua idem propheta dixerat. Ecce virgo concipiet et pariet: et filius dei datus eſt

nobis vt ſit verus homo nobiſcum deus ad nos ſaluandum. Unde excellentioꝛ erit omnibus alijs hominibus quia rex omnis terre et ſummus imperatoꝛ: cuius imperium erit ſuper humerum eius ſcilicet vexillum crucis ſue: quam pꝛopꝛijs humeris baiulauit exiens ad locum ſue paſſionis/ per quam triumphauit de diabolo et de toto mundo: effectuſqꝫ eſt dominus totius oꝛbis: ⁊ vocabitur anglus ideſt nuncius/vel legatus dei in terris: angelus dico magni cõſilij ideſt noui teſtamẽti latoꝛ: in quo ſup pꝛecepta addunt magna conſilia. Verſus. Cantate dño. pſal. 97. Eſt incitamẽtum eoꝛũdem fidelium ad ſeipſos: vt laudent deũ nouo modo pꝛopter noua mirabilia que oſtẽdit eis in natiuitate filij ſui ex virgine matre. Oꝛatio. Concede queſumus omnipotens deus vt nos ⁊c.

*Oꝛatio.*

Applicat introitũ moraliter ad pꝛeſentes: ſimiliter cõgaudentes de hoc feſto reputatiuo natiuitatis chꝛiſti: petitqꝫ eis a deo gratiã qua liberentur a vetuſtate peccatoꝛũ per nouitatem huius natiuitatis chꝛiſti: et hoc pertinet ad ſpiritualem natiuitatẽ eius in mentibus noſtris: qua renouamur in dño. ¶ Pꝛophetia.

*Pꝛophetia Eſaie*

Pꝛopter hoc ſciet populus meus. Eſaie. 52. Expꝛeſſe loquitur de natiuitate tempoꝛali filij dei qua venit ipſe in pꝛopꝛia perſona ad inſtruendum et conſolandum populum ſuum: et notãtur tria. Pꝛimum eſt verbum ipſius chꝛiſti loquẽtis ad populũ ſuum cõſolandũ ⁊ dicentis. ſciet populus meus nomẽ meũ: quo vocoꝛ filius dei. ⁊ hoc ſciet in die illa mee natiuitatis tẽpoꝛalis ex hoie: nã modus illius cõceptiõis ⁊ natiuitatis declarabit me filiũ dei: ⁊ qꝛ ego ipſe ſimiliter deus ⁊ homo qui loquebar olim patribus ꝑ pꝛophetas. Ecce adſum vobis pꝛeſens in humanitate aſſumpta ad docendũ vos in pꝛopꝛia pſona: non iam per nũcios meos. ⁊ dicetis tunc de me loquẽtes. o ꝗ pulchꝛi ſunt ſuper mõtes ideſt ſuper oẽs alios doctoꝛes ⁊ pꝛelatos populi dei: pedes ideſt diſcipuli ⁊ miniſtri meſſie annũciantis ⁊ pꝛedicantis pacem hominum cũ deo: quod eſt bonũ veſtrum: pertinenſqꝫ ad veſtram ſalutẽ ideo dicitur annũciantis bonum pꝛedicantis ſalutem ⁊ dicentis: ſion ideſt ciuitas ſancta Hieruſalem vel eccleſia dei: regnauit deus tuus ſuper te non autem alieni ⁊ tyranni captiuãtes te. imo ipſe venit ad liberandum te ab eoꝛũ captiuitate tam coꝛpoꝛali ꝗ ſpirituali. Secundũ eſt verbum populi reſpondentis ⁊ congratulantis tanto beneficio. Vox inquiunt ſpeculatoꝛũ ideſt ꝓdicatoꝛum tuoꝛum o dñe rex noſter ſonuit in terra: qui leuauerunt vocem non tantum vocis clamoꝛem quantũ ſentẽtie altitudinẽ: de myſterijs dei altiſſimi hominibus reuelandis. ⁊ ſimul cũ hoc laudabunt deũ in ſuis operibus cum humano genere: maxime in opere incarnationis filij dei: qꝛ oculo ad oculum ipſum viderunt homines ambulantes in terris ⁊ cum hominibus cõuerſantẽ cum cõuerterit dñs ſion ideſt ciuitatẽ Hieruſalẽ a ſua captiuitate ad libertatẽ. Tertium eſt diuina conſolatio ad populum ſuum dicens: gaudete ⁊ laudate ſimul o deſerta Hieruſalẽ a multitudine ciuium ſuoꝛum pꝛopter tyrãnides maloꝛum pꝛincipum: gaudete inqꝫ quia conſolatus eſt dominꝰ populũ ſuum ⁊ redemit a captiuitate ciuitatem dilectam Hieruſalem: quãdo parauit dñs bꝛachium ſanctum ſuum: ſcꝫ meſſiam in oculis omnium gentium ⁊ videbunt omnes fines terre ideſt omnes gentiũ nationes ſalutare dei noſtri ideſt ſaluatoꝛem ad nos miſſum per natiuitatẽ tẽpoꝛalem ex muliere. ¶ Epiſtola Pauli.

*Epiſtola Paul.*

Multipharie multiſqꝫ modis Hebꝛeo. 1. Licet a natiuitate tempoꝛali pꝛincipium loquendi accipiat: tamen pꝛincipalis eius intentio et tota ſerme epl̃a eſt de natiuitate eterna filij dei: et diuiditur in tres partes. In pꝛima pꝛeloquitur de natiuitate coꝛpoꝛali. In ſecũda ibi: qui cum ſit ſplẽdoꝛ enigmatice exponit natiuitatem eternam. In tertia ibi: cui enim dixit: pꝛobat natiuitatem eternã per ſacras ſcripturas multipliciter.

*Pꝛima pars.*

Concoꝛdans ergo pꝛophetie pꝛedicte hec epiſtola in pꝛincipio ait. Multipharie ⁊c. ideſt poſt multiplices locutiones dei ad homines in ve. teſtamento per ſeruos ſuos pꝛophetas de redemptoꝛe mittendo ad nos nouiſſime ideſt in fine veteris legis miſit deus filium ſuum quaſi legatum de celis: vt loqueretur nobis ex parte dei: cui etiam certius credere debemus/ꝗ pꝛophetis qui erant velut ſerui in domo dei: que eſt eccleſia ſanctoꝛum: hic autem eſt filius ⁊ heres vniuerſoꝛũ bonoꝛum dei: quia deus per ipſum verbum ſuum omnia fecit que ſunt in mundo. De eterna vero chꝛiſti natiuitate ex patre notantur quattuoꝛ.

*Secũda pars.*

Pꝛimum ꝙ filius dei eſt patri coeternus: ſicut lux vel ſplendoꝛ ſoli eſt coeuus / et pꝛocedit ab eo ſine coꝛruptione/ aut diminutione ſubſtantie ſue. Secundum ꝙ filius eſt conſubſtantialis patri ideſt eiuſdem numero eſſentie / vel nature cũ eo. Tertium ꝙ filius eſt equalis potentie cum patre et hoc tam in creatione / gubernatione/ et conſeruatione rerum communiter/ꝗ in ſanctificatione hominum ſpecialiter que eſt purgatio a peccatis. Quartum ꝙ filius eſt patri in gloꝛia equalis quãtum ad diuinitatẽ: et ſedet ad dexteram eius ideſt in potioꝛibꝰ bonis gloꝛie quantũ ad humanitatẽ. Ex quibus ſequitur ꝙ chꝛiſtꝰ ſit maioꝛ ſiue dignioꝛ angelis dei: qđ etiã ex vtraqꝫ nominatione cõfirmatur. qꝛ ipſe dicitur filiꝰ dei/ illi autẽ angeli ideſt nuncij ⁊ ſerui. Et hoc nomẽ ipſe chꝛiſtus nõ habet ex gratia adoptionis: ſed potiꝰ ex naturali iure hereditario.

*Tertia pars.*

Has autẽ chꝛiſti excellentias ſuper angelos ꝓbat autoꝛitatibus ſanctoꝛũ pꝛophetarum que ſunt ſeptẽ. Pꝛima ex pſal. 2. Dñs dixit ad me filius meus es tu ego hodie ideſt in eternitate mea genui te. quod de nulla creatura poteſt verificari. Secunda ex libꝛo. 2. Regum cap. 7. Ego ero illi in patrem ⁊c. Tertia ex pſal. 96. Ubi dauid introducit filium dei dicens: adoꝛent eum omnes angeli. Quarta ex pſalmo. 103. Ubi Dauid angelos vocat miniſtros et ſeruos dei: etiam vſqꝫ ad oꝛdinem ſeraphin qui ſunt quaſi flamma ignis. Quinta ex



pſalmo. 44. vbi declarat chꝛiſti regiam dignitatem per thꝛonum ideſt ſedem iudiciariam ⁊ ꝑ virgam ideſt ceptrum et per oleum conſecrationis ſue. Sexta ex pſalmo. 101. explicat omnipotentiam filij dei ex creatione rerum: ⁊ tu domine in pꝛincipio terram ⁊c. Septima ex pſalmo. 109. Sede a dextris meis ⁊c.

*Graduale.*

Cãtus gradualis. viderunt omnes fines ⁊c. ex pſalmo. 97. Cũ ſuo verſu: notum fecit ⁊c. ibidẽ leticiam ſonant fideles populi: đ natiuitate chꝛiſti in epiſtola audita.

*Aleluia.*

Aleluia. editũ ab eccleſia ex diuerſis locis ſacre ſcripture: dies ſanctificatus illuxit nobis: vox eſt fidelis populi illius vel iſtius tempoꝛis: qua fideles ſeipſos inuitant atqꝫ incitant ad exhibẽdum cultum latrie filio dei ad modum magni luminaris oꝛti apud nos ad totum mundum illuminandum vt ſtatim in euangelio dicetur.

*Euangelium.*

¶ Euangeliũ: in pꝛincipio erat verbum. Ioãnis pꝛimo confoꝛmiter ad epiſtolam agit ſimul de vtraqꝫ chꝛiſti natiuitate eterna ſcilicet et tempoꝛali: ſed conuerſo oꝛdine. nã in pꝛima parte quibuſdam tropis atqꝫ enigmatibꝰ eternam chꝛiſti a patre generationem ſeu natiuitatem deſcribit. In ſecunda ibi: fuit homo miſſus: tempoꝛalẽ eius natiuitatem ex matre virgine declarat. In tertia ibi: et vidimus gloꝛiam eius: manifeſtationem huiꝰ myſterij apud homines ſupaddit.

*Pꝛima pars.*

Ad intelligenda enigmata quibus pꝛincipium huius euãgeli texit. Eſt aduertẽdũ in pꝛimis. ꝙ miſterium pꝛoceſſionis perſonarum diuinarum ad intra õnino ẽ abſconditũ viatoꝛibꝰ: ita ꝙ hũano ingenio impoſſibile eſt illud inuenire. ſed quia hoc credere eſt eis omnino neceſſarium ad ſalutem: ideo deus per pꝛophetas ſuos decreuit illud hominibus reuelare: quare neceſſarium fuit pꝛopter huius rei arduitatem ꝙ ſacra ſcriptura hoc myſterium tradens vteretur ſimilitudinibꝰ rerũ que apud nos ſunt et quarũ noticiam habemꝰ: ad eleuandum intellectum noſtrum vt poſſit diuina capere archana. Et quia Paulus in epiſtola pꝛemiſſa de eterna chꝛiſti natiuitate loquẽs vſus eſt methaphoꝛis de ſole ⁊ radio vel ſplendoꝛe eius: de homine et figura vel imagine eius et ſic de alijs: ideo etiam Ioannes in hoc euangelij ſui pꝛincipio pꝛopius accedens ad declarationem veritatis: adducit ſimilitudinem de intellectu hominis ⁊ verbo eius ideſt de cõceptu quẽ foꝛmat quãdo aliquid intelligit. in qua foꝛmatione/conceptus eſt quedã ſpiritualis conceptio generatio ⁊ natiuitas. Cõcipit enĩ mens hominis rem ſibi pꝛeſentatã per ſuam ſimilitudinem naturalem quam ipſe intellectus concurrente obiecto pꝛoducit ſua naturali virtute: que dicitur lumen intellectus. de quo in pſal. 4. Signatũ eſt ſuper nos lumẽ vultꝰ tui dñe. Pꝛoductio igitur vel foꝛmatio talis ſimilitudinis naturalis rei exterioꝛis (que etiam conceptus ⁊ verbũ mentale dicitur) tria ſoꝛtitur noĩa rem eandem ſignificãtia ſed diuerſis reſpectibus. Na in comparatione ad rem cuius eſt ſimilitudo dicitur conceptꝰ vl̃ conceptio: qꝛ per illam res concipitur ab aĩa. Sed in comparatione ad ipſam ſimilitudinem foꝛmatam ab intellectu dicitur generatio vel natiuitas: qꝛ gignitur ⁊ naſcitur ab ietellectu tanqꝫ a parente. In cõparatione vero ad intellectum pꝛoducentem dicitur verbum: qꝛ per eam intellectus loquitur apud ſe ⁊ apud deũ. ⁊ de his verbis mentalibus dicit Auguſt. ꝙ ſunt verba nullius lingue: neqꝫ ſignificant ex impoſitione vel beneplacito hominũ: vt vocabula ſuoꝛum idiomatum: ſed ſuapte natura ſignificãt res ſuas: qꝛ ſunt naturales earũ ſimilitudines: ſicut imagines in ſpeculo. Aĩa enĩ hominis ſpeculum puriſſimum eſt in quo reſplendent oĩm rerum ſimilitudines. qua de cã Ariſtoteles dicit ꝙ anima hominis eſt quodãmodo omnia ideſt totus mundus ſcꝫ repꝛeſentatiue. Et pꝛopter hanc naturalẽ hoꝛum conceptuum ſignificationem/idem Ariſtoteles dicit ꝙ verba mẽtalia ſunt eadem ideſt ſimilia apud omnes homines quantumcunqꝫ diuerſoꝛum ydiomatum. Ioannes igitur aſſimilãs natiuitem eternam filij dei a patre ſuo huic verbi mentalis pꝛoductioni ⁊ natiuitati in homine dicit: in pꝛincipio ideſt in patre deo erat ab eterno verbum a ſuo intellectu pꝛoductum vel genitum intrinſece. Ex eo enim ꝙ deus intelligit ſe ⁊ omnia alia in ſe: foꝛmat conceptum ſeu verbum quo perfectiſſime naturaliter repꝛeſentantur oĩa nõ ſolum exiſtentia ſed ⁊ poſſibilia eſſe. Hoc verbum alio noie dicitur filius dei: qꝛ gignitur ⁊ naſcitur a deo patre modo ꝓdicto: ideo in pſalmis pater introducitur loquens ad filiũ ⁊ dicẽs: ego hodie genui te/ante luciferũ genui te/ filius meus eſt tu/ ⁊ ipſe inuocabit me pater meꝰ es tu ⁊c. hic filius dei eſt dñs noſter Ieſus chꝛiſtus ineffabili illa natiuitate ſpirituali ⁊ intellectuali ab eterno genitus a patre ſuo. Sed quia Eſaias. 53. de iſta natiuitate loquens ait: generationem eius quis enarrabit: q. d. nullus qꝛ ineffabilis eſt hominibus viatoꝛibus: ideo in hac ſimilitudine a beato Ioãne introducta eſt magna et latiſſima differentia eius ad ſuum aſſimilatũ. Pꝛimo qꝛ intellectus hominis non poteſt vnico conceptu aut verbo ſuo omnes res mũdi diſtincte cognoſcere: ſicut deꝰ ea oĩa vnico ſuo verbo cognoſcit diſtinctiſſime. Secũdo qꝛ conceptꝰ humane mentis nõ eſt eiuſdẽ nature cũ intellectu vel anima pꝛoducente/ſed verius creditur eſſe accidens ſue ſubſtantie realiter inherens (loquoꝛ nũc indifferenter de ſpecie intelligibili ⁊ de conceptu ſeu verbo) ſed verbum intellectus diuini eſt ſuo patri conſubſtantiale ideſt eiuſdem ſubſtãtie et nature diuine quia vere deꝰ eſt ſicut pater a quo pꝛocedit: ideo addit Euangeliſta: et deus erat verbũ: qđ non poteſt dici de verbo mẽtis nr̃e/ſcilicet ꝙ ſit aĩa noſtra. Sunt ⁊ alie multe differentie ⁊ diſſimilitudines ſub hac ſimilitudine a beato Ioãne introducta: quas oẽs non eſt facile enumerare. Eſt ergo ſenſus huius pꝛime clauſule ꝙ filius dei eſt verbum vel cõceptꝰ intellectus paterni ab eo eternaliter pꝛocedẽs modo ſpirituali: ad ſimilitudinem ferme illius pꝛo-

cedens modo ſpirituali:ad ſimilitudinem ferme illius productionis mentalis qua temporaliter in mente hominis producitur verbum ab intellectu. ideo ait euangeliſta. ꝙ in principio ideſt ab initio ⁊ ante ſecula iam erat verbum in deo ideſt filius eternaliter genitꝰ. ⁊ idem verbū erat apud deum patrem ideſt diſtinctū perſonaliter ab eo: quia alia eſt perſona patris/alia filij nulla enim res poteſt ſe ipſam generare:quia eſſet anteqꝫ eſſet/qđ eſt penitus impoſſibile. Sed dato ꝙ ſit pſonalis diſtinctio patris ⁊ filij:ē nihilominꝰ eadē eſſētia eadēqꝫ diuinitas ideo additur ⁊ deꝰ erat verbū:eque pfecte ſicut pater eiꝰ. q̄cquid enī ē in deo eſt deus. Et qꝛ deꝰ per ſuam ſciētiā creauit omnia que ſunt in mundo ſicut vno verbo ſuo cognoſcit omnia:ita omnia per ipſum dei verbū facta ſunt ⁊ ſine ipſo factum eſt nihil neqꝫ fieri potuit. imo omne quod factum eſt in mūdo:priꝰ q̄ꝫ fieret exterius/erat in ipſo verbo dei conceptum cognitumqꝫ interiꝰ. ⁊ quia cognitio eſt quedam vitalis operatio:ideo omnis creatura ante q̄ꝫ fieret vita erat in deo quia erat verbum dei. Et quia inter omnes creaturas corporeas homo habet magnam excellentiam dignitatis: qꝛ viget lumine intellectus: ideo illud verbum dei ⁊ vita omnium rerum erat ſpecialiter lux hominum. ideſt dans eis lucem intelligentie de qua Dauid ait pſal'o. 4. ⁊c̄. Et iſta lux ratiōis hūane lucet modo in tenebris huiꝰ carceris terreni .i. viget in hoc mortali corpore:quod quamuis ſit corruptibile ⁊ aggrauet animā deprimatqꝫ ſenſum hominis hec terrena inhabitatio:tamē ſue tenebre non potuerunt comprehendere ideſt totaliter extinguere hanc lucem rationis naturalis:ſed ſemper hec lux in tenebris corporis lucet: quamuis ſub obſcure ac enigmatice propter corruptionem peccati originalis:quod rationem naturalem obſcurauit aliquo modo. Poteſt aliter exponi locus iſte:ſcilicet. ꝙ lux que eſt verbū dei lucet hominibus ideſt cognoſcitur ab eis ſed in tenebris ideſt obſcure ⁊ enigmatice. quia per fidem in hac vita ⁊ non per claram dei viſionē. vnde nec tenebre noſtri intellectus comprehendunt ideſt perfecte cognoſcunt lucem illam. Nimirum ergo ſi vix et tenuiter poſſimus aliquid dicere de eterna filij dei natiuitate. ſꝫ prior expoſitio apparet verior:quia per hec verba euangeliſta voluit notare cauſam et neceſſitatem ſecunde natiuitatis chriſti ex virgine matre ſcilicet ad illuminandas tenebras humane nature:que alias ſunt peccatum originale ⁊ obſcurant lumen rationis naturalis. conſonat euangeliſta Lucas per os Zacharie dicens:illuminare his qui in tenebris ⁊ in vmbra mortis ſedēt. Et Eſaias habitantibus in regione vmbre mortis lux orta eſt eis.

Secunda pars euāgelij.

Circa temporalem ergo chriſti natiuitatem primo agitur de precurſore ante eum miſſo:quē euangeliſta ex quattuor commendat. primo ex natura:quia homo:fuit(inquit)homo ideſt rationalis ⁊ rationabiliter viuens. Secundo ex officio:quia miſſus a deo:ſcilicet ad predicandum / ⁊ baptizandum /⁊ omninò ad preparandum viā domino. Tertio ex nomine:quia Joannes ideſt gratioſus propter gratiam quam predicauit factam humano generi ſcilicet natiuitatē filij dei in mundo. Quarto ex teſtimonij autoritate:quia venit vt teſtimoniū perhiberet de lumine chr̄o: ſcilicet ꝙ eſſet verus filius dei/verus deus/quatenus per Joannis teſtimonium fideles inducerentur ad credendum in chriſtum. Sed ne indocti propter laudes predictas de Joanne crederēt ipſum eſſe chriſtum(ſicut de facto quidam iudeorum crediderunt)additur ꝙ ille Joannes non erat lux de qua prediximus:ſed potius teſtificator ilius lucis. De inde agitur de redēptore chriſto:premittens neceſſitatē aduentus ſui quia ad illuminandū homines lumine cognitionis dei: quia ante aduentum eius homines ſiue in lege nature ſiue in lege Moyſi paruam ⁊ ſatis debilem noticiam habuerunt de deo; qui tamen in mundo erat per eſſentiam/preſentiam/ ⁊ potentiam: quia mundus per ipſum factus eſt: ⁊ vix mundus ideſt homines eum cognoſcebant. fuit ergo neceſſarius aduentus filij dei in mundum ad illuminandum homines. imo poſtqꝫ venit in mundum: a principio venit in propria ideſt ad populum deo magis familiarem ſcilicet populum iudeorum:⁊ illi ſui eum non receperunt ex deffectu cognitionis:quia pauciſſimi de illo populo credidederunt in eum: ⁊ receperunt ipſum tāqꝫ verum meſſiam:alij vero potius negauerūt eum ⁊ occiderunt vt expellerent a ſe. Conſequēter additur fructus prouenlens ex aduentu eiꝰ ſcilicet ꝙ homines deificarentur per ipſum:⁊ filij dei fierent ꝑ adoptionē gratie. ideo quotquot receperunt eum credentes dedit eis poteſtatem gratie filios dei fieri:⁊ hoc per ſacramentū baptiſmi. qui nati ſunt ex deo vt fierent filij eius nō quidem modo carnali ſicut quādo fiunt filij hominum:ſed modo ſpirituali vt declarauit chriſtꝰ Nichodemo dicens:quod natum eſt ex carne caro eſt ⁊ quod natum eſt ex ſpiritu / ſpiritus eſt. qui ergo fiunt per adoptionis gratiam filij dei ex deo nati ſunt per operationem ſancti ſpiritus in vtero ſancte matris eccleſie ſponſe dei virginis ⁊ incorrupte. Sicut etiam ipſe filius dei factus eſt filius hominis per obumbrationem ſancti ſpiritus ex matre virgine incorrupta:in cuius vtero verbum eternum dei factum eſt caro ideſt homo verus:et habitauit in nobis ideſt nobiſcū factum emanuel:et in terris viſus eſt ⁊ cum hominibus conuerſatus eſt.

Tetia ps euāgelij.

Qualem autem noticiam homines habuerunt de aduentu filij dei in carnem: exponit dicens:et vidimus gloriam eiꝰ ⁊c̄. vbi duplicem notat modum cognitionis noſtre de chriſto. primus eſt quantum ad diuinitatē eius quam vocat gloriam ſeu excellentiam chriſti. Vidimꝰ(inquit)gloriam eius nos fideles. i. cognouimus diuinitatem ſuam ex predicatiōe/ miraculis/transfiguratiōe/reſurrectione eius. qꝛ vt idem euangeliſta alibi dicit: ex his que vidimus ⁊ audiuimus et manus noſtre contrectauerunt de verbo vite deuenimus in cognitionem diuinitatis eius que tamen diuinitas in eo non apparuit quaſi a ſe:ſed quaſi ab alio procedens: quod etiam de ſe ipſe teſtatur dicens Joannis. 8. Ego ex d'o ꝓceſſi ⁊ veni. Et iterū miſit me viuēs pater ⁊ ego viuo ꝓpter patrē Joan. 6. ideo vidimꝰ gloriā eius quaſi gloriam ideſt diuinitatem filij vnigeniti a patre ideſt deū a deo procedentem cognouimus ex dictis ⁊ factis eius apud nos: in quibus ſemper dabat gloriam patri ſuo. ⁊ ſimiliter deus pater in baptiſmo chriſti ⁊ in transfiguratione eius voce mirabili teſtificatus eſt illum eſſe filium ſuum dilectiſſimum quia vnigenitum. Per natiuitatem ergo corporalem chriſti ex matre innotuit nobis eius natiuitas eterna ex patre:⁊ ideo vidimꝰ in enigmate fidei gloriam diuinitatis eius quam habet ex patre ⁊ nō a ſe. De cognitione vero humanitatis chriſti nobis cōmunicata ex tēporali natiuitate eius:ſubditur:vidimus eum plenum gratie ⁊ veritatis. i. omnigena virtute ⁊ ſapientia vera. Sicut enim humanitas illa fuerat formata mirabili operatione ſpirituſſancti:ita ſpirituſſanctus habitabat in ea ſingulari quodam modo ⁊ cum plenitudine omnium gratiarum. Nam preter gratias gratis datas(quas ſpiritus ſanctꝰ diuidit diuiſaſqꝫ tribuit alijs hominibus chriſto autem tāqꝫ capiti omnes ſimul) dedit ei tantam plenitudinem gratie gratum facientis:ꝙ Joannes baptiſta de eo dixerit Joannis. 3. ꝙ non datus eſt illi ſpiritꝰ ſanctus ad menſuram aliorum hominum: qui aliquando in ſacra ſcriptura dicuntur pleni ſpirituſctō:vt patet de Zacharia / Heliſabet/⁊ Simeone:nam illorum plenitudo eſt ſolum ſufficientie ad ſuam ſalutem:vel quando plus redundantie ad edificationem aliorū. Sed plenitudo humanitatis chriſti dicitur plenitudo excellentie ex eo ꝙ excellit omnes alias plenitudines:cum ſit ſanctꝰ ſanctorum. i. princeps ⁊ caput omniū ſanctorum: a quo deriuetur gratia ad eos omnes ſicut vnguentum in capite quod deſcendit in barbam ⁊ vſqꝫ in oram veſtimenti pſal'o. 132. Unde propter hanc excellentie plenitudinē ſtatim ſubditur in textu:⁊ de plenitudine eius omnes accepimus gratiam ⁊c̄.

Hiſtoria.

Per hiſtoriam hoc euangelium imo et totum officium notat exordia populi chriſtiani:qui etiam eſt filius dei per gratiam adoptionis collatam ſibi in baptiſmo: quod eſt fidei ſacramentum. Primordia autem natiuitatis eius in hoc mundo duo ſunt. primū fuit eterna predeſtinatio. Secundū fuit temporalis electio:que incepit in nocte natiuitatis chriſti in illis paſtoribus qui chriſtum adorauerunt credentes in eum ⁊ poſtea alij fideles acceſſerūt qui mirabantur de his que dicta erant a paſtoribus ad ipſos. Ad hūc ergo ſenſum poſſunt trahi verba epiſtole mirabilia loquentis de filio dei nouiſſimo. i. de populo chriſtiano quem digniorem probat populo veteris legis ⁊ angelis. i. prophetis eius ⁊c̄. Et ſimiliter verba euangelij in principio ſcilicet ſexte etatis mundi erat etiam incipiens verbum ideſt opus humane reparationis ab eterno predeſtinatum figuratum: ⁊ ex tēpore in patriarchis atqꝫ in prophetis promiſſū. Et verbum hoc erat apud deum hominem factum in terris:quia ab eo incepit ab eoqꝫ perfectum eſt opꝰ noſtre redemptionis: ⁊ ideo dicitur ꝙ deus erat verbum ideſt redemptio noſtra. et hoc erat in principio huius ſexte etatis quando incepit iſte populus redemptus a domino. nam omnia miſteria eccleſie chriſtiane per ipſum facta ſunt et ſine ipſo factum eſt nihil pertinēs ad humanam ſalutem. Sacramenta enim ſalutis humane a ſolo chriſto inſtituta ſunt ⁊ ea preſupponunt omnes prelati eccleſie: ſicut ⁊ precepta decalogi/⁊ articulos fidei. Alia enim que ſunt de ſolemnitate ſacramētorum ⁊ diuinorum officiorum a prelatis eccleſie inſtituta: non ſunt ita de neceſſitate ſalutis humane ſicut ea que ſolus chriſtus inſtituit. de quibus ſubditur:quod factū eſt in ipſo ideſt ab ipſo principe chriſto vita erat animarum. Sed quia iuſtus ex fide viuit que eſt lux:ideo dicitur ꝙ vita erat lux hominum ideſt fides catholica quam chriſtus predicauit ⁊ poſt eum ſui apoſtoli ⁊ alij ſucceſſores eorum. Sꝫ iſta lux fidei lucet viatoribus in tenebris obſcuritatis:quia videmus deum nunc per ſpeculum in enigmate non facie ad faciem ⁊c̄. Erat hec fides lux vera dilatata per totum mundum. Quod dicitur de Joanne:eſt intelligendum de lege veteri:que erat prenunciatrix gratie euāgelice:quod eſt Joannes. de quo ſequitur. ꝙ non erat ille lux ideſt clara enunciatio veritatis ſed ſolum figuralis: profuit tamen ad hoc vt teſtimonium perhiberet de lumine legis euangelice. dicitur enim Ezechielis primo ꝙ erat rota in medio rote ideſt nouum teſtamentum in veteri:vt exponit Gregorius:ad hunc modum cetera que ſequuntur eſſent intelligenda.

Moralitas.

Conformiter etiam ad hanc expoſitionem hiſtoricam eliceretur expoſitio moralis de vno quoqꝫ fidelium: qui efficitur filius dei in baptiſmo ⁊ hoc in principio vite ſue quando accedit verbum dei ad elementū aque ⁊ fit ſacramentum noue regenerationis in chriſto ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto :de quo dicitur ꝙ deꝰ erat verbum ſcilicet per concomitantiam quia cum verbis illis datur ſpirituſſanctus. ⁊ tūc per ipſum omnia alia hominis bona ſpiritualia et dona gratiarum facta ſunt in mente: ⁊ ſine ipſo factum eſt nihil quia vt Auguſtinus recte ſentit in infidelibus nulla eſt vera virtꝰ:ſed opera que in eis apparēt virtuoſa:apud deum reputantur quaſi nihil: quādoquidem etiam in hominibus fidelibus non habentibus charitatē omnes virtutes eorum Paulus dicat nihil valere:quia nō habent ſpiritum ſanctum ſine quo hec omnia facta ſunt nihil. Et omne quod factum eſt in homine in ipſo ideſt ab ipſo ſpiritu ſanto:vita erat anime/⁊ lux hominis in tenebris huiꝰ vite. Qđ autem dicitur de Joanne:refferri poteſt ad res illas ſenſibiles ſcilicet elementa ⁊ verba:que ex ordinatione dei adhibentur in ſacramentis. nā

cum ſint res corporales:in eis non conſiſtit vi-
ta ſpiritualis ⁊ lux anime:ſed in gratia interiori:
iſta tamen exteriora ordinata ſunt diuinitus vt te
ſtimonium perhibeant de gratia interiore.ait enī
Joānes baptiſta: Ego baptizo vos aqua ſcilicet
in corpore:medius autem veſtrum ſtat deus qui
baptizat animam in ſpiritu ſancto.⁊ cetera ſequē
tia (ad hunc modū) Cantus offertorij. Tui ſunt
Offertorium.
celi ⁊ tua eſt terra.pſal.88.ē iubilatio fidelis ppłi
cōmoti ex lectione euāgelica ad exhibendū diui
nos honores puero nato.vt pote vniuerſali dn̄o
totius orbis:cuius ipſe non ſolū eſt conditor ſed
etiam gubernator/⁊ ſpecialiter hominum repa-
rator ⁊ rector in iuſticia ⁊ iudicio.et poteſt hoc di
ci ex perſona paſtorum/aliorumqꝫ fidelium illiꝰ
temporis. Secreta oratio. oblata dn̄e munera:
applicat offertorium moraliter ad preſentes:pe-
tens inſuper eis renouationem mentis ⁊ emun-
dationē a peccatis per gratiam dei Cantus cō-
Communio.
munionis: viderūt omnes fines terre.pſal.97.
eſt gaudium fidelis populi primitiue eccleſie de
natiuitate chriſti temporali/qua viſibilis appa-
ruit hominibus et toti mundo innotuit. Finalis
oratio: Preſta queſumus omnipotens deus.de
preſentibus moraliter loquēs eandem intentio-
nem habet cum ſecreta oratione:ſed addit ſuper
eam petens vt obtenta gratia noſtre renouatio
nis per natiuitatem chriſti ad beatitudinem al-
terius vite immortalis perducamur. Hactenus
ergo de toto officio natalis dn̄i:quod per hiſtoriā
etiam adaptatum eſt natali populi chriſtiani:qui
dicitur filius dei adoptiuus et chriſtus myſticus
et ad ſimilitudinem chriſti veri habuit ſuam na-
tiuitatem:proceſſitqꝫ per ſuas etates/infantiam/
puericiam/adoleſcentiam/iuuentutem/⁊ plenā
etatem:de quibus etatibus in officijs ſequenti-
bus pertractabimus.

¶ Notabile de alijs tribus diebus feſtiuis ad
iunctis feſto natalis domini.

Tandem in hoc capitulo dignū
erit aduertere ꝙ ex eccleſie inſti
tutione propter aliquam ſigni-
ficationem: non ex alicuius rei
geſte hiſtoria: additi ſunt tres di-
es feſtiui ⁊ quidem valde ſolem
nes diei natalis chriſti domini
ſcilicet feſtum ſancti Stefani prothomartyris/
ſancti Joannis apoſtoli/⁊ Puerorū innocētiū.
quorum ſanctorum tranſitus ab ac vita ſecundū
veritatem hiſtorie non illis diebus fuere quibus
eos colimus.nam Stephanus.3.die Auguſti la
pidatus eſt. Joannes etiam apoſtolus.24.die
Junij ab hac vita in pace tranſiuit. Innocen-
tes autem paſſi ſunt pro chriſto bienio fere elap
ſo poſt natiuitatem chriſti: ſed ignoratur men-
ſis ⁊ dies certus paſſionis eorum. ergo hoc inſti
Tertia dubia.
tuit eccleſia propter ſignificationem aliquam:
de qua opꝰ eſt vt aliquid dicamus. ¶ Unde cir-
ca hoc queruntur tria dubia. Primum.quare ad
dita fuerīt tria feſta aliunde accepta diei natalis
domini. Secundum.quare feſta hec potiꝰꝙ alia.
Tertium dubium.erit de ordine eorum ad ſe in-
uicem.hoc eſt quare Stephanus leuita preferā-
tur tanto apoſtolo Joanni.⁊ tertio loco ponan-
tur innocentes martyres: qui prius alijs duobꝰ
ab hac vita tranſierunt. Sed cum intentio eccle
ſie in his feſtis additis non ſit oſtendere ordinē
Ad primum.
dignitatis vel temporis inter ea:ad primum du
biū:ꝓter numeri ternarij:dignitatē ac ꝑfectionē:
qui etiam in propoſito denotat tres in chriſto na
ſcente ſubſtantias ſcilicet diuinitatem/animā/
⁊ carnem: poteſt ſecundo dici hoc inſtitum eſſe
ad oſtendendum feſti natalis chriſti magnā ex-
cellentiam ſanctitatis: qua fere equiperetur ſolē
nitatibus paſchatis et penthecoſtes: in quibus
eadem de cauſa ideſt propter excellentiam ſan-
ctitatis diei pricipalis miſterij addūtur:alij duo
vel tres dies feſtiui ⁊ colendi a fideli populo qua
ſi ſatellites ⁊ ſtipatores eius. Uerum in hac die
rum additione eſt aliquantula differentia inter
has ſolemnitates:quia in iſta adduntur feſta ſan
ctorū aliunde tamen accepta:ſed in paſchate ac
penthecoſte nulla ſanctorum feſta apponuntur
diei principali:ſed alij dies feſti magis explican
tes aut proſequentes idem miſterium diei prin-
cipalis:cuiꝰ diuerſitatis hec ratio eſſe potuit. qꝛ
in die natalis domini celebramus principium
vite ſue mortalis qua cum hominibus conuerſa
tus eſt per omnia fratribus ſimilis effectus:ideo
hic dies admittit iuxta ſe ſanctorum hominum
feſtiuitates:quas cum non haberet in diebus ſi
bi proximis:aduocat eas aliūde.in paſchate ve-
ro agitur de principio ſue vite immortalis ⁊ cele
ſtis:que hominibus viatoribus non conuenit:
eadem ratio eſt de penthecoſte. Poteſt tertio di
ci ad hoc primum dubium ꝙ ſicut apud homi-
nes ſeculares conſuetudo laudabilis eſt ad na-
tales vel nuptias filiorum inuitare ſuos conſan
guineos/amicos/⁊ vicinos: vt congratulentur
eis:quod etiam legimus in natiuitate ſancti Jo
annis baptiſte Luce.2. Ita ſimiliter ſancta ma
ter nr̄a ecclia ad feſtū natalis pueri ſui ieſu inui-
tat hos ſanctos: quorum Joannes fuit conſan
guineus: Stephanus amicus/⁊ innocentes vi-
cini ex Bethleem ⁊ finibus eius:qui etiam ſan-
cti obtulerunt puero nato ⁊ matri eius encenia
precioſa. vt Stephanus precioſum vinum ſui
ſanguinis ⁊ plurimos lapides precioſos. Joan-
nes liliū virginitatis cū ſpeciebꝰ aromaticis ali
arum virtutum atqꝫ auro celeſtis ſapientie. In-
nocentes deniqꝫ lac puritatis/⁊ panem ſinceri-
tatis que eſt bethleem.quia dederunt chriſto pa
triam ſuam domum panis in qua ipſe naſcere-
Ad ſecundum dubium.
tur. Et hec ratio etiam reſpondet ad ſecundum
dubium. Ad quod ſecundo dicitur ex illo ver-
bo chriſti. Mathei.24.vbicūqꝫ fuerit corpus il-
luc congregabuntur ⁊ aquile:ergo quando filiꝰ
dei aſſumpto corpore humanitatis noſtre appa
ruit natus ex virgine matre debuerunt ei cōgre-
gari he due aquile Stephanus ⁊ Joannes: qui
viſus ſui acumine celos penetrare valuerūt: cū
pullis ſuis innocentibus.adeo vt chriſtus ſub tē



porali Romanorum imperio natus iuxta Dani
elis prophetiam capitulo.2.vſurparet ſibi eorum
inſignia ⁊ vexilla ſcilicet duas aquilas.in diebꝰ
(inquit)regum illorum ſuſcitabit deꝰ celi regnū
quod ineternum non diſſipabitur imo ⁊ conſu-
met omnia regna hec ⁊c.ſucceſſit enim chriſtus
ſummus imperator in romanorum imperio: qđ
⁊ modo regit eiꝰ generalis vicarius in terris pō
tifex romanus.nimirum ergo ſi eccleſia inſtitue
rit hec feſta apponenda natali chriſti quaſi po-
nens duas aquilas romani imperij in vexillis
chriſti. Tertio dici poteſt hoc factum eſſe ad oſtē-
dendum ꝙ ſicut beatiſſima virgo Maria ſpon-
ſa dei inſtar Rachel dilectiſſime peperit ei filiū
dei primogenitum: ita eccleſia catholica ſponſa
dei ad ſimilitudinem Lie fecundiſſime cōtinue
parit ei filios adoptionis plurimos.celebrato er
go partu prime ſponſe in die natalis domini de
buit celebrari partus ſecunde in multiplici ſobo
le.parit enim martyres ſignificatos in Stepha-
no/confeſſores in Joanne/virgines in pueris in
nocentibus.et ſub his tribus differētijs omnes
Ad tertium dubium.
filij eccleſie comprehenduntur. Et hec ratio etiā
ſatiſſacit tertio dubio querenti de ordine feſtorū
iſtorum ſcilicet quia ordo martyrum precedit or-
dinem confeſſorum ⁊ ille ordinem virginū. Sed
additur ad idem hec ſecunda ratio. vt ex iſtorū
feſtorum ordine declarentur fructꝰ multiplices
natiuitatis chriſti in humano genere. nam ipſe
propter nos homines ⁊ propter noſtram ſalutē
deſcendens de celo natus eſt ex Maria virgine
factus homo.cuius natiuitas operata eſt homi-
num ſalutem quantum ad omnes eorum ſexus
etates/⁊ ſtatus.ad hoc ergo ſignificandum appo
nitur natiuitati chriſti Stephanus iuuenis/Jo-
annes ſenex/⁊ innocentes pueri. Item in Ste-
phano ſignificatur ſtatus militum/in Joanne
ſtatus clericorum/in innocentibꝰ ſtatus popula
rium qui ſunt minores in populo dei.⁊ quia de
illo ſtatu plures ſaluantur ꝙ de alijs maioribꝰ:
ideo innocentes plurimi fuiſſe narrantur in offi
cio ſui feſti:ſed alij duo dies priores ſingulos ce
lebrāt ſanctos.illi tamen pauci qui ſaluātur de
ſtatibus ſuperioribus eccleſie/maiores ſancti re
putantur ꝙ illi plurimi de ſtatibus minoribus.
Tertia poteſt addi ratio ad hoc dubium:ꝙ per
ordinem iſtorum feſtorum oſtenditur modus et
ordo humane ſaluationis prouenientis ex nati-
uitate ſaluatoris:nam per Stephanum (quem
apoſtoli prefecerūt menſis ⁊ eleemoſinis vidua
rum)intelliguntur boni actiui: per Joannem cō
templatiui:per innocentes autem ſimplices lai
ci ⁊ minores populi.quia ergo per laborem vite
actiue peruenitur ad requiem contemplatiue:
ideo prius proponitur nobis labor in Stepha-
no/deinde quies in Joanne. Sicut etiā olim Ja
cob priꝰ habuit vxorem Liam laborioſam:⁊ po
ſtea peruenit ad ſuaues amplexus Rachel for-
moſe. Item per labores ⁊ agones huius vite trā
ſeunt fideles ad requiem celeſtis glorie:ideo pri
us celebramus laborioſum martyrium Stepha
ni ꝙ pacatiſſimum tranſitum Joannis apoſto-
li:qui in pace ideſt ſine martyrio ⁊ cum lumine
glorie ab hac vita diſceſſit iuxta illud chriſti ver
bum Joannis.21. Sic eum volo manere donec
veniam ſcilicet ad tranſitum eius ab hac vita.
Sic enim deus ſtatuit vt ſerui ſui prius experiā
tur aduerſam ꝙ proſperam fortunam.quod etiā
ſignificatum eſt Geneſis primo.vbi prius nomi
natur veſpere triſticie ꝙ mane leticie iuxta dictū
pſalmiſte ad veſperum demorabitur fletꝰ adma
tutinum leticia hunc ergo modū vite ſanctorum
denotat ordo iſtorum duorum feſtorum. Innocē
tum autem feſtum ideo tertio die agitur quia ſi-
gnificat modum ſaluationis ſimplicium homi-
num vel etiam puerorū baptizatorum qui ſine
merito proprio ſaluantur per ſolum meritū chri
ſti.nam iſti in gloria poſt alios omnes ſanctorū
Aliud dubiū.
ordines collocabuntur. Sed quia apud multas
eccleſias latinorum in die ſanctorum innocentū
fiunt multe fatuitates ⁊ inordinationes iocorū
inhoneſte intra miſſarum ſolemnia etiam vidē-
tibus ⁊ conſentientibus prelatis/que conſuetu-
do non tolleraret ab eis niſi ex cauſa rationabi-
li:ideo merito inquirendum eſt hic de ratione ta
lis permiſſionis:hoc eſt an iſte fatuitates habe-
ant ſignificationem aliquam propter quam fie-
ri dicant. Ad hoc poteſt reſponderi ſatis proba
Reſpōſio.
biliter in excuſatione prelatorum (quamuis nō
omnino ſint excuſabiles in multis ⁊ quidem
turpiſſimis que tunc fieri permittuntur intra ec
cleſiam dei)ꝙ duplex innouatio fieri ſolet in il-
lo die inter celebrandum diuina officia: cuius
vtriuſqꝫ datur rationabilis cauſa. Primo enim
omnia digniora officia et ſedes honoris dantur
pueris in illo die eiſqꝫ ſeruiunt humiliter maio-
res ⁊ ſeniores patres clericorum. Quod ideo fie
ri creditur quia iſto die celebrat eccleſia marty-
rium illorum puerorum quos Herodes rex ty-
rannus occidit ex populo iudeorum propter au
ditam famā natiuitatis chriſti regis futuri: ideo
ad honorem ſanctorum innocentum decreuerūt
patres hodie exhibere honorē pueris ſic ꝙ ma-
iores ſui ſeruirent eis: quemadmodum in cena
domini etiam magni principes humiliant ſe ad
lauandos pedes pauperum. Sed quia etiā ho-
die pueri eccleſie habent ſuum epiſcopum: qui
ſuis officialibus ⁊ miniſtris tyrannice tractant
ſeniores patres eccleſie compellentes eos ad vi
lia quedā officia/inferenteſqꝫ eis opprobria mul
ta:⁊ hoc permittitur eis per totum diem vſqꝫ ad
finem veſperorum:⁊ tunc ille epiſcopus inuere-
cundus deponitur a maioribus eccleſie/expolia
tur ornamentis pontificalibus eijciturqꝫ de ſede
ſua cum magna ignominia ⁊ tandē expellitur
ab eccleſia cum omnibus ſequacibus ſuis:ideo
dicendum eſt iſta rationabiliter eſſe tollerata in
eccleſia dei. Si enim in feſto natalis domini nō
ſolum commemoratur chriſti primus aduentus
in mundum: ſed etiam ſecundus ad iudicium:
quem aduentum magna eccleſie ꝑturbatio pre/
ceſſura creditur ſub tyrannide Antichriſti ⁊ ſuoꝝ

miniſtrorum: conueniens fuit hoc in iſtis feſtis natalis domini repreſentari. non potuit autem melius q̄ in die ſanctorum innocentium: in quo fit mentio de tyrannide Herodis contra chriſtũ verum in occiſione tot puerorum. nam ſicut per chriſtum verum ſignificat chriſtus myſticus qui eſt populus chriſtianus: ita per herodem perſecutorem chriſti veri ſignificabit antichriſtus perſecutor chriſti myſtici. Ideo ad ſignificandam illam perſecutionem antichriſti in tali die pueri ⁊ indigniſſimi homũtiones ſublimantur et ecõtra ſeniores ⁊ grauiſſimi viri non ſolum deprimuntur: a ſedibuſqꝫ ſuis eijciuntur: verũetiam inhoneſtis geſticulationibus deridẽtur: ſic enim fiet veraciter. In tempore antichriſti ſicut modo iocoſe repreſentatur in illo die. Colligitur enim ex prophetia. Danielis. xi. et ex dictis chriſti in euãgelio. Matthei. 24. et Apocalip. 20. ꝙ antichriſtus et miniſtri ſui talibus modis tractabunt fideles chriſti maxime viros eccleſiaſticos et prelatos eorum qꝛ valde irreuerenter ſe habebunt ad eos indignos etiam promouebunt ad honores ⁊ dignitates: ſeruos autem dei digniſſimos peſſundabunt iniurijſqꝫ afficient multis. ⁊ ſic ille peſſimus tyrãnus perturbabit totam eccleſiam dei ⁊ peruertet totum ordinem eius. Sed non tollerabit diutiꝰ dei iuſticia tyrãnidem et blaſphemias eius. imo ad veſperã mundi cum magno dedecore deijcietur ipſe et omnes ſequaces eiꝰ vnde apoſtolus ait ꝙ dominus ieſus chriſtus interficiet eum ſpiritu oris ſui et illuſtratione aduentꝰ ſui ideſt quando iam appropinquauerit aduentus eius ad iudicium.

## ¶ Caput decimum de officio circunciſionis domini in octauo die natalis eius: quo etiam chriſti myſtici ſpiritualis circunciſio multipliciter ſignificatur: ⁊ declaratur hiſtorice ac thropologice.

Argumẽtum officij.



Ec feſtiuitas fere nullũ habet officium proprium: cum ſit octauus dies natalis domini: qui ad ſui principium reuertitur. oẽs enim cãtus ⁊ pſalmi tã in horis nocturnis q̄ diurnis ſunt preciſe idem qui in die natalis domini: licet in officio miſſe aliquas ſibi partes proprias vẽdicet: aliter tamen in miſſali romano atqꝫ aliter in libris aliarum eccleſiarum. Quia enim eccleſia Romana non celebrat feſtum expectationis virginis Marie octauo die ante natalem domini: ideo ponit hodie in miſſa orationes de beata virgine ſcilicet Deꝰ qui ſalutis eterne: cũ alijs duabus ſibi correſpondentibus. ſimiliter in matutinis aliqua reſponſoria ⁊ antiphonas in honorem beate virginis decantat: de qua in die natalis domini nõ potuit multa dicere vt decebat.

Matutini

Sed in hiſpania omnes fere eccleſie: quia celebrãt officium expectationis virginis Marie ad honorem ſui partꝰ virginalis ex inſtitutione ſancti Illefonſi archiepiſcopi Toletani contra hereticos ſui temporis virginitatem deipare Marie negantes: ideo non curant hodie tam ſpecialem mentionem facere de virgine Maria in officio miſſali: ſed totum ipſum agunt de natiuitate ⁊ de circunciſione domini. vnde introitus miſſe:

Introitus miſſe.

Puer natꝰ eſt nobis ⁊c. Eſaie. 9. iam expoſitꝰ eſt in capitulo precedente de chriſto vero ad litterã ⁊ de miſtico per hiſtoriam.

Oratio.

Oratio Deus qui nobis nati ſaluatoris diem celebrare concedis octauum ⁊c. petit a deo hanc gratiam pro fidelibꝰ populis: vt ſicut dei filius per miſericordiã ſuã ſe communicauit noſtre carni: ita faciat nos cõmunicari ſue diuinitati per eadem miſericordiã. quia vt Auguſti. ait deꝰ factꝰ eſt homo vt homo fieret deꝰ ſcilicet per participationem gratie ſue: per quam teſte apoſtolo Petro: diuine ſumꝰ facti conſortes nature.

Epiſtola.

Epiſtola huius miſſe ex ſecũda miſſa natalis domini accipitur. apparuit benignitas ⁊c. que ibidem expoſita eſt. ⁊ loquitur expreſſe de chriſto myſtico per cõformitatem ad chriſtum verum.

Graduale Alleluia.

Graduale: viderũt omnes fines terre: cum ſuo verſu: notũ fecit dominꝰ ⁊c. ⁊ Alleluia: multipharie ⁊c. vel dies ſanctificatus ⁊c. ex tertia miſſa diei natalis domini accepta ſunt et ibidem declarata. Secreta oratio. Preſta queſumus domine ⁊c. petit ſacrificium euchariſtie acceptari a deo ad conferendam nobis mentis purificationem: qua recte intelligere valeamus archanum myſteriũ natiuitatis vtriuſqꝫ chriſti. Vltima oratio. Preſta queſumus omnipotẽs deꝰ: ex virtute ſacramenti precepti in memoriam natiuitatis chriſti: poſtulat a deo pro fidelibus populis vt hec deuotio ſit eis medicinalis ⁊ cauſatiua perpetue ſanitatis.

Offertorium. Communio.

Offertorium: tui ſunt celi: ⁊ communio: viderũt omnes fines terre: ex tertia miſſa officij natalis dñi accepta ſunt et ibidem ſatis expoſita. Cum enim in ſolẽnitatibus eccleſiaſticis octauꝰ dies redeat ad primum/ habeatqꝫ fere ſemper eiuſdem diei officium maxime in cantibus chori: non eſt requirẽda alia expoſitio autoritatum in officio octaui diei ab ea que data eſt in officio primi diei ⁊ principalis: excepta generali ſignificatione octaui diei: de qua ſtatim dicemus in euangelio huius officij quod ſecundũ omnes eccleſias habet proprium ⁊ diſtinctum ab euangelio diei natalis domini: ⁊ hoc ſolum reſtat nobis ſerioſe exponendũ in toto hoc officio.

Euangelium.

Euangelium: poſtquam conſumati ſunt dies octo Luce. 2. quamuis ſit minimum omniũ euangeliorũ totius anni in ſuperficie littere: eſt profecto in ſenſu ſuo multiplici q̄ latiſſimum et omnium aliorum maximum. continet enim tria puncta profundiſſima/ valde notanda et deuotiſſime meditanda. Primum eſt de chriſti circunciſione. Secundũ de ſui nominis impoſitiõe. Ter-



Prima pars.

tium de Gabrielis angeli prenuntiatione. Circũciſionem autem domini ad varios ſenſus pertracturi: ſupponamus ex veteri lege breuiſſime ritum ⁊ modum ſacramenti circunciſionis: ⁊ cauſas ſue inſtitutionis. Incepit namqꝫ circunciſio quadringẽtis fere ãnis anteq̄ daretur lex Moyſi quia incepit in patriarcha Abraham cui dominus mandauit Geneſis. 17. pro ſe ⁊ pro omnibus familiaribus ⁊ poſteris ſuis maſculis ab eo deſcendentibus maxime per Yſaac filium ſuum ⁊ per Jacob nepotem ſuum: ꝙ die octauo a natiuitate cuiuſlibet pueri abſcinderetur ei pellicula illa eminẽs in mẽbro genitali: ⁊ hoc ſub pena damnationis eterne in corpore ⁊ anima ſcilicet pueri non taliter circunciſi. Vnde poteſt colligi principalis ratio inſtitutionis illius ſacramẽti ſcilicet in remedium hominis cõtra peccatum originale pro illo tempore ne propter tale peccatum damnaretur eternaliter. ſicut etiam modo in lege euangelica mandatum eſt nobis ſacramentum baptiſmi ad eundem finem ⁊ ſub eadẽ pena ex inſtitutione chriſti Mathei vltimo dicẽtis qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit ⁊c.

Cerimonie circũciſiõis corporalis.

Cerimonie illius ſacramenti Judaici erant iſte in ſũma. ꝙ miniſtraretur ſolis maribus illius populi. ꝙ in membro genitali. ꝙ cultro lapideo in octauo die vt patet ex caplõ allegato Geneſis. 17. Exodi. 4. ⁊ Joſue. 5. quarum cerimoniarum cauſe ⁊ ratiões litterales vulgatiſſime ſunt in gloſſis cõmunibus. quibus ſuppoſitis dicamus ſpecialiter de circunciſione chriſti domini ad duos principaliter ſenſus quos ſemper obſeruamꝰ in hoc opere: alterum de chriſto vero alterum de myſtico. Euangeliſta igitur de chriſto vero loquens aſſerit ipſum (licet nullam haberet peccati originalis maculam. quia de ſpirituſſanto cõceptꝰ erat) circunciſionẽ ſuſcepiſſe/ aliaſqꝫ cerimonias veteris legis ad ipſum pertinentes obſeruaſſe.

Quare circunciſus ẽ chriſtus.

Cuiꝰ obſeruantie multiplex ſolet aſſignari ratio. tum vt veteri legi imperfecte finem imponeret. tum vt a graui onere illius precepti fideles ſuos liberaret. tum vt iudeis calumnie occaſionem auferret. tum vt nobis humilitatis exemplar ſeſe preberet. tũm deniqꝫ vt circunciſionis magna ſacramenta nobis comendaret. nam quod euangeliſta dicit cõſumati ſunt dies octo ſcilicet a die natalis chriſti: debet intelligi non ſolum ꝙ lapſu temporis ſint completi vel tranſacti: ſed etiam ꝙ ratione miſtice ſignificationis in chriſto ſint cõſumati ⁊ perfecti. Pro cuius miſterij explicatiõe

Ratiões ⁊ cauſe octauarum ĩ feſtis eccleſie.

eſt aduertendum ꝙ eccleſia chriſtiana in omnibus feſtis ſolemnioribus conſueuit celebrare diem octauum. ſed non in omnibus illis eadem ratione vel intentione. nam in feſtiuitatibus chriſti ⁊ virginis Marie principalis intentio eſt conſumare gaudium fidelium repetita eiuſdem feſtiuitatis memoria. In feſtiuitatibus vero aliorũ ſctõrũ celebrat octauas ad ſignificãdũ ꝯſumationem glorie ipſorum: que futura eſt in octaua mũdi etate. nam ſicut in ipſo die natalis alicuiꝰ ſancti decantatur in officio gloria anime ſue quam nunc habet in ſeptima etate (quẽ ab apoſtolo dicitur ſabbatiſmus populi dei) ita in octauo die eiuſdem feſtiuitatis decantatur gloria corporis eius quam expectat in octaua etate reſurgentiũ ſanctorum ad ſimilitudinem reſurrectionis chriſti: qui poſt quietẽ ſuam in ſepulchro in die ſabbati qui eſt ſeptimus in ordine: reſurrexit die octauo quem ideo dominicum dicimus. In quibuſdam deniqꝫ feſtiuitatibus p officium octaui diei habet eccleſia intentionem ſupplementi illius officij: quod in primo die plene facere non potuit vt decebat propter aliquod impedimentum alterius maioris ſolemnitatis: quod impedimentum iam in octauo die forte nõ occurrit. In hoc ergo die octauo natalis domini omnes iſte intẽtiones eccleſie ſimul concurrunt. nam ⁊ gaudiũ tante ſolemnitatis eiuſdem officij repetitione conſumatur atqꝫ perficitur: ⁊ laudes partus beate Marie virginis: que non fuerant plene explicate in ipſo die natalis domini: hodie ſupplentur per hoc ꝙ in omnibꝰ fere horis canonicis ſiue nocturnis ſiue diurnis reſonant cantus ſuauiſſimi in laudem eiuſdem virginis ⁊ deniqꝫ in myſterio circũciſionis dñi corporalis celebratur ſpiritualis circunciſio populi dei que fiet perfectiſſime in octaua etate reſurgentium per ſpoliationem omnis corruptele carnalis ab humana natura. Pellicula enĩ illa carnis in mẽbro generationis virili: cum ſit quedam ſuperfluitas pendens extra ſubſtantiam totius corporis humani augenſqꝫ libidinis voluptatem in officio illius membri: ſignificat ſuperfluitatẽ peccati maxime originalis: quo tota natura humana corrupta eſt: ⁊ diffunditur in omnes filios Adã per officium membri genitalis. Circunciſio ergo corporalis ſignificat remotionem peccati originalis ⁊ omnis corruptionis inde conſequentis in humana natura ſiue ſit in corpe ſiue ſit ĩ anima. ⁊ eoſdem effectus facit in nobis baptiſmus legis euangelice ſacramentum que eſt quedã ſpiritualis circunciſio hominis.

Spiritualis circũciſio triplex.

Eſt autem hec ſpiritualis circũciſio triplex videlicet myſtica/ Anagogica/ ⁊ Thropologica. Prima eſt circunciſio eccleſie militantis. Secunda eccleſie triumphãtis. Tertia anime peregrinantis. ⁊ quelibet iſtarum fit in die octauo non alias.

Allegorica circunciſio. Primo.

De prima circũciſione ſpirituali dicimus ꝙ eccleſia fidelium in hac vita: que dicitur militans ideſt decertãs contra tentationes et hoſtes animarum: a principio mundi habuit ſeptem quaſi dies quibus nõ fuit a peccato circunciſa: donec venit dies octauus circunciſionis chriſti. Primus dies fuit preuaricationis in paradiſo / ſecundus punitionis in diluuio/ tertius afflictionis in egypto / quartꝰ tentationis in deſerto / quintus exaltationis in regno/ ſextus captiuitatis in exilio/ ſeptimus reductionis ſub tyranno. his ſuperuenit dies octauus in meſſia chriſto et tunc facta eſt peccatorũ circunciſio, de qua prophetauerat Daniel. 9. dicens finem accipiet preuaricatio ⁊ peccatum ſcilicet in aduentu meſſie:

Secũdo.

¶ Poſſet etiam dici ꝙ in

ſolo tempore legis veteris habuit populus dei
ſeptem dies ante ſuam circunciſionem ſpiritua-
lem ſcilicet in oppreſſione egyptiorum/in aggreſ
ſu terre cananeorum/in bellis philiſtinorum / in
conflictu Aſſyriorum in expugnatione Chaldeo
rum/in tyrānide Grecorum/et in imperio Roma
norum. Succeſſit his dies octauus chriſtianorū
et in eo fit circunciſio ſpiritualis virtute ſacramē
Tertio. torum. Poteſt aliter ⁊ tertio dici ꝙ͛ in lege ve-
teri erant ſeptem libri quaſi ſeptem dies homi-
num iuſtorum ſcꝫ quinqꝫ libri Moyſi ⁊ alij duo
pſalmorum ⁊ prophetarum . ſed in illis non po-
tuit eſſe perfecta iuſticia ( que eſt/ſpiritualis cir-
cunciſio ) donec veniret dies octauus euangelij
Quarto. chriſti in quibꝰ eſt celeſtis dotrina perfecta: Uel
aliter ⁊ quarto dicimus ꝙ in lege veteri erant ſe
ptem dies imperfecti ſcꝫ documenta obſcura/p̄ce
pta debilia iudicia ſeuera/cerimonialia oneroſa
ſacramenta infirma/promiſſa terrena/⁊ periniſ-
ſa indebita.his ſucceſſit dies octauus legis euā-
gelice que eſt lex gratie ſpirituſſancti et maxime
libertatis in chriſto ieſu ⁊ ſpiritualis circunciſio:
de quo die prophetice dicitur Leuitici.23. Dies
octauꝰ erit vobis celeberrimus atqꝫ ſanctiſſimꝰ
hinc Auguſt.dicit ſuper canticū graduum ꝙ pa-
tres vete.le.ſeruierunt hebdoadi ideſt ſeptenario
qꝛ ſeptimum diem hebdomadis ⁊ ſeptimū men-
ſem anni / ſeptimūqꝫ annum/ atqꝫ ſepties ſepti-
mum ideſt iubileum ſanctificabant.patres vero
noui teſtamēti ſeruiunt ocdoadi ideſt octonario
qui diem octauū ſāctificant octoqꝫ beatitudines
euangelicas predicant atqꝫ octauam etatem in
omnibus octuarijs feſtiuitatum commemorā-
do expectant.his duobus numeris alludit illud
Eccleſiaſtes.11. da partes ſeptem nec nō ⁊ octo
⁊c̄.de hac ſpirituali ⁊ myſtica circunciſione eccle
ſie loquitur apoſtolus ad Colocenſes . 2 . cir-
cunciſi eſtis ſcilicet vos chriſtiani circunciſione
non manu facta in expoliatione corporis car-
nis:ſed circunciſione domini noſtri ieſu chriſti.
Anagogi|ca circun|ciſio. De circunciſione vero(celeſti eccleſie)triumphan
tis dicimus ꝙ fidelis populus chriſtianorum li
cet iam ſit ſpiritualiter circunciſus quantum ad
animam:tamen corporales defectus adhuc pa
titur tam in ſexta q̄ in ſeptima etate huius mun
di:nec fiet omnimoda peccati originalis circun-
ciſio quantum ad omnes effectus eius vſqꝫ ad
octauam etatem reſurgentium quando non ſo-
lum ab anima ſed etiam a corpore ablata erit
omnis corruptio peccati ⁊ penalitatis : ⁊ fulge-
bunt iuſti ſicut Sol in regno patris eorū / ⁊ tūc
Primo. fiet ſermo qui ſcriptus eſt abſorpta eſt mors in
victoria:neqꝫ preualebit ſtymulꝰ mortis per quā
⁊ peccatum ⁊ penalitas omnis denotatur:hanc
glorioſam circunciſionem precedunt in hac vita
ſeptem dies ſacramentorū noue legis : que etiā
ſi quiſqꝫ deuote ſuſceperit: non poterunt remo-
Secūdo. uere ab eo corruptionem carnis:vſqꝫquo perue
niat ad octauam etatem.Et ſicut ſtatus populi
veteris legis ſub circunciſione corporali(poſitus
eſt ſeptuplex quouſqꝫ ventum eſt ad octauum

circunciſionis ſpiritualis myſtice:ita per concor
diam ſtatus populi chriſtiani ſub circunciſione
ſpirituali diſtinguemꝰ ſeptem: donec veniat oc-
tauus circunciſionis glorie anagogicus.¶ Pri
mus dies fuit quaſi in egypto ſub perſecutione
iudeorum.Secundus quaſi in deſerto ſub tyrā-
nide gentilium ydola colentium. Tertius quaſi
in terra cananeorum ſub peruerſitate heretico-
rum.Quartus ſub inundatione gothorum qua
ſi philiſtinorum.Quintus ſub oppreſione ſarra-
cenorum veluti aſſiriorum.Sextꝰ ſub inobediē
tia imperatorum ⁊ regum tyrannorū inſtar chal
deorum. Septimus erit ſub aduentu antichriſti
⁊ ſuorum fautore quaſi grecorum ⁊ romanorū.
his ſuccedit in fine mundi octauus reſurrectio-
nis mortuorum:et ibi erit perfecta circunciſio.i.
remotio omnium malorum . Uel poteſt dici ꝙ Tertio.
in hac peregrinatione ſexte etatis mundi homo
habet ſeptem dies/infantiam/puericiam/adole
ſcentiam/iuuentutem/ſeniorem etatem/ſenectu
tem/⁊ decrepitam ad mortē:poſtea ſuccedet oc-
tauus dies reſurrectionis. et tunc fiet ſecūda cir
cunciſio in Galgalis pertranſito iordane de
qua Joſue quinto . Galgala enim rota acerui
interpretatur qꝛ tūc erit aceruus ſeu cumulus
omnium perfectionū nature humane ⁊ cetera .
Tādem tropologicam ſeu moralem circunciſio Tropolo|gia circū|ciſio.
nem declarantes dicimus ꝙ in homine tria cō
ſiderantur:potentie ſcilicet habitus ⁊ actus.Jn Primo.
potentijs ſunt ſeptem dies ſcilicet quaternariꝰ
coporis ꝙ ex quattuor elementis vel huōribus
cōſtat:⁊ ternariꝰ anime intellectus/memoria/ et
voluntas:ſed non fiet circunciſio peccatorum in
eis niſi addatur octauus dies gratie dei.Jn ha-
bitibꝰ ſimiliter ſeptem dies ſunt. quattuor virtu- Secūdo.
tes morales/prudentia/iuſticia/fortitudo tempe
rātia.et tres theologales fides/ſpes/charitas/ ſꝫ
niſi addatur octauus dies perſeuerantia nō erit
in eis circunciſio ab imperfectione . Jn actibus Tertio.
deniqꝫ ſeptem dies ſunt dolor de preteritis ma
lis/cautela de futuris/confeſſio de malis cōmiſ
ſis et de bonis omiſſis/oratio/ieiunium/⁊ elee
moſina: ſed niſi addatur octauus ſcilicet imita
tio vite chriſti non erit circunciſio moralis. Po-
teſt aliter dici ꝙ moralis circunciſio humanorū
actuum eſt triplex.in corde/in ore/⁊ in opere.De
prima Deuterono.10.circuncidite preputiū cor- Circūci-|ſio cordis
dis veſtri ⁊ Hieremias.4.circuncidimini domi-
no auferte preputia cordium veſtrorū ideſt car-
nalia deſideria huius mundi ⁊ huiuſmodi cir-
cunciſio debet fieri petra ideſt chriſto cuius figu
ra fuit Sephora vxor Moyſi que interpretatur
ſpeculans eum: ⁊ ſignificat animam ſolicitā ſe-
qui chriſtum ⁊c̄.laudat apoſtolus ad Roma. 2 .
hanc circunciſionem dicēs non enim qui in ma
niſeſto circuniſꝰ ē ſed ꝗ i abſcōdito cordis et cu
ius laus eſt non ex hominibus ſed a deo ⁊c̄. ecō
tra vero Stephanus actuum.7.reprehendit hoc Circūci-|ſio oris.
modo incircunciſos dura inquit ceruice ⁊ incir-
cūciſi cordibus ⁊c̄.de ſecunda circunciſione ſcili
cet oris dixit Moyſes domino Exodi.6.in circū
ciſus labijs



ciſus labijs ego ſum ⁊c̄.Et debet huiuſmodi cir
cunciſio fieri tripliciter primo ab errore falſitatis
qꝛ abominatio eſt deo labia falſitatis Prouerb.
13.Secundo a tumore oſtentationis: quia dete-
ſtatur dominus labia tumētia cum corde peſſi-
mo Prouer.26.Tertio a fauore adulationis:qꝛ
labia doloſa in corde ⁊ corde locuti ſunt.De ter-
Circunci|ſio opis. tia circunciſione operis dicitur. Matthei. 18. ſi
pes tuꝰ vel manꝰ tua ſcandalizat te abſcinde et
proijce abs te.et Capitulo.19. multi ſunt qui ſe
caſtrauerunt propter regnum dei.debet fieri hec
circunciſio quantum ad omnes ſenſus ⁊ omnia
corporis membra vnde apoſtolus prime Corin.
7.circunciſus aliquis vocatus eſt ſcilꝫ in corde:
non adducat preputium videlicet male opera-
tionis.Et contra quoſdam iudeos dicitur primi
Machabeorū. 1. fecerunt ſibi preputia ne vide-
rentur circunciſi: ſed ad morem gentium appa-
rerent . que autoritas percutit ſacerdotes cleri-
cos ⁊ religioſos qui more laicorum ambulant
in pompa veſtium ⁊ aliorum vtenſilium.Debet
etiam hec operū circunciſio fieri deo non homi-
nibus ſolum:vt Hieremias.4.circūcidimini do
mino ⁊c̄ . nam ypocrite querentes mundi lucrū
⁊ fauorem:ſimiles ſunt viris ſichem qui dicebāt
Geneſis.34.ſi circuncidamus nos ſubſtātia eo
rum ⁊ pecora ⁊ cuncta que poſſident noſtra e-
runt.Moralis itaqꝫ predicta circunciſio eſt neceſ
ſaria ad ſalutem anime Geneſis.17. cuius caro
preputij ideſt carnalis ſuperfluitas viciorū ab-
ſciſa non fuerit.pibit anima illa.⁊ Ezechi. 44 .
omnis incircunciſus non intrabit in ſanctuariū
meum.Hec de myſterijs circunciſionis chriſti:a
qua etiam eccleſia romana ſuum incipit annū
vſualem:intendens ſcꝫ chriſti exemplo circunci-
dere a ſe omnes ritus vanos gentilium:quos in
hoc principio anni obſeruare ſolebant in hono-
rem cuiuſdam Jani hoīs perditiſſimi: a quo mē
ſi Januario nomē impoſuerunt.Jntēdit etiā per
circunciſionē chriſti perſuadere fidelibus ꝙ cir-
cuncidāt a ſe omnes pōpas mundanas et alias
fatuitates:quibus in feſtis natalicijs curioſe fue
Scđa ps|euāgelij. rant intēti.Nominis Jeſu impoſitionē in ſua cir-
cunciſione addit euāgeliſta dicēs/vocatū eſt no-
men eius Jeſus.cuius occaſione eſt notandū ꝙ
in ſacris ſcripturis tam noui q̄ veteris teſtamēti
ſaluator mūdi quattuor inuenitur habere nomi-
Nomina|chriſti. na ⁊ totidem cognomina.Nomina eiꝰ ſunt. Je-
ſus/chriſtus/filius dei/ Emanuel/ Cognomina
ſunt.Galileus/Nazarenꝰ/filius Dauid/Crucifi-
xus.De primo noīe dei dr̄ Matthei.1. et Luce.1.
Jeſus. Uocabis nomē eius Jeſum ideſt ſalutē: ipſe em̄
ſaluū faciet populū ſuum a peccatis ſcꝫ origina-
li/actuali ſiue mortali ſiue veniali:qꝛ eſt agnꝰ dei
Chriſtus. qui tollit peccata mūdi Joānis primo.De altero
nomine dicitur Luce.2. Qꝺ ſymeō reſpōſum ac-
cepit de ſpirituſancto ꝙ viſurus eſſet chriſtū dn̄i
qui vnctus interpretatur : eo/ꝙ futurus eſſet rex
et ſacerdos atqꝫ propheta: quibꝰ in.le.ve.vnctio
ſancti olei adhibebatur. deꝰ autem vt dicitur in
pſal.44.Unxit filium ſuum oleo diuine gratie

pre alijs regibus ⁊ ſacerdotibꝰ:a deo vt ex ſuper
abundātia vnctionis eiꝰ diſtillaret gratia ad to-
tam eccleſiā ſuam pſal.132. Sicut vnguētum in
capite qꝺ deſcendit in barbam ⁊ in totū corpus
vſqꝫ in orā veſtimēti.De tertio noīe dicitur Luce.
1.Quod ex te naſcetur ſanctū vocabit filius dei: Filiꝰ dei.
qꝛ aſſimilatur deo patri tum in natura: qꝛ deus
erat verbū tum in potentia:qꝛ omnia per ipſum
facta ſunt.tum in ſciētia:qꝛ omnia que ſcit pater
demonſtrat filio Joannis.5.De quarto nomine
dicitur Eſaie.7.Uocabitur nomē eiꝰ Emanuel emanuel
ideſt nobiſcum deus ſcꝫ per incarnationem:quia
verbum caro factum eſt/per conuerſationem:qꝛ
in terris viſus eſt ⁊ cum hominibus cōuerſatꝰ eſt
per ſacramenti euchariſtie inſtitutionē : quia di-
xit ego vobiſcum ſum vſqꝫ ad conſumationē ſe-
culi.Cognominum primum traxit a ꝓuincia in Galileus.
qua nutritus fuit ideſt a galilea que interpretat͛
rota vel tranſmigratio:qꝛ chriſtus in hoc mundo
fuit quaſi colonus ⁊ tranſiens peregrinus vel ſi
cut viator decli nans ad manendum ideſt nolēs
hic diu manere apud nos pſal.18.A ſummo ce-
lo egreſſio eius ⁊c̄.Jdeſt egreſſus eius a patre re
greſſus ad patrem ex curſus vſqꝫ ad inferos re-
curſus ad ſedem dei. Aliud cognomē traxit a ci- Nazare-|nus.
uitate in qua conceptus fuerat. Nazareth enim
interpretatur flos ⁊ Nazareus floridus de quo
Geneſis.27.Odor filij mei ſicut odor agri pleni
floribꝰ.ipſe em̄ fuit cādidꝰ vt lylium in natiuita-
te ſua/rubeꝰ vt roſa in paſſione/ liuidus vt viola
in morte ⁊c̄.Tertium cognomen traxit a paren- Filiꝰ da-|uid.
tela:qꝛ aſſumpſit humanitatē ex progenie dauid
cui fuerat promiſſus meſſias: ⁊ item qꝛ regnum
eius reſtaurauit cum omnibꝰ virtutibus eius ſcꝫ
humilitate/pietate ⁊c̄.Quartū cognomen accepit Crucifixꝰ
ab euētu:qꝛ in cruce paſſus fuit: eſtqꝫ nomen vi-
ctorie ſue qua de diabolo triumphauit ⁊ de mū-
do.multa iſtorū nominū ponuntur ſimul Marci.
16. Ubi angelus dixit deuotis mulieribꝰ ipſum
in ſepulchro querentibus : Jeſum queritis Na-
zarenū crucifixum ⁊c̄. Preter hec autem habet Angelꝰ.
alia quedā nomina officialia . Dicitur enim an-
gelus teſtamenti vel magni cōſilij Eſaie.9.Ma-
lachie.3.Et hoc ab officio annūciandi quia diui
na myſteria anūciauit hominibus dicitur Ma- Magi-|ſter.
giſter ab officio docēdi Joā.13.Quia docuit nos
quid amemus/quid timeamꝰ/quid queramus/
et quid caueamus . Dicitur medicus ab officio Medicꝰ.
ſanandi.Matthei.9.Quia ipſe eſt qui ſanat om-
nes infirmitates noſtras.pſal.102.Dicit etiā ad-
uocatꝰ:qꝛ interpellat pro nobis apud deū.1.Joā Aduoca-|tus.
nis.3.allegās ⁊ dei miſericordiā ⁊ nr̄am miſeriā.
Sed pretermiſſis his ⁊ alijs pluribꝰ eiꝰ noībꝰ re
uertamur ad primū ⁊ maxime proprium nomē:
quod etiam eſt aliorum omnium excellentiſſi-
mū:de eoqꝫ fit in euāgelio hodierno ſpecialis mē
tio ⁊ in feſto hodierno magna celebritas. Jeſus Jeſus in-|terp̄tatio.
em̄ vocabulum ab hebreis acceptum eſt : quod
ipſi Jehoſuah proferunt greci autem Joſue la-
tini Jeſus : et ſonat ſalutem aut ſaluationem q̄
fuit principalis cauſa aduentus ſui ſcilicet vt

ſaluū faceret populū dei liberaretqꝫ a captiuitate
tam corporalj ꝗꝫ ſpūali qua premebat ſub tyran
nis deo et ſancte religioni inimicis. dicitur em̄
Luce.19. Venit filiꝰ hominis ſaluum facere qḋ
perierat.et.1.Thim.1. Venit chriſtus peccatores
ſaluos facere.vbi gloſſa dicit ꝙ nulla alia fuit cau
ſa veniendi chriſto dn̄o niſi vt peccatores ſaluos
faceret. Hoc inqꝫ nomen de nouo fuit impoſitū
ſaluatori noſtr:oꝑopter excelenciam ſue legatio

Figuralis ieſus.

nis. Quis enim in veteri lege plures hoc nomi-
ne vocati fuerint:tamen ſacra ſcriptura hebraica
de ſolis illis facit celebrem mentionem:qui fue-
runt figure huius:ex eo ꝙ ⁊ ipſi ſaluationem aut
liberationem totius populi dei a captiuitate mi-
niſtrauerunt.nā in exitu iſrael a captiuitate egy-
pti Jeho/ Suah/Bem/ Nun ideſt ioſue filiꝰ nū
erat myniſter Moyſis: ⁊ poſtea fuit ſucceſſor eiꝰ
in ducatu populi: cui etiā dn̄s dixit Deuterono-
mi vltimo:tu introduces populū meum in terrā
quam promiſi eis.Similiter in exitu eiuſdē po-
puli a captiuitate babylonica ſimul cum Zoro-
babelo principe fuit ieſus filius Joſedech ſacer-
dos magnꝰ vt patet p̄mi Eſdre.5.et Zacharie.1.
Et hi reduxerunt hebreos in patriam ſuam. Sꝫ
iſte ſaluationes aut liberatiōes fuerunt particu-
lares ⁊ in vno ſolo populo iudeorum:noſter aūt
ieſus totum genus humanū per totum mundū
liberauit:⁊ non ſolum a captiuitate corporali ſed
principalius a ſpirituali que eſt maximū homi-

Jeſus ꝓlatio.

nis malū. Denotat etiam nomē ieſus ſaluatio-
nem ex latina eius prolatione: qua efficitur no-
men biſſyllabū: cuius prior ſyllaba/ie/ duabus
conſtat litteris:ſequens vero/ſus/tribus litteris.
Jn prima ergo ſyllaba/denotatur chriſti humani
tas/conſtans ex anima rationali et carne duabꝰ
partibus eius: ſecunda reffertur ad diuinitatem
chriſti cui a triplici creatura debet honor Phil.
2. Jn nomine ieſu omne genu flectatur celeſtiū
terreſtrium ⁊ infernorum. Saluatio autē huma-
ni generis in duabꝰ chriſti naturis cōpleta eſt:di
cēte Leone papa in ſermone natiuitatis.niſi em̄
eſſet verus homo non preberet exemplum/⁊ niſi
eſſet verus deus non afferret remedium nr̄e ſal-
uationis.Jeſus ergo tantū ſignificat ſicut Ema
nuel hebraicum: vel ſicut verbum caro factū eſt

Jeſus deſcriptio.

propter noſtram ſalutem.Scribitur etiam a la-
tinis ieſus abreuiatū hoc modo.Jhs.et ſic etiam
ſignificat ſaluationē qr repreſentat chriſti paſſio-
nē qua ſaluati ſumus.nā littera media/h/chriſtū
pendentem in cruce figurat cum titulo ſuperpo-
ſito. Habet enim tres lineas.linea eius recta eſt
lignū crucis:linea curua corpus chriſti:linea de-
niqꝫ ſuperior trāſuerſalis eſt vt titulus crucis.due
autem alie littere extreme ſignificāt duos latro-
nes cū ieſu crucifixos itaqꝫ littera/J/ q̄ eſt linea
recta ſignificat bonū latronē qui recte iudicauit
de chriſto ⁊ de ſeipſo. Luce.23.Sꝫ littera/S/cur
ua vel tortuoſa eſt quaſi malus latro q̄ blaſphe-
mās irridebat chriſtū.duo tandē puncta ex vtro-
qꝫ latere huius nominis ſcripta repreſentant vir-
ginem Mariā ⁊ ſctm̄ Joānem quorum vita tūc
erat quaſi in pūcto pre nimia triſticia atqꝫ angu-
ſtia.Eſt inſuper hoc nomen ieſus glorioſum ſua

Excellētie noīs ieſu.

ſublimitate/delicioſum ſuauitate ⁊ v̄tuoſum ſua
poteſtate.de primo dicitur Phil.2.in nomine ie-
ſu omne genu ⁊c̄.Quia eſt nomen tante ſublimi
tatis aut excellentie qḋ ipſum venerātur angeli
in celo/reuerētur homines in terra/ atqꝫ tremūt
demones in inferno.de ſecūdo ait Bernardꝰ ſuꝑ
cantica: ieſus in ore mel/in aure melos/in corde
iubilus / letificatqꝫ omnes ſenſus hominis. De
tertio dixit chriſtꝰ Marci vltimo:in nomine meo
demonia eijcient/ſerpētes tollent.⁊c̄. Poteſt etiā

Virtutes noīs ieſu.

dici ꝙ omnes virtutes ſtellarum/lapidum/ her-
barum/⁊ aliarum medicinarum precioſiſſimarū
per quandam excellentiam eminenterqꝫ conti-
nentur in nomine ieſu:nam propterea pſalmiſta
dixiſſe creditur.Beatus vir cuius eſt nomen do-
mini ſpes eius:et non reſpexit in vanitates et in
ſanias falſas gentilium : quas in hoc primo die
ianuarij obſeruare ſolebāt:ponentes ſpem fata-
lem inquibuſdā falſis dijs/⁊ in quibuſdā vanis
muneribus:que hiſpane dicuntur(aguinaldos)
quaſi illa munera placarent deos ſuos:vt ſalua
rent eos liberarentqꝫ ab omnibus malis ⁊ peri-
culis per totū annū .De auctoritate vero impo-

Tertia ꝑs euāgelij.

nentis hoc nomē ieſus. dicit tertio euāgeliſta ꝙ
vocatū eſt ab angelo priuſq̄ꝫ in vtero cōciperet.
vbi notandū ꝙ hoc nomē fuit a deo patre eterna
liter ordinatū/a prophetis figuraliter deſignatū/
ab angelo myniſterialiter denūciatū/⁊ ab homi-
nibus tēporaliter publicatū hoc em̄ ordine om-
nia chriſti myſteria ꝓceſſerūt.De primo horū q̄t-
tuor dicitur Hieremie.23. Ecce dies venient dicit
dn̄s et ſuſcitabo Dauid germē iuſtū ideſt meſſiā
de ꝓgenie dauid ⁊c̄.Et hoc eſt nomē qḋ vocabūt
eum dn̄s deus iuſtus nr̄.qr ergo vocat deus ideo
ieſus.nō em̄ eſſet ſaluator niſi eſſet deꝰ.itē Eſaie.
54.Vocabit tibi nomē nouū qḋ os dn̄i noiauit
ſcꝫ ab eterno. De ſcd̄o dr̄ Abacuch.3. Ego exul
tabo in dn̄o deo ieſu meo.⁊ Zacharie.3. Oſtēdit
mihi dn̄s ieſum ſacerdotē magnū ſtantē coram
angelo dei.et Eccleſiaſtici.46.Fortis in bello ie
ſus naue.⁊c̄. De tertio patet in euangelio hodi-
reno ꝙ hoc nomē vocatū eſt ab angelo:ſuꝑ quo
Origenes dicit nomē ieſu glioſū nō decuit p̄mū
ab hoibus apellari aut ab eis afferri in mūdū:ſꝫ
ab angelis a deo miſſis.De q̄rto ēt patet in eodē
euāgelio:qr vocatū eſt ſcꝫ a circūcidētibꝰ hoibꝰ no
mē eiꝰ ieſus.Et hoc quidē valde cōuenienter:qr
noia debēt ꝓprietatibꝰ rerū ſuarū correſpōdere:
ſi bene fuerit eis impoſita.⁊ hoc q̄dē palā fit in cō
munibꝰ noibus generū ⁊ ſpecierū q̄.Adā dicitur
impoſuiſſe denotātia rerū naturales ꝓprietates
De noibꝰ aūt ꝓprijs ſingulorū hoium q̄ ab hoi-
bus ſunt impoſita dicimꝰ ꝙ nō ſemꝑ cōſonāt re-
rū ꝓprietatibꝰ:qr ex diuerſis occaſionibꝰ ⁊ fanta
ſijs hoium talia noia ad placitū imponūt .ea tn̄
noia q̄ a deo ſunt impoſita aliquibus hoibꝰ ſem
per denotant aliquod donū gratuitū eis diuini-
tus collatū.vt Abrahā Geneſis.17.Sic vocatus
eſt a deo: qr patrē excelſum ⁊ multorū gentiū eū



conſtituebat.patrem ſcꝫ fidei. Similiter Joānes
baptiſta hoc noīe vocatus eſt ab angelo Luce.1.
Quia gratia plenꝰ fuit ab vtero matris ſue: ⁊ qr
gratiam diuine incarnationis et aduentus meſ-
ſie predicaturus erat:item petrus Matthei.16.a
chriſto nominatꝰ eſt a firmitate petre quam con-
feſſus eſt.et ſic de alijs multis.Quia ergo homi-
ni chriſto hoc munus gratie collatū erat a patre
ſuo vt ſaluaret totū genus humanū a dānatione
mortis ⁊ a tyrannico imperio diaboli:ideo cōue-
nientiſſime nomē ſaluationis quod eſt ieſus ſibi
impoſitū eſt De cuius nominis excellentijs plu
ra me loqui inſufficientē iudico:ideo ſuperſedeo.

## ¶ Caput vndecimum de vnico officio dominice poſt natiuitatem domini quo infantie vtriuſqꝫ chriſti veri ſcilicet et myſtici conuenientibus thropis declaratur.

Argumētū officij.



Exactis iā dominice nati
uitatis myſterijs
maxime ad ſen-
ſum hiſtoricū de
chriſto vero:in q̄
etiā chriſtiani po
puli natiuitas ſi
ue exordiū figu-
ratum eſt in pa-
ſtoribus illis qui
chriſtum in preſe
pio adorouerūt primitie iudeorum.⁊ in Magis:
qui ab oriente venerunt ad eundē in cunis ado-
randū primitie gentilium: cōſequens eſt vt rep-
petito eiuſdem naſcentis eccleſie exordio de in-
fantia eius per cōſimilia geſta infantie chriſti ve-

Natiuitas eccl'ie chriſtiane

ri in hoc officio pertractemus.Sane licet in pa-
ſtoribus iudeis et in Magis gētilibꝰ ſignificatū
fuerit exordiū eccleſie chriſtiane tēpore natiuita-
tis chriſti:ipſa tn̄ ( q̄ in apoſtolis incepiſſe dicit)
vere ⁊ realiter nō incepit vſqꝫ ad baptiſmū ⁊ pre
dicationē chriſti eo iā conſtituto in etate perfecta.
Eſt enim regula philoſophorū veriſſima: ꝙ ens
in potētia non poteſt reduci ad actū niſi ꝑ aliud
preexiſtēs iam perfectū in actu: cum igitur fide-
lium eccl'ia ſit collecta ex iudeis et gentilibꝰ ad-
huc exiſtentibus in potētia ad perfectionē gratie
euāgelice:q̄ per baptiſmū ⁊ doctrinam chriſti ac
quirit iuxta illud apoſtoli Jacobi.1.Voluntarie
genuit nos in verbo vite per lauacrum regene-
rationis.Cōueniens fuit vt populus chriſtianus
dicat incepiſſe ꝑ natiuitatē ſpiritualē a deo poſt
inſtitutionē ſacramēti baptiſmi quādo ipſe chri-
ſtus incepit predicare:ad qḋ officiū decuit ipſum
habere etatē perfectā. Jnſtituit autē ſacramentū
baptiſmi quādo ipſe incipiens annorū quaſi tri-
ginta a Joāne baptizatus tactu ſue mundiſſime
carnis aquas ſanctificauit vt eſſent apta materia
baptiſmi, fuit ergo vera ⁊ realis natiuitas ſpiri-
tualis populi chriſtiani quādo chriſtꝰ ꝑ ſuam p̄-
dicationē miraculis cōfirmatā diſcipulos cōgre-
gauit ⁊ baptizauit ad hoc vt in eis eccl'ia ſua in-
ciperet. Et illa diſcipulorū iā baptizatorū in do-
ctrina chriſti adunatio vel cōgregatio eſt naſcētis
eccleſie exordiū. ¶ Diſcipuli vero ſic in chriſto re

Circunciſio eccl'ie.

generati fuerūt paulatim extrahēdi ⁊ ſeparandi
ab amore bonorū terrenorū a cerimonijſqꝫ carna
libus.ve.le.per doctrinā chriſti in ipſa adhuc ec-
cleſie infantia ideſt anteq̄ꝫ ipſa ſciret p̄dicare do-
ctrinā chriſti.⁊ illa apl'orum aliorūqꝫ diſcipulorū
per doctrinā chriſti ſeparatio a carnalibꝰ deſide-
rijs fuit quedā ſpiritualis circūciſio chriſti myſtici
q̄ in precedēti capl'o declarata eſt per ſeptē dies
ſue infantie perueniēdo ad octauū ſue circūciſio
nis. Ad idē propoſitū faceret officiū purificatio-

Purificatio eccleſie.

nis de alijs cerimonijs legalibus circa puerum
ieſum obſeruatis quadrageſimo die a ſua nati-
uitate:quibus ſimilia myſteria ſignificata ſunt in
chriſto myſtico tempore ſue infantie in quadra-
ginta menſibꝰ predicatiōis chriſti:q̄bus apoſtoli
lacte doctrine chriſti nutriti ſūt ac perinde a car-

Infantia eccleſie.

nalibꝰ immūdicijs purificati. Durauit aūt eccle-
ſie chriſtiane infantia a ſua natiuitate(q̄ fuit apo
ſtolorū vocatio per baptiſmū ⁊ p̄dicationem chri
ſti vt diximꝰ)vſqꝫ ad miſſionem ſpūſancti in eos
in die penthecoſtes:cuiꝰ gratia repleti ceperūt lo
qui magnalia dei varijs linguis oīum gentiū vt
dicit Actuū.2.Et ab illo tp̄e incepit eccleſie pue-

Puericia eccl'ie

ricia:quemadmodū in chriſto vero p̄cipiū pue-
ricie dictū eſt quādo ipſe lingua ſue carnis ince-
pit humana verba formare more aliorū puerorū
de qua eiꝰ etate in officio ſequentis dn̄ice fiet ſer
mo.Officiū ergo huius diei(qḋ fere ſemper poſt
circūciſionem ⁊ ante epyphaniā celebrat)per hi-
ſtoriā refferendū eſt ad infantiā chriſti myſtici q̄
tota fuit in cōuerſis ex iudeis ideo in matutinis
⁊ laudibꝰ atqꝫ in alijs horis diurnis ad hoc ꝓpo
ſitū infātie eccleſie repetit multa ex dictis in die
natalis dn̄i ad infantiā chriſti veri pertinentibꝰ:
neqꝫ habet hec dn̄ica aliquid ꝓpriū p̄ter miſſale

Jntroitꝰ miſſe.

officiū.Cuiꝰ introitus. Dū mediū ſilentiū tenerēt
Sapi.18.Qualitatem temporis in quo chriſtꝰ ve
rus natus eſt explicat: qr in tēpore magni ſilētij
qḋ triplex poteſt inteligi.Primo vt ſit ſermo de
ſilētio naturali:qr natꝰ eſt in capite hyemis:q̄ eſt
ſilentiū oīum terre naſcentiū.oīa em̄ vegetabilia
terre in hyeme dormire vident.Natꝰ eſt etiā chri
ſtus in media nocte quādo oēs hoies dormiunt
in ſilētio cubiculi ſui.Scd̄o poteſt intelligi de ſi-
lentio legali: quādo( vt diximꝰ in q̄rta dn̄ica ad-
uentꝰ)ſcriptores librorū.ve.le.ceſſauerāt ⁊ ſilebāt.
nulla etiā erāt tūc oracula prophetarū quibꝰ deꝰ
loqueret ad eos.eratqꝫ ſuper iudeos obſcura nox
tyrānice gubernatiōis regis alienigene ablato iā
ceptro de tribu iuda:vt impleret ꝓphetia Jacob
Gene.49.Nō auferet ceptrū de iuda donec ve-
niat meſſias.Tertio pōt intelligi de ſilētio ciuile:
qr natꝰ eſt in tp̄e maxime pacis quo oīa bella ho
minū ſilebāt in toto mūdo: cū oēs tūc fere hoies
ſubiecti eſſēt vni ſupremo monarche īperatori ſcꝫ
romano a cuiꝰ facie ſiluit oīs terra ſicut etiā de re
ge Alexādro idē dr̄.1.Mach.1.Jn medio ergo hu

lus ſilentij ciuilis natus eſt chriſtus vt implere-
tur prophetia Eſaie.2. Non leuabit gens cõtra
gentem gladium neqꝫ exercebuntur ad prelium
vltra/⁊ pacis non erit finis. Cum illo tñ ſilentio
pacis currebat nox obſcuriſſima ydolatrie apud
omnes ferme homines: quam deſignabat nox
natiuitatis chriſti. Erit ergo ſenſus hiſtoricus de
chriſto vero. Dum mediũ ſilentium tenerẽt om-
nia predictis modis: et nox predicta ydolatrie in
ſuo curſu medium iter haberet: omnipotens ſer-
mo tuus domine ideſt verbum tuum/ſeu filius
tuus verus deus omnipotens venit ad nos per
natiuitatẽ temporalem a regalibꝰ ſedibus/ideſt
a dextera tue maieſtatis in qua ſedet: vel ex vte-
ro virginis regie que etiã fuit ſedes dei. Sed ad
quid venerit declarat verſus ſequens. Dominus
regnauit decorem. pſal.92. Quia venit ad regnã-
dum in toto mũdo non quidẽ temporaliter quã-
tum ad corpora: ſed ſpiritualiter quantũ ad ani-
mas: quas diabolus tenebat tyrãnice captiuas.
ad quas liberandas indutus eſt fortitudinem et
precinxit ſe ad bellum contra diabolũ. vnde ipſe
dixit Joannis.12. Nunc princeps mundi huius
eijcietur foras. quo eiecto chriſtꝰ regnauit in mũ-
do princeps pacificus. et regnum eiꝰ in terra eſt
eccleſia ſuorũ fidelium quam (vt diximus) ver-
bo vite ⁊ lauacro regenerationis genuit in ma-
Oratio. gno ſilentio ad ſenſum datũ. Oratio. Dirige actꝰ
noſtros: applicat introitum moraliter ad preſen-
tes petẽs eis gratiã a deo: qua dirigãtur ad cõ-
tinuandam nouam vitam inchoatam in chriſti
natiuitate: quatenus per eam paulatim creſcãt
cum chriſto creſcente: quod eſt bonis operibus
Epl'e ar- abundare. ❡ Epiſtola. Quãto tẽpore heres par-
gumẽtũ. uulus eſt. Gal.4. Eſt deuotus ſermo prelati ſiue
primitiue eccleſie ſiue noſtri temporis agens de
augmento ſpirituali fidelis populi quod in ora-
tione petebatur. Et per hiſtoriã intẽdit exponere
qualitatem ſtatus infantie chriſti / ſiue veri ſiue
myſtici: quãdo ſub cerimonijs veteris legis ver-
ſabatur adhuc paruulus: quaſi puer exiſtẽs ſub
tutoribus. In hoc ergo ſenſu epiſtola habet tres
partes. Prima quãdam conſuetudinem homi-
num ſecularium pro parabola introducit. Secũ-
da ibi: ita et nos: predictam parabolam ad pro-
Prima poſitum applicat. Tertia ibi: quoniam aũt eſtis:
p̃s epl'e. finẽ infantie in libertate ſpiritꝰ declarat. Conſue-
tudo dñorum ſecularium in educatione ſuorum
filiorũ talis eſt: ꝙ quilibet eorũ habens primoge-
nitum filium futurũ heredem ſue dominatiõis:
hoc modo educat illũ: ꝙ quãto tẽpore ille heres
paruulus eſt non appareat dñs ſet ſeruus. ideo
pater facit illum eſſe ſubditũ alicui magiſtro vel
pedagogo: q̃ eũ doceat/inſtruat/⁊ corrigat/ac de-
niqꝫ ſic tractet eũ vt appareat ſeruꝰ eius: cum tñ
ſit futurus dñs oĩm bonorum patris/⁊ ſucceſſor
eiꝰ in dñio: ideo in toto tempore ſue puericie eſt
poſitus ſub tutoribꝰ ⁊ autoribus ideſt precepto-
ribus: et hoc vſqꝫ ad tempus perfecte etatis ſue:
quãdo iã ſciat ſeipſum bene regere ſecundũ pa-
tris ſui diffinitionẽ. Quãdo autẽ venit illud tem-
pus ſue plenitudinis/ideſt perfecte etatis: pater
liberat eum ab illa ſeruitute/ſtatuitqꝫ ad dexterã
ſuam vt ſedeat cũ eo in mẽſa/ facitqꝫ ipſum par-
ticipem dominationis atqꝫ gubernationis ſue.
Huius parabole applicatio hiſtorica duplex eſt:
de infantia duplicis chriſti/veri ⁊ myſtici: ſed alte-
ram tantũ explicat textus nr̃e epiſtole: ſcilicet de
chriſto myſtico: in ſecũda parte. Nos aũt pro cõ-
plemẽto huius partis/prime applicationem hi-
ſtoricã de chriſto vero explicemꝰ: qui primo miſ-
ſus a patre in mundũ apparuit puer paruulus.
Ideo poſitꝰ eſt ſub gubernatiõe Marie matris
⁊ Joſeph nutricij ac tutoris ſui: eratqꝫ Jeſus ſub-
ditus illis vt dr̃ Luce.2. Poſt etatẽ vero puerilẽ
factus vir adulte etatis/liberatꝰ eſt ab illa ſubie-
ctione: vnde in baptiſmo ſuo pater eiꝰ dixit. Hic
eſt filius meꝰ dilectus Matthei.3. per hoc ſigni-
ficare volens ꝙ iam non erat ſeruus/ aut ſubie-
ctus alijs hominibꝰ: ſed quaſi liber collocandus
ad patris dexteram factus particeps ſue dñatio-
nis: qua deinceps ipſe gubernaret fideles ſeruos
dei: etiam eos a quibus ipẽ prius gubernabatur.
nam matri ſue precipienti de prouiſione vini in
nuptijs: reſpondit ipſe quaſi iam liber ab illa
ſubiectione: quid mihi et tibi eſt mulier? Joãnis.
2. Et ita deinde in actibus ſuis ſeſe oſtendit fili-
um dei equalem patri heredem ⁊ dominum vni-
uerſorum bonorũ eius. Applicatio parabole ex- Scd̃a p̃s
preſſe in textu epiſtole eſt de chriſto myſtico: ideſt epiſtole.
de populo dei qui etiam eſt filius eius per ado-
ptionẽ/⁊ heres omnium bonorum ſuorum. Iſte
inqꝫ populꝰ fidelium prius fuit paruulus in co-
gnitiõe diuinorum ſecretorum ⁊ in participatio-
ne donorũ dei ſcꝫ a principio mundi in lege na-
ture: q̃ fuit velut infantia eius: deinde ſubiectus
eſt iugo legis veteris nutriendus quaſi puer ſub
pedagogo vt aplꝰs declarat Gal.3. Donec venit
etas perfecta populi dei ſub lege euangelica: in
qua etiam a principio eccleſia chriſtiana in pau-
cis illis diſcipulis chriſti fuit q̃ſi infans ante ad-
uentum ſpiritusſancti in eos: ac perinde ſubiecta
tutoribꝰ et pedagogis dum obſeruabat ſub do-
ctrina chriſti cerimonias. ve. le. Dicit ergo textus
epiſtole. Ita et nos cum eſſemꝰ paruuli in. le. ve.
eramus ſeruientes ſub elemẽtis mũdi: ideſt ſub
cerimonijs corporalibꝰ legis. At vbi venit pleni-
tudo temporis ideſt tẽpus plene ⁊ perfecte etatis
populi dei: qua adultꝰ in cognitiõe diuinorũ poſ-
ſet ſeipſum regere p̱ clariorẽ doctrinã legis euã-
gelice: miſit deꝰ filiũ ſuum naturalẽ ieſum chri-
ſtum dñm nr̃m factum hoĩem ex muliere virgine
matre eiꝰ: factũ ſub lege/ideſt obſeruantẽ a prin-
cipio eccleſie ſue cerimonias legis ad imponen-
dum eis finẽ: vt eos q̃ ſub lege erãt ſeruos dei re-
dimeret/ideſt abſolueret a ſeruitute legis q̃ſi iam
adultos ⁊ liberos: ⁊ vt adoptionẽ filiorũ dei reci-
peremꝰ ideſt declararemur a deo filij eiꝰ/ p̱ ado-
ptionẽ gr̃e ad recipiendã hereditatẽ bonoꝝ cele-
ſtiũ: dicẽte chriſto Joãnis.16. Iã nõ dicã vos ſer-
uos ſed amicos. Finita itaqꝫ nouelle eccleſie in- Tertia p̃s
fantia ac puericia: ⁊ liberata ipã a ſeruitute ⁊ ſub- epiſtole.



iectione quã habebat ſub pedagogo legis Moi-
ſi: data eſt ei libertas per infuſionem gratie ſpi-
ritusſancti in cordibus fidelium: qꝛ vt apoſtolus
dicit vbi ſpiritus domini ibi libertas. ideo ſubdi-
tur in textu noſtre epiſtole: qm̃ autẽ eſtis filij dei
per gratiã baptiſmi adoptati p̱ vnigenitum filiũ
eius: miſit deus ſpiritum ſanctum primo quidẽ
viſibiliter ſup̱ apoſtolos ⁊ alios diſcipulos chri-
ſti/ deinde inuiſibiliter ſuper oẽs fideles deuote
recipientes ſacramẽta chriſti: miſit inqꝫ ſpiritum
filij ſui in corda veſtra infundẽdo dona gratiarũ.
Spiritum dico clamantem ideſt clamare vos fa-
ciẽtem vt clare ⁊ publice audeatis ipſum deum
vocare patrẽ (quod nomen hebraice dicitur/ab/
ſiriace abba) qđ nõ audebatis prius dicere ſub
lege veteri in infantia/vel puericia veſtra: ſed vo-
cabatis deum dñm: quod eſt nomen timoris ri-
goris ⁊ ſeruitutis: pater autẽ eſt nomen amoris
et libertatis. Eccleſia ergo chriſtiana poſtqꝫ rece-
pit ſpiritũſanctum ⁊ exceſſit iam ſuam infantiam
iam non eſt populus imperfectus et ſeruus: ſed
declaratus eſt liber ⁊ filius dei. ꝙ ſi filius ergo ⁊
heres bonorũ dei particepſqꝫ honoris paterni. et
hãc gratiã libertatis iuriſqꝫ hereditarij accepit fi-
delis populus per deũ dei filiũ apud homines
Moralitas. natum: vt eſſet mediator inter eos ⁊ deum. Mo-
ralis ſenſus huius epiſtole de vnoquoqꝫ fideliũ
ſeorſum: non differt a predicto ſenſu hiſtorico de
tota eccleſia ſimul: quilibet em̃ fidelis naſcitur
in chriſto per baptiſmũ. ⁊ detinetur ſub regimine
prelati / aut curati ſui quaſi puer ſub pedagogo
vel magiſtro: donec iam ſit roboratus in gratia
per virtutem cõfirmationis ⁊ aliorum ſacramen-
torum: ſitqꝫ aſſuefactus in exercitijs chriſtiane re-
ligionis per multa virtutũ opera: nam tunc iam
adultus ⁊ perfectus in religione non indiget re-
gimine ſuperioris: ſed potiꝰ ipſe poteſt alios re-
gere et dicere cum Paulo apoſtolo: cum eſſem
paruulus ſapiebã ⁊ loq̃bar vt paruulus: poſtqꝫ
aũt factus ſum vir euitaui que erant paruuli: et
que retro ſunt obliuiſcens ad ſuperiora me extẽ-
do. q. d. iam non ſum ſeruus ſub tutoribus ⁊ au-
toribus: ſed liber ab eis aptus ſum ad participã-
Gradua- dos honores dominij ⁊ gubernationis paterne.
le. Cantus gradualis. Specioſus forma. pſal.44.
Laudat pulchritudinem ⁊ gratiã vtriuſqꝫ chriſti
veri ⁊ myſtici filij dei pre alijs omnibus filijs ho-
minum ⁊ populis nationum. verſus. Eructauit
cor meum: principium eiuſdẽ pſalmi decãtat ec-
cleſie exultationem et gaudium propter benefi-
cium ſue adoptionis in filium dei per gratiã ie-
Aleluia. ſu chriſti qui eſt filius dei naturalis. Aleluia: Do-
minꝰ regnauit. pſal.92. Uel tolle puerum ⁊ ma-
trẽ eiꝰ et vade in terra iuda. Matthei.2. Nouã ec-
cleſiã chriſtianam (que eſt regnũ chriſti in terra)
decantat liberatam eſſe a ſeruitute veteris legis
ſimiliter et peccati infidelitatis deductãqꝫ ad ter-
Euãgelij ram confitentium dño in libertate ſpũs. ❡ Euã-
argumen- geliũ erant ioſeph ⁊ Maria mirãtes. Luce.2. In
tum. ſenſu hiſtorico pertractat eccl'ie chriſtiane infan-
tiam ac puericiã ſub Thypo infantie ac puericie
chriſti ieſu de quo loquit̃ in ſenſu litterali: q̃ ſen-
ſus qꝛ ſpeciales quaſdã habet difficultates ſimul
cum hiſtorico erit a nobis hic pertractãdus. Hi-
ſtoria huius euãgelij ad litterã texit̃ poſt myſteriũ
purificatiõis virginis marie ⁊ p̱ſentationẽ pueri
ieſu in tẽplo: q̃uis propter hiſtoricã intelligentiã
huius officij dñicalis de chriſto myſtico oportuit
in libro miſſali lectionẽ huius euãgelij premitti
lectioni de purificatione predicta. et diuidit̃ hoc
euãgeliũ in tres partes. Prima explicat ſymeo-
nis prophetiam. Scd̃a ibi: et erat Anna: adiũgit
in teſtem Annam propheteſſam. Tertia ibi: et vt
perfecerũt: chriſti veri cõcludit proficiẽtem pueri-
tiam. Igitur poſtqꝫ ſanctiſſimꝰ ille ſacerdos Sy- Prima
meon puerũ ieſum in tẽplo preſentatũ receperat pars.
cum ſuis oblationibꝰ: ipſumqꝫ peractis iam ceri-
monijs ſue preſentationis matri ſue reſtituerat:
ſeries textus habet: qđ ioſeph chriſti nutricius et
maria mater eius mirabant̃ ſuper his verſis p̱-
pheticis que dicebantur ab alijs de illo puero.
nam Symeon in canticu ſuo. Nunc dimittis:
multa dixerat de chriſto et ſimiliter Anna pro-
pheteſſa. a paſtoribus quoqꝫ et magis chriſtum
adorantibus multa audierant quibus puerum
ieſum miris laudibus extollebant. mirabantur
ergo de his omnibus que dicebantur: non quia
ignota eſſet eis pueri ieſu diuinitas ⁊ excellen-
tia: de qua iam inſtructi erant per angelos. Sed
mirabantur de gratia dei hec ſecreta alijs homi-
nibus reuelante per internam inſpirationem
que eis erãt reuelata per angelicam apparitio-
nem. vel mirabantur ideſt venerabantur gaudẽ-
tes chriſti myſteria per aliorum voces audire: q̃
ipſi in ſecreto nouerant. Unde magis ac magis
quottidie firmabantur in fide chriſti per teſtimo-
nia vndiqꝫ concurrentia ex reuelatione diuina.
Similiter fideles primitiue eccleſie mirabantur
ſepius de his que in ſacris ſcripturis a diuerſis
prophetis dicebãtur de myſterijs chriſti que ipſe
viderant impleta eſſe ſuo tempore puta de eius
cõceptione/natiuitate/predicatiõe/paſſione/reſur-
rectiõe/⁊ aſcẽſione. Sequitur textꝰ. et cũ Symeõ
voluiſſet eos expedire in domũ ſuam bñdixit il-
lis ex more ſacerdotali. Sed ſpecialiꝰ ad virginẽ
mariã matrẽ pueri ieſu dirigens ſermonẽ hec p̱-
phetãdo dixit. Ecce ideſt attẽde mater virgo: hic
filius tuꝰ quem hodie in tẽplo preſentaſti: poſitꝰ
ẽ a deo in hoc mũdo vt ſit in ruinã aliquoꝝ in po-
pulo iſrael. i. erit eis occaſio cadẽdi in peccatum
infidelitatis: qꝛ vt aplꝰs petrꝰ ait ex verbis Eſaie
chriſtus ẽ nõ credentibꝰ lapis offenſiõis ⁊ petra
ſcãdali. et poſitꝰ eſt vt ſit in reſurrectionẽ multorũ
in iſrael ideſt vt multi p̱ eũ reſurgãt a peccatis. nec
tñ ſequit̃ ꝙ ipſe faciat aliquos cadere in peccatũ
ſcãdalo ſuo actiuo: ſꝫ potiꝰ ſcãdalo accepto a ma-
lis hoibꝰ: qꝛ ipẽ poſitꝰ ẽ a deo vt ſit hoibꝰ in ſignũ
ad qđ aſpicientes exẽplar oĩum bonorũ poſſint
fieri boni ⁊ reſurgere moraliter. Et cũ in eo nihil
mali appareat: nihilominꝰ ex hominũ malicia a
multis ei cõtradicetur impugnãtibꝰ doctrinã vi-
tã ⁊ miracula eiꝰ: qꝛ inuidebũt copioſe gratie dei

ſibi conceſſe: ⁊ hoc modo erit eis chriſtus in ruinam ⁊ lapidē offenſionis. Alijs vero qui ex doctrina ⁊ ſanctis exēplis eius/atq; miraculis conuertentur ad deum: erit chriſtus in reſurrectione. Sed quia contradictio malorum in eum erit frequentior ⁊ multiplicior q̄ ſequella bonorum: in tantum vt non ceſſent eum perſequi donec afficiāt eum morte crudeliſſima: ideo addit Simeō: et tuam ipſius animam pertranſibit gladius. Paſſio enim chriſti gladius dicitur quo aīa virginis matris fuit trāſfixa pnimio dolore cōpaſſionis. Erit ergo ſenſus talis/o virgo mat̄ ſpecioſiſſima intantum contradicetur a malis hominibus huic filio tuo poſito in ſignum ꝙ gladius ideſt paſſio ipſius acerbiſſima pertrāſibit animā tuam modo predicto: ideo oportet te eſſe premunitam mira pacientia: vt anguſtiam illius diei valeas equanimiter tollerare: et hoc permittet deus in te ⁊ filio tuo vt reuelentur tunc multorū cordium cogitationes varie: quia tūc apparebit qui ſint fideles/⁊ qui reſurgant per eum: quiue infideles ⁊ ruant offendentes in eum: ⁊ inter fideles apparebit differētia ideſt qui ſunt firmi et qui debiles in fide: nam in paſſione chriſti monſtrati ſunt perſecutores eius perfidi iudei qui ſepius blādiebātur ei in facie/ oculto dolo in corde. Similiter diſcipuli eius monſtrati ſunt debiles ⁊ infirmi: quia omnes relicto eo fugerūt: ⁊ in ſola virgine matre remāſit firma fides/alijq; omnes ſcandalizati ſunt. Hec Simeonis ꝓphetia per hiſtoriam deſignat perſecutionem primitiue eccleſie ab eiſdem perfidis iudeis. nam populus chriſtianus fuit eis quaſi ſignum et exemplar totius ſanctitatis poſitus in ruinam ⁊ reſurrectionem multorū in iſrael ad ſenſum datum de chriſto vero: ſed huic ſigno ipſi contradicentes perſecuti ſunt chriſtianos de ciuitate in ciuitatē trahentes eos vſq; ad mortem multiplicem de qua dñs Matthei. 23. Ecce ego mitto ad vos prophetas ⁊ ſapiētes ⁊ ex eis flagellabitis et ex eis occidetis ⁊c. Propterea illud euangelium legitur in die ſancti Stephani a iudeis lapidati. Et illorū martyrum paſſio fuit matri eorū ſynagoge gladius qui penetrauit animā eius: nam propter peccatum perſecutionis ⁊ occiſionis chriſti ⁊ diſcipulorum eius tradita eſt ciuitas Hieruſalem ⁊ totum regnum iudeorum in ore gladij ſub Tyto duce Romanorum imperante Veſpaſiano. Et in tali iudeorum excidio reuelate ſunt multorū cordium cogitationes: q̄r declaratum eſt qui eorum erant chriſtiani/et qui eorum perfidi iudei. In gloſa autē Ordinaria miſtice exponit iſte locus euangelicus de perſecutione eccleſie quam paſſura eſt tempore antichriſti. quādiu enim mūdus iſte durat chriſtus myſticus ſignum eſt cui cōtradicitur ab infidelibus donec ꝑueniatur ad finem ſub tyrānide Antichriſti/que velut gladiꝰ cruentiſſimus penetrabit animam ſancte matris eccleſie: vt reuelētur tūc ex multis cordibus chriſtianorū cogitatiōes varie que modo abſcondite ſunt: et non omnes qui apparent chriſtiani ſunt veri chriſtiani. Conſonat apoſtolus dicens oportet hereſes eſſe vt qui probati ſunt manifeſti fiāt in vobis. Sed iſta expoſitio myſtica etſi uera ſit: non facit ad propoſitum huius officij: quo de infantia et puericia populi chriſtiani agēdum fuit ad ꝓportionem infantie et puericie chriſti veri. circa teſtimonium ſancte Anne prophetiſſe Litteralis intelligentia clara eſt de chriſto vero: ſed hiſtoricus ſenſus de chriſto myſtico per Annam/ intelligit eccleſiam que deſponſata fuerat deo ꝑ fidem in baptiſmo chriſti. et vixit cum eo ſeptem annis ideſt vltima hebdomade illarum ſeptuaginta quas deſcripſit Daniel propheta Cap. 9. Sed manſit vidua per abſentiā corporalem ſpōſi poſt aſcenſionē chriſti in celum. que nihilominus ſpretis omnibus bonis corporalibus huius vite vacabat cōtinuis ieiunijs et orationibus p̄dicās laudes pueri ieſu omnibus iudeis qui expectabant redēptionem iſrael ⁊ conteſtans quia hic eſt verus chriſtus patribus promiſſus in lege moyſi et prophetis. Hanc vite fidelium perfectionem ſignificat numerus ille octoginta quattuor q̄ ſunt ſepties duodecim. nā ſeptenariꝰ gratiam ſpiritusſancti ſignificat: duodecim vero doctrinam reffert apoſtolicā: in qua qui pſeuerauerit ſicut Anna vidua merebit̄ videre ieſum. Demū expletis legalibus obſeruātijs circa puerum ieſum ſicut Mattheus euāgeliſta narrat ioſeph ⁊ maria mater eius fugerunt cum eo in egyptum et poſt mortem Herodis reuerſi ſunt in galileam ad ciuitatē ſuam Nazareth: in qua vt Lucas hic dicit: puer Jeſus creſcebat corpore ⁊ confortabatur animo paulatim vſq; ad finē puericie. de quo in officio ſequentis dominice. Per hiſtoriam vero de chriſto myſtico dicimus ꝙ ſimiliter eccleſia dei in ſua puericia ideſt tempore quo apl̄i ⁊ alij diſcipuli predicauerūt in iudea: vſq; quo Petrus princeps apoſtolorū venit Romā: multas paſſa eſt perſecutiōes/fugatiq; ſunt chriſtiani per diuerſas ciuitates ⁊ regiones a facie perſequentiū maxime iudeorū. Sed euerſo toto iudeorum regno licuit chriſtianis de genere illo ad patriam redire ibiq; habitare in flore trāſmigrationis ideſt in gr̄a ſpūſſancti q̄ dirigebat fideles peregrināntes in hoc ſeculo ⁊ ꝑ mortem p̄cioſam trāſmittebat eos in paradiſum. Jllo ergo tēpore chriſtus myſticꝰ paulatim creſcebat ⁊ numero ⁊ merito fideliū: cōfortabaturq; in ſapientia ⁊ gr̄a doctorū ⁊ prelatorum aliorūq; ordinū eccl̄ie dei. Moraliter vero ꝑ ieſum intellige deuotū chriſtianū q̄ deſiderat ſaluare aiam ſuam. ꝑ Mariā intelligi debet mater eiꝰ eccleſia catholica. per Joſeph accipe prelatū eccleſie ſponſum. per Symeonem predicatorem plenum ſcientia dei. per Annam prophetiſſam ieiunijs et orationibus in templo dei ſemper intentā: poteſt intelligi deuota religio fratrū in cōuentu viuentiū. ⁊ deniq; ꝑ Nazareth ſignificatur celeſtis gl̄ia tota plena floribꝰ ſanctorū. Quādo ergo fidelis ſeruus dei inſtinctu ſpūſſanti cōuertit̄ ad deū magno zelo ⁊ feruore deuotiōis quaſi de nouo naſceret̄ in chriſto: tūc mater eiꝰ eccl̄ia

Scđa ps euāgelij.

Tertia ps euāgelij.

Moralitas.



et ioſeph prelatus mirantur de his que ab alijs fidelibus dicuntur de illo qualiter ſcꝫ mutatus eſt in alterum virum. Benedictio ſimeonis eſt cōmēdatio predicatoris ⁊ aliorum fidelium qui in illo deum laudant. Sed cotinuo talis homo ad deum conuerſus eſt poſitus in ſignum cui cōtradicitur a multis ⁊ patitur perſecutiones a mundanis vel irridentibus vel exprobrantibus aut inuidentibus ei. et propterea dicitur poſitus a deo in ruinam multorum ⁊ in reſurrectionē aliorum qui bono eius exemplo reformantur. Sed quātumcunq; contradicatur ei a mundanis: tamen deuoti ſacerdotes ⁊ boni religioſi laudant eum predicantes alijs virtutes eius ⁊ proponētes eum in exemplum bonorum operum: quorum fauore ⁊ autoritate fidelis ille confortatur ⁊ creſcit in gratia dei ⁊ bona vita. Quo contra ſi ꝓpter contradictiones malorum ipſe retrocedat a virtute ⁊ deſinat bene viuere: tūc ille quaſi moritur deo ⁊ mors ſeu perditio illius eſt gladius doloris qui penetrat ⁊ percutit animam ſancte matris eccleſie que valde triſtatur de perditiōe ſuorum filiorū teſte apoſtolo qui ait. prime. Cor. 12. Quis infirmatur et ego non infirmor: Quis ſcādalizatur ⁊ ego non vror: ⁊c. Cantus offertorij: Deus firmabit orbem terre pſal. 92. Jn ſenſu hiſtorico de vtroq; chriſto aludit ad finem euangelij vbi dicitur de confortatione ⁊ robore eius in ſua puericia qua ſemper creſcebat ad hoc vt permaneret in eternum. Secreta oratio. Concede queſumus domine: exponit moraliter offertorium pro preſentibus petens acceptari ſacrificiū euchariſtie oblatum ad impetrandam gratiam perſeuerantie in bonis inceptis. Cantus communionis. Tolle puerum ⁊ matrem eius Matthei. 2. Expoſitus eſt in tertia parte euangelij de reditu fidelium chriſtianorum qui erant de genere iudeorum in primitiua eccleſia ad patriam ſuam poſt euerſionem perfidie iudeorum. vltima oratio: per huius domine: Applicat cōmunionē moraliter ad preſentes optās eis dari gr̄am qua purgati peccatis ꝑueniāt ad patriā celeſtis gl̄ie.

Offertorium.

Communio.

## Caput duodecimum de officio epiphanie domini a vigilia illius feſti inchoato: quo vocatio gentilium ad fidem chriſti declaratur ⁊ puericia eccleſie ſignificatur.

Argumētū officij.

Feſtū natalis dñi commune gaudiū fuit omniū gētium: quia pro ſalute omniū naſcebat̄ Sed iudeorum ſalutem ſeorſum ſignificauit ſpecialiter feſtum circūciſionis in capite anni romani: q̄r eccleſie principium fuit in iudeis chriſti diſcipulis. gētilium autem vocationem denotat feſtū epiphanie domini paucis interpoſitis diebus in aduentu magorum ab oriente ad adorādum regem chriſtum ſtatim natum ex virgine: quia in puericia eccleſie apoſtoli chriſti facta p̄dicatione in iudea ⁊ ſamaria pro cōuerſione iudeorum ſtatim tranſierunt ad gentiles conuertendos. Eſt tamen horum feſtorum ideſt circunciſionis et epiphanie tam differens ſolemnitas q̄lis ⁊ quāta fuit differentia illorū iudeorū ⁊ gētiliū qui primi chriſtū adorauerūt: ⁊ ſimiliter illorum qui poſtea predicatione apoſtolorum conuerſi primi ad fidem ⁊ ad eccleſiam chriſti venerunt. nam ex iudeis pauci/ex gentilibus plurimi conuerſi ſunt ad chriſtum tempore apoſtolorum et illi quidem plebei ⁊ ignobiles erant inter iudeos pro maiore parte. iſti vero nobiles ⁊ potentes ſecundum ſeculum. illos ſignificauerunt paſtores Bethlemitici chriſtum adorantes in nocte ſue natiuitatis: hos vero magi ideſt ſapientes orientales q̄ duce ſtella tertiodecimo die vſq; bethleem peruenerunt. Nimirum ergo ſi ſecūdum eccleſiaſticam pompam officiorum diuinorum maior fiat ſolemnitas epyphanie domini q̄ꝫ circunciſionis eius ⁊ propterea epyphanie data eſt vigilia ſolemnis a qua incipiat officium eius: quod nō niſi in magnis feſtiuitatibus conſueuit eccleſia.

### De officio vigilie.

Ex hiſtoriā vigilia epyphanie ſignificat p̄cipiū puericie vtriuſq; chriſti nā in euāgelio agitur de reditu pueri Jeſu ab egypto in etate fere ſeptē annorū vite ſue: et ſimiliter puericia eccleſie chriſti fuit tēpus illud in quo noui chriſtiani adhuc multas habebāt imperfectiones. Matutinale officium huius diei totum ferme ſumitur ex officio natalis domini: vt in eo repetatur hiſtoria natiuitatis populi chriſtiani. eodem modo dicit̄ de laudibꝰ ⁊ de alijs horis diei. Officium miſſale huius vigilie varium eſt apud varias eccleſias preter euangelium in quo omnes concordāt nam eccleſia Romana cantus chori ſumit ex officio precedentis dominice. alie quedam eccleſie cātant officium tertie miſſe diei natiuitatis dñi. alie habent quēdam mixtū modū. Oratio etiam vel collecta ponitur propria huic miſſe. Corda noſtra queſumus domine et optat fideles preſentes participes fieri illius lucis que magos duxit ad chriſtum: et illa participatio intelligitur per gratiam ſpiritusſancti qua expulſis peccatorum tenebris apti fiant ad tanti feſti celebritatem. Epiſtola. Apparuit benignitas ſumitur ex ſecunda Miſſa diei natalis domini ibidem iam expoſita. Alij dicunt epiſtolam: priuſq; veniret fides Gala. 3. Et continuatur vſq; ad finē capituli: ⁊ ſentētia eius eſt ſimilis fere epiſtole p̄cedentis dñice. q̄r declarat imperfectionē. le. ve. reſpectu magne perfectionis legis

Introitꝰ miſſe.

Oratio.

Epiſtola.

euangelice. ⁊ breuiter earũ differentia deſcribit ſecundũ cõditiones ſeruitutis ⁊ libertatis: qꝛ patres veteris legis acceperũt ſpiritũ ſeruitutis in timore: ſed fideles noue legis acceperunt ſpũm adoptionis filioꝝ dei ⁊c. Et qꝛ lex euãgelica maxime recepta eſt a gentilibus de quoꝝ vocatione agitur in hoc feſto epiphanie: ideo ep̃la intendit laudare fideles ex gentilitate ſuper omnes fideles veteris legis. quia licet illi prepollerẽt nobilitate generis ex abraham patriarcha ſanctiſſimo: nihilominus iſti fidẽ Abrahe imitãtes vendicant ſibi nomẽ filiorũ Abrahe: qꝛ qui heredes ſunt fidei (inquit ap̃lus) cõputãtur in ſemine. i. in filijs Abrahe/non quidẽ carnaliter ſed ſpiritualiter ⁊ ſcd̃m Yſaac ꝓmiſſionẽ qui fuit fili⁹ Abrahe magis ex gr̃a q̃ ex natura.

Euangelium.

¶ Euãgeliũ. Defuncto Herode: Mathei. 2. ſicut ad litterã loq̃ns de chriſto vero narrat reditũ eius in ſua puericia ab egypto i terrã iſrael: ita p hiſtoriã de chr̃o myſtico agens denotat illuſtrationẽ gẽtiliũ per predicationẽ apoſtolorũ in ipſa puericia eccleſie chriſtiane. nã ſecũdũ expoſitionẽ bẽati Hieronymi quãdo angelus premonuit Joſeph vt fugeret in egyptũ cũ puero ⁊ mr̃e ei⁹ ꝓpter Herodis pſecutionẽ futurã: ipſe nocte receſſit a iudea. ſed quãdo eodẽ angelo monẽte iterũ rediit ab egypto in iudeã: nõ fit iã mẽtio de nocte in euãgelio: imo creditur ꝙ ioſeph cũ ieſu in clara luce diei reliquit egyptũ ⁊ ſimiliter in die claro introiuit iudeã. ad ſignificãdũ qualitatẽ chriſtiani populi in ſua puericia qꝛ ſi egipt⁹. i. tenebra gẽtilitatẽ ſignificat/ſicut terra iſrael iudeos vidẽtes deũ. ſ. p fidẽ quãdo chriſt⁹ myſtic⁹ tẽpore ap̃lorum propter pſecutionẽ iudeoꝝ receſſit a terra iſrael ⁊ venit ad gẽtiles: tenebrã infidelitatis reliquit iudeis ⁊ eandẽ expulit a gẽtilibus. qꝛ iudei pro maiore pte predicationẽ fidei apoſtoloꝝ cõtẽpſerũt: ⁊ eandem gẽtiles pro magna parte deuote receperũt. hoc eſt ergo ieſum nocte recedere iudea et luſtrare egyptũ. i. gẽtilitatẽ. Verũ circa finẽ mundi (quãdo reliquie iſrael cõuertẽtur vt dr̃ Rom. II.) idem chriſt⁹ myſtic⁹ ab egypto gẽtilitatis iã illuſtrate predicatione fidei: iterũ reuertetur ad iudeos illuſtrãdos qꝛ ex gẽtilibus fidelibus exibũt predicatores ad cõmunicandã lucẽ fidei iudeis. In tp̃ore etiã ap̃loꝝ ⁊ primitiue eccleſie eadem ꝑmutatio facta eſt. ſ. ꝙ predicatio fidei chriſtiane primo exiuit a iudeis ad illuſtrandos gẽtiles. Sed poſt deſtructionẽ ciuitatis hieruſalẽ ⁊ totius regni iudeoꝝ iterũ predicatores fidei chriſtiane reuerſi ſunt ad cõuertendos iudeos qui remãſerant in terra promiſſiõis: hoc eſt ergo quod dicitur in euangelio ꝙ defũcto Herode perſecutore chriſti myſtici. i. defũctis principalioribus iudeorum in ſua pfidia atq; infidelitate angel⁹. i. nũcius dñi ordo predicatorũ apparuit Joſeph. i. prelato eccl̃ie in ſomnis. i. declarauit et ſecretas viſiones ꝓphetarũ que de ꝯuerſiõe iudeoꝝ loquũtur. ⁊ dixit ei ſurge ad officiũ predicationis ⁊ accipe puerũ ieſum. i. fidem eius ⁊ vade in terrã iſrael ad iudeos ibi relictos vt predices eis. defũcti ſunt enim principaliores iudeorũ ſc; pontifices ſcribe/⁊ phariſei qui interfecti ſũt ab exercitu romanorum ⁊ perierunt in ſua perfidia. ⁊ iſti ſunt qui querebant animã pueri ideſt populi chriſtiani in ſua puericia qꝛ perſequebãtur eos vſq; ad mortẽ. Prelatus autem conſurgens accepit puerũ ⁊ matrem eius modo predicto ⁊ venit in terram iſrael ⁊c. nã in actibus apoſtolorũ dicitur ꝙ ſepius apoſtoli ⁊ alij predicatores chriſtiane fidei reuertebantur de gentilib⁹ ad iudeos vt predicarent eis. ſed audiẽs prelatus eccleſie ꝙ adhuc in iudea regnaret Archelaus ideſt princeps populi iudeorũ: qꝛ ſc; adhuc regnabat malicia illorum principũ iudeorũ in ſuis ſucceſſorib⁹ in iudeis: timuit illo ire ſcilicet per apertam predicationem euangelij: ſed receſſit in partes galilee que eſt tranſmigratio ideſt traimigrauit de terra in terrã per diuerſas iudeoꝝ ſynagogas ⁊ inuenit ibi Nazaret ideſt florem gratie dei in multis iudeis: cum quibus ⁊ habitauit nutriens ibi puerũ ieſum. i. nouã fidem chriſti ieſu. de hac chriſti myſtici fuga ⁊ reditu i iſrael extant oracula prophetarum in Eſaia Daniele ⁊ alijs. Item in euãgelio Mathei ⁊ in apocalipſi Joannis. vt ergo impleretur quod ſcriptum eſt de filio dei adoptiuo qui eſt populus chriſtianus: contigit illa eccleſie primitiue fuga a iudea in egyptum gentilitatis / et iterum reditus ab egypto in iudeam. ſcriptum eſt enim Oſee. II. ex egipto vocaui filium meum et Eſaie. 7. quoniam nazareus ideſt floridus vel gratioſus vocabitur filius meus propter fidei et religionis ſanctitatem quam ex predicatione apoſtolorum et aliorum diſcipulorum cõcepit. ¶ Expoſitio moralis huius euãgelij pro eccleſia noſtri temporis facile colligetur: ſi per Herodem diabolum vel aliquem tyrannum eius miniſtrum intelligamus qui chriſtum myſticum perſequitur vſq; ad mortẽ qualis fuit Mahometus vel imperator turcarum aut ali⁹ ſimilis. per angelum intelligatur predicator. per Joſeph prelatus eccleſie que eſt Maria. per egyptum accipe mundum ideſt peccatores mundanos. per terram iſrael viros eccleſiaſticos maxime religioſos: ⁊ hoc modo facilis eſt applicatio. Cantus offertorij. Deus firmauit orbem terre. ⁊ cantus communionis. Exulta ſatis filia ſyon/ad litterram loquntur de chriſto vero per hiſtoriam de myſtico et ſatis clare. Orationes ſecreta: tribue queſumus: et vltima: illumina queſumus: eandem fere ſententiam habent cum prima oratione ſcilicet de noſtra preparatione per gratiam ad digne celebrandum officium epiphanie domini.

¶ De officio diei Epiphanie.

Rationem hiſtoricam inſtitutionis hui⁹ feſti de chriſto vero aſſignãs eccleſia: cantat Antiphonam: tribus miraculis ornatum ſanctum diẽ colimus ⁊c: Unde apud Grecos hoc feſtum tribus nominib⁹ inſcribitur. dicitur eñ primo Epiphania ideſt ſupior apparitio ⁊ hoc propter ſtellam que ſuperius in aere magis apparuit. Dicitur ſecũdo Theophania ideſt diuinitatis apparitio: que in baptiſmo chriſti facta eſt: vbi omnes tres diuine perſone monſtrate ſunt ſignis ſenſibilibus ſc; pater in voce/filius in carne/et ſpiritusſanctus in columba. Tertio dicitur Bethphania ideſt domeſtica apparitio ſc; a miraculo vini facto in domo nuptiarũ: vbi primũ apparuit mirabilis potentia chriſti: ⁊ hec tria myſteria in hoc die cõtigiſſe narrãtur. Uerum de tertio myſterio non eſt tanta certitudo ꝙ iſto die cõtigerit ſicut de alijs: vnde parua aut nulla fit mẽtio de eo in officio hodierno. Sed relinquit vſq; in dominicam poſt octauas epiphanie: de alijs autẽ duob⁹ myſterijs agit fere totum officium huius diei maxime de Epiphania: qꝛ de Theophania ſolum fit mẽtio in matutinis non autem per horas diei.

Matutini.

In matutinis huius diei cõmuniter nõ ponitur inuitatorium: qꝛ gentiles non inuitati alicuius predicatione venerunt ad chriſtum: ſed ſtatim poſt principium cantatur hymnus denotans iubilationem gẽtilium quam habuerũt de inuentione chriſti. Totum vero officium nocturnum tam in lectionib⁹ ex prophetia Eſaie/q̃ʒ in ſermonibus ſanctorũ doctorum quam etiam in reſpõſorijs lectionum mixtũ eſt officiũ modo de prima/modo de ſecũda apparitione agens. Duplex etiam ponitur euangelium in matutinis: alterũ in lectione ſeptima de apparitione ſtelle alterũ ante laudes de Baptiſmo chriſti ⁊ ſpũali

Laudes.

genealogia qua aſcendimus ad deũ. Antiphone laudũ (excepta quarta) primã apparitionẽ decãtant: et ſimiliter capitula/reſpõſoria/⁊ verſus per horas diei. vnde nõ immerito hoc feſtũ vſitatius Epiphania dicitur. Similiter miſſe officium fere totum eſt de epiphania. et ex magorum perſona de cõuerſione gentilium agens/magnũ gaudiũ

Introit⁹ miſſe.

reſonat in eccleſia dei. Introitus ergo miſſe: ecce aduenit dñator ⁊c. Ex diuerſis locis Eſaie collectus: predicat chriſtũ magnũ regem in tota terra propter conuerſionẽ gentilium que in illis magis incepit. Nam ante gentiles anguſtum erat regnũ chriſti: quia ſolum notus in iudea: poſtea vero per totum mundum dilatatum eſt pſal. 39. Annunciaui ⁊ locutus ſum et multiplicati ſunt ſuper numerum. Uerſus deus iudicium tuũ regi da ⁊c. pſal. 71. Cõfirmat eãdem ſententiã alia autoritate quia totus ille pſal. agit de magnificẽtia regni chriſti.

Oratio.

Oratio. De⁹ q̃ hodierna die vnigenitum tuum. moralizat fidem catholicam per ſtellam que magos duxit ad videndum chriſtũ: petens vt etiã fides recta nos perducat ad viſionem eius in gl̃ia.

Ep̃le argumẽtũ.

¶ Epiſtola. Surge illuminare hieruſalem ⁊c Eſaie. 60. Ad litteram prophetat de conuerſione gentilium et augmento eccleſie chriſti que in magorum adoratione inchoata eſt licet eccleſia Toletana cum quibuſdam alijs duplicem Epiſtolam legat hodie. prima eſt dicta prophetia Eſaie: ſecunda eſt Epiſtola pauli. Apparuit benignitas ⁊c. Ad titũ. 3. de qua ſuperius dictũ eſt. ¶ Diuiditur autem lectio Eſaie in tres partes. Prima ſub typpo ſtelle agit de lumine fidei quo gẽtiles ad fidẽ ducti ſunt. Secũda ibi. Leua in circuitu oculos tuos: introducit eccleſiã admirantem de tãta filioꝝ multitudine. Tertia ibi. Inundatio cameloꝝ: predicat eccl̃ie iã adulte gloriam/atq; opulentiã ſibi prouenientem ex gentiliũ conuerſione.

Prima pars ep̃le

Prelatus igitur primitiue eccleſie in tẽpore puericie eius eam alloquitur ſub noĩe Hieruſalem: ad quã magi venerũt: quia illa erat figura eccleſie exiſtẽs ciuitas ſimul regia ⁊ ſacerdotalis: nã ⁊ Petr⁹ ad chriſtianos loquẽs dixit: vos eſtis genus electũ et regale ſacerdotium. Surge inquit prelatus o Hieruſalẽ ideſt eccleſia dei erige te in exceſſum gaudij propter bona que intẽdo tibi annũciare. Uel ſurge tu gentilitas ab obſcuritate cecitatis ydolatrie: ⁊ illuminare ideſt recipe lumẽ fidei: quia venit ad te lumen tuũ: de quo ſanctus Simeon dixit. Lumen ad reuelationem gẽtium Luce. 2. Et gloria dñi ideſt predicatio euãgelij chriſti declarãs gloriam eius: ſuper te orta eſt: quod vt clarius intelligas addo: quia ecce tenebre infidelitatis operient terrã ideſt totum humanũ genus in terris exiſtens: ⁊ pro ideſt caligo ideſt nebula obſcura ignorantie operiet populos multos. Super te autẽ Hieruſalem electã a deo orietur dñs ſaluator dei filius per apoſtoloꝝ predicationem: ⁊ gloria miraculorum eius in te videbitur. Et ambulabũt gentes ideſt gẽtiles via recta ad beatitudinem celeſtẽ: in lumine tuo: que eſt doctrina fidei catholice: ſicut magi ambulauerunt in lumine ſtelle vſq; ad chriſtũ: ⁊ reges gentiliũ ideſt illi qui vel potẽtia/vel ſapientia alios regũt: ambulabũt in ſplẽdore ortus tui. i. in doctrina ap̃lorũ in quib⁹ tu orta es. Hec gẽtilium illuminatio primitiua figurata eſt in illa ſtella mirabili que magos ab oriẽte duxit ad chriſtũ.

Scd̃a ps epiſtole.

Quib⁹ ſic illuminatis et vocatis ad fidẽ chriſti: o eccleſia dei leua oculos tuos ſpirituales in circuitu totius terre habitabilis: ⁊ vide magnam gẽtilium multitudinem venientẽ ad te: ecce oẽs iſti gẽtiles qui prius erãt diſperſi per varias ſectas falſorum deorũ: cõgregati ſunt ad eãdem fidei religionem: ⁊ venerunt tibi ideſt ad tuam vtilitatẽ ⁊ honorem: quia erũt domeſtici ⁊ familiares tui qui prius erant valde alieni: nam principaliores fideles qui dicũtur filij tui: de longe veniẽt ideſt a gentilitate que longe erat a fide: ⁊ filie tue ideſt minus principales in eccleſia de latere ideſt de ꝓpe ſurgent: quia de iudeis qui ꝓpe fidem erant. Tunc eñ ideſt quãdo conuerſa fuerit ad te multitudo maris. i. multe inſule ⁊ regiones gentiliũ maritime: ⁊ fortitudo gentiũ venerit tibi ideſt principaliores et fortiores gentiliũ hoc eſt duces reges/et imperatores: tunc inquã videbis te augmẽtatã: et affiues multitudine filiorũ: ⁊ mirabitur cor tuũ de tanta dilatatione tua ſupra omnẽ ſpem quã prius habebas.

Tertia ps epiſtole.

Tot igitur ⁊ tantis filijs ditata/ac dilatata efficieris admodũ diues: o eccleſia chriſtiana etiam in bonis tẽporalibus: nam principalibus

dominis gentiliũ ad fidem conuerſis inundatio ideſt multitudo camelorum ideſt diuitũ hominũ opperiet ideſt veſtiet te ornamẽtis precioſis: per camelos enĩ (vt Hieronymus dicit ſuper Mattheum) diuites ſeculi intelligũtur ratione gibbi: quia vt ipſe dicit: camelus niſi depoſita gibbi ſarcina non poteſt trãſire per foramen acus que eſt anguſta porta legis euãgelice. Dromedarij velo/ces curſu ideſt ſapientes gentiliũ decorabunt te. Madian ⁊ effa ideſt artifices varij per huiuſmodi animalia ſignificati ſeruiẽt tibi ꝓuidentes de omnibus neceſſarijs ad hãc vitam corporalem. Omnes etiã de ſabba veniẽt ad te ideſt multi de perſide/⁊ de Arabia felice deferẽtes varia munera: ſcʒ aurũ/argentũ/⁊ lapides precioſos. ſimiliter ⁊ thus cũ alijs ſpeciebus aromaticis: inter quas etiã myrrha cõputaẽ. Per hec etiã munera corporalia ſignificantur virtutes ſpũales quas iſti gẽtiles deferẽt ad te: vt ꝑ aurũ charitas/ꝑ argentum eloquentia/per thus ſapientia ⁊ ſic de alijs muneribus: ⁊ talibus virtutibus gẽtiles deo ſeruientes erũt laudem domino annũciantes. Hec omnia hodierna die figurata ſunt in magis illis qui ab oriente venerunt ad adorandũ chriſtũ recenter natũ in Bethleẽ. De quibus ſequitur cãtus gradualis ex eadẽ epiſtola.

Graduale.

Omnes de ſabba veniẽt. Creditur enĩ (vt Aug. dicit) ꝙ illi magi fuerint per ſe ſucceſſores ⁊ diſcipuli doctrine Balaan quoꝝ regio hebraice ſabba dicitur. Verſus. Eſt principiũ ep̃le. Surge illuminare Hieruſalem ⁊c̃. Sed cãtat eam chorus ſacerdotũ in perſona omniũ fidelium primitiue eccleſie congratulantium de aduentu magorum ad chriſtũ ⁊ de conuerſione gentiliũ ad fidem eius.

Aleluia.

Aleluia. Vidimus ſtellam eius in oriẽte. Matthei. 2. Introducitur ex perſona magorum: imo ⁊ omniũ gentilium reſpondentiũ predicto graduali: qui gaudent ſe vidiſſe ſtellã ⁊ lumẽ fidei in ſtella ſignificatũ.

Euãgelij argumentum.

¶ Euangeliũ. Cũ natus eſſet Jeſus. Matthei. 2. Ad litterã narrat hiſtoriam magorũ ideſt illorum philoſophoꝝ gentiliũ qui die tertiadecima a natiuitate chriſti duce ſtella venerũt ab oriẽte ideſt a Perſide q̃ ab oriẽte reſpicit iudeã/ vel forte venerunt a regno Chaldeorũ/ſiue Babilonia que etiã eſt oriẽtalis reſpectu paleſtine: nam de Abrahã vocato a Meſoſopotania Syrie in Paleſtinã dicitur Eſaie. 41. ꝙ deus vocauit ab oriente iuſtũ vt ſequeretur ſe. Venerũt ergo magi ad adorandum chriſtũ regem adhuc paruulũ et in cunis paupertatis iacẽtem: ⁊ nimirum quia chriſtus erat de ſemine Abrahe ſecundũ carnem qui ab illa patria oriũdus erat vt diximus: ideo inſtinctu diuino tracti venerũt illum querere regem quaſi naturales eius vaſſali: vel forte ideo venerũt quia erant aſtrologi ideſt ſciẽtie ſtellarũ gentiliter dediti. Unde cum vidiſſent in die natalis chriſti apparuiſſe ſtellam mirabilẽ et incõſuetam in aere. Ad modum comete fulgẽtiſſimi: iudicauerunt non tantum per ſciẽtiam aſtrorum quantum ꝑ illuſtrationẽ gratie dei ꝙ natus eſſet aliqs magnus rex verſus occidentẽ a qua parte apparebat ſtella illa: ⁊ quia Balaan olim aſtrologus Perſeus predixerat ſtellã naſcituram ex genere Jacob: vt patet Numeri. 24. Cõcluſerũt iſti ſue doctrine ſectatores ꝙ rex per illam ſtellã ſignificatꝰ natus eſſet in iudea: cuius terre incole omnes fere erãt de ſtirpe Jacob. Hac igitur ſtella duce ⁊ diuina ꝓuidentia eos agẽte ad ſignificandum in eis conuerſionem gentiliũ ad fidem chriſti: venerũt in ciuitatẽ Hieruſalem caput totius regni iudeoꝝ. Ubi per miraculũ certi de natiuitate regis chriſti ⁊ tempore eius: per teſtimonium ſacre ſcripture certificarẽtur de loco natiuitatis eius: quatenus hoc duplici argumẽto certa eſſet chriſti natiuitas omnibꝰ ſiue iudeis ſiue gentilibus: a deo vt ſint inexcuſabiles qui eam credere noluerint. Hec pauca de primo ſenſu litterali euangelij qui pertinet ad chriſtum verũ ſecundũ quem euangeliũ habet tres partes.

Prima pars.

Prima agit de aduentu magorum. Secũda ibi: audiens aũt de turbatione iudeorũ. Tertia ibi: qui cum audiſſent: diſſerit de adoratione ⁊ oblatione munerũ ſuorum: ⁊ ſic remanet tota littera euangelij ſatis clara. Sed in ſenſu hiſtorico de chriſto myſtico in ſua puericia euãgelium agit (vt diximus) de conuerſione gentilium ad fidem chriſti per predicationem apoſtolorũ ⁊ aliorum in primitiua eccleſia: qua illuminati fide que per ſtellam ſignificatur: venerũt ab oriẽte ideſt a gratia dei preueniẽte: in Hieruſalẽ ſpiritualem que eſt eccleſia chriſtiana: in qua per ſcripturas ſanctoꝝ prophetarũ edocti de myſterijs humane redemptionis per chriſtũ: conſecuti ſunt eternam ſalutem: quod eſt inuenire Jeſum in Bethleem que eſt domus celeſtis panis.

Secũda pars euãgelij.

Sed de tãta gẽtilibus cõceſſa gratia turbatus eſt Herodes rex iudeoꝝ ideſt principales prelati ⁊ rectores illius populi: et omnis terrena Hieruſalẽ cũ eis: dicit enĩ apoſtolus. 1. Corinth. 3. Q̃ ꝑdicatio apoſtoloꝝ ⁊ cõuerſio gentiliũ erat iudeis odioſa et magnũ ſcãdalum. Sed nihilominus quotidie in ſuis ſynagogis iudei legebãt ꝓphetias de chriſto quibus illuminabãtur ⁊ dirigebantur gẽtiles in fide catholica per applicationem apoſtolorũ illas prophetias declarantiũ ⁊ perfidiã iudeoꝝ arguẽtiũ: vt patet ſepius in actibꝰ apoſtoloꝝ de Paulo ⁊ Barnaba/ atqʒ de alijs predicatoribꝰ illius temporis.

Tertia pars.

Hac illuſtratiõe edocti gẽtiles gauiſi ſunt gaudio magno valde ⁊ venerũt in Bethleẽ ideſt domũ panis eccleſiam chriſti intrãtes per baptiſmũ: in qua iam cõfirmati ⁊ roborati in fide ſacri panis eucharistie cõmunionem deuote accipiebant: chriſtũqʒ humillime adorabãt offerentes ei munera ſpiritualia: ſcʒ aurum charitatis: que eſt maxima virtutũ ſicut aurũ eſt potiſſimũ metallorum. Thus deuote orationis: que ſurſum aſcẽdit: vt bonus odor corã deo pſal̃. Dirigatur oratio mea ſicut incẽſum in cõſpectu tuo: et Apoca. Aſcendit fumus aromatum que ſunt orationes ſanctorum: ⁊ myrrham mortificationis carnalis appetitus per penitẽtiã: quia myrrha amara eſt et condimentũ corporum mortuoꝝ. His oblatis



gentiles acceperunt diuinũ reſponſum a predicatore euãgelico qui eſt angelus dei: ne redirent ad Herodẽ. i. ad cerimonias veteris legis quas ſuadebant eis quidã pſeudoapoſtoli dicentes legalia eſſe a fidelibus obſeruãda ſimul cũ euãgelio chriſti: vt patet. Gal̃. 2. Et hoc reſpõſum acceperũt in ſomnis diuine reuelationis facte apoſtolis in cõcilio congregatis: nam interrogati de hac queſtione dixerunt ap̃li Actuum. 15. Viſum eſt ſpiritui ſancto ⁊ nobis nihil vltra oneris imponere fratribus ex gentilitate ⁊c̃. Hoc itaqʒ reſpõſo gentiles accepto/per aliam viam ſcʒ legis euangelice non obſeruãtie iudaice procedentes in hac via reuerſi ſunt in regionẽ ſuã ideſt in legem nature in qua ante ydolatriã viuebant gentiles: ait enĩ Aug. cõtra Fauſtũ ꝙ chriſtus in primo aduẽtu ſuo reiecto onere veteris legis reduxit genus humanũ ad legem nature cũ clariore tamen cognitione dei: nam ſuper legem nature neceſſario ab hominibus obſeruãdam pauciſſima quedam adiecit ſacramẽta ⁊ ad agẽdum faciliima. Ad hanc ergo regionem ſuã reuerſi ſunt gentiles dimiſſa ydolatria ꝑ predicationem apoſtolorum.

Moralitas.

Moraliter vero hoc euãgelium pro fidelibus noſtri tẽporis ſignificat alium ſimilem proceſſum ſue ſaluationis: nam in baptiſmo apparet eis ſtella fidei quã profitentur. Deinde intrantes Hieruſalem ideſt eccleſiam chriſti cathezizantur ideſt docentur per ſacras ſcripturas vbi naſcitur Jeſus ideſt ſaluatio eorũ quia in ſacramentis gratie chriſti quorum vltimum ⁊ potiſſimum finiſqʒ aliorum omniũ eſt euchariſtia: que eſt Bethleẽ ideſt domus panis. ⁊ ibi fideles deuote adorant chriſtum oblatis muneribus predicto modo expoſitis: tandem vero reuelatur eis iter ſaluationis / ⁊ via per quam ad patriam reuertantur ideſt ad regionem celeſtem a qua per creationẽ anime noſtre exierunt Eccleſiaſtes vltimo. Reuertaẽ puluis ideſt corpus hominis in terram ſuã: ⁊ ſpiritus redeat ad deum qui dedit illum. Apoſtolus etiã dicit ꝙ non habemus hic ciuitatem manẽtem ideſt patriam certã ſed futuram inquirimus patriam/que erit nobis ꝓpria certa ⁊ permanens in eternum.

Offertorium.

Cantus offertorij. Reges tharſis ⁊ inſule: ex pſal̃. 71. Decantat gloriã regni chriſti ex cõuerſione gẽtilium ad fidem ſuam: qua etiã reges ⁊ principes terre ſibi ſubegit. Secreta oratio. Eccleſie tue: applicat offertoriũ ad preſentes: orans etiã pro acceptatione ſacrificij noſtri/in quo eccleſia offert deo ſpiritualiter aurũ/thus/⁊ myrrhã.

Communio.

Cantus cõmunionis. Vidimus ſtellam eius: ex euãgelio hodierno: eſt vox eccleſie ex gentilibus aggregate/laudes deo decãtantis de vocatione ſua ad fidem ⁊ religionẽ chriſtianã. Finalis orõ. Preſta queſumus: applicat cõmunionem ad preſentes petẽs eis gratiã ad bene intelligenda: ⁊ deuote cõtemplanda myſteria huius magne feſtiuitatis.

## ¶ Caput tertiũdecimum

de officio prime dñice poſt Epyphaniam: in quo agitur de fine puericie et principio adoleſcentie vtriuſqʒ chriſti veri ſcilicet ⁊ myſtici.



Argumẽtũ officij.

Onuerſione gentilium preſuppoſita ex officio Epyphanie: in quo puericia ecc̃lie chriſtiane ſignificabatur: deinceps agendum eſt de eiuſdem eccleſie ꝓfectu/atqʒ augmẽto per etates ſuas cõformiter ad incrementũ chriſti Jeſu poſt ſuã puericiã per etates ſuas: ſpecialiter vero hodiernum officium imponit finem puericie ⁊ agit de principio adoleſcẽtie vtriuſqʒ chriſti: quare ſicut precedens dñica poſt circũciſionem docebat fideles ex iudeis: ita huius dñice prime poſt epyphaniã. Intentio eſt docere fideles ex gẽtilitate qualiter debeant quotidie cũ ſuis magis chriſtũ inquirere/queſitum inuenire/inuẽtum adorare/ eiqʒ ſpiritualia munera offerre. Hanc enĩ doctrinam predicabãt prelati adoleſcẽtis eccleſie fidelibus ſui tẽporis: ita vt totum officium hoc ſit ſermo illorum prelatorũ.

Matutini.

Et quia hec dñica agitur intra octauas Epyphanie: ideo totum officium ſeptem horarũ canonicarum/ſiue ſint nocturne/ ſiue diurne: ſumitur ex die Epyphanie: habet tamen hec dñica ꝓprium miſſe officiũ ratione predicta.

Introitꝰ miſſe.

Cuius introitus: in excelſo throno: mixtim acceptus ex. 6. cap̃lo Eſaie ⁊ ex. 7. Danielis: repreſentat chriſtum: vt magnum regem ab omnibus gentibus adorãdũ: tum quia habet magnũ regnum in terra poſt cõuerſionem gentiliũ: ideo dicitur: in excelſo throno: ſcʒ ecc̃lie ſue: tum quia etiam ab angelis reuerẽter adoratur: ideo ſubditur: quem adorat multitudo angeloꝝ. Per quos etiã predicatores fidei ex gẽtilibus intelligi poſſunt: quia annũciant alijs veritatẽ euangelicam. Tum deniqʒ quia eius regnũ / ſeu imperiũ cum ſit ſpirituale permanet in eternũ: quod etiã angelus Gabriel predixerat virgini Marie. Verſus. Jubilate deo oĩs terra: pſal̃ 99. Eſt vox prelati vel predicatoris adoleſcentis eccleſie: qui ratione predicte dignitatis regie chriſti Jeſu incitat fideles ad deuote adorãdum ipſum cum debito ſeruitio. Poteſt etiã iſte verſus dici ab eodẽ prelato cõgaudente eccleſie de tãta gentilium conuerſione per totũ mundum: ſcʒ quia iam non in ſolo vno angulo regni iudeorũ colitur chriſtus: ſed in omni terra: ideo dicit Jubilate deo omnis terra ⁊ non ſola iudea.

Oratio.

Oratio. Vota queſumus dñe. applicat introitũ moraliter ad preſentes petens a deo: vt gentibus deuote chriſtũ colẽtibus concedat auxilium celeſtis gratie qua ⁊ agenda cognoſcãt ⁊ agnita diligẽter exſequantur ad ſuã ſalutem.

Ep̃le argumẽtũ.

¶ Epiſtola. Obſecro vos per miſericordiam dei. Ro. 12. Eſt doctrina prelatoꝝ adoleſcẽ

tis eccleſie docentium fideles ex prepucio quid offerre deberẽt deo ſequentes exẽpla magorum: qui chriſti nato munera obtulerunt: ⁊ habet tres partes.

Prima pars.

Prima docet carnis mortificationẽ. Secunda ibi: ⁊ nolite cõformari: declarat mentis reformationẽ. Tertia ibi: ſicut enĩ: adaptat ad propoſitũ naturalem ſimilitudinem. De mortificatione carnis ait prelatus ad fideles gentiles: obſecro vos fratres ideſt per ſacra myſteria dei oro et obteſtor maxime per miſericordiam dei vobis factam in hoc ꝙ vocauit vos ad fidem ſuã nõ ex iuſticia: ſed ex miſericordia ⁊ gratia dei. Obſecro inq̃ʒ vos vt deinde iã nõ viuatis carnaliter more gentilico: ſed exhibeatis ideſt offeratis corpora veſtra deo in hoſtiã viuam: non vt olim offerebatis ydolis veſtris animalia mortua. Dico autem hoſtiam viuẽtem non ſolũ vita naturali: ſed etiã vita morali per gratiã dei: que facit animan ſanctam et deo placẽtem ideſt amicam per charitatem. In hoc tñ exercitio ſacrificãdi carnem veſtrã deo. Sit rationabile obſequiũ veſtrum: ita ꝙ penitentia/vel abſtinentia veſtra ſit diſcreta ⁊ in ea obſeruetis medium virtutis temperãtie recta ratione determinatũ. Tunc enĩ abſtinentia corporalis eſt rationabilis ⁊ placet deo: quãdo homo ſeruat talem ſui corporis diſpoſitionem qua bene agere poſſit ea ad que obligatur ex precepto dei ſecũdum ſtatum ſuum. Poteſt etiã hec clauſula intelligi eſſe exhortationẽ p̄latoꝝ qua fideles incitabant ad martyriũ pro defenſione fidei ſubſtinendum: ꝙ eſt offerre deo corpus in hoſtiã viuã. Incipiebat enim tunc robur adoleſcẽtie eccleſie chriſti quo oportebat reſiſtere tyrannis fidelium perſecutoribus.

Secũda pars.

De reformatione mẽtis neceſſaria nobis chriſtianis ſubiungit: nolite cõformari huic ſeculo ideſt hominibus publicanis ſecularibus qui habẽt mores deprauatos: ⁊ multa ſunt peccata que ipſi non reputant mala: vt patet de fornicatione apud gẽtiles. Sed reformamini mẽte: in nouitate ſenſus veſtri ideſt nouã vitam eligendo ⁊ nouo modo ſentiendo de moribus: ſcilʒ aliter/q̃ʒ ſentiebatis quãdo eratis infideles: vt ſic reformati probetis ideſt cognoſcatis que ſit voluntas dei circa vitam ſuoꝝ ſeruorum: et loquimur hic de voluntate ſigni que eſt preceptũ dei/vel prohibitio/vel cõſiliũ. q. d. Sic reformati bene intelligetis precepta ⁊ cõſilia dei que dicũtur voluntas eius bona ideſt vtilis vobis: beneplacens deo/⁊ perfecta in cõparatione ad finem ad quem ordinãtur talia precepta: q2 ad vitã eternã que eſt ſummum ⁊ perfectum hominis bonum. Inter alias vero hominis reformati virtutes morales maxime cõmendo vobis humilitatẽ: dico enĩ exhortando omnibus nouis chriſtianis qui ſunt inter vos imo ⁊ omnibus vobis: et hoc audeo dicere per gratiam officij paſtoralis que data eſt mihi a deo ⁊ ab eccleſia. Dico ergo ꝙ debetis non plus ſapere ideſt ſapientes vos oſtẽdere in doctrina fidei q̃ʒ oportet ſcd̃m ſtatũ veſtrũ: maxime quando adhuc eſtis paruuli in fide: ſed debetis ſapere ad ſobrietatem ideſt ad menſurã veſtram: nam hĩa menſura eſt. et pro/ideſt ſicut deus vnicuiqʒ veſtrũ diuiſit ideſt diuidendo gratias dedit mẽſuram fidei ideſt ſciẽtie in rebus fidei: quia maiorem ſciẽtie menſurã dedit doctoribus et prelatis eccleſie q̃ʒ plebeis laicis ⁊ maxime quãdo adhuc ſunt noui chriſtiani. Huius doctrine exemplar fuit chriſtus Jeſus ſaluator noſter qui quãdiu erat puer in hoc mundo noluit oſtendere in ſe maiorem ſapiẽtiã/q̃ʒ requirebat illa etas: vt patet in euãgelio hodierno.

Scd̃a ps epiſtole.

Probatur tamẽ hoc idem quadã naturali ſimilitudine in mẽbris humani corporis. Sicut enim in vno corpore habet homo multa ⁊ diuerſa mẽbra que etiã diuerſa officia exercent: ⁊ non omnia eũdem actũ habent (quia oculus videt/auris audit/naris odorat ⁊ lingua guſtat ⁊c̃.) ⁊ nullũ horũ mẽbrorũ actũ alteriꝰ vſurpat: ſʒ ſuo ꝓprio officio eſt cõtentum ad ſui et aliorum mẽbrorum vtilitatẽ: ita etiã in toto populo chriſtiano: (quod eſt vnũ corpus myſticũ ſcʒ vnitate morali) ſinguli fideles ſunt membra illius corporis in chriſto Jeſu ideſt ſub vno capite chriſto: ideo debetis ſinguli fideles reputare vos eſſe membra alter alterius: ita ꝙ quilibet veſtrũ exerceat officiũ ſuum ſecũdum decentiã ſui ſtatus ad vtilitatem ſuã ⁊ alterius ꝓximi. Et nemo vſurpet actũ alterius: ſed ſit contentus ſorte ſua ⁊ vocatione qua vocatus eſt a deo in eccl̃ia ſua. Volo dicere ꝙ laicus nõ preſumat officiũ ſacerdotale/nec ſubditus officiũ paſtorale/neqʒ indoctus audeat predicare: quia hoc eſſet velle ſapere pluſq̃ʒ oportet ⁊ non ad ſobrietatem/vel menſurã ſtatus ſui. Hec doctrina eodẽ modo poſſet applicari moraliter ad preſentes fideles noſtri tẽporis: in quo celebrãtes myſteria puericie noſtri ſaluatoris: debemus ipſum imitari in humilitate: quã ipſe oſtẽdit ſe paruulũ faciens inter nos: ⁊ omnes actus ſuos exercebat conformes etati quã habebat in ſingulis annis vite ſue.

Graduale.

Cantus gradualis. Benedictus dominus deus ex pſal. 71. eſt gaudium fidelis populi de tam admirabili ordinatione dei in ſua eccl̃ia: que declarata eſt in epiſtola. Verſus. Suſcipiãt mõtes pacem: ex eodem pſal. optat dari ſcientiã prelatis eccleſie qua pacifice vt boni iudices gubernent populũ dei: quos mõtes ⁊ colles appellat ꝓpter altitudinem ſui ſtatꝰ.

Alelu͡ia

Aleluia. Jubilate deo. pſal. 99. Cõmouet populum ad laudandum deum et ſeruiendũ ei in leticia ꝓpter vocationem gentiliũ ad ſuã eccleſiã in tota fere terra habitabili.

Euãgeliũ argumentum.

Euãgelium. Cum factus eſſet Jeſus annorum duodecim. Luce. 2. Imponit finẽ puericie chriſti veriſimiliter ⁊ myſtici. Unde pro ſenſu hiſtorico de chriſto myſtico repetenda ſunt quedã ex prius dictis: vt intelligamus quo tẽpore ſexte etatis finẽ habuerit puericia eccleſie inceperitqʒ eius adoleſcẽtia. Diximus aũt natiuitatem ſeu exordiũ eccl̃ie chriſtiane fuiſſe inſtitutionem baptiſmi chriſti quando ipſe erat incipiens quaſi annorum triginta: licet hãc natiuitatem figuratam dixerimus in paſtoribus ⁊ magis tempore natiuitatis chriſti quãdo ipſi credẽtes adorauerũt eum.



Ab illa ergo natiuitate eccleſie (in qua primũ Jeſus diſcipulos congregauit) incepit infantia eiꝰ/⁊ durauit per tres annos fere cũ dimidio: vſqʒ ad miſſionem viſibilem ſpiritusſancti ſuper eos in die penthecoſtes. Dictũ eſt illud tẽpus infantia eccleſie: eo ꝙ diſcipuli chriſti tũc eſſent rudes et ferme nihil ſapientes/ nihilqʒ loquentes de rebꝰ diuinis: dicẽte eis chriſto. Multa habeo vobis dicere que non poteſtis portare modo. Joãnis. 16. Cum autẽ venerit ſpiritusſanctus/ille vos docebit omnem veritatẽ ⁊ ſuggeret vobis omnia quecũqʒ dixero vobis. vnde Mathei. 9. idem Jeſus cõparauit eos veſtimento rudi ⁊ veteri/ atqʒ vtribus veteribus in quibus nõ eſſet tũc mittendum vinum nouũ ſpiritualis doctrine/ſpiritualiſqʒ vite.

Puericia eccl̃ie

Puericia vero eccl̃ie chriſtiane incepit a miſſione ſpiritusſancti in diſcipulos chriſti: ⁊ durauit vſqʒ ad obitũ apoſtolorum quorum vltimus fuit Joãnes euangeliſta ſcʒ tẽpore Domiciani imperatoris: ⁊ dicitur illud tempus puericia eccl̃ie: eo ꝙ exceptis apoſtolis fere omnes alij erant imperfecti in religione chriſtiana: quia licet aliquid ſaperent ⁊ loquerentur de rebus diuinis: tñ illud erat paruũ et non multũ bene ordinatũ: neqʒ habebant adhuc robur animi ad ſe exponẽdum morti pro defenſione fidei catholice: nam illo tempore inſtãte perſecutione iudeorum/ferme oẽs chriſtiani fugerunt a iudea poſt lapidationem ſancti Stephani in Hieruſalem.

Adoleſcẽtia eccl̃ie

Adoleſcẽtia autẽ eccleſie (in qua robur eius apparuit) fuit tempus fere ducentoꝝ annorum a Traiano imperatore vſqʒ ad Conſtãtinũ: quem baptizauit papa Silueſter primus: tunc enĩ viguerunt ille magne perſecutiones tyrannorum contra chriſtianos: ⁊ claruerũt plurimi martyres quorum viſa miracula magnã gentilium multitudinẽ cõuerterunt ad fidẽ: ſicqʒ facta eſt eccleſie adoleſcẽtia ideſt incrementũ magnũ: tam in numero/q̃ʒ in merito perſonarũ. Quia igitur in precedenti dñica et in vigilia Epyphanie officiũ eccleſiaſticũ notauit fugam ppl̃i chriſtiani a iudea in egyptum gentilitatis: et iterũ reuerſionem ab egypto in iudeã tempore apoſtoloꝝ: hodiernum officium deſcribit ſtatum eccleſie poſt obitũ apoſtolorũ ſub perſecutione tyrãnorum: nam deſtructa et ſubuerſa ciuitate Hieruſalem ab exercitu Romanoꝝ imperante Veſpeſiano ⁊ oĩno deleto regno iudeoꝝ propter grauiſſima peccata eorum: populus chriſtianus receſſit inde in galileã ideſt trãſmigrauit ad gẽtes. Sed poſt annos circiter centum ⁊ quinquaginta a natali ſaluatoris imperator Adrianus reedificauit Hieruſalẽ: p̄hibens omnino iudeis per orbẽ diſperſis ne intrarent in illã ciuitatem: imo neqʒ in totũ regnũ iudeorum: quod edictũ imperatoris cũ non cõprehẽderet chriſtianos maxime ex genere gentiliũ: ideo tũc chriſtiani frequẽter aſcendebant in Hieruſalem ⁊ ad alia loca ſancta viſitãda. Tali ergo qualitati tẽporis correſpõdens euangelium hodiernum diuiditur in tres partes. Prima eſt de pueri Jeſu perditione. Secũda ibi: ⁊ factũ eſt: de eiuſdem inuẽtione. Tertia ibi: ⁊ deſcẽdit: agit de ſue puericie perfectione.

Prima pars euãgelij.

Pro primi expeditione ſciendum eſt ꝙ ab Octauiano auguſto ſub quo natus eſt chriſtus: et cũ eo populus chriſtianus figuraliter (vt diximꝰ) vſqʒ ad imperatorẽ Adrianum duodecim ferme computãtur imperatores romanoꝝ: Octauianus/Tyberius/Gayus/Claudius/Nero/Vitelliꝰ/Veſpaſianus/Titus/Domitianus/Nerua/Traianus / et Adrianus. Ait ergo textus euangelij ꝙ cum factus eſſet Jeſus chriſtus myſticus duodecim annorũ ideſt etatis duodecim imperatoꝝ aſcendentibus illis ſcilicet chriſtianis ex permiſſione imperatoris Adriani et aliorum ſequentiũ: in Hieruſalem. ſcd̃m conſuetudinem deuotionis ſue: cõſummatiſqʒ diebus deſolationis Hieruſalẽ: cum redirent ad gẽtiles patiebãtur ab eis multas perſecutiones ⁊ martyria in Aſia in Grecia/ Italia ⁊ alijs regnis gẽtilium: ceſſauerat autẽ iam perſecutio iudeoꝝ in paleſtina Judea: ideo remãſit puer Jeſus ideſt paruus populus chriſtianus/ quaſi pacificus in Hieruſalem ⁊ iudea ⁊ non cognouerunt parẽtes eius ideſt principes gentiliũ non curabãt de eo: exiſtimãtes totum populũ chriſtianum/vel principaliores eorum eſſe in comitatu ideſt in terris gentilium: ⁊ ſic non aduertẽtes gentiles tyranni ad chriſtianos que erãt in Hieruſalem: venerũt perſequẽtes chriſtianos iter vnius diei ideſt tempus ſeptuaginta annorũ que eſt tertia pars totius tẽporis adoleſcẽtie eccleſie: et tunc facta eſt perſecutio prima. Neronis/ſcd̃a Domitiani/tertia Traiani: ⁊ iſti requirebant chriſtũ myſticũ ad delendum eum inter cognatos ⁊ notos: quia in qualibet domo inquirebant qui de illa familia eſſent chriſtiani: vt occiderent eos. Et tyrãni non inueniẽtes in gẽtilium terris omnes chriſtianos reuerſi ſunt inquirendo eos in terrã iudeorum in ſecũda dicta que fuit ſecunda annorum ſeptuageſima: ⁊ facte ſunt tũc contra eos: quarta p̄ſecutio ſub Antonio fero / quinta ſub Seuero/ ſexta ſub Maximiano que a deo dilatate ſunt p mundum ꝙ etiã venirent vſqʒ in Hieruſalem et totã paleſtinã inquirẽtes chriſtianos. Eodẽ modo p̄ceſſerunt tyranni in tertio annoꝝ ſeptuagenario quaſi in tertio die: nã tũc facta eſt ſeptima p̄ſecutio Decij imperatoris/octaua Valeriani / nona Aureliani/⁊ decima Diocleciani. Ecce tres dies meroris et anguſtie magne in eccleſia dei: quos ſignificauit Maria mr̃ chriſti in ſuo triduo quãdo dolens querebat filium.

Scd̃a ps euãgelij.

Factum eſt aũt poſt illud triduũ ideſt poſt trecentos fere annos a natiuitate chriſti: ſcʒ ſub imperio magni Conſtãtini principes gentium inuenerũt Jeſum myſticum quãdo iam non ꝓcedebant cõtra eum per vias illas malas ad perdendũ eum ſed conuerſi inuenerunt illũ in templa dei ad credendũ ⁊ venerãdum/atqʒ fouendũ eum. Et viderũt illum ſedentem ideſt ſecurũ ⁊ quietum in medio ſuorum doctorum ⁊ prelatoꝝ audiẽtem illos pacifice et interrogãtem de oĩbus neceſſarijs ad ſalutẽ: quia ceſſauerãt iam perſecutiones tyrãnorum ⁊ facta

erat pax/quies/⁊ trāquillitas in eccl'ia dei. Stupebant aūt omnes infideles qui audiebāt eum ideſt populū chriſtianum: ⁊ mirabantur ſup prudentia / ⁊ reſpōſis eius ad omnia que infideles interrogabāt eum de fide ⁊ religione ſua: ⁊ inde ceperūt eum habere in magna reuerētia ꝓpter doctrinam chriſtianā: dicētes illud Deutero. 4. En populus ſapiens ⁊ intelligēs/gens magna/ nec eſt alia natio tam grandis ⁊c. Et dixit mater eius gentilitas ad illū: fili quid feciſti nobis ſic: Ut abſcōderes te a nobis nec reuelares hec ſecreta doctrine tue: ecce pater tuus imperator romanus ⁊ ego reſpublica eius querebamꝰ te dolentes ideſt dolorem ⁊ tribulationē tibi inferētes propter ignorātiam huius doctrine tue tam mirabilis. Et ait populus chriſtianus ad eos: quid eſt myſterij ꝙ me querebatis occidere: q. d. Uos neſciebatis hoc ſecretū dei myſteriū: quare permiſerit tot ⁊ tanta mala: que feciſtis contra chriſtianos ſeruos eiꝰ: qꝛ forte hoc fuit vt probaret ⁊ ſanctitas religionis ſue/ ⁊ virtus ſeruorū dei qui vinci non potuerūt inter tot anguſtias pſequentium. Oportebat ergo me populum dei eſſe cōſtantem ⁊ firmum in his que ex volūtate patris mei chriſti permiſſa ſunt vobis. Sed ipſi gētiles non intellexerūt hoc verbū qđ fidelis populus locutus eſt ad eos: quia virtutē pacientie nō cognoſcebāt: nec ſpiritualia bona alterius vite credebant futura: ſed felicitatem in hac vita ponentes ſtulticiā reputabant martyrum pacientiā admirati nihilominus de chriſtianorum doctrina.

Tertia pars euāgelij. Poſtq̄ ergo cōuicti ſunt infideles gētiles miraculis ⁊ doctrinis fidelium: populus chriſtianus deſcendit cū illis ideſt cōdeſcendit illis ⁊ cōmunicauit eis doctrinā ſuam ⁊ reuelauit indies eis ſecreta multa: ſed nihilominus quātum ad ſecularem gubernationē erat ſubditus illis dñis gētilibus ꝓut apoſtoli Petrus ⁊ Paulus in ſuis epiſtolis preceperāt: ⁊ per hāc comunicationem doctrine ⁊ vite ſancte cōtinue conuertebāt gentiles ad fidē: ſicqꝫ Jeſus myſticus ꝓficiebat ideſt creſcebat ſapientia/etate/⁊ gratia apud deū ⁊ homines ideſt ad laudem dei ⁊ ad conſolationem hominum fidelium. Sed mater eius ſancta eccleſia cōſeruabat omnia verba ideſt myſteria hec que dicta ſunt de etatibus chriſti myſtici conformiter ad etates chriſti veri: conferens in corde ſuo vtriuſqꝫ chriſti myſteria comparando: ⁊ qualiter omnia geſta eccleſie vſqꝫ ad illud tēpus figurata fuerāt in geſtis chriſti que ſcripta ſunt in euangelio de primis tribus eius etatibus/infantia/puericia/⁊ adoleſcētia. Erat etiā eccleſia conferens myſteria ſua preterita ad ea q̄ futura erāt per ſucceſſionem tempoꝝ vſqꝫ ad conſumationē ſeculi: nam ex euidētia preteritorum iam impletorum accipiebat certitudinē de futuris: ſcilicet ꝙ implebunt ſicut figurata fuerāt in myſterijs chriſti que ipſe geſſerat in ſua perfecta etate virili. Unde ⁊ propter talem fidei ſue certitudinē: tam de preteritis/q̄ꝫ de futuris: ab eo tempore incepit ordinare eccleſia hec officia diuina per oēs iſtas dñicas que ſequūtur natiuitatē et Epyphaniam dñi: vt in eis ſignificaret omnes ſucceſſus populi chriſtiani vſqꝫ ad finē mundi figuratos in geſtis chriſti que in talibus officijs decātant.

Moralitas. Moraliter vero prelatus per hoc euāgeliū vult ſignificare fidelibꝰ noſtri tēporis qua occaſione fideles aliquādo perdunt chriſtū: ⁊ qua diligētia eſt querendus/ ac inueniēdus. Jnſtruit etiā fideles coniugatos ſuper religioſa educatione ſuorū filiorum: filios quoqꝫ eoꝝ docet bonā et obſequioſam ad ſuos parētes obediētiā. De primo/ait ꝙ pleriqꝫ chriſtū perdūt ideſt gratiā eius per peccatū in feſtis vacātes luxurie/gule/ludis/⁊ ceteris curis ſecularibus/ac tumultibus populi: ⁊ exiſtimantes chriſtum eſſe in comitatu ideſt ſocietate hominū talia negocia (que videntur bona ⁊ honeſta) tractantiū: receſſerunt ab eo iter vnius dieī ideſt peccato mortali quod eſt nox aie: nec prodeſt eum querere inter cognatos ⁊ notos: quia ibi eum non inueniēt ipō dicente in euangelio. Qui nō odit patrē/ ⁊ matrem/fratres / ⁊ ſorores: ſcilicet quādo ſunt homini occaſiones peccandi: non eſt me dignus. Ergo opꝰ eſt regredi in Hieruſalem ideſt ad pacē/⁊ quietē mētis: ⁊ ibi eum querere gemitibus ⁊ ſuſpirijs: ⁊ tādem poſt tres dies cōtritionis/confeſſionis/ ⁊ ſatiſfactionis inuenient eū in medio doctoꝝ ſancte matris eccl'ie quorum doctrinis inſtruūtur: et inter alia docēt ꝙ deus audit gemitus cōpeditorū/ et interrogat corda ⁊ renes eoꝝ: ita vt ſit admirabilis eius ꝓuidentia in gubernatione hominū: ſed mēs que deum parturit audet eū alloqui dicens: vt quid dñe reliquiſti nos/auertis faciem tuā a nobis/ ⁊ obliuiſceris inopie noſtre ⁊c. Jpſe autem reſpōdens arguit negligētiā noſtram verbis quidem occultiſſimis ideſt inſpirationibus illius de quo dicitur: ſpiritus vbi vult ſpirat/⁊ neſcis vocē eius nec vnde veniat/aut quo vadat: ſed nihilominus ipſe Jeſus ſaluator animarum cōdeſcendit peccatoribus eum querentibus et venit cum eis in Nazareth que eſt gratia dei: ⁊ paratus eſt ad complēdum omnia eorum iuſta deſideria quaſi filius ſubditus: audiens autem fidelis anima omnia verba hec conſeruat ea in corde ſuo quotidie conferens ea que egerit his que agenda ſunt: ⁊ quātum proficiat / aut deficiat in ſeruitio dei ⁊c. Et talis cogitatio frequens augmentum gratie cauſat: de quo dicitur ꝙ Jeſus ꝓficiebat ſapiētia gratia ⁊c. De ſecūdo habent parētes bonum exēplar in virgine Maria/⁊ Joſeph qualiter educabāt puerū Jeſum quia adducebant eū ſecū in feſtis ad tēplum dei. Unde parētes obligantur ad erudiendū filios in primis fidei rudimentis/⁊ nutriendū eos in timore dei/⁊ corrigēdum eos in malis que agunt ſeruata omni modeſtia non prouocādo eos nimis ad iracūdiam Epheſ. 6. Similiter boni filij habeant exemplar chriſtū qualiter erat ſubditus ⁊ obediēs ſuis parentibus in omni ſeruitio et honore ⁊c.

Offertorium. Cantus offertorij. Jubilate deo omnis terra pſal. 99. iam ſuperius expoſitus eſt: ſed nūc iterum repetitur



vt incitet fidelem populū ad gaudium ſpirituale de augmento eccleſie ſignificata in fine euangelij: ⁊ geminatur principum huius offertorij ad denotādam gaudij magnitudinem: propterea ꝙ eccleſia late extēdebatur per vniuerſam terram habitabilē. Oratio ſecreta. Ut tibi grata ſint: applicat offertoriū ad fideles preſentes petens eis gratiam emundationis a peruerſitate peccatoꝝ: quatenꝰ fiāt digni deum adorare cum Magis.

Communio. Cantus cōmunionis. Fili quid feciſti nobis ſic: ex euangelio hodierno eſt vox eccleſie cōquerentis de perditiōe aliquorum filiorum/qui poſt ſuſceptam fidem: iterum relapſi ſunt ad vomitum gentilitatis/de quorum perditione ipſa ⁊ prelatus eius valde cōtriſtantur. Reſpōſio autem filij perditi allegat paternā cōſuetudinem in qua nutritus fuerat a parentibus infidelibꝰ: ideo nimirum ꝙ ad eam rediret quaſi ex naturali inclinatione que non vincit niſi per abūdantē gratiā dei. Finalis oratio. Supplices te rogamꝰ. applicat cōmunionem moraliter ad preſentes: petitqꝫ eis gratiā dei /qua dignificant diuinis obſequijs.

De octauario Epyphanie.


Pꝛeterū quia in feſto epyphanie preter hiſtoriam apparitiōis ſtelle/que Magos duxit ad chriſtum: etiam fit mētio de Theophania ideſt de baptiſmo chriſti: de quo non fuit tunc plenius facta perſcrutatio vt decebat: ideo per dies reliquos huius octauarij/⁊ maxime in ipſo octauo die principalior intentio officiorū eſt baptiſmum chriſti deuotiſſime celebrare: nam epiſtole ⁊ euāgelia horum officiorum de illo ad literam loquuntur: ⁊ quia in baptiſmo chriſti noſter baptiſmus incepit: qui loco circūciſionis inſtitutus eſt: merito octauus dies Epyphanie baptiſmū celebrat: ſicut octauus dies natalis chriſti circūciſionem ſolēnizauit: quia baptiſmus eſt ſpiritualis circunciſio fidelis populi. Uerum in miſſali officio octaui diei epyphanie apud diuerſas eccleſias diuerſe ſunt epiſtole ſimiliter ⁊ euāgelia: quidam eñ legunt epiſtolā feſti principalis: ſcilicet Surge illuminare Hieruſalem. Alij legunt illud Eſaie. 12. Domine deus honorificabo te: eo ꝙ ibi fiat expreſſa mentio de baptiſmo: vbi dicitur Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris ⁊c. Similiter quidā legunt euāgelium illud Joānis. 1. Uidit Joānes Jeſum venientem ad ſe: alij illud Matthei. 3. Uenit Jeſus a galilea. Alij aliter. Omnes tamen iſte varietates eādem intentionem habent ad eūdēqꝫ finem tendūt: ſcilicet vt ſolēniter celebretur myſterium baptiſmi chriſti quod grece dicit Theophania. De tertio autē myſterio dicto bethphania (quod incertū eſt an factū fuerit eodē die cum duobus premiſſis) officia eccleſiaſtica nullā faciunt mentionem in toto illo octauario epyphanie: ſed relinquitur pro dominica immediate ſequēte poſt octauas Epyphanie: nam in eo myſterio etiam conuerſio et baptiſmus gentilium ſignificatus eſt: vt ſtatim oſtendemus.

## Caput quartūdecimū

De officio ſecūde dominice poſt epyphaniam: in quo agitur de fine adoleſcentie et principio iuuētutis/ſeu perfecte etatis vtriuſqꝫ chriſti ſcilicet veri et myſtici


Argumentū officij. Expedita prima parte ſecūde ptis libri miſſalis: que ad tēpus viſitationis et recōciliationis mūdi dicta eſt ptinere in myſterijs natiuitatis / circunciſionis/et reuelationis chriſti Jeſu tempore ſui primi aduētus. Conſequens eſt vt hoc breue interuallū temporis quod reſtat vſqꝫ ad ſeptuageſimā referamus ad quartā partem libri miſſalis: que de tempore peregrinationis fidelium in prohemio huius ſecundi libri agere dicebatur. Poſtqꝫ eñ in precedentibus: eccleſiaſtica officia a natiuitate chriſti vſqꝫ ad eius baptiſmū in perfecta etate ſua peruenerunt: oportuit vt ſequēdo hiſtoriam de doctrina/⁊ miraculis chriſti (que in ſpacio quadraginta ferme menſiū peracta ſunt) in eis repreſentarēt totū diſcurſum eccleſie chriſtiane /in etate eius perfecta: que a tēpore Conſtantini magni vſqꝫ ad finem mundi cōputatur: et ad hoc ꝓpoſitum ordinata ſunt officia ſequētia/vſqꝫ ad ſeptuageſimā excluſiue. Que ſub breuiloquio totū tēpus peregrinationis eccleſie in quinqꝫ dūtaxat dñicis pertranſeūt. Eandem materiam ꝓlixius/ac operoſius tractatura: poſtea in ſpacio temporis a pēthecoſte vſqꝫ ad aduentum. Nihilominus tū hoc interuallum quod modo incipimus: ſub prima parte ſecūde partis libri miſſalis comprehendi cōſueuit: licet materia eius ad quartā partem: vt diximus pertineat. Jn quo preter hiſtoricā intelligētiam officiorum de procurſu eccleſie chriſtiane in ſua perfecta etate: agemus moraliter de doctrina fidelium preſentium: quatenus ipſi quaſi peregrināntes cū Magis ⁊ chriſtū inuenire/⁊ inuentum adorare/ ⁊ reuerenter ei ſua munera offerre valeāt.

Matutini. Jn matutinis aūt horum officiorum dñicalium lectiones ſumūtur ex epiſtolis Pauli: que natiuitatē chriſti iam exhibitam ⁊ peractam predicant: ſicut in aduentu lectiones ꝓphetarum eādem natiuitatem futuram ꝓmittebant. Reſpōſoria vero: que lectionibus intermiſcentur: ſumpta ſunt ex pſalmis Dauid: ⁊ omnia penitentiā predicant/⁊ deū exorāt pro remiſſione peccatorum. Timēs enim eccleſia ne forte filij ſui fideles in precedentibus feſtis natalis /⁊ epyphanie dñi/exceſſerint in cibis/potibus/ludis / et alijs mundanis gaudijs: ideo ꝓuidens de remedio reuocat eos ad penitentiam: ⁊ vt cōuertant ſe ad dei miſericordiā ius

ploꝛandam dicẽtes. Dñe ne in ira tua coꝛripias
me:et ſic de alijs. Et in diebus dñicis reſpõſoꝛia
ſumunť ex pſalmis deputatis pro nocturnis do
minicalibus in pſalterio:in ferijs autem ex pſal
mis ferialibus. Epiſtole etiã Pauli per oꝛdinẽ
ſuũ legũtur in his officijs nocturnis:nam in hac
dñica inchoatur epiſtola Pauli ad romanos et
continuatur per oẽs ferias huius ſeptimane. Jn
ſequente dñica cum ſua hebdomade legitur epi
ſtola eius ad Coꝛinthios ⁊ ſic conſequenter per
alias epiſtolas ⁊ dñicas oꝛdine recto. Sed varia
tis lectionibus modo predicto in matutinis: re
ſpõſoꝛia ſunt eadem in omnibus his dñicis hu
ius interualli. His pmiſſis in genere de officijs
nocturnis huius tẽpoꝛis:annitendũ eſt nobis:vt
officia miſſalia diligenter exponamus ſeoꝛſum
et ſigillatim. Huius itaqꝫ dñice ſecũde poſt epy
phaniã(que tñ prima eſt in hoc interuallo) offi
cium in ſenſu hiſtoꝛico agit de principio predica
tionis ⁊ miraculoꝝ chꝛiſti veri iam adulti in eta
te perfecta:⁊ de principio fauoꝛis ⁊ pfectionis ec
cleſie chꝛiſtiane in gẽtilitate que a baptiſmo im

Introitꝰ miſſe.

peratoꝛis cõſtãtini oꝛta eſt. ¶ Unde introitꝰ hu
ius miſſe:oĩs terra adoꝛet te:ex pſal. 65. Propo
nit chꝛiſtũ eſſe magnum regem ab omnibus ho
minibus vbiqꝫ terrarum adoꝛandũ ex hoc ꝙ ec
cleſia ſua peruenit ad magnũ augmẽtum quaſi
iam cõſtituta in etate perfecta maxime a tẽpoꝛe
conſtãtini imperatoꝛis iam baptizati:in quo etiã
omnis terra videtur ad chꝛiſtũ conuerſa:vt ado
ret eum. Verſus. Jubilate deo omnis terra:prin
cipiũ eiuſdem pſalmi. Videtur eſſe edictũ ⁊ pre
conium dicti imperatoꝛis inuitantis omnes ho
mines ſui imperij ad profitendam fidem chꝛiſti.

Oꝛatio.

Oꝛatio. Omnipotens ſempiterne deus qui cele
ſtia ſimul ⁊ terrena moderaris: põt intelligi eſſe
oꝛatio ſancti Silueſtri pape/ vel alterius prelati
illius tẽpoꝛis:que ſuppoſita magna chꝛiſti potẽ
tia in terris ex cõuerſione totius fere gentilitatis:
petit dari iam pacem eccleſie poſt tam lõga cer
tamina perſecutionum tyrãnoꝛum contra eam:
quatenus gẽtiles qui priꝰ diuerſos deos habe
bebãt: omnes cõueniant in vna fide ⁊ religione
vnius dei ⁊ ſic erit perfecta omniũ pax. Sed me
lius dicit ſicut in alijs officijs. Uñ hec oꝛatio ap
plicat introitũ moꝛaliter ad pſentes fideles no
ſtri tempoꝛis petẽs dari per gratiã dei pacem re
gibus chꝛiſtianis in hoc principio anni quo ma

Epľe argumẽtũ.

xime ipſi ſolent cõmoueri ad bella. ¶ Epiſtola:
habẽtes donationes. Rom. 12. Eſt doctrina pre
latoꝛum illius tẽpoꝛis:qui gẽtilitatem cõuerſam
ad chꝛiſtum inſtruebant in multis virtutibus ad
religionem chꝛiſtianã pertinentibus:maxime in
charitate dei ⁊ ꝓximi:eadẽqꝫ doctrina etiã deſer
uit fidelibꝰ noſtri tẽpoꝛis in hoc interuallo per
tinente ad tẽpus peregrinationis. Diuiditur aũt
epiſtola in tres partes. Quarũ prima enumerat
aliquas gratias gratis a deo datas fidelibꝰ ſuis.
Secũda ibi:charitatem fraternitatis: cõmendat
ſuper omnia actus charitatis. Tertia ibi:benedi
cite perſequentibus: cõſulit aliqua opera perfe
ctionis: que procedunt ex abũdantia charitatis.

Prima pars.

Quia eñ gentiles deos ſuos reliquerãt propter
chꝛiſtũ: a quibus diuerſis dijs diuerſas gratias
ſe putabant cõſequi tẽpoꝛe ſue infidelitatis:ideo
cõſolatur eos prelatus catholicus dicẽs ꝙ loco
diuerſoꝛum deoꝝ falſoꝛum:quos reliquerũt: da
tus eſt eis vnus verus deꝰ Jeſus chꝛiſtus:a quo
vno certius ⁊ verius ipſi habẽt diuerſas gratias.
Habẽtes inquit vos donationes differẽtes ideſt
diuerſa dona ſpiritualia:ſcđm gratiam que data
eſt vobis a chꝛiſto.q.d.cum gratia gratũfaciente
dedit vobis chꝛiſtus differẽtes ⁊ multiplices gra
tias alias:que valent ad diuerſa opa bona exer
cenda in pplo dei:⁊ ideo vos debetis eas cõuer
tere ad vtilitatem proximoꝝ. Siue prophetiam
ideſt noticiã futuroꝝ: ſcđm rationẽ fidei ideſt ex
reuelatione dei:non ſcđm rationẽ aſtrologie pre
noſticationem futuroꝝ euentuum:vt olim facie
batis in veſtra infidelitate. Siue miniſteriũ ideſt
oꝛdinem ſacerdotalẽ in miniſtrãdo proximis ſa
cramenta neceſſaria ad ſalutem. Siue qui docet
ideſt habet gratiã predicandi illã exerceat in do
ctrina ſana ⁊ ſolida: non in fabulis pruriẽtibus
aures auditoꝝ:vt faciũt gentiles oꝛatoꝛes. Siue
qui exhoꝛtatur ideſt habet gratiam priuate ⁊ do
meſtice exhoꝛtationis / aut fraterne coꝛrectionis
laboꝛet in exhoꝛtãdo proximos ad bona opera:
qui tribuit ideſt habet gratiã bonoꝝ tẽpoꝛaliũ:
vt inde tribuat alijs elecmoſinas: hoc faciat in
ſimplicitate coꝛdis non in duplicitate:hoc eſt ha
beat puram ſimplicem/ ⁊ bonam intẽtionem in
elecmoſinis ſuis: ſcꝫ propter amoꝛem dei ⁊ ꝓxi
mi ⁊ non ꝓpter fauoꝛem hominum/aut propter
aliquod aliud bonum terrenũ. Qui preeſt ideſt
prelatus eſt in eccleſia ad regimen alioꝝ ſubli
matus:laboꝛet in cõtinua ſollicitudine/ vel cura
ſuper grege ſibi cõmiſſo. Qui miſeretur ideſt cõ
patitur miſerijs ꝓximoꝛum cõſolando eos: hoc
faciat in hylaritate vultus ideſt faciat hoc liben
ter et gratioſe. Dilectio ideſt amicicia veſtra quã
exterius oſtenditis ꝓximis: ſit ſine ſimulatione
ideſt fictione: ne lateat intus in coꝛde inimicicia
cõtra eos. Et vniuerſaliter in omnibus actibus
veſtris ſitis odiẽtes malũ ideſt dãnum proximi:
et adherentes bono ad edificationem alioꝛum.
Poteſt aũt principium huius epiſtole: habẽtes
donationes:alludere ad cõuerſionem impera
toꝛis Conſtãtini qui poſtqꝫ abrenũciauit ydolatrie
edificauit multas eccleſias per vniuerſum oꝛbẽ
ad honoꝛem chꝛiſti/et virginis Marie: alioꝝqꝫ
plurium ſanctoꝝ martyꝛum:fecitqꝫ multa hoſpi
talia ad conſolationẽ pauperũ:⁊ dotauit munifi
centiſſime omnia illa edificia: ⁊ tãdem fecit ma
gnas donatiões beneficioꝝ/ ⁊ reddituũ ſacerdo
tibus eccleſie maxime romano pontifici: cuius
verba ſunt omnia que in epiſtola ponũtur: ⁊ lo
quit ad alios ſacerdotes cũ gaudio dicẽs: o fra
tres mei iam ſumus habẽtes magnas donatio
nes ab impatoꝛe chꝛiſtiano ſcđm gratiã dei que
data eſt nobis pluſqꝫ noſtris predeceſſoꝛibꝰ ſub
perſecutionibus tyꝛãnoꝝ attritis:ideo opoꝛtet ꝙ
deinde



deinde bene vtamur gratia nobis conceſſa/ ex
ercentes bene officia noſtra in eccleſia dei ad
vtilitates proximoꝛum ſecundum diuerſas gra

Secũda pars epľe

tias nobis conceſſas. Sed pre ceteris virtutibꝰ:
ſitis diligentes charitatem fraternitatis.i.ad fra
tres ⁊ proximos veſtros:quia charitas eſt vincu
lum perfectionis/vt docet apoſtolus:cuius ope
ra precipua hec ſunt. Sitis honoꝛe inuicem pue
niẽtes voſipſos: ita ꝙ ille q̃ prius poterit alterũ
honoꝛare ſalutando eum verbis/ ſignis/et alijs
huiuſmodi:faciat libenter non expectans fieri ſi
bi prius honoꝛem ab alio: quia illa eſt phanta
ſia mũdana que naſcitur ex ſuperbia. Sitis etiã
in ſolicitudine rerum agendarum ad honoꝛem
dei ⁊ proximoꝝ vtilitatẽ/non pigri ſed diligẽtes:
ſpiritu.i. zelo dei feruentes in eccleſia: et domi
no ſeruientes obſeruando mãdata eius: ⁊ in ſer
uitio dei ſitis gaudentes ſpe premioꝛum eter
noꝛum.ideo debetis eſſe pacientes in tribulatio
nibus et difficultatibus que occurrunt in ſerui
tio dei.ad quam pacientiam habendã ſitis oꝛa
tioni deuote inſtantes ideſt inſtanter petẽtes ab
eo auxilium gratie. Jtem debetis eſſe communi
cantes bona veſtra neceſſitatibus ſanctoꝛum .i.
indigentijs ſeruoꝛum dei quales ſunt pauperes
religioſi. Sitis etiã hoſpitalitatem ſectantes cũ
eis ideſt libenter recipientes eos in hoſpitijs ve
ſtris.nam propter hanc miſericoꝛdiam quidam
ſancti adeo placuerunt deo:vt mererentur reci
pere angelos in hoſpites ſicut patet in Abꝛahã/

Tertia ps epľe.

Loth/et Thobia.⁊c. Sed quia non omnes pro
ximi veſtri ſunt boni,: immo ex permiſſione dei
aliqui eoꝛum perſequentur vos:ideo benedicite
perſequentibus vos.i.oꝛate deum pro eis vt cõ
uertantur a via ſua mala: hoc enim eſt pfectiſſi
mum opus charitatis.⁊ quia hoc videtur nimis
durum:repetens dico benedicite eis ⁊ nolite ma
ledicere. Quia ſi bene aduertitis pſecutoꝛes ve
ſtri ſunt miniſtri dei miſſi ad vos propter bonũ
veſtrum ⁊ plus nocent ſibi qꝫ vobis: ideo oꝛate
pro eis qui tantum nocumentum recipiunt pro
bono veſtro. Et quia precepit deus diliges pro
ximum tuum ſicut teipſum:debetis gaudere cũ
gaudẽtibꝰ ⁊ flere cũ flẽtibꝰ.i.letari de ꝓſperitate:
⁊ dolere de aduerſitate ꝓximi: ſẽtiẽtes de vobis
adinuicem idipſum: ideſt vnum ⁊ idem bonum
aut malum: ita ꝙ vnuſquiſqꝫ bonum aut ma
lum alterius reputet eſſe ſuum. Hec enim eſt ve
ra charitas ex qua procedit humilitas:ideo non
ſitis alta ſapientes ideſt ſuperbi:ſed potius con
ſentientes humilibus proximis ideſt condeſcen
dite eis vt ſitis eis ſimiles. Hec doctrina etiam
eſt conſona fidelibus modernis in hoc tempo
re: quo peccata eoꝝ in feſtis commiſſa purgan
da eſſent:nam adhoc multum valent opera cha

Graduale.

ritatis in proximis facta. ¶ Cantus gradualis:
Miſit dominus verbum ſuum.⁊c. ex.pſal. 106.
Alludit ad ſanationem coꝛpoꝛalem Conſtanti
ni imperatoꝛis a lepꝛa ſua p lauacrum baptiſ
mi: in qua etiã ſanatio ſpiritualis totius gentili
tatis ſignificatur:ideo eſt gratiarumactio fidelis
populi ex gentibus de beneficio ſanationis ſue
ſpiritualis que per verbum dei eis predicatum
ſanatus eſt ab erroꝛe ydolatrie: in qua letali
infirmitate iacebat moꝛiturus. ¶ Verſus: Con
fiteantur domino miſericoꝛdie eius: ex eodem
pſalmo:inuitat eoſdem fideles ad laudandum
deum pro tali et tanta miſericoꝛdia eis facta et

Aleluia.

pro multis alijs mirabilibus dei operibus er
ga eos. ¶ Aleluia: Laudate eum omnes an
geli: pſalmo centeſimo quadrageſimo octauo.
Eſt vox populi fidelis ad platos ſuos qui ſunt
angeli ideſt nuncij dei/quos etiam ipſi inuitant
ad laudandum deum pro gratia eis facta:quia
ſuo miniſterio ⁊ predicatione factum eſt tantum
augmentum eccleſie chꝛiſti ex conuerſione gen
tilium. Quedam vero eccleſie in aleluia repe

Euãgelij argumentum.

tunt introitum miſſe:omnis terra adoꝛet te:qui
iam expoſitus eſt. ¶ Euãgelium: Nuptie facte
ſunt in Cana Galilee: Joannis.2. Sub enigma
te miraculi de conuerſione aque in vinum facta
a chꝛiſto in principio ſue predicatiõis ſueqꝫ per
fecte etatis: hiſtoꝛice declarat etatem adultam
atqꝫ perfectam eccleſie chꝛiſtiane/ ⁊ miracula q̃
deus fecit in ea propter conuerſionem impera
toꝛis Romani et alioꝛum principum gentilita
tis.et habet tres partes. Jn prima ponitur mira
culi occaſio. Jn ſecũda ibi: Dixit mater eius:ad
ditur miraculi operatio. Jn tertia ibi: Ut aũt gu
ſtauit: concluditur miraculi publicatio et clara
manifeſtatio. Supponamus hic in pmis ex ſen
ſu litterali huius euangelij appꝛobationem nu
ptiarum a deo: que licite ⁊ honeſte ſunt ſi cõcur
rant omnia que ſignificata ſunt in iſto mira
culo chꝛiſti ſcilicet ꝙ fiant in Cana que interpꝛe
tatur zelus:hoc eſt ꝙ nubentes conueniant bo
no zelo et propter bonum finem. Debet ibi in
uitari mater eccleſia:ideſt ꝙ interueniat eius au
toꝛitas et non fiat matrimonium ſine ea. Debet
inuitari ieſus ideſt prelatus bonus/procurans
ſalutem animarum/⁊ diſcipuli eius curati par
rochiales qui debent coniuges benedicere. De
ficit autem vinum in nuptijs:quando carẽt ali
quo bonoꝛum matrimonij que ſunt fides/pro
les/et ſacramentum:quia tunc ibi non eſt vinũ
leticie ſed eſt meroꝛ et aqua lachꝛymarum: que
tamen per virtutem dei aliquando conuertitur
in vinum gaudij miraculoſe dando eis illud bo
num quod deerat. Hoc patuit in ſex feminis
veteris teſtamenti (que ſunt ſex ydrie) nam
cum prius eſſent ſteriles et carerent deſiderata
prole miraculoſe acceperunt filios a deo. He
fuere Sarra/ Rebeca/ Rachel/ mater Sanſo
nis / mater Samuelis / et Heliſabeth mater
Joannis baptiſte. Solet etiam allegoꝛice idem
miraculum exponi de nuptijs ſacramẽtalibus
chꝛiſti et eccleſie ſue vt patet ex homelijs Gre
goꝛij et Bede. Uel etiam anagogice de nuptijs
ſpũalibꝰ dei ⁊ aĩe deuote:vľ etiã tropologice de
ſponſalibꝰ nuptijs intellectus ⁊ ſapiẽtie:q̃ expo
ſitiões requirẽde ſunt ex varijs doctoꝝ ſermonibꝰ.
Nunc autem ſenſum hiſtoꝛicum ad conuerſio

Prima ps euan- geliȷ. nem gentilitatis relatum proſequentes declare
mus. ait enim textus Joannis ꝙ die tertio ideſt
in tertio annorum centenario a natiuitate chri-
ſti: facte ſunt nuptie ideſt complete et conſuma-
te que prius tempore apoſtolorum erant inicia-
te. nuptie inquã chriſti cum gentilitate. et facte
ſunt in Cana galilee. i. in zelo tranſmigrationis
vel tranſcẽdi ab errore ad veritatem/a tenebris
ad lucem/a falſa religione ydolorum ad veram
vnius dei fidem. Et erat mater ieſu ibi: ſcilicet
virgo Maria inuocata fidelium orationibus. vt
impetraret a deo gratiam qua gentiles conuer
terentur. Similiter vocatus eſt ieſus orationi-
bus ſanctorum per multos annos durãte per-
ſecutione tyrannorum contra eccleſiam. Et di-
ſcipuli eius apoſtoli iam defũcti etiam inuocati
ſunt a fidelibꝰ in anguſtia poſitis: q̃ per multos
dies magnis ſuſpiriȷs inuocabãt chriſtũ ⁊ virgi
nẽ Mariam ⁊ ſanctos aplos: orantes vt deꝰ ſua
gr̃a illuminaret principes gẽtiliũ quatenꝰ ceſſa-
rent a ꝑſecutionibus chriſtianoꝝ ⁊ cõuerterentur
ad veram fidem: indeqꝫ celebrarentur cũ gaudio
nuptie chriſti cũ gentilitate. Fiebant aũt iſte ora-
tiones ⁊ inuocatiões fideliũ: eo ꝙ deficiente iam
vino conſolatiõis in eccl'ia dei oppreſſa a tyran-
nis imperatoribꝰ: immo ex immanitate vltime
ꝑſecutionis ſub Diocleciano videbat iam fides
tota extingui: quando nemo audebat publice ſe
chriſtianũ ꝓfiteri: et ꝑlati eccleſie dei ꝑ montes ⁊
ſiluas atqꝫ ſpeluncas terre fugientes ſe abſcon-
debant: adeo vt infideles gentiles inſultãdo di-
cerent: vbi eſt deꝰ eorum? qui nõ adiuuans eos
dereliquit in tribulatiõe poſitos. Tunc ergo ma
ter ieſu virgo Maria i celis cepit inſtãtius orare
deum pro eccl'ia chriſtiana dixitqꝫ ad eum: Fili
vinum leticie non habẽt fideles tui: ſed aquam
meroris ⁊ lachrymas anguſtie. Reſpondẽs au-
tem ieſus dixit matri ſue: Quid mihi ⁊ tibi eſt o
mulier. i. quid tangit vel affligit nos terrenorum
hominum tribulatio? ſumus enim iam in beati
tudine finali extra viam laborioſam: ⁊ in nobis
non habet locũ iam aliqua miſeria: immo neqꝫ
compaſſio de aliena miſeria: ſed purum gaudiũ.
Et ſi aliquo modo ad nos pertinet compaſſio vl'
miſericordia de tribulatione illorum ſcꝫ ſecundũ
effectum ⁊ non ſecundum affectum: nondum ve
nit hora mea. i. tempus quo ego apud me decre-
ui eis ſubuenire publice ⁊ manifeſte: qꝛ nõdum
completi ſunt trecenti anni perſecutionis eccl'ie
figurati in illo triduo quo ſuſtinuerunt me turbe
in deſerto anteqꝫ reficerem eos miraculo ſeptẽ
panum de quo Marci. 8. Sicut enim tunc non
refeci eos vſqꝫquo apparuit manifeſta indigen-
tia: ita et modo expectandum eſt tempus mani
feſte indigentie auxiliȷ mei ſuper naturalis ⁊ mi
Secũda pars euã geliȷ. raculoſi. Inſtante vero iam tempore magne et
manifeſte neceſſitatis eccleſie dixit mater ieſu mi-
niſtris crudelitatis et ꝑſecutionis tyrannice hoc
eſt gentilibus infidelibus: quodcũqꝫ dixerit vo-
bis per inſpirationẽ ſuã deus filius meꝰ: hoc fa-
cite in chriſtianos vt veniat finis tribulationis
fidelium ⁊ ſequatur conſolatio nuptiarum eccle
ſie dei. Erant autem ibi ideſt in gẽtilitate ſex hy-
drie ideſt eccleſie principales chriſtianorũ affli-
ctorum ſcꝫ Jeroſolimitana / Alexãdrina/Achi-
leyenſis/Conſtãtinopolitana/Romana ⁊ Com
poſtellana ſeu Hyſpana. que propterea hydrie
ideſt vaſa aquea dicebantur quia erant lachry-
mis plene: ſed lapidee propter firmitatem fidei.
Sicut enim chriſtus eſt petra ſic chriſtianus eſt
petrus ⁊ lapideus. i. firmus. Erantqꝫ ille hydrie
poſite ideſt diſpoſite ac bene ordinate a prelatis
ſecundũ purificationẽ iudeorum. i. apoſtolorum
qui erant ex iudeis ſecundũ carnẽ: et docuerant
fideles puritatẽ ſpũalem veteris legis abiecta
carnalitate cerimoniarũ eius. Et iſte ſex hydrie
capiebant ſingule metretas bynas. i. fideles ex
duobꝰ gẽñibus hoĩm. ſ. iudeoꝝ ⁊ gẽtiliũ: vel ternas
ideſt ex tribus filiȷs Noe: vel ex tribus mundi
partibus principalibus Aſia/Aphrica/et Euro
pa. Dixit ergo ieſus miniſtris ꝑdictis. i. impera-
toribus ⁊ regibus gentiliũ: quia inſpirauit eis vt
ſeuirent in chriſtianos qꝫtum poſſent. Dixit ergo
eis implete hydrias ꝑdictas fideliũ aqua tribu-
lationis: hoc eſt conſumate ꝑſecutionem eccl'iaꝝ
que diffinita eſt apud deum. Illi autem permit
tente deo circa annos a natiuitate chriſti ducen
tos ⁊ octoginta imperantibꝰ Diocleciano ⁊ Ma
ximiano impleuerũt eas aqua predicta vſqꝫ ad
ſummum: ideſt tantum tribulauerũt chriſtianos
quantum ipſi poterant ſuſtinere. Facta autem
tribulatione illa vltima ⁊ aliarum omnium ma
xima: dixit ieſus circa annos eccleſie trecentos
conuertatur aqua tribulationis fidelium mira-
culoſe ⁊ ſubito in vinum leticie vniuerſalis ec-
cleſie. et ait miniſtris ideſt prelatis chriſtanorum
haurite nunc ideſt detegite ⁊ oſtendite gratiam
vobis datam que vinum optimum eſt: et ferte
architriclino ideſt principali imperatori gentiliũ
vt guſtet eam ⁊ admiretur. Et tulerunt quando
ei fidem predicauerunt ⁊ ſacramenta ſalutis mi
niſtrauerunt. Ut autem guſtauit predictus ar-
chitriclinus iam fidelis effectus aquam vinum Tertia pars euã geliȷ.
factum ideſt gratiam chriſtianorum que letifi-
cat mentem: ⁊ neſciebat vnde eſſet: quia ſtatim
baptizatus imperator nondum bene callebat
miſteria chriſti donec poſtea ꝓfecit in fide ⁊ reli-
gione: miniſtri autem eccleſie bene ſciebãt hec
ſecreta fidei: et merito: quia ipſi prius hauſe-
rant ideſt biberant aquam tribulationis: et ve-
xatio dat intellectum auditui ideſt doctrine que
auditur: ideo in premium ſue pacientie preterite
communicabat deus fidelibus intimam noti-
ciam ſuorum ſecretorum: maxime illorum que
pertinebant ad bonam gubernationem eccleſie
nunc in aduerſa nunc in ſecunda fortuna. Ideo
ex gratia dei ſciebãt fideles maxime prelati qua
re deus permiſit tantam ꝑſecutionẽ in ſua eccl'ia
anteqꝫ veniret cõſolatio ⁊ fauor terenoꝝ principũ
ad eam. Architriclinus ergo guſtato ſpiritu dei
vocauit ſpõſum eccl'ie papã Siluestrũ ad hono
randum ipſum tanqꝫ patrem quem prius queſie-
rat ad ꝑdendum tanqꝫ hoſtem rei. p. Romane.
Et vocato eo dixit interrogans: que eſt iſta con-
ditio aut natura dei veſtri preter more aliorum
deorũ gentilium: apud quos omnis homo priꝰ
ponit vinum bonum ideſt proſperitatem ⁊ gau-
dium ſuis inuitatis: et cum inebriati fuerint de-
liciȷs ⁊ gaudiȷs mundanis: tunc apponit eis qđ
deterius eſt ideſt aduerſitatẽ ⁊ triſtitiã. tu autem
qui deum chriſtianorum repreſentas exiſtẽs vi-
carius eius in terris prius dediſti chriſtianis a-
quam tribulationis ⁊ ſeruaſti bonum vinũ tem-
poralis conſolationis ⁊ proſperitatis mundane
vſqꝫ adhuc: ꝑ trecẽtos fere annos. Hoc enim mi
rum videbatur imperatori ⁊ omnibꝰ gentilibus:
quod tamen ꝑlatis et doctoribus eccleſie eſt qꝫ
compertiſſimum. nam ꝑ omnes mundi etates
diuina prouidentia hoc modo gubernauit ſer-
uos ſuos a principio mũdi: ꝙ priꝰ experti ſunt
aduerſam qꝫ proſperam fortunam/prius laborẽ
qꝫ quietem/prius triſticiam qꝫ gaudium. Et hoc
etiam figuratum eſt in primis ſex diebꝰ creatio
nis mundi: quibꝰ correſpondent ſex eius etates.
Nam dicitur Geneſ. 1. Factum eſt veſpere ⁊ ma
ne dies primus/factum eſt veſpere ⁊ mane dies
ſecundus/⁊ ſic de aliȷs. ꝑ veſpere. n. aduerſitatem
per mane proſperitatem ſignificat ſcriptura iux
ta illđ pſalmi. 29. ad veſperũ demorabitur fletꝰ
ad matutinum leticia. Uult ergo deus in quo-
libet die ſeruorum ſuorum ꝙ prius ſit veſpere
qꝫ mane: quatenꝰ humiliati aduerſitate poſtea
moderate vtantur proſperitate: ⁊ nõ inebrientur
in ea. Quo contra mũdani hoies prius inebrian
tur vino proſperitatis: ⁊ poſtea neſciunt ferre ad
uerſitates: ſed veniũt in deſperationem. Horum
hominum differentia mõſtrata fuit in rege Da-
uid ⁊ filio eiꝰ Salomone: nam ille prius exper-
tus eſt veſpere qꝫ mane. i. prius perſecutiones qꝫ
regnum: iſte vero prius voluit habere mane qꝫ
veſpere. Quare Dauid aduerſitate examinatus
euaſit ſanctus: Salomon vero mũdana felicita
te inebriatus malos exitus habuit vt dicitur. 3.
regum cap. 11. Hoc igitur initium ſignorũ ideſt
miraculorum ad conſolationem eccleſie chriſtia
ne ꝑtinentiũ fecit ieſus quando ꝑ gratiam ſuam
imperatorem monarcham illuminans ad ſe cõ-
uertit: in Cana galilee. i. in zelo tranſmigrandi
eccl'iam ſuã a iudeis ad gentiles. et manifeſtauit
gloriam ſuã gentilibꝰ qui prius eam nõ cognoſ-
cebant: ſed viſo hoc miraculo conuerſi impera-
toris crediderunt in eum firmius ⁊ certius diſci
puli. i. xp̄iani qui iam titubare videbantur in fi-
de propter immanitatem ꝑſecutionum eccleſie:
quia iam putabant ſe a deo derelictos. Uiſa au
tem proſperitate ⁊ pace eccleſie ex fauore impe-
ratoris ⁊ donationum eius confirmati ſunt cre-
dentes ſe bonum deum habere in cuius manu
ſunt omnium regum corda ⁊ quocunqꝫ voluerit
Moralitas euan geliȷ. vertit illa. ¶ Moraliter ẏo qꝛ hec dominica eſt
prima poſt omnia feſta puericie chriſti: in quibꝰ
homines imꝑfecti laxarũt habenas ad gaudia
mundana que inebriãt animas: ideo ſancta ma
ter eccleſia incipiẽs officia peregrinationis fide
lium hodie nititur eos conuertere ad penitentiã
et deuotionem vt notauimus in reſpõſoriȷs ma
tutinis ⁊ etiã in epiſtola de variȷs operibus cha
ritatis erga deum et proximos: quia vt dicitur
Prouerbi. 10. vniuerſa delicta operit charitas.
ſed in euangelio aptiſſime recitatur miraculum
de cõuerſione aque in vinum: ad denotandum
ꝙ per opera penitentie et charitatis impetratur
gratia dei ad mutandum aquam mundane va-
nitatis in vinũ ꝓcioſiſſimũ ſpiritualis deuotiõis
q̃ fideles chriſti inebriati firmius adherent deo
per fidem ⁊ charitatem. ſed ad huius miraculi
operationẽ oportet ꝙ ſit zelus tranſmigratiõis
a mundo ad deum. ⁊ ꝙ deuotis orationibus in-
uitetur maria mater Jeſu: ſimiliter ⁊ chriſtus et
diſcipuli eius apoſtoli aliȷqꝫ ſancti quorum pa-
trociniȷs impetretur gratia dei que cõuertat cor
hominis ex aqua in vinum. ¶ Offertoriȷ cãtus: Offertorium.
Jubilate deo vniuerſa terra pſal'. 65. Geminato
principio in ſignum magni gaudiȷ profert leti-
ciam eccleſie ꝓ data ſibi proſperitate pace ⁊ fa-
uore temporali in vniuerſa terra ex conuerſione
imperatoris et aliorum principum gentilitatis.
ideo dicit: Uenite audite ⁊ narrabo vobis quã-
ta mirabilia deus fecit anime mee. Oratio ſecre
ta. Oblata dñe munera. applicat offertoriũ mo-
raliter ad preſentes orãs etiam deum ꝓ emun-
datione eorum a peccatis preteritis in feſtiuita-
tibus domini. ¶ Cantus cõmunionis. Dixit do Communio.
minus implete hydrias aqua. ex euangelio ho-
dierno: decantat miraculum ꝑdicte conſolatio-
nis eccl'ie excluſa omni perſecutione tyrannorũ.
Ultima oratio: augeatur in nobis dñe: appli-
cat communionem moraliter ad preſentes pe-
tens etiam augmentum boni incepti in predi-
cto miraculo pacis eccleſiaſtice: vt tandẽ perue-
niamus ad finẽ optatũ perpetue beatitudinis.

## ¶ Caput quĩtumdecimũ

de officio dominice tertie poſt Epiphaniam: in
quo ꝑfecta etas vtriuſqꝫ chriſti deſcribitur.

SIcut in precedẽ- Argumentum officiȷ.
tibus officiȷs eccl'ie ꝑ varias
xp̄i veri etates i hac vita mor-
tali figurauimꝰ varios ſtatus
populi chriſtiani: quouſqꝫ ad
plenã eius etatẽ ꝑuenimꝰ: ita
in ſequẽtibus dñicis vſqꝫ ad ſeptuageſimã eiuſ-
dem eccl'ie iã adulte varios ſucceſſus poſt impe
ratorẽ Conſtãtinũ vſqꝫ ad finem mũdi figurare
intẽdimus: nõ ꝑ alias etates chriſti veri poſt ſuã
iuuẽtutẽ (a qua nõ fuit cõueniens ipſum trãſire
ad ſenectutẽ: q̃ ex defectu naturalis virtutis im
perfectionẽ denotat) Sed ꝑ varios ãnos ꝑdica-
tionis ſue a baptiſmo eiꝰ vſqꝫ ad paſſionẽ ⁊ mor
tem ſuã. Et q̃dem de baptiſmo chriſti in octaua
epiphanie mentionẽ fecimꝰ: cui etiã in ꝓcedente
dñica baptiſmũ imperatoris ⁊ alioꝝ principũ gẽ
tilitatis corñdere fecimꝰ in etate eccl'ie iã adulta.

Initium etiam p̄dicationis ⁊ miraculoꝝ chri⸗
ſti ad cõuerſionem totius fere orbis rettulimus
circa annos ere xp̄i ferme trecentos:Conſequẽs
ergo erit vt huius dominice officium ad primũ
annum predicationis ⁊ miraculorum chriſti ꝑti⸗
nẽat:vt in eo repreſentetur diſpoſitio eccl'ie ſue a
Conſtantino magno vſq3 ad Theodoſium impe
ratorem catholicum et Damaſum papam ſan⸗
ctiſſimum ꝑ centum fere annos temporalis proſ
peritatis et magni fauoris populi chriſtiani ſub
imperatoribus ⁊ regibus catholicis.Nam et ie⸗
ſus chriſtus in illo primo anno ſue p̄dicationis
apparuit mundo admirabilis ⁊ ab omnibꝰ ho⸗
norabatur atq3 in magno p̄cio ⁊ reuerentia ha⸗
bitus eſt apud omnes homines. ſimiliter ⁊ ec⸗
cleſia ſua in p̄dicto tempore.Suppoſita vero
declaratione officij matutinalis huius diei ex p̄⸗
cedente capitulo:Introitus miſſe huius diei ſi⸗
milis eſt precedenti ſcilicet:Adorate deum om⸗
nes angeli eius:ex pſal'.96.Nam decantat chri⸗

Introitꝰ miſſe.

ſtum eſſe adoratum in predicto tempore hoc eſt
circa annos ere ſue quadringẽtos:ab omnibus
ferme gentibꝰ iam cõuerſis ad fidẽ eius:in qua
etiam etate claruerunt magni ⁊ preexcellentes
doctores fidei catholice ſiue greci ſiue latini:vi⸗
guerunt quoq3 tunc ſanctiſſimi p̄lati eccleſiarũ
et multi reges catholici moderatores diuerſo⸗
rum regnorum in terris : qui omnes prelati re⸗
ges ⁊ doctores nimirum angeli vocantur.i.nun⸗
cij aut legati dei in terris:quia eius officia agũt
apud homines : ideo eos omnes inuitat noſter
introitus ad adorandum chriſtum regem regũ
⁊ dominum dominãtium. Et apparet introitus
iſte vox Damaſi pape aut Theodoſij imperato
ris : qui ea autoritate qua ceteris preeminẽbat
inuitabat eos ad diuinum cultum. Poteſt etiã
intelligi eſſe vox totius eccleſie congaudentis
de ſua tanta proſperitate/honoris ⁊ pacis q̃ illo
tempore omnes ferme reges et magni domini
totius mundi iam chriſtum adorabant. Sequi⸗
tur:audiuit ⁊ letata eſt ſyon ideſt eccleſia chriſtia
na ſpeculatrix diuinorum ſecretorum:et exulta⸗
uerunt filie iude ideſt anime deuote deum con⸗
fitẽtes.per ſyon etiam ⁊ iudam intelligi poſſunt
illi chriſtiani qui tunc erant in Judea ⁊ Jeruſa⸗
lem:vel qui erant ex genere iudeorum.Audiuit
enim tunc illa eccleſia hanc gentilium conuer⸗
ſionem eccleſie vniuerſalis augmentationem et
magnum fauorem ⁊ ideo letata eſt ſyon que eſt
cumulus et aceruus ideſt quia cumulata eſt et
coaceruata ex multis:⁊ exultauerunt filie iude q̃
eſt laudatio vel confeſſio quia videbat gentes
iam laudare ⁊ confiteri deo ſimul cum iudeis
catholicis.Et quia ex p̄dicta gentilium conuer⸗
ſione chriſtus factus eſt magnus rex in terris:
ideo additur verſus:Dñs regnauit: principium

Oratio.

eiuſdẽ ſpalmi ⁊ clare patet. ¶ Oratio:Oĩpotens
ſẽpiterne deꝰ infirmitatẽ noſtrã.Applicat introi
tũ moraliter ad p̄ſentes petens etiam eis gra⸗
tiã deo ad perſeuerandũ in bona vita quam in⸗
choauerãt p̄cedẽte dñica allegans ad hoc nr̃am
infirmitatẽ q̃ ſine grã dei nõ poteſt pſeuerare in
bono. Poſſet etiã ꝑ hyſtoriã hec oratio dici in ꝑ
ſona damaſi pape ⁊ alioꝝ p̄latoꝝ illiꝰ temporis:
qua orabant deum ꝓ cõſeruatione ſue eccl'ie in
ſtatu illo tante proſperitatis:et loquitur de infir
mitate infidelitatis quam chriſtus ſanauerat in
gentilibus tunc ad fidem conuerſis ad quoꝝ ꝑ⸗
ſeuerantiam in fide petit gratiã dei. ¶ Epiſtola:

Epiſtole argumentum.

Nolite eſſe prudentes apud vos.Ro.12. Sicut
in contextura lr̃e ſequitur ad epiſtolã p̄cedentis
dominice:ita in ſententia continuat ſermonẽ de
charitate pro illo tempore eccl'ie neceſſarium.ſi⸗
cut enim p̄cedens epiſtola hortabatur fideles ad
benefaciendũ proximis:ita hec prohibet eiſdem
malefacere.et diuidit in tres partes. Prima no⸗
tat ſuperbie elationem. Secunda ibi:ſi fieri po⸗
teſt:Diſuadet ire rãcorem. Tertia ibi:ſi eſurierit
inimicus:hortatur iniuriarũ dimiſſionem. Prin

Prima pars.

cipium ep'le ꝑ hyſtoriam videtur inſinuare prin⸗
cipium predicationis xp̄i contra cõmunem ſen⸗
ſum mundanoꝝ:et improbat phantaſiam genti
lium:qui putabant vindictam inimicoꝝ eſſe lici⸗
tam etiam nõ ſeruato ordine iuris:immo apud
eos reputabatur infamis q̃ hanc vindictam de
inimicis nõ ꝓcurabat. Contra hos ait prelatus
illius temporis:Nolite eſſe ſapientes apud voſ⸗
metipſos proterue defendendo ea omnia q̃ vo⸗
bis apparẽt bona:maxie id q̄d putatis de vindi
cta inimicorum pro iniurijs vobis factis:quia ꝑ
fecto illa opinio eſt falſa.ideo nulli ſitis redden
tes malum opus vindicte ꝓ malo opere iniurie
in vos facte.imo ſitis ꝓudentes .i. prouide fa⸗
cientes bona opera non tantum coram deo.i.be
ne ſeruientes deo:ſed etiã coram hoibus.i.facia⸗
tis etiã bona opera ad proximos propter deũ.

Secũda pars Epiſtole.

Hec autem doctrina eſt adeo vera q̃ non ſolum
in actibus exterioribus debetis cauere a malo
proximi:ſed etiam in motibus ⁊ paſſionibꝰ ani⸗
me interioribus.Nam ſi fieri poteſt quantum in
vobis eſt habete pacem.i.amiciciam cum oibus
hominibus: etiã cum eis qui vos offenderunt.
Non ſitis defendentes voſmetipſos in conten⸗
tione verboꝝ ſcȝ ꝑſiſtẽdo ꝓterue in vr̃a opiniõe:
q.d.ſi aliq̃ndo propter maliciã exceſſiuã proximi
veſtri non oſtendatis ei amiciciã exterioribus ſi⸗
gnis (qđ ad euitandũ aliqđ malum fieri poteſt
⁊ non alias) tamẽ in corde vr̃o habeatis pacem
⁊ amicitiã ad ipſum.et date locũ ire alterius nõ
reſpõdendo ei ad ſua verba iniurioſa:ſed cauete
a litigijs proximoꝝ:q2 deꝰ defendet vos.ſcriptũ
eſt.n.in lege veteri Deutero.7. Mihi vindictam
relinquite:et ego retribuã inimicis vr̃is penam
cõdignã ꝓ ſuis delictis.et tali vindicta debetis
eſſe cõtenti. Et ſi vultis adhuc eſſe magis ꝑfecti:

Tertia pars epiſtole.

habete p̄parationẽ aie ad bñfaciendũ inimicis
q̃ndo fuerint in neceſſitate cõſtituti:ſiue in cibo ſi
ue in potu ſiue in quouis alio ſubſidio.nã ſic fa⸗
ciẽdo vincetis maliciã eoꝝ / ⁊ incitabitis eos ad
amorẽ vr̃um.ideo ſi eſurierit inimicus tuus:ciba
illũ.ſi ſitit:potũ da illi.hoc.n. faciẽs carbones ig⸗
nis ſiue ignitos.i.incẽdiũ charitatis cõgeres ſup



caput.i.mentẽ eius.Nã hoc mõ ſcies vicere ma
lũ tui inimici in bono oꝑe tuo ⁊ nõ ꝑmittas te vin
ci a malo hoie ſic q̃ malicia eiꝰ faciat te eſſe ma
lum. Ex hac ep'la poteſt notari ꝑ hiſtoriã q̃ fue⸗
rit occaſio hereſum que inſurrexerũt in eccleſia
dei in tempore illo (quod hoc officium rep̄ſen⸗
tat) quia ſcilicet heretici volebant eſſe ſapientes
apud ſemetipſos defendebãtq3 opiniones ſuas
cum magna ꝓteruia et contendebant xbis mul
tis ſuper intelligentia ſacrarum ſcripturarum.
ideo ad euitandum illa mala:prelati illius tem⸗
poris predicabãt fidelibus p̄dictam doctrinam.
Noſtris etiam tẽporibus eadem doctrina eſt val
de neceſſaria quãdo refrigeſcit charitas ⁊ vt no⸗
tauit apoſtolus ſunt homines valde amantes ſe
ipſos/elati/ſuperbi.⁊c̃.Et hanc humani generis
diſpoſitionẽ etiam ſignificat tempus hyemale ⁊
frigidum in quo hec officia leguntur in eccleſia
dei:et ideo parabola ſumpta ex malicia tempo⸗
ris iſte epiſtole incitant feruorem charitatis.

Graduale.

Cantus gradualis:timebunt gentes nomẽ tuũ
domine:ex pſal'.101.Concordat in ſeñia cum in⸗
troitu de perfecto ſtatu eccleſie ⁊ regni chriſti in
terris ex conuerſione infidelium:⁊ poteſt primꝰ
verſus referri ad gentiles / ſecundus ad iudeos
q2 dicitur :Quoniam edificauit dominꝰ ſyon.⁊c̃.

Aleluia.

Aleluia. Dominus regnauit.pſal'.92. Decantat
regnum chriſti decorum ⁊ fortificatum in terris
ex p̄dicta infideliũ cõuerſione:alij dicũt.Aleluia.
Dextra domini fecit virtutem.ex.pſal'.117.Et eſt
vox eccl'ie deũ laudantis de tãta victoria cõtra
infideles ⁊ de ſua exaltatione in toto mundo.
¶ Euangeliũ.Cum deſcendiſſet dominus ieſus

Euangelium.

de monte: Matthei.8. Narrat miracula q̃ chri⸗
ſtus fecit in primo anno ſue predicationis vt in⸗
de ſignificet proſperitatem eccl'ie quã habuit ex
conuerſione plenitudinis gentilium ⁊ etiam ali⸗
quorum iudeorum. Euangelia etiã que eccleſia
Toletana et quedam alie ponunt in feria quar⸗
ta ⁊ ſexta hebdomadis ſemp cõcordãt cũ euãge
lio dominicali in materia et modo loquendi:vt
videre eſt in hebdomade p̄cedẽte vbi oĩa euan
gelia erant de initio predicationis et miraculo⸗
rum chriſti. In hac vero hebdomade oĩa ſunt
de geſtis chriſti in primo anno.et ſimiliter proce
dent ſequentes hebdomades per annos ſequen
tes p̄dicatiõis chriſti.Diuiditur autẽ hoc euange
liũ principalit̃ in duo miracula chriſti:alterũ de
ſanatione leproſi iudei/alterum de ſanatiõe pa⸗
ralitici gentilis. Sed quia in ſecundo miraculo
interponitur reſponſio chriſti de laude hois gen
tilis:Ideo more cõſueto euangeliũ habebit tres
partes. Prima eſt de leproſi curatione. Secun⸗
da: Cum autem introiſſet.⁊c̃. eſt de Cẽturionis
ſupplicatione.Tertia ibi:audiens autẽ ieſus.⁊c̃.
de duplici ieſu reſpõſione.Suppoſito ſenſu litte
rali et dubijs eius ex poſtillis cõmunibus.De⸗

Prima pars euãgelij.

ſcenſus chriſti de monte vbi ſolis diſcipulis ſer⸗
monem fecerat:ad planiciem campi vbi turbas
docuit : aperte ſignificat deſcenſum virtutis et
gratie eius a conuerſione principis gentilis ad
conuerſionem populi eius.per montem.n.alti⸗
tudo regie vel imperialis dignitatis oſtenditur:
per planiciem humilitas populi.huic concordat
quod ſequitur.Et ſecute ſunt cum ꝑ veram fidẽ
turbe multe.naturale eſt enim q̃ ducem ſequat̃
populus in religione ſicut in ceteris omnibus.
Sed hec clauſula eſt generalis de conuerſione
gentilium:ideo ad magis ſpecificandum addit̃
aggregatio totius eccl'ie ex iudeis et gentilibus.
Imprimis ergo ecce leproſus quidam.i.popu⸗
lus iudeorum vicijs carnalibus plenus:veniẽs
ad chriſtum predicatione apoſtolorum tractus:
adorabat eum tanquam verum meſſiam eis in
lege promiſſum cuius nomẽ emanuel.i.nobiſcũ
deus cui debetur adoratio. et dicebat ei.domine
ſi vis potes me mundare per baptiſmum ⁊ alia
ſacramenta non ſolum a peccatis ſed etiam ab
immundis cerimonijs legis.Et ieſus primo ex⸗
tẽdens manũ ſuorum miraculorum tetigit illũ
populum contactu virtutis in corde:Deinde ver
bo doctrine docuit eum dicens volo te mũdari:
et quoties volui cõgregare filios tuos.⁊c̃. Mat⸗
thei.22.Et confeſtim mundata eſt lepra eius pre
dicta in multis illius populi vt in zacharia/Sy⸗
meone/paſtoribus/apoſtolis et alijs diſcipulis
eius.et ait ieſus illi populo iam baptizato.Vide
nemini dixeris.i.ne glorieris coram hominibus
de gratia tibi facta qui ad humilitatem vocatus
es.et quia petiſti ſacramẽta ad tuam mundiciã:
vade oſtende te ſacerdoti.i.prelato eccleſie cuius
eſt diſcernere lepram a non lepra ⁊ mundũ ab
immundo in ſacramento cõfeſſionis ꝑmaxime.
et cum ipſe iudicauerit te eſſe mũdum:offer deo
munus quod p̄cepit Moyſes Leuitici.14.Spi⸗
ritualiter acceptum.Nam duo paſſeres ſunt aĩa
et corpus:quorum alter eſt mortificandus vt al⸗
ter viuus maneat et liber dimittatur volare.Ce⸗
drus/eſopus / et vermiculus ſunt tres virtutes
theologice.hoc itaq3 munus eſt ſacerdoti offeren
dum in teſtimonium vere ſanationis tue. quod
ita factũ eſt in pleriſq3 illius populi iudaici tem⸗
pore apoſtolorum et deinceps quotidie fit in eis
qui ad chriſtum conuertuntur. Fundatur hec
expoſitio huius miraculi in eo q̃ iſte leproſus
erat iudeus:nimirum ergo ſi in ipſo iudeorum
conuerſio ſignificata fuerit. Sequens miracu⸗

Secũda pars euãgelij.

lum eſt de gentili paralitico : in quo ideo genti⸗
lium conuerſio denotatur.Cum.n.poſt ſanatio⸗
nem leproſi populi iudeorum pro aliqua ſui
parte Jeſus introiſſet per fidei ſue predicationẽ
Capharnaum ideſt villam pinguedinis aut con
ſolationis que eſt gentilitas:acceſſit ad eũ Cen⸗
turio ideſt princeps illius populi:imperator aut
rex vel etiam philoſophus et ſapiens rogans
eum et dicens. Domine puer meus ideſt popu⸗
lus iſte ſatis imperfectus et carnalis iacet pro⸗
nus ad terram et ad bona eius que cogitat et
deſiderat ſola.et in domo interiori q̃ eſt cõſciẽtia
ſua eſt paraliticus.i.reſolutꝰ et carẽs vitalibꝰ ſpi
ritibꝰ hoc eſt inſpirationibꝰ dei.⁊ ideo male tor⸗
quet̃ diuerſis erroribꝰ et ſupſtitionibꝰ demonũ.

Ecce qualis erat infidelitas gẽtilium : que ideo
vocatur paraliſis ſicut infidelitas iudeorum vo
cata eſt lepra. Judei enim diuinas reuelationes
habentes (quia vt dicit ad Ro.4. Tradita ſunt
eis eloquia dei) quaſi ſpiritus vitales: peccabãt
nihilominus exceſſibus vicioꝝ carnalium: q̃ con
ſuetudo eſt ad moduꝫ lepre ſcꝫ ex exceſſu humo
ris corrupti. Sed gentiles quibus deus iudicia
ſua non manifeſtauit: peccabãt ꝑ omnimodam
ignorantiã veluti paraliſim paſſi: q̃ eſt membro
rum reſolutio/exſiccatio vel extenuatio ex caren
tia ſpirituum. Huic Centurionis ſupplicationi
(que Joannis.12. figurata eſt in illis gentilibus
qui volebant videre et alloqui Jeſum) reſpõdit
Jeſus dicens: ego veniam ad tuũ populũ ⁊ cura
bo eum a ſua infidelitate: expletis tamen prius
miſterijs humane redemptionis apud iudeos.
quia niſi granũ frumenti.i. filiꝰ dei cadens.i. ve-
niens in terram ꝑ incarnationem: mortuũ fuerit
ꝑ ſuam paſſionẽ: ipſum ſolũ manet fructu vacuũ
aut valde diminutũ: qui fructus eſt conuerſio in
fideliũ ad deum. Si aũt mortuuꝫ fuerit ⁊ iteruꝫ
reſurrexerit a mortuis multum fructũ affert ma-
xime in gentilibus ad quos hic ſermo dirigeba-
tur. Tali promiſſioni chriſti reſpõdens gentilis
Centurio ait: domine nõ ſum dignus : vt tu per
corporalem tuã p̃ſentiam intres ſub tectũ meuꝫ
ideſt in terram meam : ſed tantum dic.i. manda
verbo p̃dicationis ꝑ tuos diſcipulos ad nos miſ
ſos ⁊ ſanabitur puer meus.i. populus gentilis
mihi ſubiectꝰ. ſcriptum eſt.n. pſal.17. Populus
quem nõ cognoui ſeruiuit mihi: in auditu auris
obediuit mihi. ſufficit ergo populo gentili ꝙ tuã
predicationẽ audiat dato ꝙ tuã p̃ſentiam nõ vi-
deat: et ſtatim ſanabitur a ſua paraliſi predicta.
Additur ad hoc ꝓpoſitum cõgrua ſimilitudo de
terrenis dominis qui v̾bo ſuo imperatiuo mul
ta faciunt vbi nõ ſunt corporaliter preſentes: ſed
ſufficit eis ꝙ mittant illuc ſeruos ſuos. quanto
magis chriſtus rex celeſtis ⁊ ſub nulliꝰ poteſta-
te conſtitutus poterit ſanare gentiles ab infide-
litate ſua miſſis ad eos diſcipulis ſuis. Hanc ve

Tertia pars euã gelij.

ro reſpõſionẽ tante humilitatis gentiliũ audiẽs
chriſtus admiratus eſt.i. admirationem fecit iu-
deis de fide gentiliũ ſcꝫ quomodo ille populus
cui nulle facte ſunt reuelationes dei ꝑ prophe-
tas: tã recte ſentiat de chriſto ⁊ de miſterijs fidei
ſue ꝙ excedat iudeos quotidie habentes p̃ ma-
nibus ſuis ſacras ſcripturas que de chriſto lo-
quuntur. ideo ſequentibus ſe fidelibus dixit Je
ſus: amen dico vobis.i. certiſſime affirmo ꝙ non
inueni tãtam fidẽ in Jſrael populo iudeoꝝ quã
tam video in populo gentiliũ. qđ intelligendum
eſt in ꝓportiõe nõ in quãtitate abſoluta virtutis
fidei: vel ſi de quãtitate abſoluta fiat ſermo: hoc
referendum eſt ad ſubiectũ fidei qui ſunt hoies
fidem recipiẽtes vt ſit ſenſus ꝙ nõ tot ex iudeis
quot ex gentilibus fidem chriſti ſuſceperunt: nõ
ſolum abſolute ſed etiã nec cõſiderata vtriuſq̧
populi quantitate. ideo ſubditur: dico aũt vobis:
ꝙ multi gentiliũ ab oriente ⁊ occidente.i. ab om-
nibus mundi partibus venient ad fidem meam
et recumbent in regnũ celoꝝ.i. in eccl'ia dei cum
Abraham/Jſaac/et Jacob.i. habentes eandem
fidem cum ſanctis patriarchis ⁊ ꝓphetis q̃ erãt
patres iudeoꝝ. Filij autẽ multi patriarcharum
ſcđm carnem.i. multi iudeoꝝ propter ſuã infide-
litatem eijcientur in tenebras exteriores.i. extra
patriam ſuam in captiuitatẽ ſub poteſtate genti
lium ibi erit fletus iudeoꝝ ⁊ ſtridor dentium pre
anguſtia magna. patet ergo ꝙ merito illiꝰ prom
ptitudinis quã gentiles in auditu auris obedie
rũt fidei ieſu chriſti: Cõmunicauit eis deus mul
tiplicem gratiam. et inter alias ꝓfundam intelli
gentiam ſacrarũ ſcripturarũ etiam veteris legis:
qualem nunq̃ habuerunt doctores iudeoꝝ qui-
bus tales ſcripture tradite erant a principio. qđ
etiam ſacrarum l'rarum ſtudium regnum dei ap
pellatur a chriſto Matthei.21. Auferetur inquit a
vobis regnum dei et dabitur genti facienti fru-
ctus eius.i. populo gentili ex quo multi docto-
res vt Origenes/Chriſoſtomus / Hieronimus/
Auguſtinus et ceteri (qui floruerunt in tempore
ꝑ hanc dominicam ſignificato) qui et magnum
fructũ ſacrarum ſcripturarũ ꝑceperunt. Hac pri-
ma chriſti reſponſione directa ad turbas ſuper
verbo Centurionis additur altera: et dixit ieſus
Centurioni.i. principi gentiliũ qualis erat Con-
ſtantinus aut Theodoſius: vade in pace et ſecu-
ritate conſcientie et ſicut crediſti.i. credendo pe
tiſti fiat tibi ſcꝫ ꝙ abſq̧ corporali p̃ſentia chriſti
apud gentiles: ꝑ ſolum verbum p̃dicationis ſue
ſanaretur populus gentilis ab infidelitate. ⁊ ſa-
natus eſt puer in illa hora.i. in breui tẽpore poſt
Conſtantinum tota fere gentilitas fuit ad fidem
chriſti cõuerſa ⁊ a ſua paraliſi ſanata: ſed iudeoꝝ
plurimi vſq̧ in hodiernum diem in ſuis erroribꝰ
ꝑſeuerant. Moraliter. Pro fidelibus in hoc tem

Moralitas.

pore iſti duo infirmi duo ſignificant genera pec-
catorum: qui a chriſto debent petere ſanitatem
animarũ. ꝑ leproſum fidelis peccator inſinuatur
qui tũc in lepram incurrit quando maliciã com-
mittit. nam peccatum in aĩa ſicut lepra in corpo
re oẽs ſenſus ebetat ſcꝫ viſum auditum. ⁊c. Jtem
lepra habet effectus ſeptem vitiorum capitaliuꝫ
ſcꝫ tumorem vt ſuperbia/ ſitim vt auaritia/feto-
rem vt luxuria. ⁊c. tunc leproſus venit ad ieſum
querens mundari: quando peccator penitet de
peccato. et tunc ieſus extendit manum ſue miſe
ricordie et tangit eum ꝑ gr̃am ſuam: et confeſtim
mundatur lepra ſua : ſed iubet vt non ſuperbiat
immo potius humiliet ſe ad pedes ſacerdotis
petens abſolutionem ⁊ penitentiam. ⁊c. Per al-
terum paraliticum: infidelis homo ſignificatur
qui extra eccleſiam chriſti exiſtens caret ſenſu.i.
cognitione veritatis et motu.i. operatione virtu
tis quia ſine fide recta nulla eſt virtus perfecta
Centurio pro eo rogat quando prelatus eccle-
ſie aut predicator eum in fide inſtruit et ab infi-
delitate reuocat cum adiutorio diuine gratie :
cuius fidei merita deus collaudans propter hu
militatem ſuam ſanat ipſum quando gratiam



ei infundit et cor eius illuminat. Cantus of-

Offertorium.

fertorij : Dextera domini fecit virtutem. pſalmo.
117. Eſt vox eccleſie exultantis de predictis mi-
raculis a chriſto factis in cõuerſione vtrorumq̧
infidelium : vnde ipſa eccl'ia augmentatur: con-
firmatur ⁊ exaltatur. Oratio ſecreta: Hec hoſtia
domine: fidelibus preſentibus adaptans offer-
toriũ petit eis emundationẽ a delictis quotidia-

Communio.

nis ad digne celebrãdum eccleſie miſteria. Can-
tus cõmunionis : mirabantur omnes: Luce.4.
notat admirationẽ fideliũ illius temporis de tan
to fructu predicationis euangelij in omnes infi-
deles. Finalis oratio. Quos tantis domine: de
preſentibus noſtri temporis loquẽs petit a deo
vt effectũ predictorum miraculorum deus conti
nuet in eccleſia ſua conuertẽdo infideles ⁊ alios
peccatores.

## Caput ſextumdecimũ

de officio quarte dominice poſt Epiphaniã: quo
principium ꝑſecutionis ac tribulatiõis vtriuſq̧
chriſti inſinuatur.

Argumentum officij.



N ſecũ-
do anno ſue p̃
dicatiõis chri-
ſtus redẽptor
noſter aliqua-
lem contradi-
ctionem ſuſti-
nuit a peccato
ribus quibus
ſua doctria diſ
plicebat. et ſil'r
eccleſia chriſti
poſt conuerſio
nem imperatorum Romanorũ aliquas ꝑſecu-
tiones paſſa eſt ab hereticis arrianis (quorum
primus fautor fuit Conſtantinus imperator et
quidã alij poſt eum) et a tyrannis gentilibus a
fide ſuſcepta apoſtatantibus.i. retrocedentibus
quorum primarius fuit Julianus imperator: de
cuius ꝑſecutiõe (q̃ fuit breuiſſima) vr̃ intelligen-
dum illud Apoc.8. Factum eſt ſilẽtium in celo
eccl'ie militantis quaſi media hora.i. ꝗo tẽpore
q: iſte clauſit eccl'ias xp̃ianoꝝ ⁊ fecit ceſſare diui
na officia. Tali ergo eccl'ie tẽpeſtati officiũ huius
diei correſpondẽs nihil habet ꝓprium p̃ter ora-
tiones ⁊ lectiones que ſunt epiſtola ⁊ euãgeliuꝫ.
nam alia oĩa ex dominicis precedentibꝰ mutua
ri ſolent: eo ꝙ eccl'ia in tempore p̃dicte ꝑſecutio-
nis ab omnibꝰ fere officijs diuinis ceſſauit pre-
terq̃ ab orationibꝰ ſecretis ⁊ doctrinis domeſti-
cis prelatorum. Hinc eſt ꝙ poſt epiphaniam ſo-
la tria officia miſſalia ordinauit eccl'ia quantum
ad cantus chori clericorum. Sex autẽ quantum
ad orationes ep'las ⁊ euangelia. Cum.n. de hac
eadem materia peregrinationis eccl'ie chriſtiane
in ſexta etate copioſius agendũ ſit a Penthecoſ-
te vſq̧ ad aduentũ dñi: abreuiant nũc hiſtorias
hec officia dominicalia in hoc interuallo quoad
ſeptuageſimã ꝓperat eccl'ia. Oratio ergo huius

Oratio.

dominice: Deus qui nos in tantis periculis: al-
legat tribulatiões ſupradictas illius tẽporis (qđ
hoc officiũ cõmemorat) pro peccatis xp̃ianoruꝫ
inflictas: et applicans hyſtoriam ad fideles pre-
ſentes petit auxiliũ gratie dei ad bene ſuſtinen-
das ⁊ ſuperandas tribulatiões ⁊ tentatiões nũc
occurrẽtes. Epiſtola: Nemini quicquã debeatis

Ep'le argumentũ.

Rom.13. in textu apoſtoli cõtinuat ad duas epi-
ſtolas p̃cedentes: ⁊ etiam in materia q: loquitur
de charitate ꝓximis exhibenda. pericula.n. huiꝰ
vite incidunt fidelibꝰ ex torpore fidei: qua iterum
accenſa ꝑ charitatẽ ſtatim miteſcunt mala adiu
uãte deo. Doctrina ergo de charitate erat neceſ-
ſaria fidelibus nõ ſolũ in proſperitate: ſed etiã in
aduerſitate. ideo p̃lati illius tẽporis frequentes
p̃dicatiões habebãt de charitate q̃ ſunt iſte ep'le.
Diuidit v̾o hec ep'la in tres partes. Prima oſtẽ
dit obligationẽ charitatis. Secunda ibi: q̃ enim
diligit. ⁊c. addit rõnem obligationis. Tertia ibi:
plenitudo ergo. ⁊c. infert concluſionem ex dictis.
Predixerat aũt ap'lus pauloante: Reddite oibꝰ

Prima ps ep'le.

ꝓximis debita cui tributũ : tributũ. cui vectigal:
vectigal. ⁊c. vnde cõcludit ita: reddite oibus debi
ta vt nemini quicq̃ debeatis ſolutis debitis: vnũ
tamen eſt debitũ qđ omnibꝰ ꝓximis debetis ſcꝫ
charitas: qđ continue ſoluẽdo nunq̃ ab eo eritis
abſoluti. Curate ergo vt ab alijs debitis ſitis ab

Secũda pars ep'le

ſoluti: ⁊ nõ reſtet aliud debitũ niſi vt inuicẽ dili-
gatis vos. ꝙ aũt charitatẽ debeatis proximis: ſic
facile ꝓbatur: q: omnes fideles ſunt obligati ſer
uare mandata dei: ſed eoꝝ plura ſunt de charita
te qua ꝓximos diligant. ergo nõ poſſunt mãda-
ta dei implere niſi ꝓximos diligant. et vice ver-
ſa q̃ diligit proximũ: legem dei.i. mandata legis
impleuit. q: plura eoꝝ loquunt̃ de dilectiõe pro-
ximi.ſ. mandata ſecunde tabule. Nam nõ adul-
terabis/nõ occides/nõ furaberis/non falſum te-
ſtimoniũ dices/nõ concupiſces rem ꝓximi tui/⁊
ſi qđ eſt aliud mandatũ vt de honore parentuꝫ:
in hoc verbo.ſ. in hoc generali mãdato inſtaura-
tur.i. fundatur ⁊ ꝑficitur ſcꝫ diliges ꝓximuꝫ tuũ
ſicut teipſum. Si enim diligis proximũ: vis ei bo
num ⁊ euitas malũ. et ſi diliges eũ ſicut teipſuꝫ:
vis ei idem bonũ qđ ⁊ tibi/ euitaſq̧ ei illud ma-
lum qđ euitas tibi. Dilectio enim ſicut procurat
bonum amico ita ⁊ euitat maluꝫ eidem. ergo ſi
diligis proximũ ſicut teipſum honorabis eum.
et non operaberis malum contra eum. Hoc

Tertia ps ep'le.

autem p̃cipiunt illa dei mandata ꝙ non agas
maluꝫ cõtra proximũ tuũ. ſicvt nõ velles ꝙ illđ
fieret contra teipſum. Ergo q̇libet homo eſt ob-
ligatus ad dilectionẽ proximi que includitur in
mandatis dei. et ab hoc debito nunq̃ poteſt eſſe
abſolutus ſicut neq̧ ab impletione mandatorũ
dei. quia plenitudo.i. adimpletio legis dei: eſt di-
lectio.i: fundatur in dilectione et charitate. Nam
precepta prime tabule ſunt de dilectione dei: pre
cepta ſecunde : de dilectione proximi. ergo ſine
dilectiõe ꝓximi legẽ dei implere nõ poſſumꝰ: et
fidẽ paruã habemꝰ valde periculis ſubiectam.

Euāgelij argumentum.

¶ In euangelio. Aſcendente in nauiculam ꝛc. Matthei. 8. declarantur pericula ⁊ tribulationes illius etatis eccleſie: quod triphariam diuiditur. Prima pars declarat periculū. Secūda ibi: ⁊ acceſſerunt ꝛc. prouidet remediuʒ. Tertia ibi: porro homines ꝛc. declarat miraculū. Suppoſita litterali intelligentia: myſtice nauicula Petri eſt eccleſia chriſti Petro cōmiſſa. mare eſt iſte mūdus ideſt homines mūdani carnaliter viuētes/ vētus et tempeſtas maris ſunt perſecutiones malorū que eccleſiam dei perturbāt/ cōmouent/ ⁊ inquietāt.

Prima pars euāgelij.

Ergo in illo tempore predicte etatis eccleſie chriſtiane: quādo iam plenitudo gentiū introierat/ ⁊ fidem receperat: aſcendente Ieſu ſaluatore noſtro in nauiculā eccleſie eam ſublimādo ⁊ honorando in hoc mūdo: ſecuti ſunt eum ad aliam vitā per mortem corporalem diſcipuli eius ſancti apoſtoli/ ⁊ alij prelati ⁊ doctores primitiue eccleſie: quib⁹ defunctis/ ⁊ alijs minus ſanctis loco eorū ſubrogatis: ecce ſubito motus magnus ideſt magne perturbatiōis hereticoꝝ/ factus eſt in mari huius ſeculi ideſt hominum mundana querentiū: nam defunctis imperatoribus ⁊ regibus catholicis ſucceſſerunt in romano imperio alij fautores hereticorum: quoꝝ tyrānide nauicula eccleſie catholice fere tota operiebatur fluctibus perſecutionū: in quib⁹ multi chriſtiani paſſi ſunt ob defenſionem fidei catholice: alij fugerūt de ciuitate in ciuitatem/ ⁊ de ꝓuincia in prouinciam a facie perſequentis: alij demū timore perterriti fidem negauerūt.

Secūdu pars euāgelij.

Sed tunc temporis ipſe Ieſus eccleſie princeps dormiebat ideſt admodum dormientis eccleſiā ſuam pati permittebat: quia eam non liberabat. Fideles aūt in tātis tribulationibus poſiti acceſſerūt ad Ieſum per deuotas orationes plurimis dieb⁹: ⁊ adeo clamauerunt ꝙ ipſum excitauerunt ad ſuccurendum eis pſal. 67. Et excitatus eſt tanq̄ʒ dormiens dominus. ꝛc. Dicebāt enim fideles orādo: Domine ſalua nos ab his tribulationib⁹: alias perimus vel corporaliter moriēdo: vel ſpiritualiter fidem negādo. pſal. 43. Exurge quare obdormis dn̄e: exurge ⁊ ne repellas nos in finem: quare faciem tuā auertis ⁊ obliuiſceris tribulationē nr̄am. ꝛc. Excitatus autem ieſus orationibus ſanctorum. Dixit eis hanc increpationem. Quid timidi eſtis modice fidei: q. d. propterea timetis abſorberi a tribulationibus mūdanorum: quia habetis modicam fidē in his que ego promiſi vobis dicēs Mathei vltimo: ego vobiſcū ſum vſq; ad conſummationem ſeculi protector veſter. Tunc ſurgens ieſus in adiutorium fidelium imperauit ventis ⁊ mari. i. tyrannis mundi vt ceſſarēt perſequi eccleſiam ſuam: ⁊ ita factum eſt nam in breui temporis curſu imperatores chriſtiani mala morte deleti ſunt: quibus ſucceſſere alij catholici imperatores ⁊ reges in fauorem fidei ⁊ religionis ſincere: ⁊ ſic facta eſt tranquillitas magna in eccl̄ia dei. Nam ſub talibus principibus ſibi fauorabilibus p̄lati ⁊ alij minores ſacerdotes libere agebant officia diuina: ⁊ publice aperiebant eccleſias vt conuenirent omnes fideles ad diuinum cultū ſolemniter peragendum.

Tertia pars euāgelij.

Porro talem pacem ſubito reditam eccleſie: videntes mundani mirati ſunt de deo: chriſtianorū dicentes: qualis eſt hic deus eorum ⁊ quanta virtus eius: q; venti ⁊ mare. i. imperatores tyranni ⁊ totus fere mundus obediunt et tanq̄ʒ ſubditi eius. Uidemus enim ꝙ ad imperium eius ſubito ceſſauerunt a perſecutione chriſtianorū. q. d. ſignum eſt ꝙ ipſe ſolus eſt verus deus omnipotens in toto mūdo ⁊ in cuius ditiōe omnia ſunt poſita: neq; eſt qui poſſit reſiſtere voluntati ſue quātūcunq; ſit magnus imperator aut dn̄s.

Moralitas.

Moraliter vero ꝓ tempore nr̄o dicimus ꝙ cum iſto menſe Februario cōmuniter fiāt mot⁹ magni ⁊ varij in aere ⁊ tempeſtates i mari: vult eccl̄ia ꝑ iſta corꝑalia nos inſtruere de ſpūalibus. ideo legit hoc euāgeliū ad ꝓpoſitum tēporis. Ubi licet ꝑ nauiculā eccleſia ſignificetur (que fuit anguſta in principio ⁊ ſic erit in fine ſcʒ tempore antichriſti: nunc aūt lata eſt in medio tēpore noſtro) tamen ꝑ hanc nauiculam impreſentiarum penitentiam poſſumus intelligere cuius tempus ſcʒ quadrageſima iam appropinquat. Ait. n. Hieronymus ꝙ penitētia eſt ſcđa tabula poſt naufragium: quia deus fecit nobis nauiculam baptiſmi ad tranſeūdum per mare huius ſeculi in paradiſum. ſed quia in pluribus contingit ꝙ perdant hoīes gratiā baptiſmalem per peccata actualia in etate adulta: fecit deus penitentiam quaſi ſecundam nauiculā ad ſaluandum homines. Incipienti autē facere penitentiam ſepiſſime occurrit grauis tentatio que ſuam penitentiā ꝑturbet ⁊ ceſſare faciat: ⁊ contingit ꝙ deus ꝑmittat aliquanto tēpore illam tentationem non ſtatim liberans eum: ideo hoc euangeliū inſtruit hominē penitentem docens quomodo debeat ad eum recurrere per deuotas orationes ⁊ tam ꝑſeueranter orare donec impetret dei miſericordiam que liberet eum a tentatione illa. qua ceſſante fit quedā tranquillitas in mente eius: que etiā eleuet hoīeʒ in admirationē ſui ⁊ etiā ipſius dei qui poteſt ꝓ libito imperare ventis. i. demonib⁹ ⁊ mari. i. malis hominibus vt ceſſent a tentationibus ad nutum eius. Quia ergo in ſeptuageſima ⁊ deinceps eccl̄ia predicat fidelibus penitentiā: vult hoc euangelio eos premunire monendo de his que accidere ſolent in penitentia: ne poſtea deſperent. Secreta oratio. Concede queſumus omnipotens deus vt huius ꝛc. pro preſentibus petit per virtutem ſacrificij oblati concedi fidelibus illam tranquillitatem de qua in fine euangelij dictum eſt ꝙ olim conceſſit eam ſue eccleſie. Finalis oratio. Munera tua nos domine: eiſdem fidelibus preſentibus optat gratiam dei qua bene vtantur tranquillitate conceſſa/ ſcʒ nō inherentes terrenis bonis: ſed inhiantes celeſtibus.

## ¶ Caput ſeptimūdecimū

de officio. v. dn̄ice poſt Epiphaniā: quo tā xp̄i q̄ʒ eccl̄ie ſue grauior tētatio vel ꝑſecutio deſcribit.





Iberata iam eccleſia chriſti a perſecutiōe malorū imperatorum (quorū morte condigna pax facta eſt iteruʒ ⁊ trāquillitas ab extrinſecis hoſtib⁹) ſucceſſit poſtea alia grauior tribulatio ab intraneis ⁊ domeſticis eccleſie chriſtianis hereticis ſeditionē ⁊ ſciſurā facientibus in populo dei: correſpondenter ad tertium annū predicationis chriſti in quo ipſe multas paſſus eſt inſidias a ſacerdotib⁹ ⁊ phariſeis ac legis peritis de gen̄e ⁊ populo ſuo. Fuit autē illa eccleſie tribulatio peior priore: vtpote in qua chriſtiani in chriſtianos immaniſſime ſeuiebant perſecutionibus tam corporalibus q̄ʒ ſpiritualibus. ⁊ protellata eſt illa ſciſura per trecētos fere annos ⁊ eo amplius in qua greci a latinis chriſtianis multipliciter deuiarūt. Talem ergo temporis qualitatem attendēs officium hodiernum

Oratio.

ait in oratiōe: familiam tuā queſumus domine: petit enim ꝓ preſentibus continuam dei protectionem in pace ⁊ tranquillitate incepta: quatenus deus (in cuius ſola ſpe viuit eccleſia) non permittat eam rumpi ſciſmatibus malorum. Et quia charitas q̄ omnia ſuffert eſt neceſſaria ad impetrandam a deo p̄dictam gratiam eccl̄iaſtice vnitatis: ideo ep̄la: induite vos: Colocenſ. 3.

Epiſtole argumentum.

Correſpondens p̄cedentibus epiſtolis in materia charitatem predicat: eratq; ſermo prelatorum ⁊ doctoꝝ illius temporis ad concordandū fideles ne ſciſmatib⁹ diuiderentur. ⁊ habet tres partes. Prima ſuadet quaſdam virtutes ſanctoruʒ. Secunda ibi: Super omnia autē: cōmendat charitatem perfectorum. Tertia ibi: Uerbum chriſti habitet: requirit ab eis doctrinam paruulorum.

Prima pars.

Imprimis ergo epiſtola vocat v̄tutes veſtes aīe precioſas dicens: Induite vos ſicut boni filij dei quos elegit de mundo ſanctificauit ſuis ſacramētis/ ⁊ dilexit multis gratijs: Induite inq̄ʒ viſcera miſericordie erga ꝓximos quos videtis in miſeria poſitos/ humilitatem in cōuerſatiōe/ benignitatem in locutiōe/ modeſtiam in negotijs/ patientiam in aduerſis/ ⁊ ſitis ſupportantes vos inuicem in oneroſis/ et donantes. i. dimittentes iniurias vobis adinuicem: ita vt quando q̄s habet querellam aduerſus alteruʒ ſuper aliqua iniuria ſibi facta nō querat ab eo vindictā. Huius cōſilij exemplar fuit Chriſtus: qui ex nimia charitate donauit vobis. i. remiſit offenſas fc̄tās contra deum. Uos ergo debetis ſimiliter proximis veſtris iniurias dimittere: quia ad hoc propoſitū inducit chriſtus parabolam Mathei. 18. de ſeruo nequā q̄ dimiſſus a domino cui multuʒ debebat noluit ipſe aliū ſibi conſeruum dimittere.

Secūda pars Epiſtole.

Quamuis autē predicte virtutes magne ſint: tamen ſuper omnia bona animi charitatem habete que eſt vinculum ꝑfectionis in vita humana. Illa enim colligat oēs alias virtutes ad vnum finem optimum qui eſt honor dei: ⁊ proximi edificatio. et pax chriſti que non ſeparatur a charitate: exultet in cordib⁹ veſtris. In qua. i. ad quā pacem vocati eſtis intra eccleſiam dei ſcʒ vt ſitis in vno chriſti corpore miſtico membra adinuicē colligata. et vos coadiuuātia ex charitate. eſtote etiam grati. i. gratioſi adinuicem nō oneroſi.

Tertia pars epiſtole.

Ad hec bona conſeruanda ⁊ continue memoranda: verbum. i. predicatio chriſti habitet in vobis habundanter. i. continue ⁊ frequenter non ſolum publice in eccleſia: ſed priuatim in domibus. et ſitis docentes ⁊ commonentes voſmetipſos in omni ſapientia. i. ſapienter ⁊ diſcrete cauēdo errores ⁊ ſcandalum proximorum. Cōmonentes dico in pſalmis de moribus/ in hymnis de laudibus dei/ ⁊ cāticis ſpiritualibus de eterna beatitudine/ in gratia. i. gratiarū actione cantantes ⁊ pſallentes domino in cordib⁹ veſtris. Similiter in actibus exterioribus omne quodcūq; facitis aut in verbo/ aut in opere/ facite in noīe domini noſtri ieſu chriſti. i. ad gloriā ⁊ honorem eius nō veſtrum. ita ꝙ nihil loquamini vel operemini ex quo chriſtus non honoretur: quia ſic eritis gratias agentes deo patri de bn̄ficijs acceptis ꝑ ieſum chriſtum dominuʒ noſtrum. i. per honorem quem impēditis vnigenito filio eius et domino noſtro ieſu chriſto. Hanc doctrinam licet multi deuote ſeruarent in illa etate eccleſie cuſtodientes vinculum charitatis ⁊ alias virtutes ad proximos: ſanamq; doctrinam predicantes ad ſimplices erudiēdos: alij tamen p̄ſumentes de ſua ſapientia falſaq; doctrina ſeminantes fecerunt ſciſurā in eccleſia chriſti rupto federe charitatis.

euangelij Argumētum.

Hos notat euangeliū hodiernum: Simile factū eſt regnum celorum homini qui ſeminauit. ꝛc. Mathei. 13. in quo ſub parabola ſeminis boni ⁊ mali: diſcretio vere ⁊ falſe doctrine catholicoruʒ ⁊ hereticorum inſinuatur. ⁊ diuiditur in tres partes. Prima eſt de varia ſeminatione. Secunda ibi: cum aūt creuiſſet. ꝛc. agit de vtriuſq; ſeminis diſcretione. Tertia ibi. ſerui autem. ꝛc. prouidet de mali ſeminis a bono ſeparatione.

Prima pars.

Licet autē ſenſus litteralis huius parabole paulo poſt in eodem cap̄lo Mathei declaretur a chriſto de toto curſu huius mūdi ⁊ de fine ei⁹ in die iudicij: tamē ſenſus hiſtoricus eius in hoc officio eſt de bona ⁊ mala doctrina diuerſorum chriſtianoruʒ in temporibus illis quibus hec dominica correſpondet. Unde dicit ꝙ in illo tempore ſimile factum eſt regnuʒ celorum. i. regimen eccleſie chriſtiane homini. i. p̄lato catholico q̄ ſeminauit bonum ſemen. i. bonam ⁊ catholicam doctrinā fidei in agro ſuo. i. in populo ſibi ſubdito de quo apoſtolus. 1. Cor. 3. loquens dicebat ſuis ſubditis: dei edificatio eſtis/ dei agricultura eſtis. ꝛc. Cum autem dormirent per mortem corporalem homines illi ſancti. i. primi p̄lati et doctores qui

Illud bonum ſemen proiecerāt in eccelſia dei. venit inimicus.i.hereticus ⁊ ſuperſeminauit zizaniam.i.falſa dogmata ſeu errores contra fidem in medio tritici bone doctrine ⁊ hoc fecit ad occultandum falſitatē ſue peſtifere ſecte: nam errores veritatibus ꝑmixti non ita clare apparent. non enim eſt aliqua doctrina tam falſa que nō ꝑmiſceat aliq̃ vera ad occultandū errores ſuos. Et abijt.i.occultauit ſe hereticus ſub ſpecie ſanctitatis omnes enim heretici illius tēporis erant ypocrite ⁊ ſanctitatem vite ſimulantes in cibo ⁊ potu atqʒ habitu.

*Seḋa ps euāgelij.*

Sed quantuncunqʒ ſe vellit occultare prauitas heretica tandē eius fallacia detegitur ⁊ a vera doctrina diſcernitur ex fructibus atqʒ effectibus eius: Sequitur enim: cū creuiſſet herba. ⁊ pro ideſt fructuʒ feciſſet vtraqʒ doctrina in moribus hoīm: tunc apparuerunt zizania.i.detecta ſunt falſa machinamenta hereticorum. nam doctrina catholica monſtrauit fructuʒ boni operis in his qui receperunt illam: qꝛ effecti ſunt religioſi/humiles et deuoti: econtra vero falſa doctrina hereticorum fecit malum fructum in hominibus ſcʒ ſuperbiam/contentionem/ſciſmata ⁊ alia id genus. Accedentes autē ad generalia concilia ſerui patriſfamilias.i.prelati catholici ſerui chriſti dixerunt ei per deuotas oratiōes conſulentes eum et quaſi admirantes de tanta peruerſitate hereticoruʒ dixerunt: Domine nōne bonū ſemē doctrine catholice ſeminaſti in agro tuo populo chriſtiano: vnde ergo.i.a quo ſeminatore habet eccl'ia tot zizania hereſum: et acceperunt diuinum rn̄ſum ꝙ inimicus homo.i.hereticus hoc fecerit ex inſpiratione diaboli qui eſt totius nature humane inimicus: et omnibus bonis inſidiatur vt pereant.

*Tertia ps euangelij.*

Serui autem.i.prelati zelo dei cōmoti dixerunt ei: Domine vis imus.i. ſi permittis ibimus cōtra hereticos ꝑ rigoroſam inquiſitionem ⁊ colligemus ab eccl'ia tua omnia zizania ad cōburendum ea: quia ſcimus ea tibi non placere quia ꝑuerſa ⁊ falſa ſunt. Sed diuina prouidentia diſponens omnia ſuauiter vult aliquādo ſufferre hereticos in ſua eccleſia ad exercitium catholicoruʒ poſtea tamen opportuno tēpore puniendos. Ideo reſpondet prelatus illiꝰ temporis ꝙ non erat bonum tunc ꝓcedere contra hereticos quando ipſi multū preualebant in mundo fauore imperatorum ⁊ aliorum malorū principum: nec tunc poterant heretici deleri ſine magno diſpendio catholicorum. ⁊ ideo ꝓlati tūc volentes ſtirpare zizania hereticoꝝ erradicaſſent forte ſimul ⁊ triticum catholicorum. Expectāda eſt ergo temporis opportunitas quādo hoc fiat ſine leſione bonorum fidelium: Interim autem patienter tollerandi ſunt mali. tum quia vt diximus ex diuina ordinatione eccleſia militans ex bonis ⁊ malis cōmixta eſt. tum quia mali exercent bonos in multis actibus virtutum ⁊ ideo vult deus hereſes eſſe vt q̃ probati ſunt firmi in fide manifeſti fiāt. tum deniqʒ quia forte ille qui iſto tempore hereticus eſt ⁊ fidē impugnat: forte alio tempore cōuerſus ad deum: erit catholicus et defendet fidem. Sinite ergo in hoc tempore vtraqʒ ſemina catholicorū doctorum ⁊ hereticorum creſcere.i.ꝓualere ⁊ augeri in eccl'ia vſqʒ ad meſſem.i.vſqʒ ad tempus opportunū fauoris catholicoꝝ: nam tunc dicam meſſoribus meis.i.inquiſitoribus heretice prauitatis: colligite primū zizania hereticorum ⁊ ſeparate eos de medio catholicoꝝ ⁊ collecta in faſciculos ſentētie iudicialis alligate ad comburendū ſi ꝓterui fuerint in ſuis erroribus. triticum aūt fidelium cōgregate in horreū meū que eſt eccl'ia catholica. Tempus opportunum ad erradicādum hereſes ab eccl'ia catholica fuit poſt Innocentiū papam tertiū ſub quo facto concilio generali lateranenſi damnate ſunt hereſes oēs ꝓcedētes fauore catholicoꝝ principū ſecularium. et tunc edituʒ eſt volumen Decretoꝝ quaſi quoddā horreum boni frumēti in eccleſia dei. Deinde ſub Gregorio nono libri quinqʒ Decretaliū/poſtea liber ſextus ⁊ tandem Clementine in quibus ⁊ omnia catholicorū doctorum dogmata cōgregata ſunt ad conſeruandum: ⁊ omnia zizania hereticorū damnata ſunt ad comburendum.

*Moralitas.*

Moraliter autem pro noſtro tempore: eccleſia legit hoc euangelium in tēpore ſeminationis vernalis intendēs per ea q̃ homines exterius agunt. docere eos virtutes ſeminare et vitia extirpare. Debet ergo quilibet fidelis ſeminare bonū ſemen in agro ſuo ſcʒ in anima deuotionem/in corpore penitentiā/in proximo eleemoſynā ⁊ fraternam correctionē. Verū tamen ꝑmittit deus ꝙ mali hoīes mundani inſurgant ſeminātes zizania diſcordiarum: ⁊ perturbent vicijs ſuis pacē reipublice: quos tamen iudices caute debent corrigere ⁊ ad tēpus eos tollerare donec ſine ſcandalo ⁊ periculo bonorum hoc valeāt facere. nam tūc alligabūt malos condigne pene ſcḋm menſurā delictorum. Secreta oratio. Hoſtias tibi dn̄e. ⁊c̄. Clara eſt qꝛ petit gratiā dei et abſolutionē peccatorū: et directionē errantiū malorum. Finalis oratio: queſumus oipotens deus vt illius. ⁊c̄. eandem ſentētiam habet alijs verbis: vocans chriſtū in euchariſtia ſalutare mundi cuius effectum gr̄e deſideramus.

## ¶ Caput decimūoctauū

de officio ſexte dominice poſt Epiphaniam: qḋ finem ſexte etatis ⁊ hiſtorie eccl'iaſtice deſcribit ꝑ vltima geſta chriſti in hac vita mortali.



Vius interualli breuitas cogit nos vt myſteria xp̄i et ſue eccl'ie in ſumma et generaliter ſolum ꝑtractemus in officijs haruʒ dominicarū: ſed in ꝓlixiore interuallo poſt Pen-



thecoſten (cui hoc tēpus correſpōdere diximus) dearticulatius pertractanda reſeruamus. Quia ergo precedens dominica ſuo officio vſqʒ ad hec noſtra tempora peruenit: in quibus erradicatis iam hereticoruʒ zizanijs eccleſia chriſtiana magna pace fruitur in rebꝰ fidei et religionis a trecentis fere annis poſt Innocētiū papā tertium: ideo hec ſexta ⁊ vltima huiꝰ interualli dominica totū reſiduū tempus eccleſie vſqʒ ad finē mundi breui ſermone ꝑſtringit aſſimilans illud vltimo anno predicationis chriſti circa cuius medium ipſe paſſus eſt. nam perſecutio antichriſti futura circa finem mundi erit paſſio eccl'ie in qua diſcipuli ſcandalum patientur quando etiā ſol iuſticie chriſtus obſcurabitur in mētibus hominum: et luna que eſt eccl'ia ſponſa eius nō dabit lumē ſuum ſcientie et gratie ſicut olim faciebat: ſtelle etiam.i.ſapientes ⁊ prelati plurimi cadent de celo.i.de firmitate fidei ⁊ ſācte matris eccl'ie aliaqʒ multa mala in tempeſtate illa euenient populo dei de quibuſ operoſius egimus ſupra in dn̄ica ſcḋa aduētus. Verum poſt paſſionē illam eccl'ie ante finem mundi iterum fides catholica reſurget a mortuis ſicut chriſtus aſcenditqʒ ad celos ideſt ad principes et reges totiꝰ terre: mittet etiā deus ſpiritum ſanctum ſuꝑ diſcipulos ſuos prelatos et doctores fidei: et tandem ꝓdicatione eorum totus mundus ad fidem chriſti conuertetur vt notat Joannes apoſtolus in fine ſue Apocalipſis. Ad hec omnia miſteria reſpiciens officiū hodiernū in his q̃ ſunt ei ꝓpria: proponit hanc orationem:

*Oratio.*

Cōſerua populū tuū deus: ſcʒ in hac rectitudine fidei quam nunc habet ſopitis iam omnibus hereſibus: et vt etiam vita ſit recta: tuo nomini fac deuotum: nomini inqʒ tuo ꝙ eſt Jeſus.i.ſaluatio ita ꝙ deuote querat ſuam ſaluationem. quatenus populus tuus omnino ſubiectus.i.deditus diuinis officijs.i.actibus virtutū maxime religionis que in his officijs eccl'iaſticis ſe exercent: ꝑ talia merita recipiat a te dona temporalia.i.huius vite bona ſcʒ pacem quietem et libertatē: ⁊ ſimiliter ꝑcipiat bona eterna alterius vite que ſemper duratura ſunt in populo fideli ad deū reducto.

*Epiſtole argumentum.*

¶ Epiſtola: Omnis qui diligit fratrem ſuum. I. Joannis. 4. Sub doctrina de charitate conformiter ad ep'las precedentes breuiter enarrat precipua chriſti geſta in vltimo anno ſue predicationis maxime paſſionem/reſurrectionem/aſcenſionē/et ſp̄us ſancti miſſionem/ vt ſimilia denotet fore implenda in populo chriſtiano circa finem mūdi. Habet tres partes. Prima probat ꝙ in charitate fundatur rectitudo fidei. Secūda ibi: in hoc apparuit: declarat ꝙ chriſtus charitatem docuit in geſtis ſue vite: Tertia ibi: chariſſimi ſi deus: concludit ꝙ tandē eadem miſteria operabitur circa fideles eccleſie ſue.

*Prima pars.*

Si ergo volumꝰ in hac fidei rectitudine diutiꝰ conſeruari a deo (qḋ petebamus in oratiōe premiſſa) opus eſt ꝙ nos inuicem ex charitate diligamus. Quia deus charitas eſt fontalis increata a qua omnis alia charitas creata ꝓcedit neceſſario. Omnis ergo qui diligit fratrem.i.proximum ſuum ex deo natus eſt.i.a deo accepit tale donū charitatis: et ſolus ille deum cognoſcit ꝑ quandam experientiam guſtus ſpiritualis. ille ergo habet fidem rectam de deo. e cōtra vero qui nō diligit proximum nō habens charitatem nō nouit deum: quia deus charitas eſt. Per hec itaqʒ verba epiſtola notat magnā cecitatē iudeoꝝ chriſtum ꝑſequentiū ex odio vſqʒ ad mortē quia excecauit eos malicia eorum adeo vt caderent a claritate fidei. et quia chriſti perſecutores figurabant perſecutores ſue eccl'ie circa finem mundi: ideo in eis ſimilis cecitas futura oſtēditur quia vt apoſtolus dicit: Diſcedent a fide quidā in nouiſſimis diebus.

*Secūda pars Epiſtole.*

Qualiter autem deus ſit charitas: ⁊ quantam dilectionē habeat ad nos in hoc apparuit: quoniam filiū ſuum vnigenitū miſit ꝑ incarnationē in mundū vt ꝓdicaret verbis ⁊ miraculis fidem catholicam et ceteras virtutes: vt viuamus ideſt viuere diſcamus ſpiritualiter per eum nos docentem et ſe ꝓponentē nobis exemplar totius ſanctitatis. Item in hoc eſt apparens charitas dei mirabilis erga nos: quia ipſe prius dilexit nos q̃ʒ nos diligeremus eum: dilexit inqʒ opere quia miſit filium ſuū hominē factū immolandum deo in ſacrificio pro peccatis noſtris vt placaretur nobis deus. et poſt mortem ſuam reſurrexit ad vitam glorioſam: vt doceret nos qualiter deberemus prius mori peccatis ꝓteritis et poſtea reſurgere ad nouā vitam.

*Tertia pars epiſtole.*

Ergo chariſſimi ſi deus ita dilexit nos: debemus ⁊ nos ſimiliter diligere ad alterutrū et ſic deū vere cognoſcemus ex operibus. quia deum nemo vidit in hac vita per eſſentiā ſuam: ſed oportet euʒ cognoſcere per opera: et ſi diligimus nos inuicē: deꝰ manet in nobis: et ſimiliter charitas eius in nobis perfecta eſt ac perinde deum in nobis ſentientes cognoſcimus eum: immo iam cognouimꝰ ꝙ in ipſo manemꝰ et ipſe in nobis: quoniam poſt reſurrectionem ⁊ aſcēſionem ſuam de ſpiritu ſancto dedit nobis. et hoc nos vidimus et teſtificamur quando deus pater miſit filiū ſuum ſaluatorem mundi.i.vt ſaluaret mundum. Quiſquis ergo rectam fidem habens confeſſus fuerit ꝙ Jeſus Nazarenus eſt chriſtus.i.meſſias verus ⁊ vere filius dei: ille talis habet charitatem dei et deus in eo manet et ipſe in deo. Securus ergo erit inter preſſuras ⁊ tribulationes mundi. Unde ſequitur a contrario ſenſu ꝙ quādo in eccl'ia dei abūdabit iniquitas ⁊ refrigeſcet charitas ad proximos/eruntqʒ homines ſolum amantes ſeipſos: tunc inſtabunt tempora periculoſa de quibus ꝓdixit apoſtolus: et patietur iterum chriſtus in membris ſuis ſed poſtea reſurget ad nouam vitam: quia reformabitur (vt diximus) populus chriſtianus miſſo de celo ſpiritu ſancto. ⁊c̄.

*Euāgelij argumentum.*

¶ Euangelium: Reſpondēs ieſus cōfiteor tibi: Matthei. xi. Eſt conſolatio fidelium ne frangantur tribulationibus mundi: ſed habeant certam ſpem adiutorij domini. et facit tria. primuʒ eſt qꝛ ſoli populo xp̄ianoꝝ reuelauit deꝰ ſua miſteria.

Secũdum ibi: Omnia mihi tradita.&c.quia chri
ſtus princeps noſter eſt potẽtiſſimus ad facien⸗
dum bona. Tertium ibi: Venite ad me.&c.quia
ſerui dei certam habent conſolationem poſt pe⸗
Prima pars. ricula. Non fecit deus taliter omni nationi ſicut
chriſtianis:neq̃ eſt alia natio tam grandis que
habeat deum ſibi propitium in cunctis petitio⸗
nibus ſuis:et cui deus reuelet ſua miſteria:quia
iudicia ſua alijs non manifeſtauit. veruntamen
ordine quodam deus eccleſie ſue reuelauit ſecre
ta quia teſte Gregorio ſecundũ incrementa tem⸗
porum creuit ſcientia ſanctorum:et quedam po
ſterioribus reuelauit que prioribus ſanctis non
manifeſtauerat.hoc tamen certum habemus ꝙ
ante finem mũdi omnia ſecreta ſanctarum ſcri⸗
pturarum erunt fidelibus chriſti reuelata: inte⸗
rim autem continue magis ac magis detegun⸗
tur miſteria donec omnia fiant.quia ergo in iſta
eccleſie etate finali (cui hec dominica correſpon
det) iam pene omnia ſecreta non ſolum ſacre
biblie:ſed etiam totius officij eccl'iaſtici reuelata
ſunt fidelibus tanq̃ familiaribus dei:ideo qua⸗
litatem huius temporis explicans euangelium
ait:reſpondens ieſus.i.prelatus eccl'ie dixit:ad
deum:confiteor tibi pater domine celi et terre.i.
gratias & laudes ago tibi:qui abſcondiſti hec ſe⸗
creta a multis ſapientibus et prudentibus ante
nos qui erant magni doctores in eccl'ia dei:& in
hac vltima etate reuelaſti ea nobis paruulis in
ſcientia et ſanctitate:ita pater factum eſt nõ me⸗
ritis noſtris ſed tua mirabili prouidentia: quia
ſic fuit placitum ante te. Ideo quamuis indigni:
confidimus de tua miſericordia in neceſſitatib⁹
Secũda pars euã gelij. noſtris quibus tot ſecreta reuelare voluiſti. Chri
ſtus etiam princeps noſter potentiſſimus eſt ad
nos liberandum qui de ſe ait. Omnia mihi tra⸗
dita ſunt a patre meo.i.oẽs creature mihi ſubie⸗
cte ſunt:ac proinde omnes aduerſarij eccl'ie fide
lium:et nemo nouit filium dei quante ſit potẽtie
niſi pater a quo genitus eſt:neq̃ patrẽ quis no⸗
uit quante ſit prouidentie in diſponendis rebus
fideliũ niſi filius qui eſt in ſinu patris:et cui vo⸗
luerit filius dei reuelare:reuelauit autem ſecreta
dei prelatis et doctoribus ſue eccl'ie:ſed vt dixi⸗
mus in ordine quodam & ꝑ ſucceſſiones tempo
rum donec ventum eſt ad hec noſtra tẽpora pro
pe finem ſeculorum & omnium diuinarũ reuela
Tertia ꝑs euan⸗gelij. tionum. Ipſe etiam filius dei vocat ad ſe omnes
ſuos fideles in tribulationib⁹ ſeculi laborãtes:
Venite inquit ad me omnes ſerui mei qui labo
ratis & pro ideſt onerati eſtis multis vexationi⸗
bus mundanorum ego reficiam vos conſolatio
nibus poſt labores. Interim autem tollite iugũ
laboris pacienter quia eſt meũ & a me impoſitũ
propter bonum veſtrum & diſcite a me pacientiã
quam ego in paſſione mea monſtraui:quia ego
mitis ſum et humilis corde:& tales diligo ac ſub
protectione mea cuſtodio. Sic enim inuenietis
per me requiem animabus veſtris et in pſenti
vita & in futura. Iugum enim meum quod ego
impono vobis in hac vita licet videatur mun⸗
danis eſſe graue & laborioſum:tamen reuera eſt
ſuaue & onus meum leue ſi charitas ſit in vobis
que omnia tolleret faciliter. Ad ſenſum aũt mo⸗ Moralitas.
ralem pro tempore noſtro facilis eſt euangelij
adaptatio.quia religioſis neotericis deus mul⸗
ta inſpirauit que magnis ſapientibus ſeculi ab⸗
ſcondit: Deditq̃ eis ſpiritualia chariſmata gra⸗
tiarum que preualent omnibus bonis tempora
libus quibus ditantur ſeculares.et hoc maxime
apparet in religiõe ſancti Franciſci in cuius offi
cio hoc euangeliũ legitur.illa enim religio quã⸗
to ceteris pauperior in temporalibus tanto feli⸗
cior in ſpiritualib⁹ donis. Unde & pater ille ſan⸗
ctus ſtigmatibus chriſti inſignitus ſpeciali quo⸗
dam modo dicitur filius dei.quia omnia que ad
bonum & pfectum religioſum pertinent tradita
ſunt ei a patre ſuo chriſto:et ipſe quaſi bonus fi⸗
lius ꝑ deuotas meditationes nouit patrẽ ſuum
et ſimiliter cognitus eſt ab eo:qui & multa ſecre⸗
ta diuina potuit reuelare ſuis religioſis. quos
ad ſe vocans ait:venite ad me omnes qui labo⸗
ratis in negotijs ſecularibus & onerati eſtis diui
tiarum occupatione:ego reficiam vos ſpirituali⸗
bus epulis. Tollite iugum meum.i.regulã euan
gelicam a me inſtitutam ſup vos:& diſcite a me
paupertatem:quia mitis ſum & humilis corde &
non ambitioſus et cupidus honorum aut digni
tatum huius mundi.et inuenietis requiem ani⸗
mab⁹ veſtris:quia iugum meũ ſuaue eſt & onus
meum leue ſi ex charitate opera fiant. Secreta
oratio: Hec nos oblatio domine:petit fidelibus
cordis mundiciam & renouationem ꝑ grãm dei:
qualem attulerũt noue religiões mẽdicantium.
Oratio finalis:celeſtibus reparati:poſt ſpũales
delicias gr̃e in hac vita petit alias meliores in
futura beatitudine. Demum officium huius do⸗
minice ſexte rariſſimum eſt apud eccleſiaſticos:
quia ſepius ꝓuenitur a ſeptuageſima:et hac de
cauſa in Romano officiario nihil habet ꝓpriũ:
licet quedam alie eccleſie legant ea que expo⸗
ſuimus in hac dominica. Ex his ergo que di⸗
cta ſunt a principio huius ſecũde partis vſq̃ ad
hunc locum patet ſcđm hanc nr̃am expoſitionẽ
hiſtoricam q̃ fuerit intentio eccl'iaſticoꝝ officioꝝ a
die Natalis dñi ꝑ ſeptẽ hebdomades ſcʒ vt de⸗
ſcriberetur ſeptiformis ſtatus eccleſie xpiane a
principio eius vſq̃ ad finem ſeculi ſub breuiſſi⸗
mo verboꝝ compẽdio:ſicut etiã in tẽpore aduen
tus cõmemoratus fuerat q̃drifidus ſtatus antiq̃
eccl'ie.ve.legis a Moyſe vſq̃ ad chriſtum.deinde
vero ad primordia mundi cõmemoranda reuer⸗
tamur. Sed anteq̃ ad ſeptuageſimam tranſea⸗
mus meminiſſe oportet ꝙ circa eam celebratur
in eccleſia dei quolibet anno.i.parum ante vel
poſt feſtum purificationis virginis Marie:quo
filium ſuum vnigenitum in templo Ieroſolimi⸗
tano preſentauit iuxta ritum et morem cerymo⸗
niarum veteris legis:quatenus eis finem impo
neret & propter alias cauſas ſupius dictas in fe⸗
ſto circunciſionis. De cuius feſti expoſitione fue⸗
rat hic caput proprium faciẽdum:ſed illud con⸗



ſulto & ex certo propoſito dimiſimus:eo ꝙ expo⸗
ſitio lr̃alis illius officij de chriſto vero et matre
eius notiſſima ſit omnibus eccleſiaſticis ex com
munibus gloſis:in quibus etiam rationes lr̃a⸗
les miſtice & morales illarum cerimoniarum et
oblationum abunde ſatis declarãtur. Expoſitio
vero hiſtorica eiuſdẽ officij de chriſto miſtico con
ſequenter loquendo ad omnia officia poſt Epi⸗
phaniam expoſita deberet referre omnia miſte⸗
ria illius diei (qui eſt quadrageſimus poſt nati⸗
uitatem domini) ad quadraginta generationes
eccleſie in deſerto gentilium pactas:in quibus
eccleſia purificat et quotidie affert filios ſuos p̃⸗
ſentãdos corã deo in tẽplo celeſtis Jeruſalem.
Sed quia hec imaginatio plenius & magis con
ſone tradet infra in officio prime dominice qua⸗
drageſime:ideo a proſecutione illius expoſitio⸗
nis nunc ſuperſedeamus vſq̃ ad illũ locum.



Ertia pars
libri miſſalis comme
morat tempus deui⸗
ationis preuaricatio⸗
nis & peccati primo⸗
rum parentum alio⸗
rumq̃ poſterum ſuo
rum in primis mun⸗
di etatibus: qui oẽs
a vero deo recedẽtes
ꝑ multa vicia carnis in tm̃ ꝓlapſi ſunt:vt ad co
lenda ydola manufacta ad innumeraſq̃ alias
ſuperſtitiones decepti a demone traherentur.
Simul etiã hec pars (que a ſeptuageſima vſq̃
ad finem ſeptimane paſchalis protenditur)re⸗
currit tempus reuocationis ſeu veteris legis de
quo ſup.in aduentu domini:et omnia fere miſte
ria eccleſie chriſtiane vſq̃ ad hec noſtra proſequi
tur tempora valde particulariter & ſigillatim.

## Caput decimũnonum

de dominica dicta ſeptuageſima:cuius officium
Argumẽtum officij gñale. ad primam mundi etatem pertinens deplorat
lapſum humani generis in primis parentibus:
indicitq̃ penitentie laborem poſteris ſuis: qua
ad priorem ſtatũ releuari ſublimariq̃ valeant.

Septuageſima di
cta eſt hec dominica eo ꝙ ſit
principium numeri ſeptuagin
ta dierum: in quorum officijs
totam ferme mundi hiſtoriam
a principio eius vſq̃ ad finem
intendit deſcribere eccleſia. Et licet hec pars
(que a principio mundi hiſtoriã orditur) debue⸗
rit alias ꝓcedere ordine nature: tamen propter
rationes ſuperius capitulo ſecundo in princi⸗
pio aduentus aſſignatas permutatus eſt ordo.
vnde factum eſt vt hec pars tertia poneretur in
ordine libri miſſalis: proceditq̃ alio artificio q̃
ꝓcedentes ad deſcribenda miſteria eccl'ie. Data
enim nunc prolixioris temporis copia magis ex
tenſe grandia vult explicare miſteria:que in pre
cedẽtibus breuiuſcule pertractata ſunt propter
temporis anguſtiam. Ubi imprimis aduertẽ Primũ notabile.
dum ꝙ ab hac dominica vſq̃ ad vigiliam Paſ⸗
chatis computantur tres et ſexaginta dies labo
ris et penitentie:ſed ad cõplementum ſeptuage
ſime adduntur poſtea ſeptem dies gaudij & leti⸗
cie.i.hebdomas reſurrectionis dominice in cuius
ſabbato eſt finis ſeptuageſime. Et vult ſignifica
re eccl'ia per hos ſeptuaginta dies illos ſeptua⸗
ginta annos captiuitatis Babilonice populi dei
in veteri lege:in quibus predicta varietas mero
ris & leticie legitur contigiſſe. Nam in primis ſe⸗
xaginta tribus annis illius captiuitatis ſcʒ vſq̃
ad Cyrum regẽ populus hebreoꝝ fuit dura ſer⸗
uitute oppreſſus a Chaldeis in Babilone: Cy⸗
rus autem rex adepta monarchia Chaldeorum
fuit principium cõſolationis iudeis:quia conceſ
ſit eis facultatem redeundi ad patriam ſuam li⸗
beratis ab illa captiuitate. Sed quia mortuo re
ge Cyro impeditus eſt reditus iudeorum ꝑ ali⸗
quot annos:ideo totalis liberatio iudeorum ab
illa captiuitate nõ eſt facta vſq̃ ad Darium re⸗
gem:qui remotis omnib⁹ impedimentis liberã
eis facultatẽ conceſſit etiam cum magnis mune
ribus vt redirent ad propria reedificarentq̃ et
templum domini & ciuitatẽ Jeruſalem.& ibi fuit
plenum gaudium iudeorum ac ſi tũc a mortuis
ſurrexiſſent. Ratio autem quare hiſtoria de prin
cipio mundi ſimul inuoluitur cũ hiſtoria de cap
tiuitate babilonica iudeoꝝ:hec eſt:quia humanũ
genus peccato primoꝝ parentum captiuatum
fuit a principio mũdi ſub poteſtate diaboli ſigni
ficati in rege Babilonis. et durauit captiuitas
eius ſeptuaginta generationibus patrum linee
genealogie chriſti: quarũ ſexaginta tres nume⸗
rantur ab Adam vſq̃ ad chriſtum in euangelio.
Luce.3. Chriſtus aũt Eſaie.45. In Cyro rege fi
guratus eſt (vbi ſcriptum eſt: Hec dicit dominus
chriſto meo Cyro cui⁹ apprehendi dexterã.&c.)
qui ſuis ꝑdicationib⁹ & miraculis atq̃ etiam ſa⸗
cramentis ex paſſione ſua virtutem habentibus
dedit libertatem hoĩbus q̃ exire valerent a ca⸗
ptiuitate illa dyabolica. Sed in primitiua eccl'ia
fideles poſt paſſionem chriſti ꝑ ſeptem fere ge⸗
nerationes trigenarias (que ſunt anni prope du
centi & quinquaginta) plurimum impediti ſunt
multiplici pſecutione infidelium ſiue iudeorum
ſiue gentiliũ:donec baptizato imperatore domi⸗
no totius orbis in generatiõe fere ſeptuageſima
a principio mundi: data eſt fidelibus plena li⸗
bertas edificandi eccleſiam dei & Jeruſalem ſpi⸗
ritualem in tota terra. Hoc igitur ſecretũ huma⸗
ne redẽptiõis ꝑ hyſtoriã ſignificat noſtra ſeptua⸗
geſima.in cuius quidem primis ſexaginta & tri⸗
bus diebus captiuatur populus dei ſub ſeruitu
te penitentie propter deum. Uerum in vltimo il
lorum dierum.i.in ſabbato ſancto annũciata in
lectione epiſtole chriſti reſurrectione mox canta
tur Alleluia moraliter denotans abſolutionem

populi dei a captiuitate ieiunij ⁊ penitētie: ⁊ ꝑ hi
ſtoriā liberationē humani gen̄is ꝑ paſſionē chri
ſti a captiuitate diabolica. Sed ꝓpter iperfectio
nē eoꝝ q̄ in illo ſabbato recēter baptizati ſunt: ⁊
ad ſignificandas perſecutiones primitiue eccle=
ſie in ſupradictis ſeptē generationibꝰ ante Con=
ſtantinum imperatorem: poſt aleluia canitur
tractus triſtitie in illo officio. In ſabbato autem
ſequēte (qui eſt finis ſeptuageſime) duplex ale=
luia cantatur ⁊ nullus tractus: ad denotandam
perfectā libertatem ⁊ gaudium fidelium tum ex
miſterio reſurrectiōis chriſti iam celebrato / tum
etiam ex pace data eccleſie poſt Conſtantinum.
Et quia in reſurrectione chriſti ſignificata et in=
choata eſt noſtra reſurrectio: que duplex eſt alte
ra animarum altera corporum: ideo etiā in ſab=
bato ſancto ꝑ vnicum aleluia cum tractu in offi
cio miſſe denotatur ꝙ in ſeptima etate (que eſt
ſabbatiſmꝰ populi dei vt vocat apoſtolus) ſan=
cti homines defuncti habent gloriam animarū
cum miſeria ſuoꝝ corporum in ſepulchris. ſed in
ſabbato ſequente ⁊ octauo ab iſto ꝑ duplicatum
aleluia ſignificat̄ ꝙ in octaua etate (que erit ve=
re finis ſeptuageſime noſtri laboris) ſancti du=
plicem ſtolam glorie habebunt ſcꝫ tam corporū
q̄ꝫ animarū. ¶ Secundo aduertendum eſt ꝙ pri- **Notabile ſecūdum.**
mi ſexaginta tres dies in ſeptuageſima (quos
diximus dies laboris et penitentie) diuiduntur
ab eccleſia in duas partes notabili ⁊ manifeſta
diuiſione ſcꝫ in dies. 21. et dies. 42. nam ab hac
dominica vſqꝫ ad primam dominicā quadrage
ſime excluſiue cōputantur dies viginti et vnus:
ab illa vero vſqꝫ ad Paſcha etiā excluſiue ſunt
dies quadraginta duo. et horum duoꝝ interual=
lorum notabilis eſt differentia in eccl̄ia dei: quia
non eodem modo ſed valde differenter ſe habēt
fideles in vtroqꝫ eorum quantum ad ieiunium
et penitentiam ſuam: ⁊ hoc quidem valde ratio=
nabiliter. ad ſignificandum ſcꝫ ꝙ humanum ge=
nus non vno modo ſed dupliciter ſe habuit a
principio mundi vſqꝫ ad chriſtum ꝑ ſexaginta et
tres gen̄ationes ſue captiuitatis ſpiritualis. qꝛ
primo ſerui dei vixerunt in lege nature: poſtea in
lege ſcripture. Unde non ſine miſterij cauſa cū
Lucas euangeliſta ab Adam vſqꝫ ad chriſtum
numeraſſet ſexaginta tres generationes hoīm:
Mattheus p̄ciſis inde p̄mis. 21. ſolas quadra=
ginta duas generatiōes reſiduas numerauit fa=
ciens exordium genealogie chriſti in Abraham.
Item primos viginti et vnū dies ſeptuageſime
trifariam diuidit eccleſia. i. in tres hebdomades:
quarum due priores abſolute ſunt a ieiunio: ſed
in medio tertie ieiunium indicitur fidelibus ꝑ
quattuor dies: quorum etiam ieiunium notabili
ter differt a ieiunio aliorum. 42. dierum ſequen=
tium ad denotandū ſcꝫ ꝙ in duabus p̄mis mun
di etatibus vſqꝫ ad Abraham fideles viuebant
in lumine rationis naturalis nōdum arctati ad
legem ſcriptam a deo reuelatam (que ieiunium
quoddam eſt ꝓhibens et abſtinere p̄cipiens a
multis q̄ alias licita eſſent) ſed in medio tertie
etatis deus ꝑ Moyſen populo ſuo legē ſcriptā
dedit in multis cerimonijs ſacrificiorum et ho=
ſtiarum: ex quorum ſanguine ⁊ cineribus immū
dicie purificabātur. Precceſſerāt enim quaſi tres
dies illius tertie etatis: quādo deus legem ſcri=
ptam dedit: ſcꝫ deſcenſus hebreoꝝ in Egyptum/
mora captiuoꝝ in ſeruitium: et exitus ſeruorum
in deſertum: et poſtea menſe tertio apparēte do
mino ꝑ nubem in monte Syna legē ferens q̄ſi
aſperſit cineres ſuper capita eoꝝ: pſalmo. 147.
Qui emittit eloquium ſuum terre velociter cur=
rit ſermo eius. Qui dat niuem ſicut lanam ⁊ ne=
bulam ſicut cinerē ſpargit. Per niuem manna/
per nebulam intelligit nubem in qua deus ap=
paruit Moyſi. Hac ergo ratione videtur eccl̄ia
in tertia ſeptimana ꝑmiſiſſe carnes populo per
tres dies. ſed in quarto die ieiunium indicens
fidelibus aſpergit cineres ſuꝑ capita eorum. Et
quia ſtatus illius populi a Moyſe vſqꝫ ad chri=
ſtum ſub lege illa fuit quadrifarius (vt in aduē=
tu oſtēdimus) ideo illi q̄ttuor dies ieiunij in ter
tia ſeptimana ſicut ⁊ quattuor dominice aduen
tus totum ſtatū veteris legis repreſentant. Re=
liqui vero quadraginta duo dies quadrageſime
legem euangelicā ſignificāt: que etiā ieiuniū eſt
ſed multo perfectius quam veteris legis ieiu=
nium. quia vt cōmuniter dicitur lex vetus ex p̄ſſe
nō multū cohibebat animū ſed ſolam manum
ideſt malum opus exterius: lex autem euangeli
ca ſimul cohibet manum ⁊ animū. i. tam interi=
q̄ꝫ exterius malum opus vt patet ex verbis chri
ſti Matthei. 5. Audiſtis qꝛ dictū eſt antiquis. ⁊c̄.
Unde lex vetus erat quaſi ſimplex ieiuniū: lex
autem noua quaſi duplex. ideo ſtatuit eccleſia
ꝙ in quattuor illis p̄mis diebus ieiunij ad legē
veterem pertinētibus fideles poſt nonam ⁊ an=
te veſperos comendant ſimplex ieiuniū facien=
tes. Sed in alijs ſequentibus diebus q̄uadrage
ſimalis ieiunij p̄cepit eccl̄ia vt fideles nō come=
dant ante veſperos qui ad diem ſequentē per=
tinent: vt in eodem die videātur bis ieiunare ſcꝫ
pro illo die ⁊ pro ſequēte. Sed de his feria quar
ta in capite ieiunij plura dicemus. Ex premiſſis
ergo colligamus ꝙ tres prime dominice huius
temporis deuiationis ad principia trium prima=
rum etatum mūdi referuntur ſcꝫ ſeptuageſima
ad creationem/ſexageſima ad diluuium/⁊ quin
quageſima ad tempus Abrahe. qđ etiam oſten
dunt hiſtorie que in matutinis iſtarū dominica=
rum cantantur ex libro Geneſis: vnde ſumun=
tur tam lectiones q̄ꝫ reſpōſoria. Et ille hiſtorie
omnes fuerunt ante legem Moyſi de qua (vt
diximus) agitur in capite ieiunij. ¶ Notandū
eſt tertio ꝙ ſub hoc tempore laboris ⁊ penitētie **Tertiū notabile.**
fidelium eccleſia celebrat quatuor dierū nume=
ros: a quibꝰ prime quattuor dominice huiꝰ tem
poris denoīantur. ⁊ ſunt iſti numeri/dies ſeptua
ginta/ſexaginta/quinquagita/quadraginta. nā
ſicut ſeptuageſima incipiens ab hac dominica
terminatur in ſabbato paſchalis ſeptimane (vt
ſupra dictum eſt) ita ſexageſima incipiet a do=



minica ſequente et terminabitur in quarta feria
hebdomadis paſchalis: et quinq̄geſima icipiet
a tertia dominica poſt hāc ⁊ terminabitur in ip=
ſo die ſctō paſchatis. quadrageſima vero a quar
ta dominica incipiēda finem habebit in quinta
feria cene domini. Poſt iſtas dominicas alie
ſequentes non denominantur ab aliquibus nu
meris: vt dicantur trigeſima / vigeſima. ⁊c̄. ſed
omnes a quadrageſima denominationem acci=
piunt. dicimuſqꝫ dñicam primam/ſecūdam/ter=
tiam in quadrageſima et ſic conſequenter. Et
quamuis aliqui dies hoꝝ numerorum harumqꝫ
denoīationum nō ad dies ſed ad hebdomades
referant: dicētes ꝙ hec dominica dicitur ſeptua
geſima: quia eſt ſeptima āte paſſionē chriſti (que
incipietur in quinta dñica quadrageſime) et ſe=
quēs dominica dicit̄ ſexageſima qꝛ eſt ſexta an=
te eandem paſſionem. ⁊ ſic de alijs duabꝰ: tamē
hoc dictum eſt voluntariū et non plene ſatiſfa=
cit in hoc negotio. ideo aliter videt̄ mihi eſſe di=
cendum ꝙ rationes predictorum quattuor nu=
merorum ſuarumqꝫ denominationum in predi
ctis dominicis: ex duobꝰ ſenſibus officioꝝ reddi
poſſunt. Ex ſenſu quidem hiſtorico rationes cla
re ſunt ex predictis. Dictum eſt enim de ſeptua=
geſima ꝙ ſignificat captiuitatē humani generis
ſub ꝑtāte diaboli q̄ a prima etate incepit. Sexa=
geſima (que ſecundum Hieronymū eſt numerꝰ
viduitatis) oſtendit eccleſie viduitatem. i. dereli=
ctionem a deo: que maxime apparuit in diluuio
et in tota ſecūda etate. Quinquageſima remiſſio
nem peccatorum ſignificat: que fiebat ꝑ circūci=
ſionem queqꝫ incepit in Abrahan in principio
tertie etatis: et durauit ꝑ totum tempus veteris
legis vſqꝫ ad chriſti aduentū. Quadrageſima de
mum ad ieiunium ⁊ penitētiam refertur: que in=
cepit a chriſto ⁊ decurrit per totam hanc ſextam
mundi etatem ſub lege euangelica: poſt quam
nulla alia ſuccedet etas aut lex in populo dei
vſqꝫ ad finem mundi. quare merito eccleſia ſub
quadrageſima non celebrat trigeſimā aut vige=
ſimam. ⁊c̄. Sed prioribus etatibꝰ mundi alie ſuc
ceſſerunt etates ⁊ leges. nam legi nature ſucceſ=
ſit lex Moyſi/⁊ illi/lex chriſti. Ideo ad hoc ſigni
ficandum poſt ſeptuageſimam prime etatis ad
ditur ſexageſima etatis ſecunde/et quinquageſi
ma etatis tertie/atqꝫ quadrageſima ſexte etatis
cui (vt diximꝰ) nulla alia ſuccedet in hoc mūdo.
Ex ſenſu vero morali officiorum eccl̄iaſticorum
rationes hoꝝ numeroꝝ ſic accipi poſſunt. Cum
enim ꝑ hiſtoriam eccleſia (vt diximus) intendat
cōmemorare in hoc tēpore peccata hominum in
prioribus mundi etatibus: quibus a deo ſuo de
uiauerunt: ita etiam ꝑ tropologiam in eiſdē offi=
cijs intendit fidelibus preſentibus penitentiam
predicare: qua a peccatis reſurgant ⁊ ad deū ſuū
redeant: ne ſint ſicut patres eorum puerſi. Pre=
dicti autem quattuor numeri dierum ad penitē=
tiam ꝑtinēt. nam ſeptuagenarius captiuitatem
populi dei reſonat ſub penitentia: qualis fuit ca=
ptiuitatis iudeorum in Babylone. Sexagena=
rius ad obſeruantiā legis dei que in decem pre=
ceptis ⁊ ſex miſericordie operibus cōſiſtit: ex quo
rum multiplicatione confugit talis numerus.
Quinquagenarius iubileum ⁊ remiſſionē ſigni
ficat peccatorum: nam in ve. le. annus quinqua=
geſimus erat iubileus: cui etiam correſpondet
pſalmus quinquageſimus: Miſerere mei deus.
Quadrageſimus deniqꝫ numerus refert̄ ad ieiu
niū vt patuit in ieiunio Moyſi Helie ⁊ Chriſti.
Eccleſia ergo in his officijs primarum etatum
peccata cōmemorans: p̄ſentibus fidelibus peni
tentiam p̄dicat predictis numeris ſignificatam.
ac ſi diceret eis. Filij ſitis in hoc tempore captiui
ſub deo/exercete vos in operibus bonis mādato=
rum ⁊ conſiliorum dei/macerate vos ieiunijs/
et ſic ad indulgentie iubileum peruenietis. Alij
minores numeri ſcꝫ trigeſimꝰ/vigeſimus/et alij
non ſic ꝑtinent ad penitentiam ſignificandam:
ideo ab eis nulla officia dominicalia denoīant̄.
¶ His p̄miſſis in gen̄e de toto tēpore deuiatio=
nis: Dicamus iam de ſingulis officijs in ſpecie a **Argumētum ſpūale de ſeptuageſima.**
ſeptuageſima incipiētes. in qua quia eccl̄ia ſub
typpo captiuitatis Babilonice iudeoꝝ deplorat
humani generis captiuitatem ſpiritualem: ⁊ pre
dicat fidelibus captiuitatē moralem: ideo in offi
cio huius dominice ⁊ aliarum ſequentiū remo=
uet omnia leticie cantica: vt Te deū laudamus/
Glīa in excelſis/⁊ Aleluia. qꝛ populus dei ī Ba
bilone ceſſauit a canticis ſyon dicens illud pſal̄.
136. Quomodo cantabimus canticum domini
in terra aliena. ⁊c̄. Quia etiam humanum genꝰ
ex peccato ꝑdidit gaudium celeſtis patrie quā
deſignat aleluia Thobie. 13. Perdidit leticiam
ſocietatis angelice cuius cātus fuit gloria in ex=
celſis Luce. 2. Tandem ꝑdidit gratiam laudis
diuine q̄ cōuenit omni bone creature pſal̄. 148.
Laudate dominum de celis. ⁊c̄. Moraliter inſu
per denotat per hoc ꝙ penitentia bona conuer=
tit vanam leticiam ſeculi in ſalubrem triſticiam
mentis. Uerus enim penitens mutat leticiam
cordis in contritionem amaram Eſa. 38. Reco=
gitabo tibi oēs ān̄os. ⁊c̄. leticiā oris in confeſſio=
nem accuſatoriam pſal̄. 31. Dixi cōfitebor aduer=
ſum me. ⁊c̄. leticiam operis in ſatiſfactionem la=
borioſā Ro. 12. Sicut exhibuiſtis mēbra vr̄a. ⁊c̄.
Eadē ex cauſa mutat eccl̄ia in hoc tēpore duos
primos ſpalmos laudum (qui ſunt magne leti
cie: ſcꝫ dñs regnauit ⁊ iubilate deo. ⁊c̄) in pſal̄. pe
nitentie vcꝫ miſerere mei deus ⁊ confitemini do
mino. ⁊c̄. Alia multa ī horis nocturnis pariter ⁊
diurnis ſunt ꝑmutata vt quilibet aduertens co=
gnoſcet. Finis ſeptuageſime iam dictus eſt du=
plex in quo leticie cantica reſumuntur: primo in
vigilia paſchatis vbi in nocturna miſſa gloria
in excelſis et aleluia ſimplex cātatur atqꝫ in ma
tutinis te deum laudamus et ſpalmi laudū pre=
dicti recuperantur. Secundo in ſabbato ſequen
te (cuius miſſe introitus eſt eduxit dñs populū
ſuum. ⁊c̄.) cantatur duplex aleluia ratione ſupe
rius dicta. ¶ Prima itaqꝫ mundi etas quā ho=
diernum officium cōmemorat a mūdi creatione

incipiens: humani generis ortum/lapſum/⁊ procurſum filiorum Ade continet vſqꝫ ad diluuiū. aſſimilaturqꝫ (vt Iſidorus dicit) hoīm infantie: que obliuionis diluuio deletur. nemo enim ſue infantie memoriam habet. Similiter neqꝫ mundus habet noticiam de geſtis ſue prime etatis quia nulli remanſerunt ānales autorum illius etatis quia oīa diluuio conſumpta ſunt. ¶ Offi-

**Matutini.** cium itaqꝫ hodiernum p̄ſuppoſita illa prima excellentia in qua creata eſt humana natura: et cōſiderato peccato primorum parentū per qḋ totū genus hominum in multas incidit calamitates et miſerias: ad multaqꝫ vicia declinauit: tam lectiones q̄ꝫ reſponſoria in horis nocturnis et ſiľr antiphonas laudum excerpſit ex hiſtoria p̄me etatis que traditur in primis quinqꝫ capitulis Geneſis. Sed in officio miſſe eccľia hodie penitentiam p̄dicat fidelibꝰ qua iterum ſi fieri pōt: reducantur ad excellentiā ſue prime creationis. Ideo ſtatim in miſſe introitu ipſa velut gemēs inter anguſtias pctōrum ⁊ penarū quaſi ab alto

**Introitꝰ miſſe.** trahens ſuſpiria clamat dicens: Circumdederūt me gemitus mortis ex pſaľ. 17. Poteſt etiam iſte introitus intelligi eſſe vox primi parentis Adā: vel totius humani generis multiplicē ſuam miſeriam deplorantis ſcꝫ culpam cōmiſſam cōtra deum ⁊ penā contractam vel inflictam a deo tā in hoc ſeculo q̄ꝫ in futuro. ꝑ hoc enim quod ait gemitus mortis peccata mortalia gemenda idest dolenda intelligit. penam eternam futuri ſeculi vocat dolores inferni. penam temporalem huiꝰ vite exprimit dicens: in tribulatiōe mea. ⁊c̄. Sed cōcepta fiducia liberationis ab his malis ex miſericordia dei addit verſum: Diligā te dñe: principium eiuſdem pſalmi: quo ꝑ modum orationis conuertit ſe ad deum quaſi dicens ei: tu mihi domine das virtutem ad ſuſtinendum labores hos et cōfido ꝙ tandē eris liberator meꝰ

**Oratio.** et refugiū meum. ¶ Oratio: Preces populi tui: applicat introitum moraliter ad fideles preſentes: qui ſimiliter debent peccata ſua p̄terita plāgere: ⁊ ad deum pro auxilio gratie recurrere quo liberentur a periculis tentationum ne cadant in vlteriora peccata. ¶ In epiſtola autem ⁊ in euāgelio triplex declaratur remediū: quo fideles ꝑ dei miſericordiam liberentur. Primum eſt vt in ſtadio huius vite diligenter currāt ꝑ bona opa. Scōm eſt vt in campo huius ſeculi viriliter pugnent contra diaboli tentamenta. Tertium eſt vt in vinea militantis eccleſie fideliter laborent reſcindendo vitia. nam bene currenti promittitur brauium/pugnanti corona/ et laboranti denarius: qui eſt vita eterna: optimum ergo eſt cōſilium ſancte matris eccleſie pro noſtra liberatione ſcꝫ ꝑ curſum hoſtes fugiendo/per pugnam ab eis nos defendendo/ et per denariū peccata

**Epľe argumētū.** redimendo. ¶ Epiſtola ergo: neſcitis ꝙ hi qui in ſtadio currunt. I. cor. 9. Eſt ſermo prelati ſiue prime etatis ſiue noſtri temporis incitans fideles ad laborem penitentie poſt lapſum peccati ad hoc vt reſurgant ad priſtinum ſtatum: perſuadereqꝫ vult eos ſpe magni lucri ⁊ premij poſt laborem. et hoc triplici exemplo. Primū eſt de currentibus ad brauium Secundum ibi: Omnis enim qui in agone: eſt de concertantibus ad prelium. Tertium ibi: Nolo vos ignorare: eſt de perambulantibus deſertū.

**Prima ps epľe.** Apud homines ſeculares ſolet fieri quoddā ſtadium. i. ſpacium ad currendum ſcꝫ centum et vigintiquinqꝫ paſſuum: in cuiꝰ fine ponitur brauiū. i. munus quoddam quod pro premio dādum eſt velociori curſori. i. ei qui citius ꝑuenerit ad finem ſpacij. Hoc exemplo p̄latus vult incitare fideles ſui temporis ad diligenter currendum per bona opera in ſtadio huius vite nobis propoſito ad lucrandū brauium eterne glorie. et ſicut i ſtadio corporali multi quidem currunt ſed ſolus vnus lucratur brauium: ita in eccleſia fidelium omnes chriſtiani currunt poſt ſuas affectiones ſed nō omnes accipiunt brauium beatitudinis. Nam multi eorum currunt ad diuerſa negotia peragēda querentes temporalia bona acquirere ꝑ ſuos labores. Solus ergo ille accipit brauiū felicitatꝭ eterne qui ſic currit per paſſus bonarum actionum ꝙ ſeruat eccľie ⁊ religionis vnitatem habēs rectam fidem/ſpem/et charitatem. Ergo vos chariſſimi filij ſic currite in eccľia dei vt ſemper proficientes: tandem cōprehēdatis brauium vobis propoſitum pro mercede laboris et curſus in fine vite veſtre. Ad propoſitum ſenſus hiſtorici dicimus ꝙ totum tempus prime etatis mūdi fuit quoddam ſtadium illis hominibꝰ propoſitum ad currendum ꝑ opera meritoria que eſſent impletiones mandatorum dei: que data ſunt eis ꝓ illo tēpore. Sed ferme oēs hoīes illius etatis cucurrerunt ꝑ affectiones carnales ſue ſenſualitatis et omnis caro tūc corrupta eſt ꝑ varia vitia. ſed tandem in fine prime etatis oēs perierūt in diluuio excepto vno ſeruo dei Noe: qui ex meritis ſuis accepit brauium ſue ſaluationis ⁊ ſuoꝝ domeſticoꝝ per archam ex mandato dei factā: que figurauit eccľiam dei in qua modo ſaluant̄ bñ merētes ꝑ opera meritoria vt diximus.

**Secūda pars Epiſtole.** Solet etiā apud hoīes ſeculares inſtitui campus certaminis inter aliquos ſuper corona victorie obtinenda maxime quando eſt ſingulare certamen quod dicitur duellum. i. inter duos. vbi clarum eſt ad experientiam ꝙ omnis homo qui in tali agone cum alio contendit magna vtitur temperantia in cibo ⁊ potu atqꝫ veſtibus in die ſui certaminis ad habendā victoriam de hoſte ſuo: ne forte ſi nimis eſſet oneratus predictis ꝑ intemperantiam: ſuccumberet ⁊ vitā perderet. Spiritualiter autem milicia eſt vita hominis ſup terram Iob. 7. Et colluctatio eſt nobis aduerſus demonem/mundum/⁊ carnē ad Ephe. 6. Ergo non minus eſt nobis neceſſaria abſtinentia ſeu temperantia in noſtro certamine ad habendam victoriam de predictis hoſtibus: q̄ꝫ ſecularibꝰ in ſuo bello: immo magis nobis: quia illis ſolum imminet periculum vite corporalis. nobis autē periculum anime que eſt precioſior corpe. et illi quidem



q̄dē laborāt et abſtinēt vt acquirāt coronā. i. premium corruptibile huius vite: hoc eſt gloriam ⁊ honorem atqꝫ famam apud homines: vel etiam lucrum et rapinam diuitiarum multarū in hoc ſeculo: que ſunt vana ⁊ corruptibilia bona. Nos autem laborantes et abſtinentes propter deum expectamus premiū incorruptibile alterius vite eterne: quod cōſiſtit in clara dei viſione ac fruitione cū ſanctis angelis/ et de quo premio ſanctus Gregorius ait in quadam homelia martyrum. Si conſideremus inq̄t frēs chariſſimi que et quanta ſunt q̄ nobis promittunt̄ in celis: vileſcunt animo omnia q̄ habentur in terris. ⁊c̄. ſequitur. que lingua dicere vel quis intellectus capere ſufficit: illa ſupne ciuitatis quanta ſint gaudia. ſ. angelorum choris intereſſe/cū beatiſſimis ſpiritibꝰ glie conditoris aſſiſtere/ p̄ſentē vultū dei cernere/īcircūſcriptū lumē videre/nullo mortis metu affici/⁊ incorruptiōis ꝑpetue munere letari. ⁊c̄. Quibꝰ v̄bis diuꝰ Gregoriꝰ explicare voluit illḋ apľi pauli. I. Cor. 2. Nō oculus vidit/nec auris audiuit/neqꝫ ī cor hoīs aſcēdit q̄ p̄parauit deus diligētibꝰ illū et citat illḋ Eſaye. 64. Oculus non vidit deus abſqꝫ te que preparaſti expectantibus te. Si ergo premium noſtrorū laborū tantum excedit premium hoīm mundanorum: qꝛ fere in infinitū: que dementia eſſet chriſtianis nolle aſſumere tantū laboris pro premio celeſti: quantū mundani accipiunt ꝓ vano p̄mio terreſtri: Ergo labor penitētie q̄ hodie nobis indicit̄: eſt a nobis deuote aſſumēdus ⁊ libenter exercēdus. Hoīes autem prime etatis mundi qꝛ nimis grauati erant crapula ebrietate ⁊ alijs vicijs carnalibus: vt dr̄ Luce. 17: Victi ſunt ab hoſtibus aīe/⁊ ita perierunt: exceptis paucis q̄ abſtinētes fuerunt ⁊ temperati vt Abel/Enoc/ et Noe cum filijs ſuis. Ego autem prelatus qui hec vobis p̄dico ſum certiſſimus de huius ſentencie veritate tum ex reuelatiōe diuina. ſ. ꝙ labor penitētie eſt remedium neceſſarium ad remiſſionē peccatoꝝ: et pro q̄ deꝰ promiſit ſe daturū fidelibus eternū p̄miū/ et reſtitutionē hoīm ad p̄ſtinū ſtatū. Dixit enī chriſtꝰ in p̄ncipio ſue p̄dicatiōis Mat. 4. Penitētiā agite appropinq̄bit enī regnū celoꝝ. Tū etiā ex experiētia in me metipſo: ego. n. ſic curro in ſtadio mandatorum dei non quaſi tendens in incertum premium: ſic pugno in campo huiꝰ vite cōtra hoſtes aīe non quaſi aerem verberās. i. in vanum ⁊ ſine certitudine victorie. Et inter alios hoſtes aīe pugnās cōtra carnem (que eſt familiaris hoīs inimicus) caſtigo corpus meū ieiunijs ⁊ flagellis alijſqꝫ laboribꝰ. ſicqꝫ maceratum redigo ſubiectū aīe ī ſeruitutē dei: pro q̄ accipiam coronā vite eterne a deo: non. n. decet eū qui alijs p̄dicat penitentiā eſſe vicioſum ⁊ q̄ſi reꝓbū dānari a deo. Huiuſcemodi p̄dicator erat Noe in fine prime etatis mūdi: q̄ vir penitētiſſimus alijs predicabat penitentiā ne forte perirēt in diluuio: pauciſſimi tamen eorum voluerunt ei credere et ideo iuſto dei iudicio quaſi inpenitentes perierunt.

**Tertia ps epiſtole.** Adducitur adhuc aliud exemplū ex hiſtoria veteris teſtamenti de filijs iſrael exeuntibus ab Egypto peccati in deſertū penitentie: q̄ licet eſſēt dilecti a deo vt filij chariſſimi: ⁊ pro q̄bus ipſe multa miracula fecerat et bona plurima eis cōtulerat (qꝛ diuiſit eis mare vt ſicco veſtigio ⁊ ſine periculo tranſirent/ ꝓtexit eos nube ab eſtu ꝑ diem/ illuminauit colūna ignis per noctem/pluit illis manna de celo ad māducandū/et eduxit aquā de petra deſerti ad bibendum. ⁊c̄.) tamē nihilominꝰ voluit deus ꝙ peregrinarentur in deſerto q̄draginta annis agētes penitentiā: ac ſi in ſtadio currerent ad brauiū/vľ in campo decertarent ad triumphū: vt meritum eoꝝ acciperet condignū p̄miū terre ꝓmiſſiōis: quā mercedem labore magni itineris/et diutine pugne cōtra hoſtes fidei acquiſierunt. Eodē mō vult deus nos chriſtianos quantūcūqꝫ filios ſibi dilectiſſimos et chriſti ſanguine redēptos/per baptiſmū conſecratos/et miſterio p̄cioſi ſanguinis ⁊ corpis chriſti refectos: vult inq̄ꝫ eos ſubijcere laborioſis operibus penitentie tum vt non ſimus ocioſi: tum etiam vt ex merito noſtro eterna premia conſequamur: quod cedit in honorē noſtrum. Si autē quis diceret ꝙ non eſt par ratio de nobis et de illis: quia erant homines valde rudes et imperfecti/ nec acceperant tam digna ſacramenta ſicut chriſtiani: qui ſumus eis multo digniores ⁊ magis delicate nutriti a deo noſtro: ideo non eſt rationabile ꝙ deus vellet nos tantis laboribꝰ terere ſicut illos. ⁊c̄. Hoc inquā argumentū refellitur in noſtra epiſtola multipliciter. Primo quia illi fuerunt patres noſtri quantum ad fidē. i. prius crediderunt in chriſtū q̄ꝫ nos/et tam vere fuerunt chriſtiani ſicut ⁊ nos et vt apoſtolus ait eādem fidem habentes quā nos habemus. Secundo quia ſimiliter baptizati ſunt ſicut et nos ſcilicet in tranſitu maris rubri. Tertio quia eandem eſcam ſpiritalem corporis chriſti manducauerunt ſcilicet in manna de celo: quam nos manducamus in eucharistie ſacramento. Quarto deniqꝫ quia eundem potum ſpiritalem ſanguinis chriſti quem nos bibimus in calice: ipſi biberūt in aqua miraculoſe educta de petra deſerti: q̄ quidē petra figurabat chriſtū ſaluatorē nr̄m d̄ cuiꝰ latere exiuit ſāguis ⁊ aqua: vt inde nos lauaremur ⁊ potaremur. Oīa ergo ſacramēta nr̄a q̄bꝰ dignificamur: ferūt eis p̄uſq̄ꝫ nobis miniſtrata quāuis ſolū in figuris: q̄s q̄dē figuras maiores iudeoꝝ optīe intelligebāt/ ⁊ in eis ſacramēta nr̄a credebāt: eaqꝫ reuerēter ⁊ deuote recipiebant: forte tā meritorie ſicut nos mō ea recipimꝰ ⁊ veneramur. nulla eſt ergo rō ꝙ deꝰ velit nos hēre magis delicatos magiſqꝫ a laboribꝰ penīe exēptos q̄ꝫ illos. maxīe qꝛ hec ſexta etas eccľie chriſtianoꝝ ſuperiꝰ dctā eſt tēpus peregrinatiōis ⁊ laboris ppľi dei: vtpote correſpōdēs ſexte ferie in q̄ paſſus ē chriſtꝰ: q̄ etiā p̄dicationē ſuā a ſermone penitētie inchoauit dicēs: penitentiā agite. ⁊c̄. Eadē rō fuit de ſanctis illis p̄triarchis pri

me etatis mundi quia deus voluit eos probare
in multis laboribus et penalitatibus iuxta il-
lud Geneſis primo moraliter intellectum: factū
eſt veſpere et mane dies primus ideſt tempus
prime etatis. per veſpere enim labor penitentie
ſignificatur/ per mane conſolatio et releuatio a
labore teſte pſalmographo: ad veſperum de-
morabitur fletus ad matutinum leticiam. prius
ergo illi ſancti habuerunt fletum penitentie q̄z
conſolationē leticie. Ex toto ergo ſermone epi-
ſtole concludamus ꝙ non ſolum in prima etate
mundi: de qua loquimur per hiſtoriam: ſed
etiam in hac noſtra ſexta etate labor peniten-
tie eſt ſeruis dei neceſſarius ad ſalutem: vtpote
qua reſtituantur ad priſtinum dignitatis ſtatum
euadantqꝫ gemitus mortis et dolores inferni:
quibus (vt in introitu dicebatur) in hoc exilio
Graduale. circumdati ſunt. ¶ Cantus gradualis. Adiutor
in opportunitatibus: ex pſalmo nono. Eſt po-
puli fidelis reſponſio ad doctrinam preceden-
tis epiſtole: qua ad penitentiam concitatus eſt:
et tangit tria. Primo enim laudatur benigni-
tas diuine miſericordie: Tu inquit domine es
adiutor fidelium ſeruorum tuorum i ſuis oppor-
tunitatibus ideſt quando oportet in ſuis neceſ-
ſitatibus et in tribulatione eorum. Secundo eri-
gitur ſpes quam fideles in deo debent habere:
quia ſperent in te qui nouerunt te ſerui tui. ſciūt
enim per fidem quia non derelinquis queren-
tes ideſt inuocantes te in ſuis neceſſitatibus: et
ita confidimus de adiutorio et conſolatione tua
in labore noſtre penitentie. Tertio in hoc can-
tu additur verſus: quoniam non in finem: ex eo-
dem pſalmo. et confirmat quod primo dictum
eſt de benignitate ipſius dei: quoniam non in
finem ideſt ad ſemper obliuio erit apud deum
pauperis penitentis et patientia pauperum nō
peribit ideſt non carebit premio et conſolatio-
ne in eternum. Exurge ergo domine ⁊ de tua mi
ſericordia confidentes adiuua: et non preualeat
homo: ideſt mundus contra nos: quia mali ho-
mines nituntur nos diſtrahere a penitentia.
¶ Poſt graduale non ponit aleluia in hoc tem
pore vt prius diximus: ſed loco eius ponitur
tractus ideſt cantus luctus et meroris aut tri-
Tractus. ſtitie: quia talis cōuenit penitentibus. Tractus
De profūdis clamaui: pſalmo. 129. Eſt clamoro
ſa deprecatio populi penitentis ad deum ꝓ au
xilio conſolationis eius. De profundis inquit ec
clia peccatorum/ vel penalitatum mearum/ vel
ex ꝓfūda humilitate clamaui ad te domine: do-
mine exaudi vocem meam: qua oro vt liberen
tur hi qui in profundo malorum ſunt a miſe-
rijs ſuarum penarum: hoc eſt ne tantum pu-
niantur quantum demerentur iniquitates eo-
rum. Quoniam ſi iniquitates obſeruaueris ideſt
conſideraueris pro quātitate pene infligende: do
mine quis ſuſtinebit ideſt ſuſtinere poterit tan-
tam penam: q. d. nullus. Apud deū etiam ē ma-
gna et infinita propiciatio ideſt remiſſio offenſe
qua ipſe plus poteſt parcere q̄z nos peccare.
Per hiſtoriam iſti cantus intelliguntur eſſe vo-
ces patrum prime etatis mundi: quales fuerunt
Abel/ Enoc/ Noe/ et quidam alij qui propter
deum humiliabant ſe ad laborem penitentie
ſub ſpe remunerationis/ et magni premij/ atqꝫ re-
ductionis ſue ad priſtinum ſtatum dignitatis: a
quo lapſi fuerant peccato primorum parentum.
eſſetqꝫ ſimilis eius expoſitio cum morali que
dicta eſt ex perſona fidelium huius noſtri tem-
poris. ¶ Euangelium. Simile eſt regnum ce-
lorum homini patrifamilias Matthei. 20. aliam Euangelij argumentum.
parabolam affert ad idem propoſitum cum epi
ſtola ſcilicet ad incitandum fideles ad laborem
penitentie ſub ſpe magne mercedis magneqꝫ
exaltationis apud deum. Et habet tres partes.
Prima dicitur locatio operariorum ad vineam
Secunda ibi: Cum autem ſero: eſt retributio la
borantium ad veſperam. Tertia ibi: et accipien
tes: eſt reſponſio ad aliquorum querelam. Sup
ponamus hic litteralem ſenſum ex gloſis com-
munibus: et ꝙ hore iſte q̄ hic notantur non ſunt
hore horologij artificialis quibus communiter
nunc vtimur: ſed ſunt hore naturales ab ortu
ſolis initium ſumentes: quarum quelibet eſt
duodecima pars temporis diurni: ſiue dies ſit
magnus ſiue paruus. vel forte in eccleſia orien-
tali tunc temporis erat vſus horologij integri
viginti quattuor horarum: quod ab ortu ſolis in
cipiebat eas numerare: non a meridie vel a me
dia nocte ſicut incipiunt horologia noſtra dimi
dia. et vtroqꝫ modo accipiendo horas: hora ꝓ-
ma eſt ab ortu ſolis: hora tertia per duas ho-
ras diſtat ab ortu ſolis ipſaqꝫ tertia ſuccedit: ho-
ra ſexta in puncto meridiei terminat: hora nona
tertia ē poſt meridiē/ licet ſit nona ab ortu ſolis:
tandē hora vndecima eſt ꝓpe occaſū ſolis vnius
hore ſpacio ab eo diſtās. Et ſcḋm hāc intelligē
tiā diximus ſupra libro primo hui9/ denoīatas
eſſe horas canonicas diurnas in officio eccleſia
ſtico ſcilicet primam/ tertiam/ ſextam/ nonam/
veſperos et completorium. i. vndecimam et duo
decimam horas. In ſenſu itaqꝫ hiſtorico licet
beatus Gregorius in homelia hoc euangelium
per ſuas horas referat ad totam mundi perio-
dum: dicens illas horas eſſe varias mundi eta-
tes: in quarum qualibet deus miſit predica-
tores ad populum ſuumquaſi operarios in vi-
neam ſuam. ⁊c̄. tamen ſi hoc miſſale officium
debeat concordari matutino nocturno (in quo
hiſtoria prime etatis mundi legitur) rationabi-
liter dici poteſt ꝙ in hoc euangelio deſcribitur
qualitas prime etatis mundi per ſuas genera-
tiones vſqꝫ ad diluuium. Et ad hunc ſenſum.
Simile (inquit) eſt regnum celorum. i. eccleſie Prima ps euangelij.
militantis vel populi dei negocium culture ali-
cuius vinee: nam paterfa. deus qui eſt dñs hui9
vinee Eſaie. 5. vinea dñi ſabaoth domus iſrael
eſt ⁊ pſalmo. 79. vineā de egypto trāſtuliſti. ⁊c̄.
iſte inqꝫ paterfamilias exijt primo mane ideſt a



principio mundi: quia per creationem mundi
exijt ad creaturas: qui prius intra ſemetipſum
manebat in ſolis perſonarum diuinarum eter-
nis proceſſionibus ſeu productionibus. Prece-
teris tamen creaturis homines ſua imagine in-
ſignitos creauit ordinans eos ad beatitudinem
ſue viſionis et fruitionis: ſed ſtatuit eis modum
perueniendi ad eam ſcilicet per opera merito-
ria. ideo deus exijt predicto modo ad primos pa
rentes humani generis conducere eos vt ope-
rarios agricolas in vineam ſuam ideſt eccle-
ſiam in paradiſo terreſtri figuratam: ſcilicet vt eſ
ſent primi paſtores et doctores eccleſie ſue que
mox in Abel iuſto incipienda erat. De hac con-
ductione dicitur Geneſis ſecundo: ꝙ plantauit
deus a principio paradiſum voluptatis/ et tulit
hominem et poſuit eum in paradiſo vt opera-
retur et cuſtodiret illum. ⁊c̄. Cultura primi pa-
rentis debebat eſſe vt ipſe quaſi bonus prela-
tus doceret ⁊ gubernaret filios ſuos ſecundum
omnes virtutes et ſcientias ad ſeruitium dei: et
cuſtodiret eos a peccatis. nam populus ille fi-
liorum et nepotum Ade erat tunc eccleſia et vi-
nea domini ſimul etiam et paradiſus volupta-
tis. fecit etiam conuentionem cum dictis ope-
rarijs ideſt primis parentibus ꝙ pro illo labo-
re ſuo daret eis denarium diurnum ideſt pre-
mium vite eterne: in quo facies ſummi impe-
ratoris dei impreſſa eſt humane menti ſicut fa-
cies regis terreni ſolet imprimi denario argen-
teo. Sed iſti primi parentes negligenter fece-
runt opus ſibi commiſſum (nam preuaricati
ſunt mandatum dei vt patet Geneſis. 3. Et non
bene cuſtodierunt filios ſuos a peccatis: quia
eorum maior Cayn doloſe occidit fratrem ſu-
um iuniorem Abel Geneſis quarto) ideo idem
paterfamilias de9 exiit iterum conducere alios
operarios in vineam ſuam hora tertia prime
etatis mundi: quia tertium filium Ade nomi-
ne Seth (reprobato Cayn peſſimo) elegit in pa
ſtorem eccleſie ſue ad colendum vineam dei q̄
erat populus deſcēdēs ab eo hoc ē ad docēdū ⁊
gubernādū filios ſuos eo modo quo dictum eſt
de Adam. Deditqꝫ deus filijs Seth preceptum
iuſtum vt ſepararent ſe a filijs Cayn reprobatis
et vt non commiſcerentur eis matrimonio. hoc
ſignificant verba iſta: ite et vos in vineam me-
am ideſt ſitis vos ſeorſum eccleſia mea fidelis:
et quod iuſtum fuerit premium dabo vobis iux
ta laborem veſtrum. Sed quia hoc dei manda-
tum filij Seth paulatim neglexerunt (quia vi-
dentes filias hoīm illorum de ſtirpe Cayn eſſe
pulchras: acceperunt ſibi vxores ex eis Geneſis
5) ideo exijt iterum dominus circa horam ſex-
tam. ⁊c̄. quia in ſexta generatione poſt Seth vo
cauit Enoch virum iuſtum et inſtituit eum cul-
torem vinee ſue ideſt prelatum et doctorem ec-
cleſie ſue: vt coleret eam modo ſupra expoſito.
Hiſtoria eius habetur Geneſis. 5. Similiter ho-
ra nona prime etatis ideſt generatione nona a
Seth vocauit Noe virum ſanctum et pium in
prelatū et doctorē eccleſie ſue: vt coleret eā qua-
ſi vineam dei in fide et religione ac ceteris vir-
tutibus neceſſarijs ad ſalutem ei9. Electio atqꝫ
vocatio narratur etiam Geneſis. 5. In vndeci-
ma vero generatione prime etatis qui eſt Sem
filius Noe exiens deus conducere operarios
in vineam ſuam ideſt prelatos et doctores ec-
cleſie ſue: increpauit filios ſanctorum patriar-
charum ꝙ eſſent ocioſi in opere dei ſupradicto:
ideo predicatiōe ſancti Noe iterum inuitauit ho
mines ad laborem fructuoſum in eccleſia dei.
Tandem vero cum ſero ideſt finis prime etatis Secda ps euangelij
factus eſſet voluit deus reddere mercedem ope-
rarijs quos conduxerat ad laborandum in vi-
nea eccleſie ſue: hoc eſt decreuit malis penam ⁊
bonis premium reſtituere: ideo ait dominus vi-
nee procuratori ſuo Noe vt fabricaret arcam Ge
neſis. 6. in qua ſaluaret a diluuio iuſtos negle-
ctis peccatoribus ad ſubmergendum. Unde fa
ctum eſt vt nouiſſimi homines in prima etate
ideſt filij Seth nouiſſimi filij Ade ſecundum
narrationem ſacre ſcripture: prius reciperēt mer
cedem a deo q̄z primi ideſt filij Cayn qui fuit pri
mus in filijs Ade. et ita in retributione que fa-
cta eſt in fine prime etatis deus pretulit nouiſ-
ſimos primis. Cum ergo veniſſent ad recipien-
dam mercedem a deo homines qui vocati fue-
rant circa horam ideſt generationem vndeci-
mam vt Sem Cayn/ et Japheth filij Noe: acce-
perunt ſingulos denarios gratie dei quam me-
ruerant pro obſeruatione decalogi mandato-
rum dei: et preter hoc admiſſi ſunt in arcam
ad ſaluandum vitam ſuam a ſubmerſione di-
luuij. Uenientes autē ⁊ primi ſcilicet filij Cayn
et reſidui filiorum Seth acceperunt ⁊ ipſi ſingu-
los denarios ideſt legem nature decem prece-
ptis explicate: quia tam iſtis q̄z illis deus dedit
legē nature: qua poſſent et ſibi ⁊ proximis bene
agere. et hoc ſufficiebat ad ſalutem anime pro il
lo tempore: quando adhuc non erant inſtituta
ſacramenta nec alie cerimonie legis dei reuela-
te. Sed legem nature filij Seth deſcendentes
per Enoch et Noe obſeruauerunt quia bene
vſi ſunt naturalibus: e contra vero filij Cayn
et plures ex filijs Seth corrumpētes naturam
humanam legem nature trāſgreſſi ſunt. Merito
ergo illi antepoſiti ſunt iſtis in donis dei: qui
reddens mercedem operarijs eccleſie ſue dixit
incipiendum eſſe a nouiſſimis et vltimo perue-
niendum ad primos: vt fierent nouiſſimi primi
et primi nouiſſimi. Uidentes autem filij Cayn
ſuperbiſſimi ꝙ deus preferebat eis filios Seth
in donis ſuis. murmurare ceperunt aduerſus Tertia ps euangelij
patremfamilias deum quaſi iniuſte ageret cum
eis. qui cum eſſent maiores natu et principa-
liores in ſeculo (nam ſacra ſcriptura Geneſis. 6.
vocat eos gygantes ⁊ potentes in ſeculo atqꝫ vi
ros famoſos) putabant ſe eſſe ſapiētiores ac di-
gniores magiſqꝫ preferēdos in omnibus donis

dei. ideo ſpernebant filios Seth tanꝙ abiectos et nouiſſimos hominum / dedignabanturqꝫ doceri ab eis in aliquo: et propterea contempſerunt predicationem Noe quam faciebat eis ex mandato dei: et dicebant: hi nouiſſimi vna hora fecerunt. ⁊c. i. modo venerunt ad eccleſiam dei et parum ſciunt in lege nature: iniuſtum eſt ergo ꝙ preferantur nobis immo ꝙ equiperentur. Dicebant ergo murmurantes contra deum: pares illos nobis feciſti in autoritate docēdi qui magis laborauimus in eccleſia dei / et portauimus pondus mandatorum tuorum per totum hunc diem prime etatis i magno eſtu laborum. Sed iuſtiſſimus et pientiſſimus omnium parens probat ſe hominibus nihil debere / eiſqꝫ ſua dona gratis ⁊ libere communicare: ideo reſpondens generationi Caym ait: Amice non facio tibi iniuriam: ſi diſtribuam bona mea maxime ſpiritualia pro libito hominibus quos elegi. ſatis eſt ꝙ tibi dedi mercedem tuam pro tuis laboribus ideſt abundantiam bonorum corporalium que bona tuis laboribus procurabas. tolle ergo ꝙ tuum eſt ſecundum preſtitutionem tui appetitus. et vade. i. recede a me per mortem: Uolo autem huic nouiſſimo populo filiorum Seth largiri bona ſpiritualia gratie et ſcientie dei ex quo tu occupas temporalia. An oculus tuus neqꝫ ideſt inuidus eſt: quia ego bonus ideſt liberalis ſum in donis meis? quaſi dicat imitaris naturam patris tui Caym qui ex inuidia fratrem ſuum occidit. Nunquid propter tuam inuidiam non licebit mihi facere quod volo de bonis meis: vt donem ea quibus voluero? Tandem vero in fine prime etatis mundi nouiſſimi ideſt filij Seth in domo Noe facti ſunt primi ideſt meliores in retributione pro operibus ſuis: quia ſaluati ſunt per arcam a diluuio. et e contra primi ideſt filij Caym cum multis alijs facti ſunt nouiſſimi ideſt deteriores in retributione quia perierunt in diluuio. Sed licet multi filiorum Seth vocati fuerint ad fructuoſum laborem in vinea dei predicatione patrum ſuorum: tamen pauci ex eis meruerunt eſſe electi ad hoc vt ſaluarentur per arcam. Nam exceptis Noe et filijs ſuis omnes alij perierunt cum filijs Caym in diluuio.

Moralitas. ¶ In ſenſu autem morali pro fidelibus noſtri temporis hoc euangelium dupliciter poteſt exponi ſecundum ꝙ duplex eſt vinea dei ſcilicet vel tota eccleſia / vel vniuſcuiuſqꝫ hominis conſciētia. Prime vinee (que eſt magna) paterfamilias eſt prelatus: qui per ſingulas dominicas huius temporis quaſi per ſuas horas conducit fideles ad laborem penitentie tam in officijs eccleſie ꝙꝫ in ſermonibus ad populum. procurator huius patriſfamilias poteſt dici curatus parrochialis qui miniſtrat ſacramenta fidelibus imponitqꝫ eis determinatos labores penitentie. Et conuenit hoc euangelium qualitati temporis quia legitur circa principium veris quando homines incipiunt vinearum culturam et conducunt operarios ad eam: quatenus per hec corporalia ſenſibilia que manibus pertractant manu ducantur ad ſpiritualia procuranda que ſunt eis valde neceſſaria. Exijt ergo predictus paterfamilias ille ſcilicet fidelis ſeruus et prudens quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam hoc eſt prelatus eccleſie primo mane ideſt in hac prima dominica huius temporis que dicitur ſeptuageſima: cōducere fideles ſibi ſubditos quaſi operarios ad laborandum in vineam ſuam que eſt eccleſia catholica: ſub conuentione facta ex denario diurno ideſt premio pro labore vnius diei. nam hoc tempus in quo eccleſia penitentiam predicat diei comparatur ad Epheſios. 5. Fuiſtis aliquando tenebre ideſt peccatores nunc autem per opera penitentie eſtis lux in domino. Denarius vero quem promittit prelatus vere penitentibus conferendum in fine huius diei ideſt in Paſchate eſt euchariſtie ſacramentum in quo impreſſa eſt imago regis celeſtis. i. filius dei qui eſt imago patris ad Colocenſ. 1. Ipſe eſt imago inuiſibilis dei. ⁊c. Hora tertia ideſt in dominica ſequente que et ſexageſima iterum idem paterfamilias exiet cōducere alios operarios quos inueniet ocioſos ideſt vacantes a bono opere in foro huius mūdi: vbi foras ſe poſiti in rebus ſecularibus non curant interiora conſcientie ſue: et ſub alia parabola de ſeminatione agrorum promittet eis mercedis fructum quod iuſtum fuerit iuxta laboris qualitatem hoc eſt alijs fructum trigeſimum / alijs ſexageſimum / alijs denique centeſimum. Iterum circa horā ſextam ideſt in quinquageſima et hora nona. i. in prima dominica quadrageſime alijs modis idē prelatus inuitat fideles ad penitentiam ſub ſpe iuſte mercedis. Tandem circa vndecimam horam que poteſt dici dominica quarta quadrageſime: ideſt circa finem predicationis et officiorum de penitentia: reprehenſis ocioſis fidelibus qui nolunt agere penitentiam (quos clariſſime notat epiſtola illius diei) conducit eos ad laborandum in vinea ſua ad ſenſum predictum. Dicitur autem illa dominica hora vndecima huius temporis: quia poſt illam vſqꝫ ad finem quadrageſimalis ieiunij non reſtat niſi vna hiſtoria paſſionis chriſti domini quaſi vna hora huius diei. Ab hac igitur dominica ſeptuageſime vſqꝫ ad illā quartam quadrageſime prelatus ſemper hortatur ſuos fideles ad penitentiam promittēs eis magnum premium ſacramenti euchariſtie in ſero: ideſt in fine quadrageſime: quando fidelibus vere penitentibus in paſchate proponetur menſa domini per curatum ſuum parrochialem qui eſt huius domini ꝓcurator vt diximus.

Alia moralitas. ¶ Secūde vinee licet parue: ꝙ eſt hoīs ꝯſciētia ad modum vinee colenda: paterfamilias eſt deꝰ: eius procurator eſt angelus cuſtos hominis qui per ſingulas eius etates quaſi horas vite ſue vocat hominem ad colēdum vineam conſcientie ſue. et hoc vel per interiores inſpirationes / vel per exteriores ꝑdicatorum voces. Prima hora que et mane eſt hominis puericia: in qua homo primo incipit vti ratione et libero arbitrio: et ſtatim proponitur ei denarius mandatorum dei ſi velit ad vitam ingredi eternam que eſt premiū ſui laboris diurni ideſt totius vite ſue. Hora tertia eſt adoleſcentia / hora ſexta que et meridies eſt iuuentus et perfectus hominis ſtatus aut plena etas. Hora nona prope occaſum mortis eſt hominis ſenectus. Et in his omnibus etatibus non ceſſat deus hominem vocare ad laborem penitentie et cultum ſue conſcientie promittens ei quod iuſtum fuerit premium: non quidem ex condignitate operis abſoluta: ſed ex diuina ordinatione gratuita. Sed in ſenectute nondum agentes penitentiam reprehendit deꝰ tanꝙ ocioſos / pigros / et ſomnolentos in re tam neceſſaria ad ſalutem anime ſue. Tandem in fine vite hominis quod eſt veſpere retribuitur homini denarius glorie: aperiturqꝫ ei ianua vite eterne: ad quam introducitur per procuratorem angelum cuſtodem. ⁊c. Quamuis autem omnibus fidelibus vere penitentibus idem denarius euchariſtie vel gratie vel glorie tribuatur in fine diei: non tamē ſemper eodem ordine ſeruato quo ad laborem penitentie vocati venerant: ſed ſepius fiunt ex diuina prouidentia nouiſſimi primi et primi nouiſſimi. quia multi ex fidelibus vltimo venientibus ad confeſſionem et ſacramentum penitentie in quadrageſima prius et deuotius communicant de ſacra euchariſtia quam alij qui prius confeſſi fuerant: multi etiam circa finem vite ſue conuerſi ad deum prius tranſeunt ad paradiſum ꝙꝫ alij ab ineunte etate et iam diu conuerſi. Hec differentia patuit in Joanne euangeliſta: et in latrone cum chriſto crucifixo. deus enim liberalis donator gratie ⁊ glorie cum nulli homini ſit debitor: omnes bene operantes premiat vltra condignum. Romanoꝝ octauo. Non ſunt condigne paſſiones huius temporis. ⁊c. ſed ſecundum conſilium voluntatis ſue hos vel illos preponit aut poſtponit in reddenda mercede. Unde ceſſat ratio murmurationis fidelium contra deum: quare ſcilicet illos qui vna hora fecerunt in vinea domini: ideſt paruo tempore laborauerunt in penitentia: pares facit vel etiam preponit illis qui portauerunt pōdus et eſtum totius diei: ideſt vite ſue in penitentia: vel in alijs laboribus operum eccleſiaſticorum: vel etiam qui cōtinuant ieiunium totius quadrageſime. Ad hoc enim dubium duplex datur reſponſio. tum quia deus nulli facit iniuriam in his que mere gratis dat hominibus et non ex obligatione: ſi alium ſibi equiperet aut preferat pro libito ſue voluntatis. ſatis eſt enim ꝙ cuilibet homini ſibi bene ſeruienti in fine ſui laboris pleniſſime dat mercedem ſibi promiſſam ex conuentione vel pacto legis ſue. illa ergo mercede recepta quilibet fidelis debet eſſe contentus immo et tenetur, laudare deum qui premiauit eum vltra condignum. tum ſecundo quia preter meram dei voluntatem propter aliquem finem bonum deus aliquos fideles iam diu ſibi ſeruiētes adhuc detinet in hac vita mortali premiandos in alia: aſſumptis iam alijs ad gloriam qui minus ei ſeruierant in hoc mundo: quia forte illi ſunt magis vtiles et neceſſarij in eccleſia dei: res etiam eorum agitur per continuum augmētum ſuorum meritorum quo poſtea promouebuntur ad maius premium: iſti vero forte ſi amplius viuerent deprauarentur et ſic damnarentur: quare deus melius eis conſulens rapit eos ab hac vita per mortem ne malicia immutaret cor ſuū vt ſcriptura dicit. Nulli ergo fideliū ſit cura de ordine ſue ꝑmiatiōis ſi ex diuina ꝓuidētia fiāt nouiſſimi primi et primi nouiſſimi: ſed de hoc potius dolere debet ex charitate ꝙ multi ſunt vocati a deo et ab eccleſia ad agendam penitentiam et colendam dei vineam: ſed pauci ſunt electi ad gratiam et gloriam: quia nolunt venire ad penitentiam quin potius eam contemnunt. contra quos loquitur deus Prouerbiorum primo. Uocaui et renuiſtis / deſpexiſtis omne conſilium meum: ego quoqꝫ in interitu veſtro ridebo.

Offertorium. ¶ Cantus offertorij. Bonum eſt ꝯfiteri dño pſal. 91. Eſt reſponſio fidelis populi compuncti ex doctrina euangelij: et ſiue referatur ad patres antiquos prime etatis mundi: ſiue ad fideles noſtri temporis eadem eſt ſententia ſcilicet ꝙ bonum ideſt melius eſt confiteri domino. i. laudare deum de ſua magna liberalitate in nos immeritos: ꝙꝫ aduerſus eos murmurare ſuper ordine premiationis bonorum: vel de ſua gubernatione temere iudicare. Secreta oratio: Muneribus noſtris: applicans offertorium ad preſentes orat deum: vt velit munera noſtra per ſacerdotem ſibi oblata in altari pariter ⁊ orōnes nr̄as ſuſcipere ⁊ exaudire ad obtinēdā ab eo grām vere penitētie ꝓ cordis noſtri mūdicia.

Communio. ¶ Cantus cōmunionis: Illumina faciem tuā ex pſal. 30. Oratio eſt ꝟe penitētis: ꝙ petit a deo lumen gratie ⁊ ſaluationem anime: nō quidē ex meritis ſed ex miſericordia dei qui non confundit eos qui deuote inuocāt eum. Et ꝑ hiſtoriam poteſt eſſe vox Noe ⁊ filiorum eius ante diluuiū qua petebāt ſaluari in eo. Ultima oratio: fideles tui deus: optat vt preſētes fideles iam penitentes deus firmet. i. confortet et adiuuet in laboribus ſuis: quatenus per gratiam dei continuātes penitentiam mereantur denarium glorie ad quam tendunt.

## ¶ Caput vigeſimū de officio ſexageſime: in ꝙ cōmemorata calamitate ſecunde etatis mundi: eccleſia cōcitat fideles ſuos ad opera miſericordie cum proximis.

Argumētū officij.



Uemadmodum homo ī ſecunda ſua etate (que et puericia dicitur) quaſi ſtolidꝰ eſt valde mutabilis ad ludos et ad multas vanitates declinans: quarum poſtea meminit (quia illa etas ſicut prima non deletur obliuione) nec apta eſt ad generandum: bene tamen ad differendum linguam / memoriam / et ingenium ſecundum varias artes liberales maxime ſermocionales ad diuerſas linguas addiſcendas: eodem modo Iſidoro teſte totum genus humanum admodum vnius hominis agitur per conſimiles etates: quarum prima ad diluuium terminata / et a memoria hominum abolita infantie aſſimilata eſt. Secunda vero etas mundi (quam in hodierno officio commemoramus) a Noe incipiens et in Abraham terminata puericia mundi dicenda eſt: in qua humanum genus quaſi ſtolidum et puerile ad multas vanitates diuertit: quarum memoria in libris hiſtoriarum poſita eſt: nec in ea generatus eſt populus dei vt ab infidelibus diſcerneretur. Inuente ſunt tamē tunc a filijs et nepotibus Noe varie artes mechanice ad neceſſitates vite humane pertinentes. maxime autem ad diuerſa ydiomata inuenienda (que in turri Babel diuiſa ſunt iuxta numerum nepotum Noe ſeptuaginta et duo) lingua hominum aptata et diſerta eſt iuxta finem illius etatis. Hec vero dominica illam etatem commemorans dicta eſt ſexageſima: eo ꝙ ſecundum Hieronymum numerus ſexaginta ad viduas pertinet: ſi deſcriptio eius in digitis manus ſiniſtre aduertatur: poſita ſummitate indicis ad radicem pollicis: viduitas autem eccleſie dei a ſecunda incepit mundi etate: qua deus homines deſeruiſſe videtur: ipſis ad alios deos declinantibus: tunc enim ydolatria dicitur incepiſſe cum qua et viduitas eccleſie: vt diximus: Poteſt tamen dari alia huius denominationis huiuſqꝫ numeri ratio iuxta ſenſum moralem huius officij. Senarius enim numerus ad laborem pertinet. Exodi. 20. Sex inquit diebus operaberis quia ſex diebus deus fecit celum et terram: vt inde ſignificaretur ꝙ populus dei in ſex mundi etatibus laboraturus erat teſte apoſtolo Hebreorum quarto. Labor vero eius vtilis et deo acceptus conſiſtit in impletione mandatorum dei et ſuperaddendo opera conſiliorum que alias dicūtur opera miſericordie: et Matthei. 25. Sex numerantur a chriſto dicente: eſuriui et dediſtis mihi manducare. ⁊c. Ducto autem denario mandatorum in ſenarium operū miſericordie accreſſit inde numerus ſexagenarius a quo ſexageſima denominatur: quia hec dominica eſt principium ſexaginta dierum intra ſeptuageſimam: in quibus eccl'ia predicat fidelibus vltra penitentiam exercitium in operibus miſericordie cū proximis: huius ſignum eſt quia in fine ſexageſime (que eſt quarta feria hebdomade paſchalis) introitus miſſe eſt: venite benedicti patris mei: qui loquitur de premio operum miſericordie quod dabitur ſeruis dei in ſeptima mūdi etate poſt labores ſex aliarum: ⁊ tunc ſponſe prius vidue aperietur ianua celeſtis ſponſi / perfrueturqꝫ eius amplexibus in gloria et ſic percipiet ſui laboris fructum ſexageſimum pro his bonis que cū labore ſeminauit: iuxta illud pſalmi: qui ſeminant in lachrymis in gaudio metent.

Matutini. In officio ergo nocturno tam lectiones ꝙ̄ reſponſoria ſumūtur ex libro Geneſ a capite ſexto et deinceps: in quibus narratur hiſtoria ſecunde etatis que incepit a diluuio: vbi per arcam Noe ſaluata eſt eccleſia a morte corporali ꝑ quam vt ſupra diximus ſignificari poteſt penitentia ⁊ alia bonorum operum exercitia quibus eadē eccleſia dei ſaluatur a morte ſpirituali anime.

Introitꝰ miſſe. ¶ Introitus miſſe: Exurge quare obdormis dñe: pſal. 43. Poteſt intelligi per hiſtoriam eſſe orō Noe ⁊ ſuorum domeſticoꝝ natantium in arca ſuper aquas diluuij: qui cum ibi clauſi fuiſſēt per multos dies in magno periculo ſubmerſionis: orantes clamabant ad deum pro ſua liberatione: qui eorum videbatur iam eſſe oblitus: et dicebant: exurge domine adiuua nos et libera nos ab hac tribulatione. quare obdormis: ideſt ad modum dormientis non audis nos tam diu clamantes ad te. Exurge obſecramus ne repellas nos a te in finem ideſt in perpetuum. quare faciem tuam auertis a nobis et obliuiſceris tribulationem noſtram: ideſt periculum in quo ſumus. adheſit in terra venter noſter in continua oratiōe proſtratis nobis coram te. et licet hec videatur querelloſa oratio ad deū: additur verſus: Deus auribus noſtris audiuimus: principium eiuſdem pſalmi: quo profitebātur ſe certā ſpem habere in deo de ſua liberatione ab illo periculo: et hoc ex teſtimonio patrum ſuorum qui predicauerant eis veram fidem de dei miſericordia. Ad ſenſum vero moralem eccleſia noſtri temporis: que in dominica precedente (viſa multitudine peccatorū in populo dei) quaſi deſperās clamauerat: circundederūt me gemitus mortis. ⁊c. Hodie ſentiens iam multos ad penitentiam cōmotos ex doctrina illa: reddit ad ſe concepta fiducia ⁊ petit auxilium dei in tribulationibꝰ penitentiū dicens: exurge domine adiuua nos. ⁊c. Ubi verbum exurge repetit ter ad denotādum triplices eſſe filios ſuos pro quibus orat. Quidā enim eorum tentantur ſed nondum ſunt ſuperati a tentatione: et pro eis orat dicens: exurge q̄re obdormis domine. i. tardas ſuccurrere eis.



Alij iam ſunt deuicti et tentationi ſuccumbunt: pro quibus addit: exurge ne repellas eos in fine ideſt in perpetuum ſed aliquando reuoca eos. Alij deniqꝫ ſunt de victoria tentationis gaudentes et iam ab illis tribulationibus liberi: et pro iſtis ſubdit: exurge domine adiuua nos ſcilicet ad perſeuerandum in bono et libera nos a malo. Uerſus clare intelligitur ad hoc propoſitum. Ad hunc ſenſum moralem applicat introitum oratio ſequens: Deus qui conſpicis: petit enim auxilium gratie dei pro penitentibus: qui de ſuis viribus naturalibus nō cōfidunt ad perſeuerandū in tot ⁊ tantis laboribus. et ad facilius impetrādam gratiam dei interponit patrociniū apoſtoli Pauli / qui fuit doctor gentium ⁊ plus omnibus laborauit in eccleſia dei per opera penitentie vt epiſtola ſequens declarabit.

Epiſtole argumentum. ¶ Epiſtola. Libenter ſuffertis inſipientes. 2. Corin. 11. Eſt doctrina exhortatoria boni prelati ſiue ſecūde etatis ſiue noſtri temporis ad veros penitentes aut aliter deo ſeruientes: qua intendit eos confortare ac ſolidare in laboribus penitentie ⁊ aliorum operum miſericordie vt patienter eos tollerēt propter deum. Et ſuppoſito ſenſu litterali quo apoſtolus Paulus fidelibus ſui temporis ſe propoſuit in exemplum patientie / penitentie / et tollerantie laborum propter charitatē dei et proximorum: vt ipſi fierent imitatores eius in predictis virtutibus: que pro illo tempore erant valde neceſſarie nouis chriſtianis ſiue ex iudeis ſiue ex gentilibus exortis. Senſus tamen huius epiſtole ad intentionem hiſtorie ſecunde etatis in hoc officio commemorate: et ſecundum qualitatem temporis in quo ipſa legitur iuxta principium verſus: ⁊ in tempore deuiationis / quando aguntur officia de penitentia ⁊ de alijs operibꝰ bonis: debet eſſe proportionalis ſenſui apoſtoli: vt ſcilicet quilibet bonus prelatus ſeſe exhibens in exemplum fidelibꝰ ſibi ſubditis commoneat eos ad perſiſtendum in actibus laborioſis bone vite et penitentie iam incepte. Et diuiditur hec epiſtola in tres partes ad hūc ſenſum. Prima proponit quandam ſalubrem exhortationē. Secunda ibi: in laboribꝰ plurimis: explicat multiplicem ſerui dei laborem. Tertia ibi: ſi gloriari oportet: promittit gratiam dei confortantem.

Prima pars epiſtole. Ad ſenſum hiſtoricum ſupponatur prelatus in ſecunda mūdi etate Sem maior filius Noe vel aliquis ex poſteris eius vt Nachor / Thare. ⁊c. (quia iſti ſunt patres illius etatis in linea genealogie chriſti Luce. 3. Et in ſolis illis ſaluata eſt fides catholica et cultus vnius dei tunc temporis: alijs omnibus ad ydolatriam et ad vitia carnalia declinantibus) qui ꝑlatus predicabat ſuis domeſticis ⁊ conſanguineis fidem ⁊ religionem vnius veri dei: atqꝫ opera penitentie quibus purificarentur a peccatis: ⁊ deniqꝫ opera charitatis ⁊ miſericordie cū proximis. Et ad magis eis perſuadendū illā doctrinā proponebat ſe eis prelatus in exemplum ad imitādum ſcd̄m tenorem ſentētie verboꝝ apl'i Pauli in hac ep'la. Ad ſenſum etiam moralem ꝑlatus noſtri temporis videns multos fideliū ex doctrina ꝓcedentis dñice perſuaſos incepiſſe viā laborioſā penitentie: hodie confortans eos ad permanendū ⁊ cōtinuandum opus bonum ait: Fratres gaudeo ꝙ libenter propter honorem dei ſuffertis inſipientes. i. mundanos homines qui neſcientes ſacramēta dei inſipienter exprobrant conuerſionem vr̄am ad penitentiam: cum tamen in hoc ſitis vos valde ſapiētes: quia ſcitis quātus fructus ꝓueniat ſeruis dei ex hmōi laboribus. Suſtinetis enim a malis hominibus / ſi quis eorum vos in ſeruitutem diaboli redigit. i. redigere conatur ſuis malis exemplis ⁊ conſilijs auertentibus vos a penitencia incepta vt iterū redeatis ſicut prius eratis ad ſeruitutem diaboli. Si quis deuorat vr̄a ſancta propoſita. Si quis accipit. i. furatur veſtra bona opera ponendo vobis impedimenta. Si quis extollit. i. eleuatur ꝑ ſuperbiam cōtra vos. Si quis in faciem. i. pro roſtris ⁊ in preſentia veſtra vos cedit verbis iniurioſis. Solent enim homines mundani et malicioſi multa huiuſmodi moliri contra ſeruos dei maxime nouiter cōuerſos ad penitenciam iuxta illud ſpalmi. 37. Conſiderat peccator iuſtum et querit mortificare eū. Similiter in ſecunda etate mundi filij Cham vt Nembroth et alij ſuperbiſſimi hoīes (qui edificabant turrim Babel Geneſ. 11. Perſequebant filios Sem ⁊ alios ſeruos dei religioſe viuentes et in bonis opibus laborantes. Addit prelatus: ſcd̄m ignobilitatem dico. i. loquor iſta verba contra mundanos ex zelo dei ignobiliter et minus modeſte ꝙ̄ deceat prelatum: q̄ſi nos prelati infirmi fuerimus. i. indocti in hac parte. i. in hac materia de qua loquimur: ⁊ hoc ad apparentiā mūdanorum qui putant nos inſipientes propter talia verba contra eos prolata. Sed re vera ꝙ nos ſimus tam ſapientes ſicut ipſi (ꝙ̄uis hoc videatur dictum in inſipientia vane glorie ⁊ iactantie) ꝓbo ſic. in quo bono huius vite q̇s mūdanorum audet ſe iactare: audeo ⁊ ego prelatus fideliū. Siue dicant ꝙ ſunt hebrei. i. confeſſores chriſti / ſiue ꝙ ſūt iſrahelite. i. cognoſcentes deū ꝑ ſciētias ſeculares / ſiue ꝙ ſūt miniſtri chriſti exercentes officia eius in populo. i. iudicaturas ſiue eccleſiaſticas ſiue ſeculares / ſiue iactent ſe de aliquo alio: in his omnibus poſſum ego veraciter eis me equiperare: immo (ſi vt minus ſapiēs loquar) poſſum me eis preferre in multis donis ⁊ gratijs ſpiritualibꝰ quas ipſi nō habēt. Dignum eſt ergo vt vos fideles ſubditi mei plus credatis mihi ꝙ̄ illis ꝑſuadētibꝰ vobis oppoſitū.

Secūda pars epiſtole. Sed ꝙ coꝝ ꝑſuaſiones ⁊ conſilia nō ſint bona: patet experientia: q2 ego ⁊ q̄libet ſeruus dei verus multipliciter nos exercemꝰ in multis laboribꝰ vl' penitētie vel operū miſericordie in ꝓximos: quoꝝ laborum aliqui ſunt corporales et violenter ab alijs illati vt carceres / verbera / pericula / mortes in mari ⁊ in terra ⁊ in alijs ſequentibus vſqꝫ vbi dicitur: periculis in falſis fratribus. Alij ſunt labores corꝑales volūtarie aſſumpti ꝓpter deum.

ſcilicet in vigilijs multis/ in fame/ ſiti/frigore et nuditate / in ieiunijs et in alijs huiuſmodi:Alij deniqꝫ ſunt labores ſpirituales in gubernatiõe eccleſie.vt ſolicitudo/zelus ⁊ alia omnia que concernunt proximorum ſalutem. Inter hos tamē labores ſemper adeſt mihi gratia dei que me cõfortat ⁊ dat victoriam cõtra hoſtes fidei ⁊ religionis ſancte.immo ⁊ aliquando reuelat multa ſecreta ſua ad cõſolationem fidelium. Nullus ergo ex vobis terreatur propter labores penitētie aut operū miſericordie iceptos: qꝛ ei preſto aderit auxilium grē dei confortans eum immo inſpirabit ei multas cõſolationes interiores quib⁹ afflatus ꝓ nihilo ducat oēs labores exteriores.

[Tertia pars epiſtole.]

[Graduale.] ¶Cantus gradualis. Scient gentes qm̄ nomē tibi:pſal.82.Eſt reſponſio fidelis populi iā conſolati ⁊ confortati ex doctrina epl'e. Unde affirmat deū eſſe gubernatorē toti⁹ mūdi:ſed ſpecialit' ꝓuiſorem ſeruorū ſuoꝝ atqꝫ expugnatorē aduerſariorū qui ꝑturbant eos in ſua penitentia et alijs actib⁹ virtuoſis.ideo additur verſus:Deus meus pone illos:ex eodē pſal:quo petitur auxilium dei contra mundanos impedientes/irridētes ⁊ diſſuadentes penitentiā fidelium ſeruorū dei:et ꝑ hyſtoriam iſte tractus loqͥtur contra edificatores turris Babel in ſecunda mundi etate quaſi eleuantes:ſed non ſolum contra ꝓximos ſed etiam contra deum quem ex illa turri impetere conabant'.

[Tractus.] ¶Tractus:Cõmouiſti dn̄e terrā: pſal.59. Eſt oratio fidelis populi iam commoti ad penitentiam ex doctrina precedente:qua petitur vt deus vellit infirmitatem penitentiū ſua gratia ſanare et adiuuare ac etiam mundanos deriſores ꝓſternere ⁊ fugare.quales erant ſupbi illi gygantes ſecunde etatis mundi cõtemnētes ꝑdicationē ſctõrum patriarcharū illi⁹ temporis.

[Euangelij argumentum.] ¶Euangelium: Cum turba plurima conuenirent:Luce.8.Conſequenter ad euangeliū dominice ꝑcedentis:et cõformiter ad qualitatem ſcđe etatis atqꝫ ad principium veris in quo legitur: ꝓmittit magnū fructū laborātibus in penitētia ⁊ exercentibus ſe in operibus miſericordie:⁊ habet tres partes. In prima ꝓponitur quedā parabola.In ſcđa ibi:hec autē dicens: Requiritur eius intelligentia.In tertia ibi:eſt autem hec parabola:aperitur parabole ſententia.

[Prima ps euangelij.] Ad ſenſum hyſtorie ſecunde etatis mūdi oſtenditur quomodo ex paucis hominibus .i. ex tribus filijs Noe cum vxoribus eorum repleuerit deus ſeminali ratione totam terram habitabilem.dicitur enim Geneſ.9.ꝙ erant filij Noe qui egreſſi ſunt de arca Sem/Cam/ et Japheth : ab ijs diſſeminatū eſt omne genus hominū ſuper vniuerſam terrā. Item ſapientie.14.Ab initio cum perirent ſupbi gygantes ſpes orbis terrarū ad ratem confugiens remiſit ſeculo ſemen natiuitatis que manu dei erat gubernata.Ad hanc ergo hyſtoriam ſignificandā dicitur hic:in illo tempore:ſecunde mundi etatis incipientis: cū turba plurima hominum prime etatis conueniſſent ad carnalem generationem etiam vltra modum ⁊ ordinem a deo taxatum : et properarent ad ieſum ideſt ad ſaluandum genus humanum (Jeſus enim ſalus vel ſaluatio eſt) dixit dn̄s per ſimilitudinem ex rebus corporalibus ad res ſpirituales applicando.exijt qui ſeminat.⁊c̄. Sicut enim in euangelio precedentis dominice cum ageretur de ꝑncipio prime etatis mundi:dictum eſt ꝙ pater familias exijt primo mane.⁊c̄.ita hodiernum euāgelium loquens de principio ſecunde etatis (in quo fuit aliud quaſi mundi exordium) idē verbum exijt:repetitur:exijt iquit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum:ideſt deus iterum faciens humani generis quoddam principium:non quidē per creationē ſed ꝑ ſeminalem rationem humane generationis:In Noe ⁊ filijs ſuis quādo exierunt de arca poſt diluuium. Tunc enim non ſolum deus dicitur ſeminaſſe in mundo vt notatur Eſaie.28. Nunquid tota die arabit arās.⁊c̄. ſed etiam ipſe Noe exijt de arca cum filijs ſuis ſeminare ideſt multiplicare ſemen ſuum.i. gen⁹ humanum per ſeminalem generationem. Sed quadruplex terra diſtinguitur in qua homines ſeminati ſunt: ſcilicet terra conculcata/ petroſa/ ſpinoſa/⁊ fructuoſa. Prima iſtarū fuit terra ante diluuium de qua dicitur: ꝙ aliud ſemen cecidit ſecus viam mandatorum dei ſed extra eam: et quia non ſeruabant mandata dei tale ſemen conculcatum eſt multis vicijs immundis: ⁊ iuſto dei iudicio omnes illi homines abſorpti ſūt in diluuio ⁊ cadauera eorum comederunt volucres celi poſt piſces maris. Nam quod de coruo dicitur Geneſis.8. ꝙ egrediens de arca ſedit ſuper cadauera mortuorum: credendū eſt de alijs auibus ferocibus que ſimiliter egreſſe ſunt de arca. Hoc ſemen pro maiori parte fuit ſemen Chaim peſſimi. Alie tres t're ſeminate ſunt poſt diluuium et diſtinguntur iuxta tres filios Noe qui diuiſi ſunt per terrā habitabilē in tres partes. Terra petroſa eſt Europa ſeptentrionalis a frigore ꝯſtipata:in q̄ ſeminati ſunt filij Japheth diuiſi in generationes quindecim ꝑncipaliores. quorum quintus Tubal noſtram Hiſpaniā dicitur primo habitaſſe. Terra ſpinoſa eſt Affrica meridionalis multa ſuperflua generans ex caloris exceſſu. In qua ſeminati filij Cham diuiſi in generationes triginta principaliores. Semē dei ideſt verbum ⁊ doctrina fidei ⁊ religiõis ſancte in his duabus terre partibus licet aliquanto tempore creuerit : tamen non diu poſt diluuiū natum aruit ⁊ ſuffocatum eſt.quia homines illi ſenſuales ad vitia mundana declinantes ſtatim obliti ſunt dei creatoris ſui:et fecerunt ſibi deos corporeos. Terra fructuoſa fuit Aſia in qua ſeminati ſunt filij Sem diuiſi in generationes ſeptem ⁊ viginti precipuas (vnde conſtat generationes trium filiorum Noe omnes fuiſſe ſeptuaginta duas) in hac terra ſemen predictum ideſt doctrina fidei ⁊ ſctā religio fecit fructū multū: qꝛ viguit ⁊ pſeuerauit in p̄riarchis ex qb⁹ deſcēdit Abrahā pater fidei:qui habitabat in Siria que aram dicitur hebraice. Sed qꝛ hec parabole ex-



[Scđa ps euāgelij.] poſitio fuit olim nimis abſcondita nedum ſimplicib⁹:ſed etiā magnis doctoribus eccleſie:⁊ requirit magnam mentis attentionem:ideo prelatus hec dicēs clamabat: qui habet aures cordis audiat ideſt aperiat eas ad audiendum attente: quia hec myſteria nunc reuelata ſunt poſtremis predicatorib⁹ in eccleſia dei : ideo diſcipuli ideſt minores fideles interrogabāt eum que eſſet hec parabola ideſt quē ſenſum abſconditum haberet:quibus prelatus ait: vobis in quos fines ſeculorum deuenerūt:datum eſt ideſt conceſſum a deo : noſſe clare myſteriū ideſt abſcõditum ſecretum regni dei ideſt ſanctarū ſcripturarū/vel officiorum eccleſiaſticoꝝ:ceteris autem qui preceſſerunt vos in alijs etatibus: hoc non cõceſſum eſt niſi in parabolis ideſt cõfuſe/⁊ enigmatice:vt audientes parabolas:non intelligant eas profunde:⁊ videntes eccleſie myſteria non videant eoꝝ ſignificata:quia ad tēpus eorum non pertinebat talia ſcire:eſt ergo ſenſus parabole vobis reuelādus ꝙ ſemen qđ deus ſeminauit in mundo ſunt homines deſcēdentes ex tribus filijs Noe:vt diximus.

[Tertia ps euāgelij.] Sed in hominibus iterū deus ſeminauit verbū dei ideſt doctrinam fidei ab initio mundi. Sed in prima etate quia ſemē pro maiore parte cecidit in terram conculcatā a demonibus ⁊ viā factam peccatis(de quibus Job.19. Venerūt latrones ⁊ fecerunt ſibi viā per me) ideo venit diabolus ⁊ tulit verbum dei de cordibus eorum:ne credētes predicationibus patriarcharū ſalui fierent. Poſt diluuiū vero in ſecunda mundi etate ſemen dei predictū cecidit ſupra petrā ideſt in filios Japheth habitātes in terra petrea: qui cum audiſſent ſuſceperunt verbum cum gaudio quia erant filij boni patris:ſed quia non habebāt radices charitatis dei ſed cupiditatis mundi: ideo ad tēpus crediderunt recte: ſed mortuis maioribus eorum:poſteri in tēpore tentationis diaboli receſſerūt a vero deo ad falſa idola:⁊ ſic extincta eſt in eis fides/⁊ ſancta religio:creuitqꝫ execrāda ſuperſtitio. Semen dei etiā cecidit in ſpinis ideſt in filios Chaim habitātes in terra ſpinoſa:qui a principio audierūt doctrinā fidei a Noe patriarcha:ſed poſtea a ſolicitudinibus bonorū temporaliū/⁊ voluptatibus vite carnalis ſuffocati ſunt: et ſic non fecit in eis fructū verbum dei: ſed poſt aliquod tēpus aruit tota illa doctrina/ ⁊ abolita eſt a memoria eorum. Semen autē quod cecidit in terram bonam fuit doctrina/⁊ religio filiorum Sem in terra Syrie. qui ⁊ ſi nõ oēs:ſaltē illi patres de linea genealogie chriſti ex quibus Abraham:in corde bono ⁊ optimo audiētes ⁊ retinentes verbū fecerūt fructum multum expectantes cum pacientia aduētū redēptoris totius mundi.

[Moralitas euangelij.] ¶Moralis intelligētia parabole eſt duplex: altera de ſemine doctrine bone vite ⁊ virtutum:de quo.1.Joānis.3.Qui in charitate eſt non peccat: quia ſemen dei in eo eſt. Seminator huius ſeminis eſt prelatus/⁊ predicator ecc'ie:terra ſunt auditores iam cõmoti ad penitētiam ex dn̄ica precedēte:ſed eoꝝ quidā ſunt ficti alij veri penitētes: quorum differentiā hec parabola oſtendit: quia fictos penitētes vocat terram malam:veros terram bonā. Terra mala fructū penitētie non faciens eſt triplex: nam terra cõculcata ſunt luxurioſi de quibus Eccl'iaſtici.9. Omnis mulier fornicaria quaſi lutū in via conculcabitur:nam talium mentes aperte ſunt / et peruie ad omnes carnales cogitatatiões ⁊ tēptationes. Terra petroſa ſunt ſuperbi propter duriciā cordis que eſt proteruia:nam de diabolo dicitur Job.41. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbie/⁊ cor eius indurabitur quaſi lapis. Terra ſpinoſa ſunt auari propter nimiā ſolicitudinem bonorum temporalium:dequibus apl's.1.Thimo.6. Qui volūt diuites fieri incidunt in laqueos diaboli ⁊c̄. Terra bona ſunt humiles ⁊ deuoti chriſtiani qui auditam doctrinā operibus virtutum adaptāt ⁊ afferunt multū fructum premiorum in paciētia ſua quā habēt in laborib⁹:de quibus Luce.3. Facite fructus dignos penitētie. ¶Poteſt aliter dici: ꝙ terra peruia ſunt homines leues qui doctrinā auditā non retinent:ſed ſtatim obliuioni tradūt. Terra petrea ſunt inueterati in peccatis qui licet alias eſſent bone indolis:tn̄ propter longam cõſuetudinem inſurgēte paſſione ſtatim a ratione diſcedūt. Terra ſpinoſa ſunt negociatores ſeculi : quos multiplex cura negotiorū diſtrahit a doctrina morali eis data a prelato: ⁊ tandē nullum fructū boni operis afferunt. Terra bona deuoti ſunt q̄ toto corde ideſt tam intellectu/qꝫ voluntate doctrinā eccleſie recipiūt/ eamqꝫ memorie cõmendant/⁊ ad opus applicāt atqꝫ labores virtuoſe actionis patiēter tollerant / nec deficiūt donec fructū ideſt premium gl'ie recipiāt. ¶Sed terra bona etiā triplex eſt ſcđm alium euangeliſtā Matthei.13. ſcꝫ afferens fructū trigeſimū/vel ſexageſimū/vel centeſimum:quia tres ſunt gradus vere penitentiū incipientes/proficiētes/⁊ ꝑfecti. Incipientes ſunt illi qui ſolum curāt bene obſeruare fidē trinitatis/ ⁊ mādata dei que omnia ad decem reducūtur:⁊ hos ſignificat fructus trigeſimus: nam ter decem ſunt triginta. Proficiētes vltra hec bona addūt ſex opera miſericordie vnde hos denotat fructus ſexageſim⁹. Perfecti vero preter hanc vitā actiuā (que cõſiſtit in operibus miſericordie ) erigūt ſe ad contemplatiuā:que dextera eſt ideſt perfectior reſpectu vite actiue:⁊ hos ſignificat numerus centenarius:de qua Hieronymus dicit ꝙ a leua trāſit in dexteram in cõputatione digitoꝝ. ¶Poteſt aliter dici ꝙ triplex terra bona/ſunt illa tria opera penitentiū:ſcꝫ eleemoſina/ieiuniū/⁊ oratio. Eleemoſina maxime conuenit coniugatis qui poſſident bona tēporalia: quibus etiā Hieronymus attribuit fructū trigeſimum: quia figuratio talis numeri in digitis manus ſiniſtre maritū depingit/ et cõiugem. Jeiuniū maxime conuenit viduis et ceteris cõtinentibus:quos etiā ſexagenarius numerus in digitis manus ſiniſtre deſcribit: vt idē dicit Hieronymus. Oratio ſeu contēplatio maxime propria eſt virginibus que ſolū cogitāt que

del ſunt (vt dicit apoſtolus) eleuantqꝫ mētem in
deum: ꝛ his debetur fructus centeſimus: qui nu
merus a leua tranſiens in dexteram cōputando
per digitos circulum facit ꝛ aureolam deſcribit.

Alia moralitas.

¶ Altera intelligētia moralis pōt dari de ſemi
ne eleemoſine (per quā omnia opera miſericor
die intelligūtur) iuxta illud apoſtoli. 2. Corint. 9.
Qui parce ſeminat / parce metet ꝛc. que expoſitio
magis videtur cōuenire ſexageſime in qua eccle
ſia inuitat fideles ad opera miſericordie ꝓximis
exhibenda que omnia ſub nomine eleemoſine
cōprehendūtur: ꝛ licet eleemoſina ex genere ſuo
ſit bona. Poteſt tamē ex defectu multarū circū
ſtantiarū effici mala: ideo eccl'ia in hac parabola
oſtēdit qb⁹ ꝛ qualib⁹ pſonis ſit faciēda eleemo
ſina vt ſit fructuoſa. Sit ergo eleemoſina ſemen
ſeminator ſit diues faciens eleemoſinā / terra ſe
minanda ſint pauperes chriſti. Unde quadru
plex terra que hic ponit̄ quadruplices denotat
pauperū differentias. Terra nāqꝫ puia ꝛ concul
cata ſunt quidā pauperes inquieti / ꝛ vagabundi
per mūdum comeſſationibus / et ebrietatib⁹ de
diti / atqꝫ luxurioſe viuētes. His data eleemoſina
perdit̄ ialtē quantū eſt ex parte recipiētis: q: per
eam non exercetur actus charitatis in ꝓximos
nec ſuppletur eorū neceſſitas immo fouetur vo
luptuoſitas: ꝛ volucres celi ideſt demones come
dunt illā: quia tales pauperes nō deo: ſed demo
nibus ſeruiūt: ꝛ cōculcant eleemoſinam ſibi da
tam / vel contēnentes eam / vel vitioſe conſumen
tes. Terra petroſa ſunt pauperes ſupbi ꝛ ingra
ti: ſcꝫ qui non oſtiatim mendicāt: ſed occulte pe
tunt quaſi volentes ſibi dari eleemoſinas iuxta
ſua merita lautas / ꝛ magnificas: vt inde ſua vi
tia cōſuetudinaria fouere / ꝛ ſuſtētare valeāt. Sed
quia corda eorum lapidea non habēt humorem
gratie: ideo eleemoſina in eis areſcit: q: nō deſer
uit ad opus charitatis: ſed ad fomentū cupidita
tis. Terra ſpinoſa ſunt pauperes auari qui pre
textu paupertatis volunt ditari: taliqꝫ cupiditate
ſuffocati nullū fructū reddunt his a quibus elee
moſinas accipiūt per ſuas orationes. Ipſi autē
ex bono aliorum ſemine ſpinas colligunt pecu
niarum. Per terram bonā pauperes humiles ꝛ
deuoti ſignificantur: qui neceſſitate cōpulſi elee
moſinas accipiūt a fidelibus: quibus ꝛ ſuam in
digētiā ſupplēt / ꝛ pro ſuis benefactoribus deuo
te orant: vt eis fructū miſericordie diuine impe
trēt / ꝛ ſibi ex diuturna paciētia fructum gratie / ꝛ
glorie promereātur: talis ergo eleemoſina quaſi
ſemen cadens in terram bonā facit fructum cen
tuplum. In faciēdis ergo eleemoſinis ꝛ genera
liter in omnibus operibus miſericordie eligendi
ſunt pauperes humiles ꝛ deuoti: quales ſunt bo
ni religioſi mēdicantes: ꝛ quidam alij ſeculares
qui mendicare oſtiatim erubeſcunt / ac proinde
multā miſeriam ſecrete patiūtur ſub nobili ve
recundia. Eligēdi ſunt etiā orphani ꝛ vidue / atqꝫ
modeſti peregrini. Super omnes autem proui
dere oportet pauperibus honeſtis / cōſanguineis /
affinibus / et vicinis. Nam in talibus eleemoſi
na velut bonum ſemen in bonam terrā cadens
eſt valde fructuoſa: tam recipienti / ꝗ̄ largienti.

Offertorium.

¶ Cantus offertorij: perfice greſſus meos pſal'.
16. Eſt oratio eccleſie ad deū pro gratia perſeue
rantie ſuorum filiorum in operibus penitentie / ꝛ
miſericordie iam inceptis. Maxime aūt erat ne
ceſſaria hec petitio in ſecūda mundi etate quādo
timebatur de incōſtantia illorum hominū in fi
de / ꝛ religione vnius dei: quod etiā rei probauit
euentus (vt diximus) in filijs Cham et Japhet:
ideo hec oratio poteſt intelligi ex perſona filiorꝫ
Sem in quibus perſeuerauit fides et religio ex
gratia ꝛ miſericordia dei. Secreta oratio: oblata
dñe ſacrificia: applicat offertorium moraliter ad
preſentes i ſenſu p̄dicto: ſed interponit ſacrificij
euchariſtie virtutē adiutricem.

Communio.

¶ Cantus cōmu
nionis: introibo ad altare dei: pſal'. 41. Cibū ne
ceſſariū laborātibus in vinea dñi ſignificat rece
piſſe fideles ex altari chriſti: quo ipſi letificant̄. In
patribus autem ſecunde etatis mundi cibus iſte
erat corporalis de pane / ꝛ vino: ſimiliter ꝛ carni
bus animaliū que offerebantur deo in altari ſa
crificiorum: de quibus etiā ipſi offerentes cōmu
nicabant: noſtram cōmunionem prefigurantes.
Ultima oratio: ſupplices te rogamus: poſt cibū
acceptum quo laborātes reficiuntur petit a deo
gratiam pro preſentibus ad continuandū perſe
uerāter laborem penitētie ꝛ operū miſericordie.

## ¶ Caput vigeſimūprimū

de officio quinquageſime: quo ꝛ myſteria tertie
etatis mundi cōmemorantur: ꝛ remiſſio peccato
rum penitentibus promittitur.

Argumentū officij.



Ertia hominis
etas. Adoleſcentia ſcd'm Iſi
dorum correſpōdet tertie mū
di maioris etati (de qua ho
diernum officium pertractat)
Nam ſicut creſcente in homi
ne calore naturali / et adhibi
to corporis robore. Adoleſcentia iam apta fit ad
generandū / pronaqꝫ eſt ad laſciuiā: ita etiam hu
manum genus in tertia mūdi etate amplius ſo
lito dilatatum laxauit habenas ad laſciuiā: etiā
vltra modū naturalem (quod euidēs fuit in So
domitis Geneſ. 19. Et ſimiliter in quibuſdam fi
lijs Jacob quos genuerunt et Zelpha / et Bala
ancille principaliū vxorum Geneſ. 36.) Et nō ſo
lum hoc egerunt in corpore: verūetiam ad laſci
uiam anime deuiarūt: quia in illa etate incepit
ydolatria: quā Hieremias propheta fornicatio
nem vocat. Uerū inter hec mala hoc bonū ha
buit illa etas: ꝙ generauit populū dei ideſt ſepa
rauit ipſum genere / ꝛ loco ab infidelibus: nam
vt dicit̄ Geneſ. 12. Deus ſeparauit Abraham pa
triarchā a patria ꝛ cognatione ſua ꝓpter eorꝫ in
fidelitatem: et cōſtituit eum patrē omniū fideliū
et totius populi dei: qui ab eo carnaliter deſcen
dit per Iſaac / ꝛ Jacob poſteros ſuos: de quorum
ſucceſſione tam improſpera ꝗ̄ in aduerſa fortu
na vſqꝫ ad tēpus Moyſi iam ſuperius diximus
in prima dñica aduētus. Nunc aūt quinquageſi



me officiū ſpecialiter recolit hiſtoriā Abrahe pa
triarche a quo ſumitur principiū tertie etatis mū
di: vt patet in officio nocturno: tā in lectionibus /
ꝗ̄ in reſpōſorijs. Et dicitur quinquageſima quia
eſt principiū quinquaginta dierū quos eccleſia
celebrat ſub ſeptuageſima declarās multiplices
fructus vere penitentie: ꝛ terminatur iſte nume
rus in ipſo die ſancto paſchatis: vt denotetur ꝙ
per laborem penitētie promittit̄ fidelibus reſur
ſurrectio a peccatis ad gratiam / a ſeruitute ad li
bertatem / a miſeria ad felicitatem. Numerus enī
quinquagenarius in ſacra ſcriptura reperit̄ val
de cōmendatus: vtpote multorū ſacramētorum
ſignificator: nam Exodi. 16. Quinquageſimo die
ab egreſſu hebreorum ex Egypto lex vetus eis
data eſt ad expiationē immundiciarū / ad exerci
tium virtutum / ad figuras ſacrificiorum. Poſtea
vero durāte curſu illius legis quinquageſimus
quiſqꝫ annus iubileus erat. i. letus / quietus: et a
laboribus exēptus Leui. 25. Quia in eo ſerui li
beri efficiebātur / debita proximorum remittebā
tur / ꝛ poſſeſſiones alienate reſtituebantur domi
nis ſuis. In lege etiā euangelica eodē ſacro die
rum numero poſt chriſti reſurrectionem ſpirituſ
ſanctus in diſcipulos chriſti viſibiliter miſſus eſt
Actuū. 2. Creſcit enī talis numerus ex ſeptena
rio in ſe ducto / et monade ſuperaddita: ſeptena
rius vero ad gratiam ſpiritusſancti refertur: quia
ſeptiformis explicatur ab Eſaia. 11. Unitas deū
ſignificat ſcd'm Pythagoram ꝛ Platonē. Pſal
terium quoqꝫ Dauidicum trib⁹ pſalmorū quin
quagenis diuiſum eſt: quarū prima eſt peniten
tie / ſcd'a iuſticie / tertia laudis ꝛ glorie. et totidem
diebus archa Noe que eccleſiā ſignificat ſuper
aquas diluuij dicit̄ enataſſe Geneſ. 8. Ex quib⁹
et alijs ſimilibus myſterijs oſtēditur ꝙ numerus
quinquagenari⁹ eſt adeptio libertatis / cognitio
veritatis / ꝛ perfectio charitatis. Hinc eccl'ia chri
ſtiana tres dierū quinquageſimas magna deuo
tione celebrat in quolibet anno. Prima eſt peni
tentie ab hac dñica vſqꝫ ad paſcha dñi. Secūda
eſt leticie / ꝛ gratie a paſchate vſqꝫ ad penthecoſ
ſten. Tertia eſt ſignificationis glorie a ſabbato
in albis vſqꝫ ad ſabbatū poſt penthecoſtē: quia
tēpus illud reſurrectionem generalem / et perfe
ctam ſanctorum gloriā duplicato aleluia ſignifi
cat. Sed alijs duabus vſqꝫ ad loca ſua reſerua
tis: hec hodie incipiēs quinquageſima penitētie:
quinquageſime anni iubilei correſpōdere videt̄:
q: per penitētiam ſicut ꝑ annū quinquageſimū
peccatorū nobis debita dimittuntur / liberamur
a ſeruitute diaboli / ꝛ reducimur ad poſſeſſiones
celeſtes: prius quidē in ſpe / et acquiſito iure: ſed
poſtea in re / ꝛ actuali poſſeſſione. Unde nimirū
in hoc tēpore pſalmus ille quinquageſim⁹. Mi
ſerere mei deus ꝛc. totus penitentialis: frequen
tiſſimus eſt in eccleſiaſtico officio de tempore ad
omnes fere horas canonicas. Ad hoc aūt vt iu
bileum noſtre penitentie conſequamur: tria ſunt
nobis perneceſſaria. Primū eſt charitas dei / et
proximi que faciat nos perſeuerantes in bonis
operibus quāuis difficilibus. Amor enī dei teſte
Gregorio magna operatur ſi adeſt. Secundū eſt
frequēs memoria paſſionis dñice: que cauſet tol
lerantiā ſeu patientiā in labore penitentie: q̄ paſ
ſioni chriſti conformamur portātes crucem poſt
eum: de qua idem Grego. ait: ſi paſſio chriſti ad
memoriā reuocetur: nihil eſt quod nō equo ani
mo tolleretur. idem expſſius dicit ap'ls. Heb. 12.
Recogitate eum qui talem ſuſtinuit ꝛc. ſequi
tur: vt non fatigemini animis veſtris. Tertiū eſt
fides ſacramenti penitentie. i. ꝙ firmiter creda
mus virtutem diuinam illius ſacramenti ex in
ſtitutione chriſti ad remiſſionem pctōrum actua
liū per miniſteriū ſacerdotum: quibus date ſunt
claues regni celorū. Sine hac enim fide impoſ
ſibile eſt penitentem placere deo Hebre. 11. Ad
declaranda aūt hec tria principaliter tendit miſ
ſale officium huius diei. nam de charitate loqui
tur ep'la: alia duo traduntur in euāgelio: ad cui⁹
finem illuminatio ceci illuſtrationem fidei ſigni
ficat. ¶ In matutino itaqꝫ officio hui⁹ dominice

Matutini.

tam lectiones ꝗ̄ reſponſoria ſumuntur a duode
cimo cap'lo Geneſ. ꝛ deinceps vbi traditur hiſto
ria magni patriarche Abrahe in principio tertie
etatis mundi. et intendit eccleſia ipſum propo
nere nobis in exemplar bone ꝛ fructuoſe penitē
tie. nam ſicut illi precepit de⁹ ꝙ egrederetur de
terra ꝛ carne ſua ꝛ veniret peregrinans in terrā
promiſſionis: ita ſancta mater eccleſia vel prela
tus eius nomine ab hac dominica et in medio
huius ſeptimane precipit fidelibus vt egredian
tur ab eſu carnium ꝛ a terrenis omnibus cupi
ditatibus ꝛ vt veniant in deſertū penitētie quaſi
peregrini ꝛ exules a patria: ſub ſpe tamē miſeri
cordie dei ꝛ remiſſionis pctorꝫ: promittiturqꝫ eis
in alia vita hereditas regni celorū. ¶ Introitus

Introit⁹ miſſe.

miſſe: Eſto mihi in deum protectorem: pſal'. 30.
Per hiſtoriam introducit Abraham: qui relicta
patria et cognatione ſua peregrinabatur in ter
ram Canaan (que nūc dicitur paleſtina iudea)
petebatqꝫ a deo ꝓtectionem / auxiliū / refugium /
et ducatum in via peregrinationis ſue ꝑ terras
alienas ꝛ inter gentes ignotas. Uerſus: in te do
mine ſperaui: principium eiuſdē pſal'. ex perſona
eiuſdem ꝯfitetur ſpem ſuam i ſolo deo poſitam
eſſe non in fauore hominum ad obtinendum a
deo protectionem ꝛ auxiliū: ſimiliter ꝛ p̄mium ſi
bi ꝓmiſſum pro ſuo labore quod vocat iuſticiā:
quia iuſtum eſt vt deus pactum ſuum obſeruet
cum ſeruis ſuis bene et obedientibus. Ad ſen
ſum vero moralem idem introitus intelligitur
eſſe vox ſancte matris noſtre eccl'ie petentis au
xilium dei pro filijs ſuis iam conſtitutis in labo
re penitentie quaſi extra patriam et cognationē
ſuam peregrinantibus propter deum. Et vtitur
quattuor vocabulis petēs a deo protectionem /
firmamētum / refugium / ꝛ ducatum: quia filij ec
cleſie quadruplices ſunt. Quidā in gratia: ꝛ his
conuenit firmamentum. i. cōfirmatio in gratia.

Alij ſunt in peccato quibus petitur vt deus ſit
eis refugium ad quod conuertantur. Item tam
iſtorum ꝙ̃ illorum quidam ſūt poſiti in aduerſi-
tate ⁊ ꝓ illis petit protectionem dei. Alij demū
in ꝓſperitate:quibus optat ducatum.i. directio-
nem dei in agendis : vt procedant ſine peccato.
Verſus ſequēs:in te dn̄e ſperaui:principiū eiuſ-
dem pſal. ſpem ſancte matris eccl̄ie explicat ad
[Oratio.] obtinendū effectū ſue petitionis. ¶Oratio pre-
ces noſtras : applicat introitū ad ſenſum mora-
lem predictum optans preſentibus fidelibus:vt
deus eos abſoluat a peccatis per laborē penitē-
tie/⁊ cuſtodiat ab omnibus tentationum aduer-
ſitatibus. ¶Epiſtola. Si linguis hominum lo-
[Ep̄le argumētū.] quar.1.Corint.13. Excellētiā charitatis inter oēs
alias virtutes ⁊ gratias hominibus cōceſſas pre
dicat.⁊ primo quantū ad eius neceſſitatem. Sē-
cūdo ibi:charitas patiens eſt:demonſtrat multi-
plicem ipſius vtilitatē. Tertio ibi: charitas nūꝙ̃
excidit:probat eius ſtabilitatem. Neceſſitas cha-
[Prima pars.] ritatis declaratur ex hoc ꝙ homo illa carens va
nus eſt quātuncunqꝫ habeat omnes alias gra-
tias et virtutes / ſiue pertineant ad locutionem:
vt donū linguarum/ſiue ad cognitionem vt pro-
phetia/ſciētia/fidei excellentia/ſiue ad actionem
bonam/vt eleemoſina/penitētia/⁊ alia id genus:
de quibus hic dicitur ꝙ ſi talia opera fiant ſine
charitate dei et ꝓximi nihil aut parum poſſunt.
[Scd̄a ps] Vtilitas etiam charitatis declaratur ex quinde-
cim fructibus ab ea procedentibus ibi:charitas /
patiens eſt benigna ⁊c̄. Et ſunt quidam gradus
ſcale ſpūalis qua ad perfectionem vite aſcendi-
tur:cōformiter ad euangelium:ecce aſcendimus
[Tertia ps epiſtole.] hieroſolymam ⁊c̄. Stabilitas deniqꝫ charitatis
oſtēditur ex hoc ꝙ ipſa nō terminatur cū hac ho
minis vita mortali ſicut alie ꝟtutes fere omnes:
quia prophetie euacuabūtur poſt hanc vitā/lin-
gue ceſſabunt ⁊c̄.ſed cū venerit quod perfectum
eſt.i.ꝑfecta dei cognitio ſiue clara viſio in alia vi
ta:euacuabitur quod ex parte eſt.i.imperfecta co
gnitio quā habemus de deo in hac vita per fidē/
ſcientiā/⁊ prophetiā ⁊c̄.quia videmus nūc deum
in enigmate. Charitas vero qua deū diligimus
ex toto corde in hac vita incipit nutritur ⁊ auge-
tur:ſed in alia vita ꝑficietur vbi deus perfectius
cognoſcetur. Et non ſolū charitas excedit alias
virtutes morales ⁊ intellectuales:ſed etiā cōpa-
rata ad virtutes theologales ipſa earum maxi-
ma eſt: quia fides ⁊ ſpes includūt quaſdam im-
perfectiones incōpoſſibiles ſtatui glorie beatoꝝ:
ſcꝫ obiecti beatifici abſentiā ⁊ ineuidentiā.chari-
tas aūt nihil imperfectionis includit:ſed potius
eſt nomen cōſumate perfectionis:quia charitas
trāſformat hominem in deum. Hic ſermo de cō-
mendatione charitatis:quāuis directe pertineat
ad ſenſum moralē huius officij pro preſentibus
qui in penitentia ſe exercent:nam charitas facit
ad perfectionē penitentie :in ſenſu tamen hiſto-
rico pro ſanctis patriarchis tertie etatis mundi:
quales fuere Abrahā/ Iſaac/⁊ Iacob:⁊ ꝗdā alij
filij/⁊ nepotes eorum:hec epiſtola coꝝ ſanctitatē
et perfectionem demōſtrat qui maxime ſe exer-
cebāt in actibꝰ charitatiſ. Quāuis ſingillatim ex-
plicando fides maxime cōmendatur in Abrahā/
ſpes in Iſaac/et charitas in Iacob : vt declarat
gloſa ordinaria Matthei.1. quilibet tamen eorū
habuit magnā perfectionē charitatis qui ꝓpter
amorem dei patriā parēteſqꝫ reliquerant ⁊ pere-
grinabantur per mūdum/ atqꝫ hoſpitalitatē pro
peregrinis libētiſſime exercebāt. Unde de quo-
[Graduale.] libet eorum recte dicitur/charitas patiēs eſt/ be-
nigna eſt/omnia credit/oīa ſuffert/omnia ſperat
⁊c̄. ¶Cātus gradualis:tu es qui facis:pſal.76.
Cōmemorat mirabilia que deus fecit cū ſeruis
ſuis in medio tertie etatis mūdi:quando libera-
uit filios Iſrael de Egyptiaca ſeruitute.⁊ hoc va-
let multū ad ſenſum moralē pro fidelibus noſtri
[Tractus.] tēporis ad erigendā ſpem penitentium:qui mi-
rabiliter liberantur a ſeruitute peccati per gratiā
dei. ¶Tractus: Iubilate deo oīs terra: pſal.99.
Decātat gratiaꝝ actionem pro liberatione filio-
rum Iſrael ab illa ſeruitute: licet in voce lamēta
bili propter exilium eorum in deſertum. Unde
Exodi.15.narrat:illud cantemus dn̄o:glorioſe eīm
magnificatus eſt ⁊c̄. Ad ſenſum vero moralem:
ex certa ſpe liberatiōis fideliū a ſeruitute pecca-
ti per penitentiā que notabatur in graduali:ad-
ditur hic gaudiū:nā ſpes rem facit quaſi preſen-
tem:et leticiā inducit propter certitudinem boni
moꝝ futuri. Vel ex doctrina epiſtole de charita-
te incitat populus ad ſeruiendum deo in labori-
bus penitētie cum leticia ⁊ amore charitatis:⁊ vt
frequēter intret eccleſiā in cōſpectu eius in exul-
tione:quia per virtutē penitentie omnes fideles
efficiūtur familiaris populus dei/⁊ oues paſcue
[Euangelium.] eiꝰ:que in abūdantia dat fidelibus in hoc ſacro
tēpore per predicationes ⁊ ſacramentoꝝ miniſte-
rium. ¶Euangeliū. Aſſumpſit ieſus duodecim
diſcipulos ⁊c̄. Luce.18.⁊ procurſum tertie etatis
mūdi pulchro enigmate deſcribit: ⁊ penitētibus
magna ꝓmia oſtēdit : ſed prius ſenſu in litterali
quē hic ſupponimus euangeliū habet tres par-
tes. In prima reuelat ſecretū. In ſecunda ibi:fa-
ctum eſt autē ⁊c̄.introducit hominem cecum. In
tertia ibi:ſtans autē ieſus:declarat miraculū ſu-
per eum factū. Ad propoſitū hiſtoriale ſciendum
ꝙ tēpore ſancti Abrahe patriarche a quo incipit
tertia mundi etas:monarchiam tenebat. Ninus
quidā rex aſſyriorū:a quo incepit deteſtāda ydo-
loꝝ cultura/⁊ nefanda ſuperſtitio ydolatrie. fecit
eīm ex nimio amore pr̄is ſui Beli iā defuncti ad
imaginē eiꝰ ſtatuā aureā in loco ſepulchri ſui/⁊ ei
diuinos honores cenſuit exhibendos.i.ſacrificia/
thura ⁊c̄.cuius regis exemplo ſeducti alij genti-
les fere omnes in ſingulis regnis prouincijs et
ciuitatibus fecerunt ſibi deos aureos / argen-
teos/ligneos/ereos/⁊ lapideos in memoriam et
honorem illuſtrium quorundam virorum iā de
functorum qui in patria ſua egregia quedā ope-
ra fecerāt. Tali autem vane curioſitati hominū



alludēs diabolus reſpōſa eis dabat in illis ydo
lis: ⁊ per modum doctrine mille ſuperſtitiōes in
hominibus ſeminauit. ſicqꝫ humanum genus
fere totum captiuatum et deceptum a diabolo:
hac erroris plaga excecatum eſt:adeo vt nedum
in articulis fidei ſuper naturaliter reuelatis: ve-
rumetiam in ipſis naturalis legis principijs al-
lucinando erraret. Sed tātam humani generis
calamitatem videns pientiſſimus deꝰ et noſtre
miſerie cōpatiens:ne fides et religio ſancta om-
nino deficeret in hominibus: ſuſcitauit ab oriēte
iuſtū Aabrahā: vt dicit Eſa.41. et vocauit eū vt
ſequeret ſe doctorē in fide ⁊ moribus.et extractū
a Meſopotamia Syrie patria ſua ex Ur caldeo-
rū:adduxit eum in terrā Canaam occidentalē:in
qua ciuitas Hieruſalē ſita eſt:vt ibi ipſe ex parte
dei vere fidei pater et doctor eſſet:ab eoqꝫ ſancta
vnius dei religio ⁊ inciperet ⁊ ꝓpagaret in mul-
tos populos: atqꝫ ideo pater multorū(quod ſo-
[Prima pars euāgelij.] nat Abraham)ꝓprio noīe vocaretur. Hoc ergo
inſinuans euangelium in principio ait:ꝙ in illo
tēpore a quo tertia mūdi etas incepit: aſſumpſit
ieſus.i.ſaluator hominū deus duodecim diſcipu
los ſuos.i. duodecim tribus Iſrael in ꝓauo eoꝝ
Abrahā:quos voluit eſſe diſipulos ſuos in doctri
na vere fidei ſeparatos a ſupſtitione ydolatrie:
aſſumpſit inqꝫ eos.i.ad ſe traxit quādo Abrahā
proauū ipſorum vocauit de terra ſua.⁊ ait illi ſe-
creto.i.reuelatione in terna. ecce aſcēdimus hie-
roſolymam.i. terrā Cananeorum in qua ſita eſt
hieroſolyma ciuitas. aſcendimus aūt hieroſoly-
mam vt eam in ſcholā principalē vere fidei ſub-
limemus:qua deſtruatur falſitas ydolatrie nūc
incipientis. Hec prophetica reuelatio ſtatim in
ipſo Abraham incepta ⁊ figurata eſt:cui redeun
ti a cede regum gētilium ydola colētium : obuiā
occurrit Melchiſedech rex Salem Geneſ. 14.
qui idem erat et ſacerdos dei altiſſimi non Bel
ydoli peſſimi (viuebat eīm in lege nature vnum
deum colens : ⁊ creditur fuiſſe Sem filius Noe
qui adhuc viuebat ⁊ de eius ſtirpe Abraham de-
ſcenderat) et obtulit panem ⁊ vinū/ac benedixit
Abrahe quaſi gerēs perſonā dei: vt probat apo-
ſtolus Hebreo.8. hec aūt ſignificatio cōpleta eſt
in tēpore regis Dauid:qui eādem ciuitatē Salē
que ⁊ Hieruſalē in caput regni et ſacerdotij ere-
xit deferēs ad eam cū iubilo archā federis dn̄i:⁊
poſtea Salomon filius eius ibidē edificauit tē-
plū deo altiſſimo implēs illud ſacerdotibus qui
ſacrificiorum officia conſumarent: laudes conti-
nuas deo decātarent/⁊ fidē catholicā ibi predica
rent. Hoc eſt ergo quod deus inſpirauit Abrahe
dicens:ecce aſcendimus Hieroſolymam:in qua
poſt multa tempora conſumabūtur omnia que
ſcripta ſunt ab eterno in libro predeſtinatiōis di
uine. Sed ꝑ prophetas dei ex tempore declara-
ta de filio hominis ieſu chriſto ex ſemine tuo na
ſcituro:qui quamuis ſit filius dei:tamen ratiōe
nature aſſumpte vocabitur filius hominis. eſt
ergo ſenſus ꝙ in ciuitate Ieruſalem ad quam
tunc aſcendebat Abraham: conſumanda erant
omnia miſteria humane redemptionis ſcilicet
chriſti ꝑdicatio/ paſſio/mors/et reſurrectio de q̄-
bus ſequitur:tradetur enim gentibus et illude-
tur ⁊ flagellabitur/et conſpuetur:et poſtqꝫ flagel
lauerint occident eum:et tertia die reſurget. Iſta
miſteria etiam in ipſo Abraham figurata et in-
choata ſunt:ſcꝫ quando ipſe ex mandato dei im
molare temptauit filium ſuum Iſaac fere in eo
dem loco vbi poſtea edificatum eſt templū Sa-
lomonis : quem tamen filium angelus domini
ſibi viuum reſtituit Geneſ.22. Hec igitur fuit ſe-
creta reuelatio paſſionis chriſti diſcipulis dei pa
triarchis facta in tertia mundi etate de qua ipſe
Ioan.8. Abrahā vidit diē meum ⁊ gauiſus eſt.
non tamen vidit tam clare ſicut apoſtoli ⁊ euan
geliſte:ſed obſcure ⁊ enigmatice: ideo dicit ꝙ ip
ſi patriarche: nihil horum verborum itellexerūt
ſcilicet clare ſed ſolum in vmbra figurarū. erat
enim verbum iſtud de paſſione ⁊ morte filij dei
atqꝫ de reſurrectione eius valde abſconditum
ab eis:et non intelligebant clare que dicebran-
tur eis a deo. Poſtqꝫ autem exiens Abraham
[Scd̄a ps euāgelij.] de terra natiuitatis ſue venit in terram Canam:
factum eſt cum appropinquaret Iherico que
eſt ciuitas iuxta iordanem:cecus quidam.i. po-
pulus Chananeorum ydolatrie deditꝰ: ſedebat
in terra per affectiones carnales:ſecus viam ta
men legis nature.i.extra eam ſed non longe ab
ea:quia ſemper manſit in ydolatris natura bo-
na ſeu bona inclinatio ad verum:quāuis actua
liter aſſentirent falſitatibus multis. Eratqꝫ ille
populus mēdicans diſciplinam bonam a ſuis
philoſophis ac ſacerdotibus:quorum tamē nul
lus potuit eum illuminare et veram fidem do-
cere : ſed cum audiret turbam Abrahe ⁊ ſuorū
pretereuntem.i.peregrinantem in terra illa(vn-
de Hebreos.i. aduenas eos vocabant) interro-
gabat populus ille:quid hoc eſſet fidei ⁊ religio
nis eorum:hoc eſt quem deum colerent: Dixe-
runt autem eis Abraham ⁊ tota familia eius ꝙ
tranſiret per terram illam ieſus.i.ſaluator de-
us Nazarenus ideſt floridus ſiue dans florem
gratie ſue humiliter ei conſentientibus: et ideo
mitteret illuc ſeruos ſuos quaſi peregrinos ad
docendum eos veram fidem. Ille vero popu-
lus admirans peregrinorum ſanctam religionē
cepit venerari deum Hebreorum. ⁊ clamauit .i.
intime deſiderauit particeps fieri gratie dei: di-
cens ad Abraham. Ieſu.i.ſaluator animarum ꝑ
tuam doctrinam fili dauid .i.dilectionis dei:mi-
ſere mei.i.cōpatere nobis tanta cecitate depreſ-
ſis.huic clamori conſonat textus Geneſ.20.vbi
rex Gerare in perſona totius populi ſui ſe cōmē
dauit orationibus Abrahe:⁊ pactū amicitie per-
petue cum eo ⁊ familia eius iniuit. Sed hoc non
placuit doctoribꝰ et ſacerdotibꝰ illius populi:de
quibus dicitur : ⁊ qui preibant.i.ductores illius
populi increpabāt illum vt taceret.i.auerteret ſe
ab amicitia hebreorum:⁊ ceſſaret a laude dei eo-

rum: nam ex hac malicia puteū quem Abrahā
effoderat vi abſtulerūt ab eo: vt recederet ab illa
regione Gen. 21. Ipſe vero populus cū rege ſuo
erat nimiū affectatus Abrahe et non poterat ſe
abſtinere ab amicitia eius vidēs eximiam ſancti-
tatem illius hominis ⁊ ſuorum domeſticoꝝ: ideo
quātomagis increpabant eū ſui ſacerdotes ydo
latre: tanto magis ille clamabat ieſu fili Dauid
Tertia ꝑs euāgelij. miſerere mei/ad ſenſum datū. Stans aūt. i. mo-
ram trahens Abrahā in terra Cananeorū: iuſſit
cecum populū adduci ad ſe ꝑ familiarē quādam
conuerſationē. ⁊ cū appropinquaſſet ei per ami-
citiam: interrogauit eū dicens. quid boni vis fa-
ciam tibi? at populus reſpōdit: dn̄e vt videā cla-
ritatem vere fidei abiecta caligine erroris ydola-
trie. Et ait illi deus reſpice ſeruū meū Abraham
in quo elucet claritas vere fidei quā deſideras: ⁊
illa eſt fides que te ſaluū facere poteſt a tua ceci-
tate. Et cōfeſtim ex familiaritate mutua vidit ille
populus magnū exemplar ſancte religionis in
Abraham ⁊ filijs ſuis Iſaac/⁊ Iacob. ⁊ ſequeba
tur deū ille populus a principio quidem in pau
cis ciuibus ſuis Abrahe adherentibus ⁊ domui
eiꝰ. Sed poſtq̄ ſucceſſores patriarchaꝝ in medio
tertie etatis adiuuante deo miraculoſe obtinue-
runt victorioſo prelio totam terrā illā: populus
ille magnificabat. i. magnū predicabat deum he
breorū. et omnis illa plebs vt vidit miraculoſas
victorias eorum: dedit laudē deo vero preferens
illum dijs falſis gētilium. Hactenus de hiſtoria
tertie etatis in euāgelio figurata: ſed homelie ſan
ctorum aliam expoſitionē huic ſimilem faciunt:
cecū vocādo totum genus humanum ex plaga
primorum parētum: ſed per aduentū filij dei in
carnem a cecitate illa ſanatū per illuminationē
Moralitas. ſaluatoris noſtri ieſu chriſti ⁊c. ¶ Moralitas ve-
ro in iſto tempore veris incipiētis: quod ieiunio/
vel penitētie cōuenientiſſimum eſt: aſſumpſit ie-
ſus. i. bonus prelatus procurans animarū ſalu-
tem: aſſumpſit a vita carnali ⁊ ſeculari peccatri-
ce: ad vitam ſpiritualem virtutis ⁊ penitētie: que
etiā vita Hieruſalem. i. viſio pacis cōſcientie dici
poteſt. aſſumpſit inq̄ ab hac dn̄ica duodecim di-
ſcipulos ſuos. i. vniuerſos fideles ſibi ſubditos
duodecim apoſtolorū doctrinam ſequētes dicēs
illis in predicationibus ⁊ officijs eccleſie ea que
conferūt eis ad ſalutem animarū. Ecce aſcendi-
mus Hieroſolymā. i. vitā virtuoſam in quadra-
geſima. ⁊ conſumabuntur. i. perfecte declarabun
tur in ea tam in officijs eccleſiaſticis/ q̄ in predi
cationibus publicis: omnia que ſcripta ſunt per
prophetas/per apl'os ⁊ ſanctos doctores eccl'ie
de filio hominis. i. de hoīe chriſtiano filio homi-
nis chriſti. nam illi copioſe ſcripſerūt qualiter vi-
uere debeat quilibet fidelis ſeruus dei ad ſecuri-
tatem ⁊ ſalutē anime ſue. Sed aduertendū ꝙ ho
mo taliter viuere incipiēs ⁊ vere penitens trade
tur ex diuina premiſſione gentibus. i. mundanis
gentiliter viuētibus vituperandus tanq̄ fatuus:
illudeturq̄ ab eis geſtibus/ flagellabitur perſe-
cutionibus/cōſpuetur iniurioſis verbis quaſi ſit
homo indiſcrete ſeipſum occidēs. Sed has irri-
ſiones deus permittet fieri ad vtilitatē vere pe-
nitētis: quia peccatores poſtq̄ ſic flagellauerint
hominem iuſtū: tādem occident eum. i. mortifica-
bunt ſenſualitatem ⁊ paſſiones carnis eius. dici-
tur eñ in pſal. 36. cōſiderat peccator iuſtū ⁊ que-
rit mortificare eum. hec tamē mortificatio eſt ſo-
lum quātum ad carnē: qua ſic mortificata reſur-
get ſeruus dei quantum ad ſpiritū a peccatis ad
vitā gratie: ⁊ hoc tertia die. i. poſt tres actus peni-
tentie qui ſunt contritio/confeſſio/ et ſatiſfactio.
Dum autem hec predicat prelatus ſuis ſubditis
in principio huius tēporis officiorum de penitē-
tia: ipſi adhuc rudes ⁊ inexperti in doctrina mo-
rali nihil horum intellexerunt practice. ignorant
eñ tunc mortem ſpiritualem ⁊ reſurrectionē mo
ralem: ideo propter inexperientiā erat verbū hoc
abſcōditum ab oculis eoꝝ/nec intelligebant cla
re que dicebātur eis a prelato. Dicit eñ Ariſtote
les in Ethicis ꝙ nouicij auditores ſcientie mo-
ralis non credunt/nec bene percipiūt documen-
ta preceptoris: donec paulatim aſſueſcāt ⁊ exper-
ti guſtent veritatem. eodem modo fideles in his
primis predicationibus de penitētia quaſi noui-
cij auditores non bene percipiūt hec ſecreta mor-
tificationis ⁊ reſurrectionis moralis: donec ve-
niatur ad miraculū illuminationis ceci peccato-
ris per gratiā dei: et tunc guſtare incipiet doctri-
nam de penitētia ⁊ fructibus eius: eritq̄ tūc Ido
neus auditor huius diſcipline. Comparatur aūt
peccator fidelis ante ſuā cōuerſionem ceco: quia
omnis malus eſt ignorās. Hic ſedet iuxta viam
legis dei quia habet fidem informē: non diſtat
tamen lōge ab ea ſicut infideles: ⁊ talis mendi-
cat in ſeculo honores/diuitias ⁊ delitias. audit ta
men in hoc tēpore ſeptuageſime turbā lectionū
ſermonum ⁊ ſacramētoꝝ in eccleſia dei. interro-
gat quid hoc ſit; reſpondetur ei a iuſtis fidelibus
ꝙ venit ieſus. i. ſaluator animarū prelatus talia
annūcians ad illuminandum peccatores cecos.
Hac reſpōſione cōpunctus peccator incipit cla-
mare per rugitum cōfeſſionis orans deū vt miſe
reatur eius. adducit ad pedes cōfeſſoris factiſq̄
ibi neceſſarijs interrogationibꝰ: reſpōdet ipſe ac-
cuſans ſeipſum de ſua cecitate in tēpore preteri-
to. illuminatur ibi doctrina confeſſoris vt videat
deiceps que agere a quibuſue abſtinere debeat.
Tandē ſequitur chriſtū paſſibus mētis que ſunt
bone cogitationes ⁊ pie affectiōes: ⁊ magnificat
deū pro miſericordia ſibi facta. Viſa aūt pecca-
toris conuerſione oīs plebs mūdanoꝝ admirat/
edificat/ ⁊ cōcitatur ad laudādum deum de tam
miraculoſa ſua operatione erga peccatores per-
ditiſſimos. ¶ Cantus offertorij: benedictꝰ es do- Offertorium.
mine: pſal. 118. ad vtrūq̄ cecū pertinet. i. tam hi-
ſtoricum/q̄ moralem: qui gratias agēs de ſua il-
luminatione ſpirituali benedicit deū: ⁊ gemina-
tur principium huius offertorij ad ſignificādam
magnam affectionē benedicētis deum: qui ſicut



bis dixerat. Ieſu fili dauid miſerere mei: ita bis
dicit regratiando benedictus es dn̄e. ⁊ petit vlte-
rius edoceri in iuſtificationibus. i. iuſtis manda-
tis dei: quod etiā verbum bis repetit ꝓpter du-
plices iuſtificationes dei: ſcʒ de vita actiua ⁊ con
tēplatiua. Secreta oratio: hec hoſtia queſumus
dn̄e: explicat ſenſum moralem offertorij petens
fidelibus preſentibus emundationē a delictis ⁊
ſanctificationē mentis ⁊ virtute ſacrificij eucha-
Communio. riſtie. ¶ Cantus cōmunionis: manducauerunt ⁊
ſaturati ſunt pſal. 77. notat peccatum gule tam
in hominibus tertie etatis (quod contigit iudeis
murmurātibus in deſerto) q̄ etiā preſentibus no
ſtri tēporis maxime in hac dn̄ica carnis priuiali
qui exceſſiue delectātur in cibis ⁊ potibus. vnde
ex hoc peccato in currerunt tunc iram dei: nam
paulopoſt ſubditur: adhuc eſce eorū erant in ore
ipſoꝝ ⁊ ira dei aſcēdit ſuꝑ eos/⁊ occidit pingues
eorum ⁊c. quo cōtra de iuſtis ⁊ vere penitētibus
atq̄ humilibꝰ premittitur ibidē: panem celi de-
dit eis/panem angelorum mādncauit homo: ci-
baria ſcʒ ſpiritualia miſit eis in abundātia. fina-
lis oratio. Queſumus oīpotēs deꝰ vt qui celeſtia
alimēta: moraliter petit a deo pro vere penitētibꝰ
munimen ⁊ defenſionē cōtra tentationes gule/⁊
ebrietatis que cōmuniter occurrunt fidelibus in
hoc triduo. Vincūtur tamē iſte tētationes ex de-
uota perceptione celeſtis alimēti eucharíſtie/vel
ſacramētaliter/vel ſaltē ſpūaliter/ aut etiā ex de-
uota miſſe auditiōe q̄ impetrat grā a deo: q̄tenus
ꝑ eā faciliter vincātur ⁊ domentur tales affectiōes.

## ¶ Caput vigeſimumſecūdū

de officio quarte ferie in capite Ieiunij qua-
drageſimalis: in quo exitum hebreorū de Egy-
pto in medio tertie etatis mundi commemorat
eccleſia: ⁊ ſimilē exitum chriſtianorum a carnali
cōmercio in preſenti tempore denotat.

Argumētū officij generale



Icet ſequēs do-
minica intituletur quadrageſi-
ma vt ſuperius dicebamus:
tamen hodie cēſuit eccleſia ie
iunium quadrageſimale in-
choandū. Pro cuius declara
tione rationis ſupponēdum
eſt ex volumine decretorum in multis locis: ꝙ
a tempore apoſtolorum currit in eccleſia chriſtia
na ieiuniū quadrageſimale. i. quadraginta dierū
ad paſcha dn̄i terminatum. Sed in primitiua ec-
cleſia illi quadraginta dies ieiunabātur a fideli-
bus cōtinui ad imitationem chriſti: ita ꝙ nullus
interponebatur dies non ieiunādus: nec ſume-
bant cibū fideles ieiunātes quolibet die vſq̄ ad
occaſum ſolis. Procedēte vero tēpore circa an-
nos dn̄i fere trecētos inſurgētibus erroribus he-
reticorum circa reſurrectionē chriſti ſtatuerūt pa
tres ꝙ fideles chriſti non ieiunarēt diebus dn̄i-
cis ob reuerentiam gaudij reſurrectionis chriſti:
circa quā errabant illi heretici. Sed ne facer ille
numerus quadraginta dierū ieiunij chriſti dimi
nueretur ex illa interpollatione dierum domini
corum: addiderūt vnam hebdomadem dierum
quadrageſime: quam nos vocamus quinquage
ſimam: ⁊ ab illa ieiuniū quadrageſimale incho-
antes interponebant dies dn̄icos non ieiunan-
dos etiam permiſſo eſu carnium in illis diebus.
Deinde papa Melchiades ⁊ quidam alij ponti
fices ſtatuerunt ꝙ etiam in quinta feria fideles
non deberent ieiunare ob reuerentiam aſcen-
ſionis chriſti: in qua natura humana ad ma-
gnam gloriam fuerat exaltata. quare ad ſup-
plendas quintas ferias vnam aliam ſeptima-
nam quadrageſimali ieiunio addiderunt. Et
hanc additionem vocamus ſexageſimam. et ſic
a dominica ſexageſime fideles ieiuniū inchoan-
tes interponebāt dies dominicos et quintas fe-
rias/dies ſolemnes ⁊ feſtiuos ſine ieiunio imo et
cum eſu carnium. Poſtea vero ex ſimili deuo-
tione quidam alij pontifices ſanxerunt diē ſab-
bati non eſſe ieiunandum: ob reuerētiam ſepul-
ture chriſti in qua ipſe a laboribus requieuit: et
ob reuerētiā virginis Marie in q̄ ſola tali die fi-
des catholica illibata remanſit: ideo videbatur
eis conueniens vt die ſabbati fidelis populus a
labore penitentie requieſceret: quare addiderūt
aliam hebdomadem quadrageſime vt incipere
tur ieiunium a ſeptuageſima: dimittendo in q̄li
bet hebdomade tres dies nō ieiunādos imo cū
gaudio ſolemniter celebrandos. Et de tali tēpo-
re loquētes quidam doctores dixerūt ꝙ ſeptua
geſima ordinata eſt in redemptionem ſabbato-
rum/ ſexageſima in redemptionem quintarum
feriarum/ et quinquageſima in redemptionem
dn̄icarum in tempore ieiunij quadrageſimalis.
Verum quia expientia docuit ex interpollatiōe
huiuſmodi dierum carnalium notabiliter di-
minui deuotionem fidelium neceſſariā ad peni-
tentiam et ieiunium: decreuerunt pontifices po-
ſteriores non obſtante pia deuotione ſuorum ꝑ
deceſſorum ꝙ dies ſabbati in quadrageſima ie
iunaretur relictis diebus dominicis et quintis
ferijs interponendis ſine ieiunio. ideo iterum a
ſexageſima non a ſeptuageſima dixerūt ieiuniū
eſſe ſumendum. Hoc factū eſt circa annos chri-
ſti ſexcentos: quo tempore ſanctus papa Grego
rius miſſalia officia quibus nunc eccleſia vtitur
poſt ſuos predeceſſores ordinauit: ⁊ cantus cho-
ri ſuperaddidit. Et hic fit ꝙ in quītis ferijs qua
drageſime officia miſſarum varia ſunt apud va-
rias dioceſes: quia ſanctus Gregorius pro illis
diebus officia de ieiunio non inſtituit: cum ſuo
tempore non ieiunarētur a fidelibus. Sed Gre-
gorius ſecundus circa annos domini ſeptingen
tos quintas ferias decreuit eſſe ieiunandas: re-
lictis diebus dominicis ſine ieiunio. prohibuit
tamen in eis eſū carnium. nec tñ pro quintis fe-
rijs officia de ieiunio ordinauit. ideo quadrageſi
malis ieiunij principium ad hebdomadē quin-
quageſime reduxit ſcilicet a ſecunda feria eius.

Poſtremi tamen pontifices romani vidētes ꝙ illo modo fideles ieiunabāt quadraginta ⁊ duobus diebus vltra numerū ieiunij chriſti: decreuerunt auferēdas eſſe duas ferias ſecundā ⁊ tertiā illius hebdomadis: ⁊ incipiēdū eſſe ieiuniū quadrageſimale a quarta feria eiuſdē quinquageſime: vt ſic remaneāt preciſe quadraginta dies ieiunabiles interpoſitis ſex diebus dñicis ſine eſu carnium ⁊ ſine ieiunio. ⁊ hunc modum a multis iam annis obſeruat eccl'ia latina: licet apud grecos ⁊ quoſdā alios modus Gregorij ſcđi adhuc obſeruetur. Preter hāc tamen rationē inceptionis ieiunij in hac quarta feria: poſuimus aliā figuralem in capitulo de ſeptuageſima: ⁊ alij doctores plures alias afferūt de quibus nō eſt modo dicendū per ſingula.

Argumētum ſpeciale.

¶ His ſuppoſitis in cōmuni: veniēdo ad propriū officium huius quarte ferie: dicimus ꝙ in matutinis omnia dicuntur ſicut cōmuniter in pſalterio ordinatū eſt per totū annum: excepto euāgelio quod proprium eſt in quolibet die quadrageſime: et ſimiliter officium miſſale ob magnā celebritatem ieiunij. Et ſequēdo duas expoſitiones hiſtorialem ⁊ moralē ſicut in precedentibus: cōſtat ꝙ huius diei officiū: ſicut ponitur in medio huius hebdomadis quinquageſime (que ad tertiā etatem mundi dicta eſt ptinere) ita correſpōdet medio tertie etatis: quādo ppl's dei a captiuitate egyptiaca liberatus legem accepit cerimoniarū/cinerū/⁊ figurarum in deſerto. Unde ad hoc ſignificādum eccleſia hodie fidelem populū ab eſu carniū educēs quaſi a ſeruitute carnali ⁊ in deſertū penitētie introducens capitibus fideliū cinerem aſpergit. Et cōſequēter per alias tres huius hebdomadis ferias totū diſcurſum illius populi ſub lege veteri breuiſſime tranſigit: eo ꝙ de illa materia copioſius egerat eccl'ia in quattuor hebdomadibus aduētus dñi quibꝰ hi quattuor dies feriales correſpōdēt. Poſt eos vero ſequētur quadraginta ⁊ duo dies. i. ſex hebdomades quadrageſime ad legem euangelicā referende. Et licet in precedētibꝰ (ſcꝫ in paruo illo interuallo ab octauis Epiphanie vſqꝫ ad ſeptuageſimam) ſatis ſuccincte actum ſit de procurſu fidelis populi ſub lege euangelica: nūc tamē in ſex hebdomadis quadrageſime data prolixioris tēporis copia eaſdē hiſtorias operoſius ꝓſequitur eccleſia in ſuis officijs. Hec de ſenſu hiſtorico officiorum quadrageſimalium in genere: nā in ſenſu morali hec officia multimodas docent virtutes penitētibus neceſſarias: vt ex dicēdis apparebit. Igitur in officio miſſali huius diei premiſſis quibuſdā orationibus de penitētia etiam benedictione cinerū preuia: eccleſia figurat liberationem populi iſrael de egyptiaca ſeruitute: in qua multas patiebātur miſerias et penas lamētabiles.

Impoſitio cineris.

Imponenſqꝫ cineres capitibus fideliū per hiſtoriā repreſentat impoſitionē legis vete. populo hebreoꝝ iam educto in deſertum. Per moralitatē vero hec cinerū impoſitio ex antiqua cōſuetudine patrū tam ve. ꝙꝫ noue legis protēdit humilitatem fidelibus neceſſariā in hoc tēpore penitentie ſcꝫ per conſiderationē proprie fragilitatis ⁊ miſerie. vnde ⁊ mortis memoriam ſimul cū cineribus eccleſia explicat dicēs: memento homo quia cinis es ⁊ in cinerē reuerteris ⁊c. quibus verbis deus. Geneſ. 3. ſententiam mortis ꝓtulit in Adam ⁊ in omnes filios eius. Eiuſdēqꝫ ſentētie memor ſanctiſſimꝰ patriarcha Abraham dixit Geneſ. 19. loquar ad dominum meū cum ſim puluis ⁊ cinis. Similiter rex Dauid coram deo ſe humilians in penitentia legitur ꝙ inductus ſacco cinerem aſperſerit ſuper caput ſuum: ⁊ ſic de alijs plurimis patribus ⁊ ſanctis hominibus: qui hanc obſeruātiam deuotiſſima religione habuerūt.

Introitꝰ miſſe.

¶ Introitus miſſe: miſereris omniū domine: Sapientie. 14. Introducit populum ſiue antique / ſiue noue legis gratias agētem deo de beneficio ſue liberationis/ſiue ab egypto/ſiue a peccato. ideo laudat dei miſericordiā qui ex nimio amore ſuo erga homines diſſimulat peccata eorū. i. non punit eos/ vel non tātum quātum ipſi merebantur: imo expectat ⁊ vocat eos ad penitētiam qua ipſi ſeipſos puniant valde clemēter. Verſus: miſerere mei deus: pſal. 56. ex nimia cōfidentia diuine miſericordie petit veniam peccatorum/⁊ fauorem auxilij diuini ad ſuſtinēdum labores deſerti ⁊ penitentie ad duos ſenſus: ideo bis dicitur miſerere mei.

Oratio.

Oratio: preſta dñe fidelibus tuis: applicat moraliter introitum ad fideles preſentes: qua prelatus petit gratiam a deo ſuis ſubditis: quatenus deuote incipiant ⁊ deuote proſequantur ſolēnitatē quadrageſimalis ieiunij ⁊ penitentie ſalutaris. Et ſi per ieiunium legem veterē intelligamus: hec oratio potuit eſſe Moyſi legem ferētis populo hebreorum ⁊ pro eis orantis ad deum: quatenus populus ille per gratiam dei deuote legem illam reciperet ⁊ ſuſceptam obſeruaret.

Flectamus genua.

¶ Aduertēdū tamen ꝙ ab hac die per totam quadrageſimam in diebus ferialibus. Diaconus ante hāc orationē ad populum loquens ait: flectamus genua: ſcꝫ in ſignū humilitatis ⁊ penitentie ad facilius impetrādum id quod petere volumus in oratione. Sed idem diaconus ſtatim addit verbum: leuate: ſupple genua quia ſatis eſt vel ſic humilitatē oſtēdiſſe fideles. Eodem modo in fine miſſe idē dyaconus ad idem propoſitum ante vltimā orationem dicit ad populum loquēs: humiliate capita veſtra deo: ⁊ ſentētia eſt eadem.

Ep'le argumētū.

¶ Epiſtola: conuertimini ad me: Johelis. 2. per hiſtoriā cōmemorat exitū hebreorum. de Egypto ⁊ receptionē legis a deo in deſerto: vbi etiā determinata ſunt officia ſacerdotū ⁊ leuitarum in tēplo. Unde epiſtola habet tres partes. Primo enī ꝓponit afflictionem hebreoꝝ quā habebāt in egypto ⁊ miſericordiam dei eos inde liberantē. Secūdo ibi: canite tuba: cōgregationem vniuerſe multitudinis eorū in deſerto ſubiūgit vt eſſet apta ad ſuſcipiēdam legē. Tertio ibi: inter veſtibulū ⁊ altare: diſtinguit officia ſacerdotū/⁊ leuitaꝝ in tabernaculo





nem magne patriarche Abrahe ꝓmiſſam:in ſe
mine inquit tuo.i.in chriſto bñdicētur oēs gētes/
et ſicut ſtelle celi ſic erit ſemen tuū.i.celeſte ⁊ ſpi
rituale. Quare gētiles ī chriſto renati effecti ſūt
filij et ſemen Abrahe heredes facti fidei ei⁹:poſ
ſidete inquit Petrus regnum eccleſie dei:vo-
bis paratum ex diuina predeſtinatione ab origi
ne mūdi: q꜡ extūc cepit de⁹ in Abel ⁊ i alijs ſan
ctis patribus ꝑfigurare chriſtum ⁊ paſſionē ei⁹
In quo ſemine Abrahe benedicende erant om
nes gentes Galat.3. de hac regni chriſti prepa-
ratione a conſtitutione mūdi ait apl's Apoc.13.
ꝙ agnus ille dei occiſus eſt.ſ. figuraliter ab ori-
gine mūdi i Abel.⁊c̄.Uel aliter:poſſidete regnū
⁊ regite bene eccl'iam dei vos fideles ex gētilita
te:q꜡ a conſtitutione hui⁹ mundi noui dictum ē
a chriſto iudeorum incredulitatem exprobrante
Matthei.21.Auferetur a vobis regnū dei.i.regi-
men eccleſie/⁊ dabitur gentibus.⁊c̄. et ſic regite
hoc regnū chriſti vt dirigatis bene fideles ſuos
ad poſſidendū regnū celeſte.Modus autē boni
regiminis eccleſie dei conſiſtit in exercitio ope-
rum miſericordie cū ꝓximis propter honorē dei.
de quib⁹ dicitur eſuriui ⁊ dediſtis.⁊c̄. et numerā
tur ſex opera miſericordie corꝑalia:per que etiā
ſubintelligi debent opera miſericordie ſpiritua-
lia:maxime ꝑdicatio fidei ⁊ miniſtratio ſacramē
torum eccl'ie:in qbus fideles chriſti ſe exercebāt
Tertia ps euangelij. frequēter i ſcd'a geñatione eccleſie vt patet Act.
6.Quo ꝯtra ifideles maxime iudei ſiniſtra opa
crudelitatis in proximos exercebant:qđ reputa
tum ēſt eis in offenſam dei ac ſi ipſum deū ꝑſo-
naliter ꝑſecuti fuiſſent.vnde ⁊ Saulo dixit chri-
ſtus Actuū.9.Quid me perſequeris:⁊c̄.quare ni
mirum ſentētia dei cecidit ſuper eos:ite(inquit)
maledicti.⁊c̄.⁊ ibunt hi in ſupplicium eternū nō
ſolum poſt hanc vitam in infernū: ſed etiam in
hac vita deputati ſunt iudei infideles in capti-
uitatem eternam.i.a qua nunq̄ꝫ liberabūtur iu-
ſto dei iudicio vt ſibi ꝓphetauerat Daniel ca.9.
vſqꝫ in ſempiternū inquit ꝑſeuerabit vaſtitas et
deſolatio regni iudeoꝝ. ſilis eſt ſentētia cōtra ri-
t⁹ ydolatrie gētiliū. Iuſti aūt.i. fideles chriſtiani
ibunt de virtute in virtutē ꝓficiētes vſqꝫ in vitā
eternā:nō ſolū poſt hāc vitā in ꝑadiſum:ſed etiā
in hac vita ꝓmiſit chriſt⁹ eccl'ie ſue:ego vobiſcū
ſum vſqꝫ ad ꝯſummationē ſeculi Mat.vltimo: et
Moralitas. Daniel.2. dicitur de regno meſſie ꝙ ꝑſeuerabit
in eternū.qđ eſt in vitā eternā. ¶Moraliter autē
exponit hoc euangeliū de officijs platoꝝ ⁊ ſacer
dotū erga fideles in hac q̄drageſima:qñdo ꝑdi-
catores/cōfeſſores/cantores/⁊ alij eccl'ie miniſtri
frequētius ſolito reſidēt in eccl'ia ſua.maxime cō
feſſores q̄ ſedent q̄ſi iudices in audiētia ſua ſuꝑ
ſedem maieſtatis ſue.i.maioritatis ſuꝑ alios fi-
deles habētes iuriſdictionē a deo.et in tali iudi-
cio diſcernūt ſeparantqꝫ malos a bonis: dū hos
admittunt/ illos expellunt a regno dei. In illo
ergo tēpore ſancte q̄drageſime dixit ieſus.i.ordi
nauit vt veniret filius hoīs chriſti ꝑlat⁹ vel cura
tus aiarum in maieſtate ſui officij paſtoralis: et
omnes alij angeli.i.miniſtri eccl'ie cum eo.⁊ ſe-
debit ſuꝑ ſedē maieſtatis ſue: que eſt vel cathe-
dra ꝑdicatoris vel ſella cōfeſſoris/aut tribunal ꝑ
lati iudicis.et tunc cōgregabunt ante eū oēs gē
tes fideles ſue dioceſis vel parrochie ad audiē-
das miſſas/ꝑdicationes/⁊ faciēdas confeſſiões
deuocius ⁊ frequentius q̄ꝫ in alio tp̄e.⁊ tunc ſe-
parabit eos ab inuicē.⁊c̄. q꜡ ꝑdicator diſcrimē fa
ciet inter ꝟtuoſos ⁊ vicioſos:illos laudādo iſtos
vituperando.ſil'r confeſſor bonos abſoluit/ ma-
los maledicens reijcit. Eodem modo iudex ec-
cleſiaſticus in foro exteriore obediētes admittit
ad regnū eccl'ie:rebelles ꝑ excōicationē maledi-
cit ⁊ reijcit ab eccleſia. Epiſcopus etiam benedi
ctiones ſuas multiplicat iſto tempore ſuper de-
uotos/ peccatores aūt publice penitentes eijcit
ab eccl'ia exterritos obiurgationib⁹.Et ſic patet
q̄ ex fidelibus tenēt dexterā ⁊ qui ſiniſtrā in ec-
cleſia dei.bonis autem penitentibus qui in dex
tera ſunt imponuntur a ſacerdote opera miſeri-
cordie circa ꝑſonas ⁊ domos pauperum:vt mo
naſteria/⁊ hoſpitalia.⁊c̄. ¶Offertorium: Leua- Offertorium.
bo oculos meos.⁊c̄.pſl'.118. eſt vox eccleſie vel
ꝑmitiue vel moderne grãs agētis deo de ſuis
mirabilibus operibus cum ea: petentiſqꝫ gra-
tiam vlteriorem ad benefaciendā mandata dei
⁊ deuote exercenda opera miſericordie. Oratio
ſecreta:Accepta ſit.⁊c̄.ſacrificium altaris deo of
fert ad impetrandum gratiam: qua ⁊ ieiunium
fidelium ſanctificetur/ ⁊ indulgentia peccatorū
habeatur. ¶Communio:Uoce mea.⁊c̄.pſalmo Communio.
3.eccleſia gaudet ſe exauditam in petitionibus
ſuis vnde iā nō timeat ifideles neqꝫ alios pctō-
res.Ultima orō:Salutaris.⁊c̄.ampli⁹ petit gra
tiam deuotionis ad bene guſtandum miſteria
huius ſancte quadrageſime.Alia oratio ſuꝑ po
pulum:Abſolue queſumus dñe.⁊c̄.petit vt fide-
les peccatores abſoluantur virtute euchariſtie a
peccatis et a penis eorū per acceptationem ſui
ieiunij et penitentie.

## ¶Caput vigeſimumocta uum de feria tertia prime hebdomadis quadrageſime adaptata tertie generationi eccleſie ꝑmitiue:⁊ ieiunio ſancte quadrageſime.

Argumētū officij ab anno chriſti.60 vſqꝫ.90.

Tertia geñatio eccleſie chriſtiane ꝓceſſit ſub
romanis pontificibus Lino
Cleto ⁊ Clemente: imperan
tibus tunc mundo Uitelio
Ueſpaſiano Tito et Domi-
ciano:et hic vltim⁹ ſcd'am ꝑ-
ſecutionē mouit cōtra chriſtianos in qua beatus



Ioānes apl's paſſus eſt olei feruētis opprobriū.
Et correſpōdet iſtic geñationi ve.le. q̄ fuit Pha
res filius Iude ex Tamar nuru ſua: de quo ta-
men Phares et ceteris patribus genealogie
chriſti vſqꝫ ad regem Dauid fere nihil ſcriptū eſt
in ſacra byblia qđ ad geſta eorum pertineat. nā
in toto illo tēpore fere.800.annoꝝ quaſi abſcō-
diti fuere patres linee chriſti:ideo vix poſſet da-
ri a nobis concordia generationū eccl'ie ad illas
geñationes veteres:niſi ꝙ loquendo confuſe di
cimus ꝙ ſatis ſimilia tempora et opa hinc ⁊ in-
de conſumata creduntur in vtroqꝫ populo vete-
ris et noue legis.Nā a beato Petro vſqꝫ ad Sil
ueſtrum papam primū:q̄ iam correſpondet re-
gi Dauid: ſub totidē geñationibus eccl'ie obſcu-
ra valde tempora fuerunt et confuſa vel abſcō-
dita quaſi in faciſculo colligata:adeo vt hoc ip-
ſum ſit ibi cauſa ꝯcordie:ꝙ in vtroqꝫ ppl'o ſub
ſili numero geñationū cōfuſa et abſcondita fue
re ſanctoꝝ patrū geſta. Et itē q꜡ illic legitur po-
puli iſrael incolatus in Egypto vbi ex odio affli
gebatur:hic mora fidelium in iudea vbi ꝑſecutio
nem odioſam patiebantur.illic eductio populi
veteris a captiuitate illa per Moyſen et Aaron:
hic eductio chriſtianorum a ſinagoga perfida ꝑ
Paulum ⁊ Barnabam.illic iudeoꝝ fuit vita la-
borioſa in deſerto:hic magna anguſtia fuit chri
ſtianorum in gentiliū populo atqꝫ imperio.illic
introitus populi veteris in terram ꝓmiſſionis:
quam Ioſue diuiſit ſeptē tribubus ſorte: hic in-
troitus populi noui in eccleſiam dei:quib⁹ Ioā
nes apoſtolus diuiſit ſeptiformē grãm dei.i. ſe-
ptem eccleſijs Aſie:quo adhuc viuente multas
gentiliū poſſeſſiones acceperūt. illic deniqꝫ poſt
mortem Ioſue filij iſrael multipliciter debella-
runt Cananeos/Iebuſeos/Philiſteos.⁊c̄.conti
nue vſqꝫ ad regē Dauid: hic vero fideles chriſti
ꝑ multa martyria debellarunt varios gentiliū
populos poſt mortem Ioannis apoſtoli conti-
nue vſqꝫ ad Silueſtrum et Conſtantinū.Inſuꝑ
concordat vtrobiqꝫ in tēpore illo obſcuro caren-
tia proprij regis fidelis/et a deo electi ac conſe-
crati:Poſſent ⁊ alia q̄dam cōcordantia allegari
ſuper oēs illas decē geñationes cōfuſe: ſed iſta
ſufficiant:q꜡ officia eccl'iaſtica hoꝝ decem dierū
ex his ſatis intelligi poterunt.In tertia ergo ge-
neratione eccl'ie chriſtiane inter cetera hoc nota
bile factum legitur:ꝙ ꝑmittēte dei iuſto iudicio:
exercitus Romanoꝝ duce Tito ciuitatē Ieruſa-
lem/et templū/ et totum regnū iudeorū propter
pctā eoꝝ euertit/ diſſipauit/ ac deturbauit iuxta
Danielis vaticiniū capite.9.e ciuitatē(inquit) ⁊
ſanctuariū diſſipabit populus cū duce vēturo.⁊c̄.
In quo iudeoꝝ excidio i fideles ex iudeis q̄ erāt
in terra promiſſionis ſaluat ſunt: quia āmoniti
vel per angelum dei/ vel per aliquē ꝓphetam/
vel ꝑ ſigna horribilia que preceſſerunt(de quoꝝ
maximo chriſtus ꝑdixerat Matth.24.Cum vi-
deritis abhominationē q̄ dicta ē a Daniele pro-
pheta ſtantem in loco ſancto.i.ydolum Ceſaris
in templo.⁊c̄.)āmoniti inquā fideles modo ꝑdi-
cto receſſerunt a iudea anteq̄ꝫ veniret exercitus
Introit⁹ miſſe. Romanorū. ¶Unde officiū hodiernū in ſenſu
hiſtorico ꝑdictam regni iudeorum finalem de-
ſtructionē deſcribens in miſſe introitu: Domine
refugium factus es nobis.⁊c̄. pſal'.89. introdu-
cit fideles illos a iudea fugiētes ⁊ grãs deo agē
tes de ſua liberatione ab exterminio Romano-
rum:q̄ nō comꝑhenderunt eos cū alijs iudeis ꝑ
fidis. ideo dicunt: dñe in fuga noſtra:tu refugiū
factus es nobis.i. ꝓtector ad quem fugimus a
geñatione iudeoꝝ ⁊ a ꝓgenie romanoꝝ. et hoc
potuimus facere ꝑ tuā reuelationē q̄ futura oīa
cognoſcis:q꜡ a ſeculo vſqꝫ in ſeculū/⁊ ꝑuſq̄ꝫ mō-
tes fierent/aut formaretur terra ⁊ orbis/a ſeculo
et in ſeculū tu es deus oīa ſciens ⁊ ꝓuidens.Ea
dem verba poſſūt dicere oēs fideles moderni ie-
iunantes ⁊ vere penitētes:q̄ fugierunt ab exerci
Oratio. tu demonioꝝ ad deū q̄ fact⁹ eſt eis refugium.⁊c̄.
Hunc ſenſum explicat orō ſequēs:Reſpice dñe
familiam tuam.⁊c̄.petēs grãm a deo qua miſeri
corditer reſpiciat eos ⁊ inflāmet in amore ſuo:ex
quo propter eum aſſumpſerūt laborem ieiunij.
Ep'le argumētū. ¶Epiſtola:Querite dñm dū.⁊c̄. Eſa.55.fere in
eodē ſenſu loquitur contra ꝓteruos iudeos ter-
tie generationis:⁊ contra obſtinatos peccatores
huius tēporis:reꝑhendens eorum duriciā: qua-
re non conuertantur ad deū querentes ab eo ve
niam pctōrum/⁊ miſericordiā quamdiu eos ex-
pectat.Et habet epiſtola tres partes.Prima eſt
doctrina ſalutaris. Secunda ibi: non enim co-
gitationes.⁊c̄.eſt ratio dicti litteralis.Tertia ibi:
et quomodo imber.⁊c̄.applicat ſimilitudo natu-
ralis.In diebus itaqꝫ illis tertie generatiōis ec-
Prima ps ep'le. cleſie locutus eſt Eſaias.i. prelatus fidelium vt
Iacobus minor:qui erat epiſcopus Ieroſolymi
tanus:dicens iudeis.querite dominū in hoc tem
pore pacis dum inueniri poteſt a vobis per bo-
na opera maxime per fidem rectam chriſti meſ-
ſie veſtri:inuocate eum vt vos illuminet:dū pro
pe eſt vobis in ſeruis fidelibus qui morātur in-
ter vos. Modus querendi et inueniendi deum
ad miſerendum vobis eſt: ꝙ derelinquat impi⁹
.i.infidelis viam ſuam.i.ſectam peruerſam qua
impius eſt perſequendo fideles chriſti:⁊ vir ini-
quus.i. raptor bonorum proximi: derelinquat
cogitationes auaricie q̄ ſunt cauſe ſue infidelita
tis: vt patet Ioannis.11.⁊ reuertatur in hoc tem
pore induciarum ad deum per veram peniten-
tiam:⁊ miſerebitur eius liberando eum ab infi-
delitate/ꝑcendo peccatis ſuis/⁊ eruendo a peri-
culis futuris ꝑ gentem romanorum.quoniam
mult⁹ eſt.i.multas miſericordias habet ad igno-
ſcendum peccata quantūcunqꝫ illa ſint multa:⁊
etiam magnus contra magnitudinem peccato-
rum vt patet in pſalmo.50. in principio.Simi-
lem exortationem fecit eiſdē iudeis Hieremias
propheta ante captiuitatem babylonicam: ſed
noluerunt ei credere: imo perſecuti ſunt eum
talia predicantem: et in hac tertia generatio-
ne eccleſie magis obſtinati noluerunt acquie-
ſcere predicte exhortationi Iacobi apoſtoli:

*Secūda pars epiſtole.*

ſimo pſecuti ſunt eum ⁊ tandem occiderūt. Sed
ad magis pſuadendū eos additur ratio q̄ effica
citer ꝓbat magnam dei miām ſup oīa pctā ho-
minū. nō enim cogitationes mee erga vos ſunt
praue ⁊ vindicatiue: ſicut cogitationes vr̄e erga
ꝓximos q̄ vos offenderunt. neqꝫ vie mee .i. opa
ſunt ſimilia vr̄is q̄ redditis malū ꝓ malo: dicit
dn̄s. i. chriſtus ad iudeos. nā ⁊ in cruce orauit ꝓ
ſuis crucifixoribus: et poſtea miſit ad eos aplos
q̄ p̄dicarēt eis veritatē ⁊ multa miracula facerēt
in pplo iudeoꝝ: quare ſequitur ꝙ ipſe nō q̄rebat
vindictā de iudeis: ſed cupiebat eorū ſalutē ⁊ cō
uerſionē ad deū: ſi ipſi voluiſſent audire p̄dicato
res ſuos in tpe ſibi conceſſo ad penitētiam. Et li
cet chriſtus eſſet verus homo ſilis aliis hoībus
in naturalib⁹: tamē etiam erat verus de⁹ cuius
bonitas excedit ifinite humanā bonitatē: pluſq̄
exaltātur ꝑ exceſſū pfectiōis naturalis ⁊ magni
tudinis corpalis celi a terra. nimirū ergo ſi beni
gnitas chriſti immenſa nolebat vindictā de iu-
deis: ſed penitentiam ⁊ cōuerſionē eorū ad bo-
nū: quare ſi poſtea ira dei ſeuit ſup eos nō aſcri-
bant hoc volūtati chriſti q̄rentis vindictam: ſed
obſtinationi ſue ꝓuocanti iram dei contra ſe:
dicitur. n. Hebre. 9. Acceſiſtis ad ſāguinis chriſti
aſperſionē melius loquentē quam Abel: cuius
*Tertia ps epiſtole.*
ſanguis clamabat vindictam de terra Geneſis.
4. Oſtenditur chriſti benignitas exemplo na-
turali de pluuia et niue: q̄ꝫ deus mittit ad ter-
ram vt benefaciat ei non vt noceat: quia eodem
modo de⁹ miſit filiū ſuum ad homines maxime
ad iudeos ad modū pluuie ⁊ roris pſal. 71. De-
ſcendet ſicut pluuia in vellus et ſicut ſtillicidia
ſtillantia ſuper terram. ⁊c̄. ergo nō venit chriſtus
verbum dei nocere ſed potius benefacere hoīb⁹
maxime iudeis: quibus ꝓmiſſus erat ſaluator ⁊
*Moralitas eple.*
redēptor vt ſonat nomē ei⁹ ieſus. ¶ Eaſdē rōnes
allegat hodie p̄lat⁹ chriſtianis peccatorib⁹ pſua
dens vt q̄rant deū ⁊ peniteāt in hoc ſacro tēpo-
re quadrageſime qd̄ iā vocatū eſt tēpus deo ac-
ceptabile: in q̄ ipſe ꝓpe eſt omnib⁹ inuocātibus
eum in veritate non ficte in ypocriſi / neqꝫ deus
principaliter querit vindictā de peccatorib⁹: ſed
potius eorum conuerſionē humilē vt liberentur
a malis. quare ſi pctōres obſtinati noluerint au
dire p̄latum nec penitere: ⁊ ꝓpterea ſeuiat deus
contra eos magna indignatiōe penarū: nō incu
ſent deū q̄ſi crudelē: ſed ſuā ꝑuerſā voluntatē q̄
dei iram ꝓuocat. nam deus in hoc ſacro tpe ad
modum pluuie ⁊ roris mittit ad eos verbū ſue
p̄dicatiōis: vt benefaciat eis et fructificet in eis:
*Graduale*
eo modo quo pluuia i terra. ¶ Cantus gradua
lis: Dirigat orō mea. ⁊c̄. pſal. 140. eſt compūctio
conuerſoꝝ ad deū ex p̄dicta doctrina epiſtole ſi
ue ſint iudei tertie gen̄ationis / ſiue moderni pec
catores. ideo petit ꝙ ex quo iam legalia ceſſabāt
in euerſione templi Jeroſolimitani: et ſuperue-
niēte veritate pfectioris legis euāgelice: de⁹ reci
peret ab eis deuotas orōnes loco ſacrificioꝝ et
incenſoꝝ. Unde ſeq̄tur verſus ex eodē pſal: Ele
uatio manuum mearum. ſ. ad orandū: ſit tibi ve-
lut ſacrificiū veſpertinū in ve. le. qd̄ erat deo ac-
ceptiſſimum. ⁊ d̄r notanter veſpertinū ꝓpterea
q̄ tūc erat iam veſpa ⁊ finis cerimoniarū illius
*Euangelij argumentum.*
legis. ¶ Euangeliū: cum intraſſet ieſus Jeroſo-
limam. ⁊c̄. Matthei. 21. ad ſenſum hiſtoricū de-
ſcribit templi et ciuitatis Jeruſalem ⁊ ſimiliter
totius regni iudeorum deſtructionem finalem
ꝓpter grauiſſima peccata eoꝝ: maxīe q̄ doctri-
nam epiſtole precedentis noluerunt recipere. ſ.
querite dn̄m ꝑ penitentiam dū inueniri poteſt.
⁊c̄. Et diuiditur in tres partes: quarū prima iu-
deorum excidiū ſub enigmate annotat. Secūda
ibi: et acceſſerunt. ⁊c̄. gentiliū edificiū etiam con-
tradicentibus iudeis ꝯfirmat. Tertia ibi: ⁊ reli-
ctis illis. ⁊c̄. chriſtianoꝝ ſolatium ꝑ multas gen̄a
*Prima pars euāgelij.*
tiones ꝓlongat. Ergo in illo tempore tertie ge-
nerationis eccleſie: ieſus redēptor noſter ⁊ iudex
iuſtus: cum intraſſet Jeroſolymam miſſo ad eā
romanorum exercitu copioſo ſub duce eoꝝ Ty-
to: cōmota eſt tunc vniuerſa illa ciuitas: adeo vt
non remaneret in ea lapis ſuper lapidē vt chri-
ſtus Matthei. 24. et Luce. 19. prophetauerat in
ſuo introitu cum ramis palmarum ⁊ olyuarum
Sed ceci iudei obliti ſuoꝝ ſcelerum preteritorū
tāti ſui mali aliā cauſam q̄rebant dicētes: quis
eſt hic de⁹ q̄ talē ⁊ tantā plagam inducit ſuper
nos. i. quare hoc de⁹ ꝑmittit ⁊ facit: quū in hac ci
uitate p̄ ceteris vigeat religio ſācta ei⁹. Populi
aūt fidelium chriſtianorum ex illo populo me-
lius ſentientes dicebant: hic eſt ieſus. ⁊c̄. i. hec eſt
vindicta mortis eius ⁊ ſuorum diſcipuloꝝ quos
occidiſtis pſequentes: en ſanguis eius exquirit
a vobis Geneſ. 43. Et intrauit ieſus per roma-
nos in templum illud Jeroſolimitanū ad euer-
tendum ipſum vſqꝫ ad terrā propter grauiſſima
peccata ſacerdotum in eo facta: vt patet de ho-
micidio Jacobi minoris in templo illo et alijs
huiuſmodi de quibus additur: et eiciebat ab il-
lo templo omnes malos ſacerdotes auaricie de
ditos. ſ. vendentes et ementes ſacramenta dei i
templo. Et euertit per ciuitatem ⁊ totum regnū
menſas malorum ciuium nummulariorum. ſ.
exercentium vſuras in nummis: ⁊ ſimiliter euer
tit cathedras malorum iudicum vendentium co
lumbas. i. ſimplices per iniuſticiam. eiecit itaqꝫ
deus tunc temporis omnes iudeos tam eccleſia
ſticos q̄ꝫ ſeculares non ſolum a templo / ſed etiā
a ciuitate illa ſancta / et a toto regno terre ꝓmiſ
ſionis: ⁊ diſperſit eos captiuos per totum mun-
dum iuxta illud pſal. 105. iratus eſt dominus fu
rore in populum ſuum abominatus eſt heredi
tatem ſuam. ⁊c̄. et reprobato illo materiali tem-
plo terreno: dixit eis per euidentiam facti. ſcri-
ptum eſt Eſa. 56. de templo ſpirituali magis a-
pto ad cultum dei: domus mea. i. eccleſia mea q̄
eſt fidelis populus in quo ego habito per gra-
tiam: domus orationis deuote in corde vocabi-
tur in cunctis gentibus. nam vt dicitur Joan-
nis. 4. Spiritus eſt deus: et eos qui adorant
eum in ſpiritu et veritate oportet adorare: et ve
nit hora quando iam neqꝫ in monte hoc neqꝫ



Jeroſolymis adorabitur de⁹ ꝑ cerimonias lega
les: ſed ꝑ totum mundum erit domus mea: q̄
Malachie. 1. ab ortu ſolis vſqꝫ ad occaſum ma-
gnum eſt nomē meū in gentibus: et in omni lo-
co offertur mihi oblatio munda. ⁊c̄. nimirum er
go ſi ad conſtruendum aliud maius ⁊ precio-
ſius templum euertam iſtud paruum ⁊ vile qd̄
iam antiquatur et prope interitum eſt: maxime
*Secūda ps euangelij.*
quia vos mali iudei feciſtis illud ſpeluncam la
tronum per auariciam veſtram vt d̄r Hiere. 7.
Deleto itaqꝫ ſic iudeorū templo ciuitate ⁊ regno
per Romanos: acceſſerunt ad ieſum. i. ad fidem
eius venerunt multi ex gentilibus q̄ prius erāt
ceci. i. peccabant pignorātiam legis dei quā nō
habebant: erant etiam claudi. ſ. per infirmitatem
paſſionis ſenſualis appetitus: q̄ faciebat eos de
uiare a iudicio recte rationis. q. d. gentiles neqꝫ
habebant legem dei reuelatam: neqꝫ recte viue
bant i lege nature eis indita: ac peride ex vna
parte erant ceci ex alia claudi: hi ergo acceſſerūt
ad ieſum in templo ſpirituali predicto ⁊ ſanauit
eos ab vtroqꝫ defectu per doctrinam ecclie ⁊ per
ſacramēta grē. Sed pfidi iudei maxīe eoꝝ pnci-
pes et ſcribe. i. ſapiētes eoꝝ vidētes mirabilia q̄
fecit chriſt⁹ in gētilib⁹: maxime q̄ videbāt pue-
ros. i. ſiplices hoīes et illiteratos clamātes. i. pu
blice fidē predicantes in templo. i. in eccleſia fi-
delium: ⁊ dicētes multa ſecreta ſcripturaꝝ ve. le.
de meſſia: vt illud Oſanna filio Dauid. i. meſſie
chriſto . ſ. dicamus orātes ꝓ ſalute nr̄a. ⁊c̄. Indi
gnati ſunt ex eo ꝙ ieſum nazarenū quē ſui pre
deceſſores crucifixerāt: vocabāt verū meſſiam
⁊ filiū Dauid. i. ex ſemīe Dauid iudeis ꝓmiſſū
ſaluatorē. ⁊c̄. Indignati ſūt inquā ꝯtra eccleſiā
dei ⁊ verba malicioſa promentes dicebant. au-
dis quid dicunt iſti gentiles idiote in laudem
ieſu nazareni: q. d. neſcientes blaſphemant quia
vocant deum illum miſerum hominem ⁊ ado-
rant eum. Jeſus autem iudeorum maliciam
pariter ⁊ dementiam reprehendit ex compara-
tione gentilium recte credentium: quorum infā-
tes. i. ſimplices neſcientes loqui monſtrantur ſa
pientiores magnis doctoribus iudeorum. ideo
ait vtiqꝫ bene audio quid iſti dicunt et libenter
audio imo et eos exaudio. nunq̄ꝫ legiſtis quod
ſcriptum eſt in pſalmo. 8. vel ſi legiſtis: nunquā
intellexiſtis ꝙ deus perfecit laudem ſuam ex
ore infantium. i. ſimplicium hominum: et lactan
tium. i. lac plane doctrine fidei habentium: de
quibus apoſtolus Petrus . 1. Petri . 2. Quaſi
modo geniti infantes lac concupiſcite: et Pau.
. 1. Corint. 3. Tanquam paruulis in chriſto lac
potum dedi vobis. i. planam ⁊ facilem doctrinā
fidei q̄ nō indiget dentib⁹ magne diſputationis.
iſti ergo ſimplices fideles ſunt in quoꝝ ore laus
dei eſt purior ⁊ pfectior quā in ore doctoꝝ legis
veteris: qui in illo ſuo libro Talmuth inter lau
*Tertia ps euangelij.*
des dei multa figmenta poſuerūt. Merito ergo
de⁹ taliū iudeoꝝ laudes ſpernēs receſſit ab eis:
q̄ ſubtraxit grām ſane intelligētie ſctārū ſcriptu
rarū. vnde d̄r ꝙ ieſus relictis illis in ſua cecitate
⁊ pfidia ꝑ multas ecclie gen̄ationes: abijt foras
extra ciuitatē. i. pplm iudeoꝝ: in q̄ diu fuerat p̄us
ꝯuerſatus dū legalia illa ſacramēta viuebāt vel
nō erant adhuc mortua. q̄ tamē ab hac tertia ec
cleſie gen̄aratiōe inceperūt eē mortifera chriſtia-
nis: q̄ ex dei ⁊ p̄lati mādato ab eis oīno abſtine
re ceperūt. nā in p̄orib⁹ duab⁹ gen̄ationib⁹ Pe-
tr⁹ ⁊ Paulus / ⁊ Joānes / ⁊ Jacob⁹ ⁊ alij diſcipli
chriſti de genere iudeoꝝ legunt in tēplo illo ma
teriali cū alijs iudeis infidelib⁹ oraſſe / ſacrificia
obtuliſſe / ⁊ quedā alia cerimonialia obſeruaſſe:
ſed in hac tertia gen̄atiōe d̄r ꝙ ieſus oīno relictis
iudeis exijt foras extra ciuitatē eoꝝ: ad denotan
dā iam totalē ceſſationē legaliū i pplo dei: ⁊ tūc
recedēs a iudeis venit in Bethaniā q̄ eſt dom⁹
obediētie. i. in eccliam chriſtianā fideliū ſibi obe
diētiū. ibiqꝫ māſit ſeu reqeuit ꝑ grām ſuā docens
eos de regno dei. i. de myſterio ſue incarnatiōis
ad ſaluādū gen⁹ humanū. nā ꝑ multas ſequētes
gen̄atiōes ecclie chriſtiane doctores ⁊ prelati illu
minati a chriſto de illo myſterio multa egregia
⁊ mirablia ſcripſerūt ⁊ p̄dicauerūt ad ꝯſolationē
ſimpliciū fideliū: ⁊ quotidie ſcribendi ⁊ p̄dicādi
*Moralitas.*
vſus nō ceſſat. ¶ Moraliter aūt ꝓ penitētib⁹ in
hac q̄ddrageſima euangeliū notat tria loca ad q̄
chriſt⁹ venit. ſ. Jeruſalē q̄ eſt viſio pacis / tēplum
q̄ eſt dom⁹ dei / et Bethaniā q̄ eſt dom⁹ obedien
tie: ꝑ q̄ ſignificātur tres diſpoſitiōes aīe penitētis
ad quā modo venit de⁹ ꝑ grām ſuā: debet. n. pri-
mo eſſe pacifica. i. pacata a tumultibus ſeculari-
bus pſal. 147. qui poſuit fines tuos pacē. debet
ſcd̄o eſſe habitatio dei gratiſſima. 1. Cor. 6. Uos
eſtis templū dei. ⁊c̄. debet tr̄io eſſe ad obediēdū
ꝓmpta. pſal. 17. In auditu auris obediuit mihi
⁊c̄. Sed aīa hec tria habere nō pōt niſi chriſt⁹ ad
eā intret. Primo ꝑ grām p̄uenietem: et tunc cō
mouetur vniuerſa ciuitas aīe. i. oēs potentie ei⁹
ꝑ recognitionē et dolorem de peccato ſuo pſal.
59. Commouiſti terram ⁊ conturbaſti eam: ſana
cōtritiones eius q̄ cōmota eſt. ⁊c̄. Secūdo opor-
tet ꝙ deus ad animam intret ꝑ grām concomi-
tantem vel cooperantem: ⁊ tunc expelluntur ab
ea per vocalem confeſſionem oues / boues / nū-
mularij / et vendētes columbas. Nam per oues /
ſignificatur peccatum accidie / per boues qui cor
nibus ventilant: peccatum ſuperbie / per nūmu-
larois auaricia / ⁊ per columbas que ſunt libidi
noſe: peccatum luxurie pſal. 31. Dixi confitebor
aduerſum me iniquitatē meā. ⁊c̄. Purgato aūt
ſic templo dei . i. corde hominis ꝑ confeſſionem
ſanat ipſum deus a diuerſis infirmitatib⁹: de q̄
bus dicitur ꝙ acceſſerūt ad eum ceci ⁊ claudi. ⁊c̄.
Tertio requiritur ꝙ deus ad eam intret ꝑ grām
ſubſequentē vel ꝑficientē: ⁊ tunc aīa ſatiſfacit ꝑ
obedientiā ad mādatū cōfeſſoris Ro. 6. ſicut ex-
hibuiſtis mēbra vr̄a ſeruire imundicie ⁊ iniq̄tati:
ita nūc exhibete ea ſeruire iuſticie i ſanctificatio
nē. ⁊c̄. Sed ſi Jeruſalē eccliam militātē ſignificet
Gal. 4. i hoc ſacro tpe q̄drageſime ſpeciali q̄dā
mō itrat ieſus Jeroſolimā ꝑ freq̄ntes p̄dicatiōes:
q̄b⁹ tota hec ciuitas ꝯmouet dicēs: q̄s ē hic nou⁹

ritus officij eccl'iaſtici ꝑter cōſuetudinē alioꝝ tē-
poꝝ anni: ⁊ reſpōdet ꝑdicatoꝛ ꝙ venit ad eos ie
ſus.i.ꝑlatus q̄rens ſalutē aiarū: ⁊ ꝓphetans ſup
iuſtos: ac pctōꝛes a Nazareth.i.floꝛe gr̄e: galilee
.i.tranſmigrationis.q.d.ideo ꝑlatus freq̄ntat in
q̄drageſima ſermones ⁊ lectiones ꝓphetaꝝ vt
fideles inſpirati gr̄a dei trāſeāt a vicijs ad virtu
tes/vnde ⁊ coꝛrigit nūc vicia publica populi: qđ
eſt eicere de templo dei ſpirituali vendentes/et
emētes/ vſurarios/ſimoniacos/⁊ cōcubinarios/
ſimiliter etiā in hoc tēpoꝛe ꝑlatus ſanat pctōꝛes
ab infirmitatibus aīe: licet mundani audientes
hec mirabilia indignentur contra ꝑlatū ⁊ ꝑdica
toꝛem. ſed relictis illis tanq̄ꝫ cecis venit in Be-
thaniā vere penitētiū: ⁊ ibi manens docet eos de
Offertorium.
regno dei.i.vita virtuoſa.⁊c̄. ¶ Offertoꝛiū: In te
dn̄e ſperaui .⁊c̄. pſal'.30. eſt rn̄ſio ppl'i fidelis ex
iudeis: qua dat gr̄as de ſua liberatiōe ab exter-
minio ciuitatis Jeruſalem de q̄ in euangelio: et
in eodē ſenſu eadē verba diceret quilibet verus
penitēs iā liberatus a pctīs. Oratio ſecreta. Ob-
latis dn̄e placare.⁊c̄. offert deo ſacrificiū vt dein
Communio.
ceps fideles ab alijs liberētur periculis. ¶ Com
munio: Cum inuocarem exaudiſti .⁊c̄. pſal'.4.
eſt gr̄arum actio ſilis ꝑcedenti/ de liberatione fi
deliū a ꝑdictis periculis. Oratio finalis. Spūm
nobis dn̄e.⁊c̄. petit gratiam ſpūſſancti: qua ſigni
ficationem euchariſtie ſuſcepte.i.vnionē et pacē
fideles hēant. Alia oro: Sup ppl'm tuū.⁊c̄. quat
tuoꝛ dona petit ppl'o fideliū ieiunantiū.ſ. indul-
gentiam pctōꝝ/ꝯſolationē in aduerſ/fidei ⁊ reli-
gionis augmētum/ ⁊ tandem redemptionē aia-
rum a penis inferni.

# ¶ Caput vigeſimumno-
nū de q̄rta feria pri.hebd.cuiꝰ officiū ſicut quar
tā eccl'ie gen̄ationē deſcribit; ita examē oꝛdināđo
rū ⁊ ſacramētū ieiunij q̄drageſimalis itroducti.

Argumentū officij. Ab anno chriſti 90. vſq̄ꝫ 120.

QUarta generatio eccl'ie chri-
ſtiane fuit ſub romanis pōtifi
cibus Anacleto Euariſto et
Alexandro: atq̄ꝫ imperātibꝰ
tūc: Merua Traiano ⁊ Adri-
ano: In hac itaq̄ꝫ generatiōe
eccl'ie romani pōtifices mul-
ta egregia oꝛdinauerunt circa diuinum cultū.nā
Anacletus interdixit ſacerdotibꝰ nutrire barbā
⁊ comā/⁊ radere coꝛonā ꝑcepit ꝓpter honoꝛem
ſācti apl'i Petri. Item ꝙ oꝛdines ſacerdotū pu-
blice ⁊ ſolēniter celebrent in eccl'ia coꝛā toto po-
pulo. Itē ꝙ epiſcopꝰ nō minꝰ q̄ꝫ a tribꝰ epīs con
ſecret: ⁊ alia q̄dam. Euariſtus poſt eū mādauit
ꝙ ſpōſalia ⁊ matrimonia publice fiant coꝛā po-
pulo: ⁊ ꝙ ſpōſe a ſacerdote bn̄dicant in eccl'ia an
te cōſumationē matrimonij. Alexander vero pa
pa multos ex nobilibus romanis ad fidē chriſti
ꝯuertit: aquā bn̄dictā ſale cōditā in eccl'ia ꝑmus
iſtituit: ⁊ ꝙ aqua i calice vino ꝯſecrādo miſceat:
et q̄dam alia. Uerū inſtigāte demone ex māda-
to Traiani impatoꝛis tertia tūc ꝑſecutio tyrānoꝝ
ꝯtra chriſtianos vigebat: licet aliquātulū eā tem
perauerit ꝑſuaſio grōſa Plinij ſcđi magni oꝛato
ris Romanoꝝ: q̄ apud impatoꝛē comēdauit chri
ſtianoꝝ moꝛes. Et ex hac ꝑſecutiōe poſſet imagi
nari ꝯcoꝛdia huius gen̄atiōis ad q̄rtā gen̄ationē
ve.le.q̄ eſt Eſron: nā pꝛope exitum Hebꝛeoꝝ ab
Egypto in illa fere quarta gen̄atione viguit cō-
tra eos illa maxima ꝑſecutio q̄ oppꝛimebant du-
ra ſeruitute in opibꝰ laterū: etiā vſq̄ꝫ ad necē ſuo
rum puuloꝝ. de qua oppꝛeſſione dn̄s pꝛedixerat
Abꝛahe Geneſ.15: Scito ꝙ peregrinū ſit futurū
ſemen tuū in terra nō ſua/⁊ ſubijcient eos ſerui-
tuti/ et affligēt eos.⁊c̄. ſed gen̄atione quarta re-
uertent huc. Et ſimilia paſſi ſūt chriſtiani a Ju-
deis cōmixtis iam et diſpſis inter gētiles. ipſi.n.
ex indignatiōe q̄ꝫ ꝑdiximus in ꝑcedente euāge-
lio: incitabant gētiles ad ꝑſequēdū chriſtianos.
¶ Introitꝰ ergo huiꝰ miſſe: Reminiſcere miſe-
Introitꝰ miſſe.
rationū tuaꝝ.⁊c̄. pſal'.24. vtrūq̄ꝫ populū in affli-
tione clamantē ad deum in ſua.4. generatione
introducit: de q̄ Exodi.3. Audiui clamoꝛē filioꝝ
iſrael.⁊c̄. clamabant ergo dicētes reminiſcere mi
ſerationum tuarū.⁊c̄. ne vnq̄ꝫ dominentur nobis
⁊c̄. libera nos deus ex omnibus anguſtijs nr̄is.
Uerſus: Ad te domine leuaui animam meā.⁊c̄.
eſt pꝛincipium eiuſdem pſalmi de firma ſpe fide
lium in deo: Poteſt etiam idē introitus eſſe cla
moꝛ fidelium penitentiū in hac quadrageſima:
qui oꝛant deū vt p ſuā miam liberet eos a tēta-
tionibꝰ inimicoꝝ inuiſibiliū ne ſuperent ab eis.
Orō eſt duplex in hac miſſa ſicut ⁊ duplex ep'la
ꝓpter examē clericoꝝ oꝛdinandoꝝ. vbi rememo
rari oppoꝛteret ea q̄ ſcripta ſunt ſup quarta feria
Oratio prima.
tertie hebd. in aduētū. Pꝛima orō: Pꝛeces nr̄as
⁊c̄. eandē oīno habet petitionē cū introitu.ſ. con-
tra cūcta nobis aduerſantia dexterā.i. auxilium
tue mageſtatis extende.⁊c̄. ¶ Epiſtole (vt ibidē
Epiſtola prima.
diximus) in ſingulis quattuoꝛ tempoꝛibꝰ ſūt de
materia tunc occurrente: et qꝛ in hac hebd. agit
de ſacramēto q̄drageſimalis ieiunij vt patuit in
officio ꝑcedētis dn̄ice: ideo oēs lectiōes harū feri
arū ad ieiuniū ptinēt: Et ita ꝑma ep'la huiꝰ diei.
Dicit dn̄s ad Moyſen.⁊c̄. Exodi.24. narrat ie-
iuniū Moyſi q̄draginta diebus in mōte ſinay: et
pōt exponi de clericis oꝛdinādis: ita vt Moyſes
ſit ꝑlatꝰ faciēs oꝛdies q̄ ex vocatiōe dei aſcendit
in mōtē epiſcopalis dignitatis: accepit duas ta-
bulas.i. duo teſtamēta ⁊ legē dei vt doceret man
data eiꝰ filios veri iſrael.i. chriſtianos. Sed i his
quattuoꝛ tēpoꝛibꝰ ſurgit ep̄us ab otio ſue contē
platiōis: ⁊ aſſumit oꝛdinē ſuoꝝ miniſtroꝝ ad fa-
ciēdū oꝛdines ſolēniter: aſcenditq̄ꝫ in mōtē excel
lētis doctrine.i. ꝑdicat multa ſublimia de digni-
tate ſacerdotalis officij: et ait ſenioꝛibꝰ fidelis po
puli. expectate hic deuote attēdētes ad ſolēnita-
tē huiꝰ miſſe in q̄ oꝛdines celebꝛamꝰ: donec ex-
pleto hoc officio reuertamur ad vos docēdū: ha-
betis Aarō ⁊ Hur.i. minoꝛes ſacerdotes vobiſcū
ad audiēdas ꝯfeſſiōes loco ep̄i: ideo ſi quid natū
fuerit queſtionis.i. ſcrupuli in caſibus conſcien-
tie referetis ad eos. Cumq̄ꝫ aſcendiſſet pꝛelatus
modo pꝛedicto ad celebꝛandos oꝛdines: nubes



ſacrarum veſtium operuit mōtem.i. ipſum excel-
lentem pꝛelatum: ⁊ habitauit gloꝛia domini .i.
ſplendoꝛ veſtium/vel autoꝛitas pontificalis of-
ficij ſuper montem iſtum: tegens.i. veſtiens ⁊ oꝛ
nans illum dicta nube ſex diebus.i. dum ſex ꝑo
res oꝛdines celebꝛat hoc eſt quattuoꝛ minoꝛes
gradus/⁊ ſubdiaconos ac diaconos. ſed in ſepti
mo die.i. oꝛdine pꝛeſbyteratus dominꝰ epiſcopꝰ
vocat oꝛdinandum ad ſe de medio caliginis.i.
nubis ſue hoc eſt ſepat ipſum a populo laicoꝛū
⁊ a coniugio vel conſoꝛtio coniugatoꝛum: et tra-
hit eum ad celibatum.i. caſtitatem celeſtem q̄ ho
mo ille conſecratur deo in vas mundicie ⁊ ſan-
ctitatis. Hoc ideo dicitur de oꝛdine pꝛeſbyteratꝰ
ſeoꝛſum: quia quando hec officia edita ſunt in ꝑ
mitiua eccleſia latina diaconi et ſubdiaconi ad-
huc poterant contrahere matrimonia: non autē
pꝛeſbyteri de quibus ſubditur ꝙ ſpecies .i. ap-
parētia gloꝛie dei ſuper verticem montis ideſt
ſuper epiſcopum / et alios minoꝛes ſacerdotes:
erat quaſi ignis ardens in conſpectu totius po-
puli. quod dicitur pꝛopter feruoꝛem charitatis:
que maxime debet apparere in epiſcopis ⁊ alijs
pꝛeſbyteris deo ſacratis: vt ſint exemplar ſancti
tatis toti populo. Ingreſſus itaq̄ꝫ pontifex me-
dium ſiue centrum ⁊ intimum nebule.i. poteſta
tis ſue aſcendit in montem .i. ſupꝛemum oꝛdi-
nem pꝛeſbyteratus faciendum: et fuit ibi finem
faciens oꝛdinibus quadraginta diebus ⁊ totidē
noctibus vſq̄ꝫ ad vigiliam Paſche in qua ite-
rum oꝛdines celebꝛabit pꝛopter reuerentiam do
minice paſſionis ⁊ reſurrectionis. Unde colligi
tur ꝙ oꝛdines qui fiunt in hebdomade quarta
quadrageſime ſunt moderni et recenter introdu
cti: non ex antiqua patrum ſanctione firmati.
Poterat etiam ꝑdicta lectio facile applicari ad
fideles quarte generatiōis eccleſie: quādo Moy
ſes.i. chriſtus: et Joſue miniſter eius.i. cetus apo
ſtoloꝛum receſſit a populo fidelium: aſcendens
in montem celeſtis paradiſi: et ſubſtituens alios
pꝛelatos apoſtoloꝛum ſucceſſoꝛes qui regerent
eccleſiam dei: dum ipſe maneret apud deum ap
parens vultui dei pꝛo nobis quadraginta ge-
nerationibus.⁊c̄. Poterat facilius eadem lectio
ad fideles nunc ieiunantes in quadrageſima
adaptari: a quibus recedit Moyſes et miniſter
eius.i. carnium pꝛouiſoꝛ in macello dicens: ex-
pectate hic donec reuertamur ad vos i Paſcha
te. Interim autem habetis ſacerdotes ieiunium
pꝛedicantes.⁊c̄. manſitq̄ꝫ ibi abſconditus qua-
Graduale
draginta diebus ⁊c̄. ¶ Cantus gradualis: Tri-
bulationes coꝛdis mei .⁊c̄. pſal'.24. eſt clamoꝛ
fidelium quarte generationis ſub perſecutiōe
Traiani: vel ieiunantium ſub eruditione pꝛela-
ti: quo petūt auxilium dei in tribulationibꝰ ten-
tationum. Uerſus: Uide humilitatē meam.⁊c̄.
ex eodem pſal'. allegat rationem inductiuam ad
miſerendum.ſ. humilitatē fidelium qua patient
ſuſtinent tribulatiōes pꝛopt honoꝛem dei. Poſ-
ſet non inepte hec clamoꝛoſa petitio ad oꝛdinā-
dos ptinere qui examen ſuum foꝛmidantes cō-
mendant ſe miſericoꝛdie dei. Secunda oꝛatio:
Secunda oratio.
Deuotionem populi.⁊c̄. eſt pꝛopꝛia ieiunātibus
ex deuotione pꝛopter honoꝛem dei: et petunt vt
laboꝛ ſue abſtinentie conſoletur virtuoſis actio
nibus ex gratia dei ſibi cōceſſis. ¶ Secunda le-
Epiſtole ſcđe argumentum.
ctio epiſtole. Uenit Helias.⁊c̄.3. Regū.19. licet
poſſet trahi ad oꝛdinandos quoꝛum quilibet eſt
Helias.⁊c̄. tamen pꝛopꝛius facit ad ꝓpoſitum fi
delium.4. generationis ⁊ noſtre q̄drageſime in
tribulatiōe poſitoꝝ. nā vtrobiq̄ꝫ fidelis populꝰ ſi
cut Helias peregrinabatur a facie tribulationis
impijſſimi Achab ⁊ Jezabel: et habet tres par-
tes. In pꝛima ponitur peregrinantis anguſtia.
In ſcđa: ibi ⁊ ecce angelꝰ.⁊c̄. ꝯſolātis ꝓuidētia.
In tertia ibi qui cū ſurrexiſſet.⁊c̄. obediētis confi
dentia. Supponimꝰ hic hiſtoꝛiam illam ꝙ He-
lias ideo fugiebat in deſertum: quia euidenti mi
raculo coꝛam Achab rege iſrael ydolatra peſſi-
mo conuicerat ⁊ occiderat ſacerdotes Baal: re-
gina autem Jezabel ſimiliter ydolatrie dedita
comminabatur Helie moꝛtem. fugiēs ergo He-
lias a facie Jezabel receſſit a regno eius ⁊ ve-
nit ad terram Juda: nec tamen ibi diu permanſ-
ſit: quia rex Juda erat gener regine iſrael quia
duxerat filiam eius Athaliam: ideo pꝛoceſſit per
viam deſerti fugiens ab eis ⁊ venit in Berſabee
iuda: q̄ eſt vltimꝰ locus terre ꝓmiſſionis verſus
deſertum ad meridiem. Et ſimiliter fidelis popu
Pꝛima ps ep'le.
lus chriſti in quarta generatione fugiens perſe-
cutionē impijſſime ſinagoge ⁊ Traiani ab ea in
citati: venit in Berſabee iuda.i. puteum iuramē-
ti cōfeſſoꝛum: hoc eſt in vꝛbem Romam q̄ ex iu-
ramento ſiue ꝓmiſſione dei futura erat puteus
ſiue fons confeſſionis fidei catholice/ ⁊ caput re
ligionis chriſtiane vt patet Eſa.26. Ciuitatem
(inquit) ſublimē humiliabit.ſ. chriſtus/conculca
bit eam pes egenoꝛum .i. pauperum apoſtoloꝝ
Petri ⁊ Pauli. venit ergo tunc tempoꝛis popu
lus chriſtianoꝛum recolligens ſe in Urbem Ro
mā ⁊ alia loca imperij romani: ⁊ dimiſit ibi pue-
rū.i. ſeruum ſuū appetitū mūdanoꝝ bonoꝝ intē
dēs ſoli deo placere ⁊ illū ſolum poſſidere. ⁊ pre-
xit in deſertū gentiliū ꝯuertēdū p viā.i. legē vniꝰ
dei q̄ eſt verꝰ ſol ⁊ dies aiaꝝ. Cūq̄ꝫ veniſſet ⁊ ſe-
deret p deuotā ꝯtēplationē ſubter vnā iuniperū
.i. crucē chriſti cuiꝰ vmbꝛa ſeu meōꝛia refrigerat
eſtū carnalis appetitꝰ ⁊ ꝑſeruat a peſte pcti: peti
uit a deo aīe ſue.i. p aīa ſua liberāda a tribula-
tiōibꝰ huiꝰ vite vt moꝛeret coꝛpalit: qꝛ cupiebat
q̄libet fidelis diſſolui ⁊ eſſe cum chꝛiſto ⁊ ait ad
deū ſufficit mihi dn̄e ꝙ hactenꝰ vixi: tolle ſi vis
aiam meā ad te. neq̄ꝫ.n. ſū melioꝛ quā ꝑres mei
ſcti apl'i: q̄ nō diu vixerūt i hoc mūdo. Tali ergo
deſiderio flagrās ppl's fidelis Subiecit ſe ſub a-
lijs hoībꝰ mūdanis ex hūilitate adlibent patiēdū
martyꝛiū: ⁊ obdoꝛmiuit ſepiꝰ p moꝛtē ſub vmbꝛa
Juniperi ꝑdicte: qꝛ multi ex illis tūc paſſi ſunt
martyꝛiū ꝓ crucis ꝑdicatiōe. Sed int ꝑſſuras ꝑ-
Scđa ps epiſtole.
ſequentiū tyꝛannoꝝ miſit deꝰ ꝯſolatiōes populo
ſuo. Et ecce angelus dn̄i.i. aliq̄s bonus vir cōmo
tꝰ a deo i fauoꝛē chꝛiſtianoꝛum vt de Plinio.2.

diximus: Tetigit eũ.ſ.populum dei ad excitan⸗
dum ipſum a ſomno mortis tũc imminentis ei:
et dixit illi.ſurge in ſpem diuini adiutorij ⁊ fauo
ris:⁊ comede euchariſtie ſacramẽtum libere: qꝛ
ille perſuaſit Traiano vt nõ perſequeretur chri⸗
ſtianos: ſed libere permitteret eis ſua ſacramen
ta exercere: Populus vero fideliũ reſpexit illũ
diuinum fauorem:et ecce apparuit ad caput ſuũ
pontificem romanũ: ſubcinericius panis ⁊ vas
aque.i. refectio aliqualis que alias viaticum di
citur: hoc eſt paululum conſolatus eſt pontifex
cum ſuo populo:ad modum quo viator ſolet pa
rum refici ex paruo pane ⁊ aqua . comedit ergo
et bibit.i.libere miniſtrauit ſua ſacramenta ali⸗
quanto tẽpore per remiſſionem ꝑſecutiõis:Sed
rurſum imperante Adriano inualuit ꝑſecutio:
et ideo rurſum fidelis populus obdormiuit mo
do predicto:parum tamen durauit illa ꝑſecutio:
ideo inter principales non computatur .reuer⸗
ſuſꝙ eſt angelus domini ad conſolandum fide
les vt Seuotonius vł Plutarcus q̄ erat Adria
no multum familiaris:et tetigit ſecundo popu⸗
lum dixitꝙ illi : ſurge comede modo expoſito:
grandis enim tibi reſtat via in futurum peragẽ
da circa eccleſie ſacramenta : hoc eſt confortare
in dño quia ꝑ multas gñatiões futuras inuale
ſcet ecclia dei:⁊ multa debes ordinare circa ritũ
⁊ mores xpianoꝝ ⁊ ſolẽnitates ſacramẽtoꝝ:ideo
Tertia ps epiſtole. nõ deficias in hac ꝑſecutiõe neꝙ in alijs.Surre
xit ergo ⁊ ꝯfortatꝰ eſt ppl's dei ex fauore ſibi con
ceſſo a deo ſub Alexandro papa: q̄ ſenatores vr
bis conuertit ad chriſtum: ⁊ comedit ⁊ bibit.i.cõ
ſolationem recepit:⁊ ambulauit ꝑ viam manda
torum dei in deſerto gentilium:in fortitudine ci
bi illius.i.gratie dei cõſolantis:quadraginta die
bus ⁊ quadraginta noctibus.i.quadraginta ge⸗
nerationibus ecclie tum in proſperitate tum in
aduerſitate laborando in conuertendis gẽtilibꝰ
ad fidem chriſti.vſꝙquo ꝑuenit ad montem dei
Oreb:quod eſt deſertum ſolitudo vel deſtructio
ſiccitatis.i. vſꝙquo plenitudo gentilium intra⸗
uit eccliam dei:et:ipſa eleuata eſt ad ꝑfectionem
chriſtiane religionis: deſtructa iam ſiccitate ydo
latrie. Et ꝑ montẽ dei Oreb in quo data eſt lex
Moyſi ſignificetur religio monachorum in qua
eſt altitudo ꝑfectionis vite chriſtiane: manifeſtũ
eſt ꝙ in fine quadrageſime generationis eccle⸗
ſie:hoc eſt circa annos chriſti.1200.orte ſunt re⸗
ligiones mẽdicantium q̄ videntur aliarum ꝑfe⸗
ctiſſime:et ſic populus fidelium in fortitudine fi⸗
dei et gratie dei ambulauit quadraginta diebus
⁊ totidem noctibus ordinando res ecclie ⁊ reli⸗
gionis chriſtiane:quouſꝙ ꝑuentum eſt ad mon
tem religionis vite ſpiritualis in monaſterijs.
Moralitas. Eadẽ fere eſt ſententia huius epiſtole ſi Helias
ſignificet cetum ieiunãtium ⁊ penitentium.nã q̄
libet eorum fugit a perſecutione mundi/carnis/
⁊ demonis in deſertum penitentie.anguſtiatur
nimis ex tentatione: ⁊ ideo cupit mori mundo
vt viuat chriſto:conſolatur ab angelo.i. predica⸗
tore vel cõfeſſore:qui dat ei panem ſubcinericiũ
penitẽtie et calicẽ aque lachrymarũ vt ꝯfortet̃ ꝑ
grãm dei vt bñ poſſit trãſigere hoc lõgũ iter q̃dra
ginta dierum vſꝙ ad paſcha.nam hic numerus
dierum ieiunij non ſolum a chriſto fuit inſtitu⸗
tus a lege euãgelica:ſed etiã a Moyſe fuit figu⸗
ratus in lege nature:⁊ ab Helia in lege ſcripture
⁊c.¶Tractus: De neceſſitatibus meis.⁊c. pſal.
.24. eãdem ſententiam habet cum graduali vt Tractus.
pote ex eodem pſal.exiſtens: et fere ſunt eadem
verba vtrobiꝙ in quibus idẽ populus clamãs
introducitur.⁊c.¶Euangelium:Acceſſerunt ad Euangelij argumentum.
ieſum ſcribe.⁊c. Matthei.12. In ſenſu hiſtorico
declarat perſecutionem predictam contra chri⸗
ſtianos in quarta generatione eccleſie:et habet
tres partes. Prima eſt reſpõſio ad impiam ten⸗
tationem.Secunda ibi:cum immundus ſpiritꝰ
⁊c.docet periculoſã eſſe recidiuationẽ.Tertia ibi:
adhuc eo loquente.⁊c. Declarat ſpiritualẽ chri⸗
ſti generationem.In illo(inquit)tempore quat⸗ Prima pars euangelij.
tuor generationes ecclie acceſſerunt ad ieſum
.i.prelatum chriſtianorum obloquẽtes cõtra eũ
ſcribe.i.ſapientes gentilium/et phariſei.i.iudei a
ceteris gentibus diuiſi in cerimonijs: dicẽtes q̃⸗
ſi deriſorie.Magiſter huius noue ſecte volumꝰ a
te videre fieri ſignũ.i. miraculũ aliquod de celo
.i.celeſte ⁊ magnũ ac nouum ad confirmationẽ
tue doctrine ſi vera eſt:alias tibi non credemus
q.d.parua nobis videntur miracula q̄ hactenus
feciſti:fac alia maiora ſi vis vt tibi credamus.qđ
yronice dicebant putantes hoc non eſſe poſſibi⸗
le.Sed quia hec fuit malicioſa tentatio dei:ideo
fuerunt digni magna repħenſione : qui poſt tot
miracula a chriſto ⁊ apoſtolis alijſꝙ diſcipulis
eius viſa ⁊ audita credere noluerunt.quare p̄la⸗
tus reſpondens ait illis. generatio hominũ ma
la in ſe ⁊ ad proximum vt gentiles:⁊ adultera a
deo ſuo vt iudei:ſignum querit nõ vt credat ſed
vt derideat:ideo ſignũ non dabitur ei a deo:niſi
forte ſignum.i. miraculum Jone ꝓphete:qꝛ illõ
conuincet ꝓteruiam infidelium .⁊ erit hoc mira
culũ tale:ꝙ ſicut Jonas tribꝰ diebus fuit.⁊c. nã
tres dies ſepulture chriſti non integri ſed partiti
fuerunt ꝯcipe 40.hore:que proculdubio ſignifi⸗
carunt.40.generationes plenitudinis gentium
vt intrent eccliam dei: in quibꝰ chriſtus myſticꝰ
mortificat̃ in corde terre.i. in vrbe Roma que ẽ
velut cor romani imperij terreni.q.d. hoc mira⸗
culum dabit vobis deꝰ: ꝙ paulatim religio chri⸗
ſtiana creſcet et ſupſtitio ydolatrie continue de⸗
creſcet donec omnes gẽtiles relictis ydolis ſuis
baptiſmum chriſti receperint: deuote confiten⸗
tes et predicantes veritatem fidei et religionis
ſue: ⁊ hoc maxime apparebit in vrbe Roma: q̄
ſicut fuit caput et cor ydolatrie:ita fiet caput et
cor religionis chriſtiane. Hoc inq̃ miraculum
erit a deo celeſte ⁊ magnum ꝙ omnem ifideliũ
tam iudeorum q̃ gentilium proteruiam conuin
cet: vt patet ex autoritate Gamalielis Actuũ .5.
Si hoc inquit negotium ẽ a deo proſperabitur
et non poteritis illud diſſipare .⁊c. Tranſactis
vero.40.his generationibus eccleſie ⁊ plenitu⸗



dinis gentium:condemnabit deus ſapientes gẽ
tilium ⁊ phariſeos iudeorum incredulos:quod
probat̃ ex ꝯparatione eoꝝ qui olim crediderunt
Jone prophete predicanti : ⁊ regine Saba que
magnificauit ſapiẽtiam Salomonis.hic autem
prelatus chriſtianorum qui vobis predicat ẽ Jo
nas.i.filius columbe ſeu ſpiritusſancti:eſt ⁊ Sa
lomon.i.pacificus ſeu pacem predicans anima
rum.imo iſti p̄lato vos infideles magis debere
tis crede q̃ minute Jone:et in maiori precio de⸗
beretis habere doctrinam eius q̃ regina Saba
ſapientiam Salomonis:quia iſte maiora ſigna
confirmatiua ſue doctrine affert vobis quam il
li duo:ecce enim pluſquã Jonas hic et pluſquã
Salomon.Breuiter ergo reſponſio prelati ad tẽ
tationem infidelium ſtat in hoc : ꝙ ſignum eui⸗
dentiſſimum ad confirmandam religionẽ chri⸗
ſtianam eſt conueſio totius fere mundi ad fidẽ
chriſti:maxime quia chriſtus ſedem apoſtoli ſui
Petri poſuit in capite et corde romani imperij.
Scda ps euãgelij. Cõdemnatis iam ifidelibus tam gentilibꝰ quã
iudeis : prelatus alloquitur fideles q̄ ex vtriſꝙ
intrarunt eccleſiam dei:ſuadens eis bene ſerua
re fidem ⁊ religionem ſuſceptam.nam poſtq̃ in
his quadraginta generationibus eccleſie imun
dus ſpiritus infidelitatis eiectus eſt ab homini⸗
bus:timendum eſt ne reuertatur ad eos vacan⸗
tes abonis operibus ⁊ deditos vanitati pompe
ſecularis:que dicitur ſcopis mundata ⁊ ornata:
nec reuertetur ille immũdus ſpiritus:qui olim
tenebat eos obcecatos infidelitate:non reuerte⸗
tur ſolus:ſed aſſumet ſecũ alios ſeptẽ ſpiritus ne
quiores ſe .i. vniuerſitatem peccatorũ enormiũ.
vt fiant nouiſſima talium hominum peiora ꝓo⸗
ribus peccatis eorum quando erant infideles.2.
Petri.2. melius erat eis viam domini non co⸗
gnoſcere quam poſt agnitam retro ire.quando
enim erant gentiles nullum aliud peccatum vi
debantur habere preter infidelitatem : cum ha⸗
berent optimam reip.et domeſtice gubernatio⸗
nem:ſed poſt quadraginta generationes a ſua
conuerſione multa et nefanda vicia habent ſa⸗
tis manifeſta : que propter ingratitudinem ſuã
ſuper beneficia dei eis collata aggrauãtur corã
deo:et niſi fuiſſet magna dei miſericordia que
eos expectat ad penitentiam:iam omnes periſ⸗
ſent. Suſcitauit autem miſericordia dei in fine
Tertia ps euangelij quadrageſime generatiõis eccleſie nouas reli⸗
giones ad reformandum mores fidelium. ideo
adhuc loquente p̄lato chriſtianorum ad turbas
infidelium doctrinam bonam : vt eiecto immũ⸗
do ſpiritu infidelitatis intrarent eccleſiam chri⸗
ſti : ecce mater religio et fratres chriſti religioſi
ſtabant foras.i.extra vitam ſecularium queren⸗
tes chriſtum et que Jeſu chriſti .i. ſalutem ani⸗
marum non ꝓpriam vtilitaẽ in mũdo:imo pro⸗
pter amorem dei ⁊ proximoꝝ mũdanis oibꝰ ab⸗
renunciãtes.quare ⁊ chriſtus ad eos tanq̃ ad ve
ros fratres ſuos manum gr̃e extẽdẽs dixit : ecce
mater mea ⁊ fr̃es mei.ſ.ſpiritualiter. q̃cunꝙ eni
fecerit libẽter volũtatem ſigni dei.i. mãdata eius
(quod faciunt boni religioſi etiã ſuperaddentes
conſilia preceptis)ipſe meus frater ⁊ ſoror ⁊ ma⸗
ter eſt.Frater inq̃:qꝛ ille talis eſt filiꝰ adoptiuus
eiuſdem patris:cuius ego ſum filius naturalis.
Soror vero:qꝛ anima illius per gratiã dei eſt cõ⸗
formis anime mee plene gratia ab inſtanti con⸗
ceptionis. Mater aũt:quia ille concipiet me de⸗
uotione ⁊ pariet ſancta opatiõe. Ex predictis pa
tet quomodo in quarta ecclie generatione pro⸗
pter impiam tẽtationem fidelibus tunc factam:
reuelauit deus eis totũ diſcurſum legis euãgeli⸗
ce per oẽs generationes eccleſie:⁊ fuit fere ſimi⸗
lis diſcurſui vete.le.in generationibus ſuis:nam
vt diximus in quarta illa generatione Ebron iu
dei tentabantur ab Egyptijs de fide ⁊ religione
ſua:⁊ noluerunt eos dimittere niſi oſtẽderet pre⸗
latus eorũ Moyſes ſigna multa de celo ad con⸗
firmationẽ ſue fidei:non quidem ad credendum
quia in omnibꝰ illis miraculis fuerunt indurati
Egyptij ⁊ mãſerunt increduli. Poſtea vero edu
ctis iudeis ab Egypto dedit eis deus legem/
deinde ꝓphetas quibus exiuit ab eis ſpũs im⸗
mũdus infidelitatis:⁊ hoc cõtinue vſꝙ ad gene⸗
rationes. 40.quibus populus ille mãſit in cor⸗
de terre ⁊ deus cũ eis.i.in Hieruſalẽ que ſita eſt
in medio terre habitabilis.Sed ꝓpe aduentum
chriſti vacantibus iudeis ab operibus virtutum
ſcđm tenorem legis ſue/⁊ intẽdẽtibus vanitati ⁊
põpe mundane in oſtentatione exteriorum ceri⸗
moniarum: reuerſus eſt ad eos ſpũs immũdus
cũ multitudine peccatorũ grauiſſimorũ: adeo vt
poſt mortem multorum propheta ꝝ procurarent
etiã mortẽ valde ignominioſam meſſie ſibi pro⸗
miſſi. Quare ⁊ dimiſſis illis acceſſit ad chriſtum
mater eccleſia ⁊ fratres apoſtoli ceteriꝙ diſcipu⸗
li eius ad quos ipſe manũ gratie extendens ⁊c.
Et forte alius ſimilis diſcurſus eſt notandus in
ſtatu religioſorum : nam in quarta illius ſtatus
generatione incipiendo computationem ab In⸗
nocẽtio papa tertio fuit orta grauis tẽtatio mun
danorum impugnantiũ religiones:ad q̃ reſpon
derũt ſua etate.Bona ventura ⁊ Thomas aqui⸗
nas: ⁊ allegauerunt eis ſignum Jone prophete
⁊c.vnde continue exit a religioſis immũdus ſpi
ritus concupiſcẽtie mundane : ⁊ creſcit religio in
corde terre.i.in medio eccleſie donec impleantur
quadraginta generationes illius ſtatus : quibꝰ
elapſis ſub ꝑſecutione antichriſti reuertet̃ ad eos
ſpũs immundus ⁊c.et circa finẽ mundi occurret
ſancta mater eccleſia:⁊ duo illi fratres Enoch et
Helias ⁊c.¶Moraliter vero hoc euãgelium re⸗ Moralitas.
prehẽdit primo eos qui nolũt ieiunare nec peni⸗
tentiã agere de peccatis ſuis: donec deus faciat
in eis aliquod magnũ miraculum de celo:qua⸗
le fecit in apoſtolo Paulo/Mattheo/⁊ Magda
lena ad conuertendũ eos:ſed prelatus talibꝰ di⸗
cit ꝙ ſunt generatio praua ⁊ adultera:quia debe
ret eis ſufficere doctrina eccleſie ſatis mirabilis
maxime in his quadraginta diebꝰ ieiunij ſigni⸗
ficatis ꝑ quadraginta horas quibus Jonas fuit
in ventre Ceti:⁊ ꝑ quadraginta dies quibus pre⸗

dicauit in Niniue/ ꝛ per quadraginta annos regni Salomonis. Deterret ſcdo eos qui poſt hāc quadrageſimam ꝛ penitentiā in ea factam recidiuāt.i.redeūt ad priora peccata: declarādo periculum ſpiritus immūdi prius eiecti: ꝛ poſtea reuerſi cum peiore ſocietate.i. cum circūſtantia ingratitudinis multū aggrauāte peccata poſteriora: vel cum praua conſuetudine que peior eſt q̄ꝫ actus peccati: ꝛ ſi ſit multum diuturna trahit hominem vſqꝫ ad profundū malorum. De talibus eīn apoſtolus Hebreo. 6. dicit ꝙ impoſſibile eſt eos renouari ad penitētiam ꝛc̄. Comēdat tertio veros ꝛ humiles penitētes qui memores gratie dei ſibi facte in remiſſione precedētium peccatorum: perſeuerāt in virtutibus ꝛ cauent a futuris peccatis faciētes voluntatem patris qui in celis eſt: ideo quilibet talium vocatur a chriſto frater/ ſoror/ ꝛ mater ꝛc̄. In eodē ſenſu morali hoc euanlium poteſt referri ad ordināndos: quibus prelatus ſuadet ne retrocedāt ad vitam ſecularem ꝛc̄.

Offertorium. ¶ Offertoriū meditabor in mādatis ꝛc̄. ps. 118. eſt reſponſio fidelis populi ad ea que vltimo dicta ſunt in euāgelio: ſcꝫ quicūqꝫ fecerit voluntatem ꝛc̄.i.precepta dei: ipſe meus frater ꝛ ſoror ꝛc̄. ideo deſiderans eſſe frater/ ſoror/ et mater chriſti ait: meditabor in mādatis tuis ſcꝫ vt cognoſcam quid agēdum: ꝛ leuabo manus meas ad operādum ꝛc̄. Oratio ſecreta: hoſtias tibi dn̄e ꝛc̄. offert deo hoſtiā pacificam in altari ad obtinēdum veniam peccatoꝝ ipſis ieiunātibus: ꝛ ad ſolidandū vacillātes in opere bono.

Co[m]. ¶ Cōmunio. Intellige clamorē ꝛc̄. ps. 5. comēdat orationes fideliū deo vt eos exaudiat maxime in tēpore tribulationis. Ultima oratio. Cui dn̄e pceptiōe ꝛc̄. petit ex virtute euchariſtie emūdari a delictis et liberari ab inimicis: que omnia poſt euangeliū ad tres predictos ſenſus intelligi poſſunt: ſcꝫ in perſona fidelium quarte generatiōis/ ꝛ fideliū noſtre quadrageſime: ac etiā in perſona ordināndorū in ſabbato ſequēte. Oratio ſuper populū. Mentes noſtras ꝛc̄. vnicū ſenſum habet de ieiunātibus: quibus optat lumen gratie dei quo agenda cognoſcant ꝛ cognita prompte agere valeant.

## ¶ Caput trigeſimū de feria quinta. cuius officium licet variū ad quintā eccleſie chriſtiane generationem pertinet: ꝛ mores ieiunantium componit.

Argumētū officij. Ab anno chriſti. 120. vſqꝫ 150.



Sed chꝛiſtus a fidelibus tunc viſus eſt glorioſus inter Moyſen et Heliam.i.inter legem ⁊ pꝛophetas: quia ſicut Oꝛigenes dicit: qui omnes res huius mūdi trāſcendūt pꝛopter deum eleuati in montem excelſum vite perfecte: poſſunt aſpicere gloꝛiam filij dei ⁊ videre Jeſum tranſſiguratum ante oculos coꝛdis ſui. nam illi qui in euāgelij littera Jeſum ſimpliciter legunt quaſi ſecūdum carnem: deoꝛſum manent in conuerſatione terrena viuentes/ nec ante eos trāſiguratur chꝛiſtus in aliam ſpeciem: ſicut vident illi qui cum eo aſcendunt in montem excelſum ſecundum ſpiritum: quia vident eum tranſſiguratum ad futura myſteria eccleſie ſignificanda/ ⁊ ad moꝛes noſtros cōponendos. hi etiam legem veterem ſpiritualiter intelligentes vident eam conuenire ſermonibus chꝛiſti: ⁊ in pꝛophetis ſapiētiam eius abſcōditam cognoſcūt. quod eſt Moyſen ⁊ Heliam in eadē gloria apparere cū Jeſu. Tales itaqꝫ erāt in pꝛimitiua eccleſia pꝛedicti tres ſanctoꝛum ſtatus: quibus pꝛo excellentia vite Aurcola gloꝛie debetur in celis: ſed hoc pꝛe ceteris altius cognoſcunt et mirantur eccleſie doctoꝛes: quoꝛum vocem Petrus expꝛeſſit reſpondens ad Jeſum. dn̄e inquit bonum eſt nos hic eſſe ſcilꝫ in lege tua potius q̄z in noſtra infidelitate p̄terita: a qua iam exiuimus per dei gratiā. ⁊ ſi vis faciam⁹ hic tria tabernacula.i. edificemus tres ſpirituales intelligētias ſacre ſcripture ſuper eandem littere hiſtoꝛiam ſcilicet tibi chꝛiſto anagogicā attribuentes / Moyſi allegoꝛicam / Helie zelum dei habenti tropologicam. Sed hi ſpirituales ſenſus haberi non poſſunt niſi gratia ſpiritusſancti coꝛda doctoꝛum illuminet: ideo ecce nubes lucida: in qua ſpiritus ſanctus mittebatur: obumbꝛauit.i. cooperuit eos: et ſic vocem dei patris audierunt tanq̄z boni filij. que vox teſtificatur non ſolum de filio dei naturali: ſed etiam de pꝛelato eccleſie dicens. Hic eſt filius meus dilectus ⁊c̄. ipſum audite.i. obedite mandatis eius. quam vocem dei audientes diſcipuli .i. ſubditi fideles ceciderunt in faciem ſuam coꝛam pꝛelato oſtendentes ei obediētiam. et timuerunt valde poteſtatem ſpiritualem ſibi datam a deo: vt patuit in facto Victoꝛis pape contra oꝛientales ſibi non obediētes. Sed timoꝛ iſte non diu durauit: quia perfecta charitas foꝛas mittit timoꝛem maxime ſeruilem: ideo acceſſit Jeſus et tetigit fideles gratia ſua dixitqꝫ eis ſurgite ad perfectionem charitatis: et nolite ſic timere pꝛelatum veſtrum ſed potius amare: quia ipſe quātumcūqꝫ ſit vices chꝛiſti gerens in terris: non poteſt vobis penam eternam inferni infligere ſed ſolus deus. ideo eleuantes oculos ſuos diſcipuli per rectam intelligentiam ſcripturarum neminem viderunt: quē deberent timere pꝛopter penam inferni niſi ſolum Jeſum: qui eſt iudex viuoꝛum ⁊ moꝛtuoꝛum Actuum. 10. ⁊ poteſt animā et coꝛpus ſimul mittere in gehēnam ignis Matthei. 10.

Tertia ps euāgelij.

Sed quia hec determinatio de poteſtate pꝛelatoꝛum eccleſie poſſet ſimplices fideles illiteratos ſcandalizare vt non timerent pꝛelatos ſuos recedendo ab eoꝛum obedientia: ideo pꝛecepit Jeſus doctoꝛibus eccleſie: vt deſcēdentibus illis de mōte contemplationis ſue ad docendos ſimplices fideles ea que agēda ſunt: nemini dicerent viſionem.i. claram noticiam huius ſecreti ſcilicet ꝙ ſolus deus ſit timēdus pꝛopter penam inferni ⁊ non pꝛelatus vicarius chꝛiſti: ſed potius dicerent eis ꝙ etiam tranſgredientes mandatum pꝛelatoꝛum eſſent rei pene eterne inferni: cōteſtante apoſtolo Ephe. 5. itaqꝫ qui hec mādata mea ſpernit: non hominem ſpernit ſolum ſed deum qui dedit ſpiritum ſuum in nobis ⁊c̄. Et hoc debēt pꝛedicare doctoꝛes eccleſie durante curſu huius ſexte etatis mundi: donec filius hominis.i. chꝛiſtus myſticus qui eſt populus chꝛiſtianus a moꝛtuis reſurgat in nouiſſimo die: a quo octaua mūdi etas incipiet: in qua iam clare videbunt omnes electi hoc ſecretum: ⁊ nemo ſcandalizabitur ab obedientia pꝛelatoꝝ: vbi nullus homo erit pꝛelatus alterius pꝛeter chꝛiſtum: ⁊ ideo tūc licebit p̄dicare ꝙ ſolus chꝛiſtus penā eternā peccatoꝛibus infligere poteſt. quod egregie notauit regius vates pſal. 50. tibi inquit ſoli peccaui: etiam vbi contra pꝛoximū videbar peccare: quia tu ſolus deus peccatum meū poteſ condigne punire.

Moꝛalitas.

¶ Moꝛaliter vero quadrageſima eſt mons vite ſublimis non campus latus vitioꝛum vt tempus carnale. In ea chꝛiſtus trāſſiguratur.i. glorioſus apparet inter legem et pꝛophetas: que quotidie ⁊ continue leguntur in officijs eccleſie: ⁊ reſplendet facies chꝛiſti claritate pꝛedicationis quotidiane. dealbantur veſtes eius .i. fideles mundantur confeſſionibus/ieiunijs/ ⁊ penitētijs. nubes lucida diuine gratie obumbꝛat eos: qui etiam audiunt vocem dei pꝛecipientis ꝙ obediant ſuis pꝛelatis. In hac moꝛali tranſſiguratione cōcurrunt tria ſignificata in tribus apoſtolis: ſcilicet confeſſio que eſt Petrus/ victoꝛia tentationum que eſt Jacobus.i. ſupplātatoꝛ vitioꝛum/ ⁊ gratia virtuoſe actionis que eſt Joānes. Concurrunt etiam tres pꝛimi inſtitutoꝛes quadrageſimalis ieiunij chꝛiſtus/ Moyſes/ et Helias: ad ſignificādum ꝙ fideles triplici bono exercitio debent hoc ſacrum tempus occupare ſcilicet oꝛando vt chꝛiſtus fecit in ſua quadrageſima: deum audiendo in pꝛedicationibus vt Moyſes in ſua. et peregrinationes faciendo vt Helias.i. viſitando eccleſias/monaſteria/ hoſpitalia cū eleemoſinis ⁊c̄. In alio ſenſu illi qui hodie oꝛdines recipiunt trāſſigurantur.i. mutantur in alios viros: quia diuino cultui mancipantur et conſecrant̄ abſtracti a vita ſeculari. ideo aſſumit eos chꝛiſtus hodie ſeoꝛſum in montem excelſum dignitatis ſacerdotalis. dealbantur veſtes eoꝛum: quia ſanctis veſtibus induūtur pꝛopter honoꝛem dei. apparent eis Moyſes/ ⁊ Helias cū Jeſu: quia imponitur eis cura lectionis continue ſanctarum ſcripturarum noui et veteris teſtamenti. hodie nubes diuine autoꝛitatis cooperit eos. et audiunt dei vocem dicentis de quolibet eoꝛum: hic eſt filius meus dilectus ipſum audite ⁊c̄.

Offertoꝛium.

¶ Offertoꝛiū: Domine deus ſalutis mee ⁊c̄. p̄s. 87. idem eſt cū introitu miſſe: ſed adducitur ad ſignificādam leticiam fidelium de tam grandi munere ſibi conceſſo: quale ſignificatum eſt in euangelio ſecundum tres ſenſus ei⁹. Oꝛatio ſecreta. Pꝛeſentibus ſacrificijs ⁊c̄. offert deo ſacrificium euchariſtie oꝛans vt ieiunia fidelium ſanctificet tam interius q̄z exterius.

Cōio.

¶ Communio. Domine deus meus pſal. 7. notat confidentiam penitentium et alioꝛum fidelium in deo ad vincendas tentationes. Finalis oꝛatio. Sanctificationibus noſtris ⁊c̄.i. operib⁹ ſanctis ieiunij ⁊ penitentie petit mundari ⁊c̄.

## ¶ Caput trigeſimūtertiū

de ſecunda dominica quadrageſime: cuius officium commemoꝛat octauam eccleſie generationem: ſimiliter ⁊ quadrageſimalem eccleſie oꝛdinationem.

Argumētū officij. Ab anno chꝛiſti 210. vſqꝫ 240.



Ctaua eccleſie chꝛiſtiane generatio peracta eſt ſub Romanis pontificibus Vrbano / Pontiano / Anthero/et Fabiano: ac imperatoꝛibus Alexādro/Maximino/Goꝛdiano/⁊ Philippo. quoꝛum ſecundus exercuit ſextā perſecutionem contra chꝛiſtianos pꝛecipue cōtra viros eccleſiaſticos: quibus alij tres beniuoli erant. Et coꝛreſpondet Salmon octauo a Jacob in ve. le. qui pacificus interpꝛetat̄: quia in hac octaua generatione cepit eccleſie pax pꝛocurari: vt in fine euāgelij clarius apparebit. Octonarius ſiquidē numerus ad perfectionem legis euangelice dicitur pertinere: vt Auguſtino placet: ſicut ſeptenarius ad legem veterem imperfectam: ideo nimirum ſi in hac generatiōe octaua ceperit eccl'ie chꝛiſtiane perfectio exterius apparere ꝑ humanū fauoꝛē pꝛincipum eccleſias dotātium poſſeſſionibus ⁊ theſauris. In eadem etiam plurimi ſapientes gētilium fidem ⁊ baptiſmum chꝛiſti ſuſcipientes eccleſiam decoꝛarunt. nam floruerunt tunc Vlpianus et Paulus patauinus cōſiliares imperatoꝝ peritiſſimi in iure ciuili. Similiter philoſophi ⁊ theologi plures: vt Oꝛigenes/Cypꝛianus/Africanus/Julius / ⁊ Dionyſi⁹ Oꝛigenis diſcipuli ⁊ ceteri. eodē quoqꝫ tp̄e Fabianus papa inſtituit ſanctū chꝛiſma quolibet anno in cena dn̄i ſolēniter conſecrari: et alia multa

ad decorē eccleſie pertinētia. Non defuerūt ta=
men perſecutiones tyrannorum in illa etate: vt
de Maximino imperatore diximꝰ: qꝛ diabolus
paci eccleſie inuidēs eos incitabat Similiter et
hereticos interius eccleſiam vexātes. apparue=
rūt eñi tunc Porphirius ⁊ Nouatus magni he=
retici: quos iuſta iudicio eccleſia condēnauit/⁊ di
gnitate ſacerdotali priuauit. vnde cātatur in ma=
tutinis hiſtoria de Jacob ⁊ perſecutiōe eius/⁊ fu

Introitꝰ miſſe.

ga a fratre ſuo. ¶ Introitꝰ ergo miſſe: Dñe dilexi
decorem domꝰ ⁊c. pſal. 25. fidelem populum illiꝰ
etatis introducit congratulantē eccleſie paci/de=
cori/⁊ fauori que eſt domus dei: et altare chriſti.
Verſus: iudica me dñe quoniam ⁊c. principium
eiuſdem pſalmi allegat iuſtum dei iudiciū: qui
humiliantes ſe ꝓpter deū honorificat ⁊ exaltat.
Poteſt introitꝰ in alioſenſu eſſe vox eccleſie mo
derne gratias agētis deo de clericis nouiter ordi
natis ad decorē eccleſie: vt circūdēt altare dei cū
honore/⁊ decantēt in choro laudes dei/ et enarrēt
in euangelijs epiſtolis et lectionibus multa dei
mirabilia. Poteſt tertio eſſe gratiarūactio prela=
ti de peccatoribus ad deū conuerſis in quadra=
geſima ⁊ eccleſias ſua viſitatione ⁊ eleemoſinis
decorantium vt iam circūdent altare dei deuote
audiendo miſſas et alios cantus pertinentes ad

Oratio.

laudes dei Oro. Deus ꝗ cōſpicis ⁊c. petit a deo
protectionem et cuſtodiam fidelium ab omnibꝰ
aduerſitatibꝰ corporis ⁊ anime: ex quo vires no
ſtre ad hoc non ſufficiunt ſine ſpeciali dei auxi=

Eple argumentū.

lio. ¶ Epiſtola Rogamꝰ vos et obſecramꝰ ⁊c.
1. Theſal. 4. eſt predicatio et doctrina boni ꝑlati
ad bonos ſubditos ſiue in primitiua ſiue in mo
derna eccleſia ⁊ hoc tā ad nouos clericos quā ad
nouos penitentes. et habet tres partes. Prima
eſt de bonis charitatis. Scda ibi: hec eſt volūtas
⁊c. de bonis caſtitatis. Tertia ibi: ⁊ ne quis ⁊c. de

Prima ps eple.

bonis fidelitatis. Volens itaqꝫ prelatꝰ inſtruere
nouos chriſtianos octaue etatis/vel nouos cleri
cos / nouos ve penitētes noſtre tempeſtatis ait.
fratres mei in chriſto cuius omnes ſumus filij
ſpirituales: rogamus vos per amorem noſtrum
imo ⁊ obſecramus in dño ieſu. i. per amorem eiꝰ/
vt ambuletis in via morum ſancte: quēadmodū
accepiſtis a nobis inprincipio veſtre conuerſio=
nis: vel in ſabbato precedēte veſtre ordinationis:
vel in dñica precedente in doctrina epiſtole qua
docuimus vos multas virtutes: quomodo opor
teat vos ambulare ſi vultis placere deo: ſic ergo
ambulate de virtute in virtutē vt abundetis grā
dei continue magis ac magis. ſcitis iam ꝗ prece
pta et conſilia dederim vobis. i. quam honeſta ꝗꝫ
ſalubria: per dñm ieſum. i. exemplis eius confir=
mata vt patet ex euangelijs predictorum dierū.

Secūda ps eple.

Sed pre ceteris hec duo maxime obſeruāda vo=
bis repeto. alterū de caſtitate. hec eſt enim volu=
tas dei ſuis preceptis declarata: ſanctificatio ve=
ſtra. i. vt ſitis ſancti ⁊ mundi hoc eſt vt abſtineatis
vos a fornicatione: et per conſequens ab omni
alia ſpecie luxurie que peior eſt ſimplici fornica
tione: vt ſciat vnuſquiſqꝫ veſtrum poſſidere. i. ſub
eius poteſtate habere: ſuum vas. i. corpus qđ eſt
vas anime: in ſanctificatione. i. mundicia. et ho=
nore. i. vt ſit honorabile coram deo et hominibꝰ:
nō in paſſiōe deſiderij. i. appetitus carnalis ſicut
faciunt gētes que ignorāt deum. i. legem dei. nā
gentiles cōmuniter putabāt ꝙ ſimplex fornica=
tio in qua nulla erat violentia non eſſet pecca=
tum. quod tamen lex dei prohibet in ſexto pre=
cepto. hoc erat valde neceſſarium predicare gen=
tilibus nouiter conuerſis in primitiua eccleſia:
ne ipſi redirent ad conſueta vitia. Idem eſt ne=
ceſſarium nouis ſacerdotibus qui exeunt a vita
ſeculari: ⁊ ſimiliter penitentibus in quadrageſi=
ma in qua non modo eccleſiaſtici: ſed etiam lai=
ci coniugati debent poſſidere vas. i. etiam vxorē
propriam ſibene poſſunt mundam ⁊ intactā ⁊c.

Tertia ps epiſtole.

Alterum quod repeto eſt de fidelitate cum pro=
ximis habēda: ne quis veſtrum ſupergrediatur
per violentiam opprimēdo: neqꝫ circūueniat per
fraudulentiam decipiendo in negocio. i. contra=
ctu aliquo emptionis/venditionis / locationis/
mutuationis ⁊c. fratrem. i. proximum ſuum. quo=
niam vindex eſt dominus/aut in hac vita/aut in
futura de his oibus pctis: ſicut alias prediximꝰ
vobis in officijs precedentibꝰ: ⁊ teſtificati ſumꝰ. i.
teſtimonijs ſcripturarū ꝓbauimus ꝙ faciet do=
minus vindictam in nationibus et increpatio=
nes in populis ⁊c. Et ratio huius eſt quia deus
non vocauit nos ad ſuam eccleſiam: quādo ba=
ptiſma/vel ordinem ſuſcepimus: in immundiciā
.i. vt eſſemꝰ immundi ſicut eramus prius: ſed in
ſanctificationem. i. vt eſſemus ſancti ⁊ mundi co
ram illo in chriſto Jeſu domino noſtro. i. in mi=
niſterijs eius in eccleſia ſua. Qui ergo ſecus fa=
ciunt merentur indignationem vindicte dei. ſi=
militer ad quadrageſimam vocati ſumus nō vt
laute ⁊ vitioſe viuamus: ſed vt a preteritis vitijs
emundemur. vnde iniuriam facit quadrageſime
qui vitia innouat/vel cōtinuat: ⁊ indignationem

Graduale.

dei omnipotentis ſe nouerit incurriſſe. ¶ Gra=
dualis cātus. Proba me domine ⁊c. pſal. 25. eſt
reſponſio bonorum ſubditorum ad doctrinā pre=
lati premiſſam: qua ſe exponunt examini circa
vitam ſuam in ꝓfeſſione incepta. Verſus. Ego
autem ⁊c. ex eodem pſal. dat rationem huius di=
cti: quia bona intentione incepit quilibet eorum
hanc vitam: ⁊ confidit de miſericordia dei ꝙ ad=
iuuabit ad bene proſequendam ⁊ continuandā.

Tractus.

¶ Tractus: Ad te domine leuaui ⁊c. pſal. 24. de=
uote orat deū in quo confidit: vt adiuuet fideles
ſua gratia: ne erubeſcāt victi ab inimicis qui eos
irrideāt ⁊c. petit etiā vt deus doceat fideles vias
mandatorum ⁊ ſemitas conſiliorum: ⁊ dirigat in

Euāgelij argumentum.

veritate virtutum ⁊c. ¶ Euangelium. Egreſſus
Jeſus receſſit ⁊c. Matth. 15. in ſenſu hiſtorico ſub
typpo mulieris Cananee eccleſiā octaue etatis
cōmemorat. ad deū humiliter deprecātē pro ſua
liberatione a poteſtate demoniorū. Et primo de=

Prima pars euāgelij.

claratur petitio. Scdo ibi: Et accedētes ⁊c. addit
petitionis ratio. Tertio ibi: tūc reſpōdēs ⁊c. cōclu=
dit petitionis cōceſſio. In illo inquit tēpore octa=



ue generationis egreſſus Jeſus a ſinagoga iu=
daice perfidie in precedētibus generationibus:
receſſit in partes gētilium vt ibi eccleſiam ſuam
edificaret. fuit tamen in gentilitate fidelibꝰ chri=
ſti Tyrus. i. anguſtia ⁊ Sidō. i. triſticia multiplex
a tyrānis: ſed inter tot labores nō ceſſabat eccl'ia
deū inuocare ⁊ ſalutē gētiliū ꝓcurare. nā ecce mu
lier Cananea. i. eccleſia ex gentibus congregata
a finibus illis. i. ab erroribus idolatrie ſue egreſ=
ſa ⁊ per miſericordiam dei liberata: clamauit ad
deū in oratione pro liberatione vrbis Rome ab
idolatria dicēs ei. Miſerere mei domine fili Da
uid: hec eñi erant chriſti epiteta ſcdm ſcripturas
prophetarum vete. le. nam prophetauerāt ꝙ fu=
turus erat verus deus: ideo dicitur dñe: ⁊ ſimili=
ter verus homo ideo dicitur fili Dauid. i. de pro=
genie Dauid ſcdm carnem. vnde Eſaie. 7. voca=
bitur nomen eiꝰ Emanuel. i. nobiſcū deus hoc
eſt verus deus ⁊ verus homo ſicut nos. Orabat
ergo eccleſia implorās chriſti miſericordiā miſe=
rere inquit mei dñe fili Dauid: qꝛ filia mea pre=
cipua. i. vrbs Roma male a demonio multplici
vexatur. nam idolis omnium gentium ſeruit/ea
veneratur/eis ſordidatur. q. d. peto dñe vt hec ci=
uitas per gratiam tuam ſuis idolis renunciet ⁊
conuertatur ad fidem religionē ⁊ eccleſiam tuā.
Cui orationi chriſtus ſtatim non reſpondit ver=
bum. i. operis executionem (nam ſepius in ſacra
ſcriptura verbum pro opere ponitur) quia nō in
illa octaua generatione impletum eſt quod ora=
tio poſtulabat: ſed dilatatū eſt in aliud tempus.
Si tamen oratio non ſtatim cōcedat a deo: non
eſt propterea ab oratione ceſſandum: ſed potius
ſanctorum interceſſiones ſunt interponēde. Job
5. voca ſi eſt qui tibi reſpōdeat. ſ. deus: ſiautem

Scda ps euāgelij.

ad aliquē ſanctorū conuertere. Ideo eccleſia illa
non confidens de proprijs meritis vt exaudire=
tur: adiecit ſanctorū apoſtolorum interceſſiones:
de quibus dicitur. Et accedētes diſcipuli chriſti
Petrus et Paulus qui vrbem illā ſuo ſangui=
ne deo iam conſecrauerant: rogabant deum pro
eiuſdē vrbis liberatione dicētes. dñe dimitte illā
eccleſiam orātem. i. non detineas eam: ſed conce
de petitionem eius: qꝛ quotidie clamat poſt nos
et non ceſſabit a petitione hac donec cōceſſeris.
ipſe autem chriſtus reſpōdens diſcipulis: ait nō
ſum miſſus a patre in mūdum niſi ad ſaluādas
oues domus Iſrael. i. eccleſie dei que perierant
peccatis ſuis. q. d. nō veni ad ſaluandū oues dia
boli ſed oues dei: Romani aūt ſunt oues diabo
li/nec ſunt digni ſaluari a deo: quia ſeruiunt de=
monijs: vt oues paſcue eorum: ⁊ quātum ſuper=
ficialiter apparet ex his que deus promiſit ſan=
ctis patribus ve. le. aduētus meſſie non erat futu
rus niſi ad ſalutem iudeorū: cuius etiam ſignum
videtur: quia ipſe nunꝗꝫ predicauit ſalutem niſi
iudeis: teſte apoſtolo Roma. 15. dico autem Je=
ſum chriſtum miniſtrum. i. predicatorem ⁊ prela
tum iudeorum ad firmandas ꝓmiſſiones pa=
trum ⁊c. non ergo videtur admittēda petitio ec=
cleſie gentilium: que chriſtum interpellat in re=
demptorem eorum. Solet eñi deus petitionem
ſanctorum quam exaudire intendit: aliquandiu
differre vt animum orantis magis exerceat/ma=
giſqꝫ accēdat in deuotionē: ⁊ vt gratiā cōceſſam
poſtea in maiore precio habeat. quod ſciens ec=
cleſia non ceſſauit: ſed venit ad eum orādum ſe=
pius: ⁊ adorauit eum in ſacrificio altaris dicēs:
domine adiuua me ad conuertendum Roma=
nos. qui reſpondens adhuc differendo petitionē
ait: in domo bene gubernata non iudicatur bo=
num ſumere panem filiorum. i. filijs neceſſariū:
et mittere canibus immundis: qui vbiqꝫ vagan=
tur per domos/⁊ rapiētes comedunt. cum ergo
domus dei ſit bene inſtituta: cuius ſinguli fide=
les ſunt filij: infideles vero ſunt canes immūdi
et voraces: non videtur rationabile tollere gra=
tiam dei a filijs eccleſie ⁊ dare eā Romanis: qui
vt canes cadaueribus animalium immolatorū
idolis ſaturātur quotidie. Sed videns mater ec=
cleſia adhuc locū habere petitionem ſuam ait:
etiam dñe. i. ex eadem comparatione de filijs et
canibus confido ꝙ me debeas exaudire et Ro=
mam ab idolis liberare. nam in domo bene gu=
bernata licet panis neceſſarius filijs non detur
canibꝰ maxime inutilibꝰ: tū catelli vtiles bene
edunt de ſuperfluis micis / ſeu fragmentis pa=
nis que cadunt de menſa dominorum ſuorum:
ſic ad propoſitum eccleſia gentilium non petit a
te illa magna dona gratiarum et virtutum que
apoſtolis dediſti et alijs filijs tuis chariſſimis:

Tertia ps euāgelij.

ſed quaſdam paruas micas gratie tue. Tandem
viſa dñs fide ⁊ conſtantia eccleſie in ſua deuota
petitione: reſpondens cum effectu ait illi. O mu
lier. i. pia mater fideliū magna eſt fides tua: qua
de diuina miſericordia tantum confidis et de te
ipſa tam humiliter ſentis: vt gentiles filios tuos
catellos diminutiuo vocabulo appellaueris. ma
gna fuit fides eccleſie ex gentilibus: quia in au=
ditu auris obediuit predicationi euangelij: vt di
citur in pſal. ⁊ qꝛ magna: ideo meretur exaudiri.
fiat ergo tibi ſicut vis ⁊ petis. quare illico ſanata
eſt filia eius vrbs Roma ex illa hora: ideſt ab il=
la octaua generatione cepit abrenūciare idolis
ſuis. nam Alexander imperator imaginem chri
ſti fecit inter deos collocari ⁊ venerari a Roma=
nis: et corpꝰ ſancti Thome apoſtoli ab india in
Syriā trāſferri iuſſit venerabiliter. Philippꝰ etiā
imperator baptiſmū chriſti deuote ſuſcepit: atqꝫ
milleſimū annum ab vrbe cōdita in honorē chri

Moralitas.

ſti celebrauit: et magnos theſauros eccl'ie dedit.
¶ Moraliter vero ſancta mater eccleſia in hac
quadrageſima velut pia mater a finibꝰ carnalita
tis egreſſa deum orat nūc frequentius ꝗꝫ in alio
tēpore pro filia qualibet anima peccatrice vt li=
beretur a vexatione demonis: ſed contingit pro=
pter maliciam eius pro quo orat eccleſia ꝙ deꝰ
vel non reſpondeat opere: vel oues diaboli pec=
catores reputet nō ſuas: vel canes eos dicat re=
cidiuātes ad vomitū. tandem vero eccleſia exau=
ditur pro his qui ſe humiliant ad penitentiam.
licet ex carnis infirmitate peccauerint: ⁊ ſanat ſi

lia pie matris infuſa deſup gratia dei. aīa ſiquidem fidelis tunc a demonio vexat̄ quādo graui cogitatione tēptatur. male vexatur quādo etiam opꝰ malum exteriꝰ operatur. peſſime vero quādo ex diuturna cōſuetudine peccādi malus habitꝰ generatur/et quaſi neceſſitatur homo ad peccandū vt dicit Auguſtinus. moratur aūt in terra cananeorū quādo adhuc in peccato delectatur ⁊ quieſcit. exit a finibus illis quādo ceſſat peccare ⁊ peccati occaſiōes euitat. ad chriſtū accedit quādo lacrimabiliter orat petens a deo miſericordiā et veniam. Sed chriſtus nō reſpondet ei verbū donec habeat propoſitum cōfitendi peccata ſua ſacerdoti miniſtro eiꝰ. interponit diſcipulos chriſti mediatores quādo iam peccata ſua eis cōfitetur. tunc diſcipuli pro ea orant quādo animam a peccatis abſoluūt: et quaſdā alias orationes ſup eam dicūt: vt Miſereatur tui omnipotēs deꝰ ⁊c. infidelitas ſibi obijcitur quādo a ſacerdote rep̄henditur: et peccatorum grauitas atq̄ ingratitudo demonſtratur. vnde et aīa peccatrix humiliat̄ et ſe canē reputat coram deo: nec petit illas magnas ſibi fieri grās quāte facte ſunt ſanctis dei in ſua cōuerſione vt Paulo Magdalene ⁊c. ſed petit paruas micas gratie dei ⁊ remiſſionē peccatorum: quā tandem obtinet ſi hec petat ex magna fide ⁊ deuotione perſeuerante. Magna profecto eſt fides humilis penitentis qua credit ꝙ ſi homo confiteatur peccata ſua ſacerdoti infirmo et peccatori: habebit per illum veniā a deo: et ꝙ deus dederit talem poteſtatem ſacerdotibꝰ eccleſie: et ꝙ hoc ſacramentum habeat virtutem ex paſſione chriſti ⁊c. Poſſet applicari hoc euāgelium ad nouiter ordinatos ſacerdotes qui p̄ci bus ſancte matris eccleſie a laqueis demonum liberati ſunt / et deo conſecrati ſed de his ſatis.

¶ Offertoriū: Lauabo inter innocētes ⁊c. pſal. 25. eſt vox populi ex predicta dei miſericordia liberati a poteſtate diaboli/et mūdati a peccatorū immundicijs. ideo audet ſe numerare inter ſeruos dei innocētes ⁊ ablutis manibꝰ accedere ad altare dei. Orō ſecreta. Eccleſie tue ⁊c. offert deo munera ſacrāda in altari: orās vt acceptent̄ pro ſalute emundatorū fidelium. i. gentiliū romanoꝝ baptizatorū/vel nouorum ſacerdotū/vel quadrageſimaliū penitentiū. ¶ Cōmunio: Pes meꝰ ſtetit ⁊c. eſt finis eiuſdem pſal. 25. ex quo ſumuntur omnes cātus huiꝰ miſſe. ⁊ eſt gratiarūactio predicti populi dei ſanctificati ex eo ꝙ iam ambulat viam rectam mandatorum dei: benedicens eum in ſua eccl̄ia. Finalis oratio. Supplices te rogamus ⁊c. poſtulat a deo gratiam bonorum morum concedendam ex virtute ſacramenti recepti. Diebus autē dominicis non dicitur oratio ſuper populū ex eo ꝙ diſtribuitur eis panis benedictꝰ: loco cuius additur illa collecta in ferijs.

Offertorium.

Cōio.

## ¶ Caput trigeſimūquartum de feria ſecunda ſecunde hebdomadis quadrageſime in qua nona eccleſie generatio inſinuatur: ⁊ ieiunantium oratio acceptatur.



Nona generatio eccleſie chriſtiane correſpondens Booz in veteri lege: nouem cōprehendit Romanos imperatores peſſimos quidē ⁊ miſerabilibus mortibus cōſumptos: hi ſunt Deciꝰ/Gallus/Voluſianus/Valerianus/Galienus qui et Decius/Claudius/Aurelianus/Tacitus/⁊ Florianus. In quorū diebus eccleſia dei tres alias perſecutiones tyrānorum ſuſtinuit. nam Decius primus egit ſeptimam perſecutionem: Valerianus cū filio ſuo Galieno octauā: ſub qua paſſus eſt Laurētius. Aurelianꝰ nonā ſub qua Ciprianus. In eadē quoq̄ generatione ſeptē fuere Romani pōtifices ſancti ⁊ martyres oēs. ſ. Corneliꝰ/Lucius/Stephanus/Sixtus/Dionyſius/Felix/⁊ Eutiçianꝰ. Tūc etiā magni heretici eccleſiā dei vexabāt in ſpūalibꝰ: vt Sabellius negās diſtinctionē pſonaꝝ i deo: ⁊ Manes a quo Manichei dicti ſunt. duo principia cōtraria ponebat in mūdo: a quibꝰ diuerſe creature ꝓceſſerūt bone ⁊ male/ ⁊ diuerſe leges date ſunt ſcʒ vetus ⁊ noua ⁊c.

Argumētū officij. Ab anno chriſti 240. vſq̄ 270.

¶ His ergo ⁊ alijs tribulationibꝰ preſſa eccl̄ia illius tpis introducitur ad deū clamans in miſſe introitu: ſcʒ Redime me dn̄e ⁊c. pſal. 25. vbi petit liberari per dei miſericordiā: ex quo patitur propter legem dei: ⁊ quia ſequitur viā rectam mandatorum eius/atq̄ predicat laudes eiꝰ. Verſus. Iudica me dn̄e ⁊c. eſt principium eiuſdem. p̄s. petens a deo iudicium cōtra tyrānos ⁊ hereticos a quibꝰ ipſa innocēs eccleſia patitur: licet ſperās firmiter in deo nō frangat̄ in aduerſis. Eadē oratio poteſt intelligi ex pſona penitentiū qui grauibus agunt tētationibus in quadrageſima. Orō. Preſta queſumꝰ. o. deus. eſt prelati dep̄catio ad deū pro ieiunātibus: petit em̄ ꝙ ſicut ipſi ꝓpter obediētiā dei ſe affligūt carne: ita ipſe eis donet gratiā in mēte: vt et a pctīs abſtineāt ⁊ iuſticiam virtutū ſequātur. ¶ Ep̄la: Orauit Daniel ⁊c. Danielis. 9. eſt alia prelati ꝓlixior oratio ad deū ꝓ pplo in tribulatione poſito/ſiue in nona generatione/ſiue i quadrageſimali labore. Et diuidit̄ in tres partes. In prima premittit̄ petitionis materia. In ſcd̄a ibi: ꝓpter temetipſum ⁊c. addit̄ impetrationis fiducia. In tertia ibi: exaudi dn̄e ⁊c. ſubiungit̄ deprecationis inſtātia. In diebꝰ ergo illis quibꝰ dei eccl̄ia affligebat̄/aut violēter a tyrānis ⁊ hereticis/aut volūtarie ſuis ieiunijs: orauit Daniel. i. prelatus ad deū pro pplo dicens. dn̄e ꝑ gubernationē/deus ꝑ creationē/ noſter ꝑ redēptionē qui eduxiſti ꝑ gratiā tuoꝝ ſacramentoꝝ populum tuū chriſtianū de terra Egypti. i. de tenebris peccati. in manu forti. i. potētia magna q̄ requirit̄ ad conuertēdū cor humanū ad te. ⁊ feciſti tibi nomē. i. famā bonā inter oēs deos ſcd̄m diē hanc. i. ſicut eſt modo publicū ⁊ manifeſtū toti mūdo: qr in oēm terrā exiuit ſonꝰ p̄dicatiōis chriſti ⁊ famā ſuoꝝ geſtoꝝ. tn̄ propter peccata nr̄a anguſtiamur ab infidelibus /hereticis/⁊ demonibus: qr peccauimus tibi ⁊ iniquitatē fecimus. i. iniuſta opera: in. i. cōtra omnem iuſticiam tuam. i. precepta tua iuſta: quia ſunt regule vere iuſticie. licet ergo nos has tribulationes demeruerimus ꝓpter peccata noſtra: tamen auertatur obſecro ira tua. i. hec tribulatio noſtra que Methaphorice dicit̄ ira et furor tuus: a ciuitate tua Hieruſalem. i. ab eccleſia tua que eſt ſpiritualis Hieruſalem Gal. 4. ⁊ monte Sion ſancto tuo. i. a populo chriſtiano: quia ſcimus ꝙ propter peccata noſtra et noſtrorum patrum. i. predeceſſorum ciuitas Hieruſalē et. i. populus tuus in opprobrium eſt omnibus inimicis noſtris per circuitum noſtrum. i. qui circundant nos. ⁊ tamen audemus te deum noſtrū orare: nunc ergo exaudi deus noſter orationem ſerui tui prelati indigni: que eo tendit vt oſtendas faciem tuam ſuper ſanctuarium. i. templum ſanctum tuum quod deſertum eſt. i. priuatū habitatoribus: qui fugientes perſecutionem tyrannorum querunt latibula. Fiducia impetrandi a te domine quod petimus eſt ꝙ propter temetipſum. i. propter honorem tuū debes hoc facere nobis: vt infideles cognoſcant qualē deum habeamus. i. quam pium quam potentem ⁊c. inclina ergo deus meus aurem tuam et audi cum effectu petitionem meam. aperi oculos tuos ad cōpaſſionem ⁊ vide deſolationem noſtram. i. derelictionem ab omni ſolatio humano: et vide ciuitatem ſanctam. i. eccleſiam tuam ſuper quam inuocatum eſt nomen tuum. i. que a te chriſto chriſtiana nominatur/ fidem ⁊ gloriam tuam predicat/te deum ſuum inuocat ⁊c. hec em̄ eſt fiducia noſtre orationis ſcilicet propter honorem tuum: neq̄ em̄ in noſtris iuſtificationibus. i. iuſtis operationibus ⁊ meritis fundati: ꝓſternimus. i. proſtrati offerimꝰ preces noſtras ante faciē tuā: ſed potius innixi miſerationibus tuis multis ⁊ magnis que in infinitum excedunt omnia peccata noſtra. Inſtanter ergo petimus domine exaudi nos: placare iam ſuper delicta noſtra. i. ceſſet ira tua: attende ad nos poſitos in miſeria: et fac quod petimus nobiſcum miſericordiam vt liberes nos a miſeria: ne moreris ideſt differas nos exaudire. ſaltem propter temetipſum deꝰ meus. i. vt non deleatur nomen tuum / ſeu laudabilis fama de terra: quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper ciuitatem et populum tuum chriſtianum: et illo deleto per tribulationem hanc: deleretur nomen tuū domine deus noſter.

Prima ps eplē.

Ep̄le argumētū.

Orātio.

Scd̄a ps epiſtole.

Tertia ps epiſtole.

¶ Hac oratione prelati commotus fidelis populus ad deuotionem: reſpōdet in graduali. Adiutor meus ⁊c. pſal. 39. ſimilia petens a deo ſuo: ſcilicet ꝙ adiuuet eos ⁊ liberet a tribulatione ⁊ ne tardet. Modus liberationis eſt verſus. Confundantur ⁊ reuereantur inimici mei tam viſibiles vt infideles et heretici: q̄ʒ inuiſibiles vt demones: qui querūt perdere animā meam ex eodem pſal.

Graduale

¶ Euangelium: Ego vado ⁊ queretis me ⁊c. Joānis. 8. correſpondet predictis orationibus deterrendo aduerſarios fideliū: ⁊ hoc tripliciter. Primo a regno dei eos excludendo. Secundo ibi: ⁊ dicebat eis ⁊c. cauſam excluſionis aſſignādo. Tertio ibi: dicit ergo eis ⁊c. ſpem ſue ſaluationis relinquendo. In illo itaq̄ tēpore none generationis eccl̄ie dicebat Jeſus. i. prelatus chriſtianorum turbis iudeorum ⁊ aliorum infidelium eccleſiam dei tribulantium: licet hic ſermo directius tendat contra hereticos chriſtum confitentes: ſed eccleſiam dei turbantes: ideo dicebat tunc prelatus turbis iudeorum. i. hereticorum: ego vado. i. tēdo ad deū in actibus meis: et vos qui contra deum agitis aliquādo queretis me ad veſtram inſtructionē: ⁊ non inuenientes me: in peccato veſtro infidelitatis/ vel hereſis moriemini deo permittēte ꝓpter ingratitudinē veſtrā: qua nūc contēpnitis gratiā dei que vobis offert̄/⁊ eſtis adeo ceci ⁊ obſtinati: ꝙ modo quo ego vado vos nō poteſtis venire. i. neq̄ poteſtis cognoſcere veritatē q̄ʒ predico: neq̄ operari virtutes quas ego operor. Sed audita hac ſentētia terribili dicebāt infideles ⁊ heretici: quo hic prelatus iturus eſt: qr dicit quo ego vado ⁊c: nūquid loquitur de exitu ab hoc mūdo per mortem: nūquid interficiet ſemetipſum. ſ. pro illa fatuitate legis ſue ſe vult exponere morti: q. d. verum dicit ꝙ in hoc em̄ nos non imitabimur/neq̄ ibimus quo ipſe vadit. Quorum tamen falſum ſenſum excludere volens prelatus dicebat eis. vos deorſum. i. de terra eſtis et terreni in veſtris ſenſibus ⁊ deſiderijs: ego per contrarium de ſuperius. i. de celo ſum et habeo celeſtium bonorū deſideria non terreſtrium. q. d. vos eſtis de hoc mundo. i. mūdani: ego vero non ſum de hoc mūdo: ſed de alio ſpirituali quia ſola bona alterius mundi quero non bona huius mūdi: ⁊ propterea dixi vobis: quia iuſto dei iudicio permittēte moriemini in peccatis veſtris: quia ſcʒ contēpnitis bona ſpiritualia ⁊ diligitis multum bona terrena. tales ſunt cōmuniter omnes infideles ⁊ omnes heretici: quia ad minus querunt vanam gloriam de ſua apparenti ſapientia. Dico ergo vobis ꝙ ſi nō credideritis quia ego ſum doctor veritatis: moriemini in pctō vr̄o. i. veſtre infidelitatis / vel hereſis quod eſt maximū periculum veſtrum. Qua cōminatione perterriti iterū queſierunt. Tu quis es: q. d. indica nobis vt credamus tibi. ⁊ reſpōdit eis prelatus illius temporis. ego ſum principium. i. princeps ⁊ prelatus chriſtianorum qui nō ſolum eis predico bonam doctrinā: ſed etiam loquor vobis verba ſalutis ex charitate. et ſi eſſetis bene diſpoſiti per humilitatem: et poteſtate mihi data a deo multa habeo de vobis ideſt de erroribus veſtris loqui ⁊ iudicare condēnando ea: que modo non caperetis propter veſtram proteruiam ⁊ cecam obſtinationem: quia ille qui me miſit chriſtus verax eſt in ſua doctrina: et ego hec ſola q̄ audiui ab eo loquor in mūdo: quare ſequitur ꝙ ea que ego predico vobis ⁊ predicarem ſi eſſetis bene diſpoſiti: vera ſunt: qr a veriſſimo doctore accepta. Sed quantūcunq̄ prelatus eis predicaret: ipſi nimia cecitate depreſſi non cognouerunt quia patrem /ducem/ et magiſtrum ſuum dicebat deum: ſed quod lo

Euāgelij argumentum.

Prima pars euāgelij.

Scd̄a ps euāgelij.

queretur de aliquo alio hōīe preceptore/ vel prelato ſuo.i. non credebāt ꝙ doctrina ſua eſſet a deo: ſed ex phantaſia humana ⁊ ideo non credebāt ei nec doctrinā eius accipiebāt in precio. Quāuis multi ex eis vel ex poſteris ſuis poſtea eſſent credituri fidem chriſti et doctrinā prelati.

Tertia ps euāgelij.

Et propterea dans eis prelatus aliquam ſpem ſue ſaluationis: dixit eis: cum exaltaueritis filiū hominis chriſti ideſt pontificem romanum vicarium chriſti honoraueritis in vrbe dando ei obedientiam ⁊ fauorem mundanū: tunc cognoſcetis abiecta pertinatia quia ego ſum doctor vere docrine: ⁊ ꝙ a meipſo facio nihil in regimine eccleſie: ſed ſicut docuit me pater meus chriſtus: hec loquor in predicationibus meis. ⁊ qui me miſit in prelatum eccleſie ſue: mecum eſt per ſpecialem aſſiſtentiam ſue virtutis/ vel etiam per realem preſentiam in ſacramento euchariſtie vſqꝫ ad conſummationem ſeculi. ⁊ non putetis ꝙ inter tot preſſuras malorum hominum reliquit me ſolū ⁊ ſine auxilio ſuo: qꝛ ego que placita ſunt ei facio ſemꝑ in gubernatiōe ſue eccleſie: ſiue predicem/ſiue ſacramenta miniſtrē fidelibꝰ que ipſe docuit et inſtituit quantum ad ea que eſſentialia ſunt in ſacramentis: licet nos prelati quedam alia addiderimus pertinentia ad ſolēnitatem ⁊ decorē: que tū ei placent. Similiter etiā decreta/ſeu inſtitutiones ſanctorum cōciliorum edita vel ad informādos fideles/vel ad dānādas hereſes: omnia inſtinctu ſpūſſancti facta ſunt et deo placent. Uos infideles ⁊ heretici ſemper ei eſtis rebelles ac increduli: ideo debetis timere ſententiā vobis tertio repetitā: ne in peccato vr̄o moriamini.

Moralitas.

Moraliter vero hoc euangeliū eſt reprehēſio prelati moderni contra ſubditos proteruos ⁊ impenitentes in hac quadrageſima. qui tot officijs eccleſiaſticis/tot epiſtolis/tot euangelijs/tot deniqꝫ publicis p̄dicationibꝰ/ac ſecretis ammonitionibus exhortati per ſingulos hos dies non credūt prelatis ſuis curatis ⁊ doctoribꝰ recte ſentiētibꝰ in doctrina chriſti ⁊ apl'orum: neqꝫ cōuertunt ad penitentiā: ſed potius irrident veros penitentes dicēdo de quolibet eorum: quo hic iturus eſt per viam tam aſperam: nunquid interficiet ſemetipſum quaſi ſtultus: ſimiliter oblatrantes contra prelatum/vel predicatorē dicunt: tu quis es qui penitētiam precipis ⁊ doces ⁊ tamen eam nō facis: imo potius ꝓcuras tibi redditus ⁊ honores magnos in mundo. ⁊ forte predicans non furādum tu furaris. vel non mechandum et mecharis ⁊c. Rom.2. Quis es tu qui iudicas alienum ſeruū: q.d. dimitte eū qꝛ ſi cadit: dn̄o ſuo cadit. ſi ſtat: dn̄o ſuo ſtat/quid ad te Ro.14. medice cura teipſm Luce.4. Priuſqꝫ preſumas alijs promittere ſanitatem tuis lectionibus ⁊ predicationibꝰ ⁊c. Hec ⁊ plura alia dicūt inſipientes mundani querendo ſemper aliquod velamen ſue malicie ex aliorum peccatis: ⁊ videntes feſtucā in oculo fratris ſui. trabem que in oculo ſuo eſt non conſiderant Luce.7. et tamen deus ſtricte precepit eis vt patebit in euangelio ſequēte: ꝙ obediant prelatis ſuis qualeſcūqꝫ illi fuerint. alioqui timēdum eſt ne propter ſuam inobedientiam deſerātur a deo et indurētur ſicut Pharao iuxta illud pſal.80. Dimiſi eos ibunt ſcđm deſideria cordis eorū. et ſic ducētes in bonis dies ſuos aliquādo ſubito ad inferna deſcendēt. Job.21. et in peccato ſuo morientur. debent ergo potius exaltare prelatum ⁊ predicatorem obediendo ei: et tunc deꝰ illuminabit eos vt cognoſcāt ꝙ illa doctrina eſt ſancta et bona et deo placens.

Offertorium.

Offertorium: benedicā dn̄m ⁊c. pſal.33. eſt grarumactio fidelis popl'i de ſua illuminatiōe q̄tū ad intellectū ad cognoſcendam veritatem doctrine prelati: et de ſua inſpiratiōe q̄tum ad volūtatē ad ꝓuidendū neceſſaria ad ſalutem ſcđm deum: ne fiat reprobus ſicut hi de quibꝰ in euangelio. Secreta orō: Hec hoſtia dn̄e ⁊c. offert deo ſacrificiū Euchariſtie ad obtinēdū ꝓpiciationē ſeu miſericordiā eiꝰ.

Cōio.

Cōmunio: domine dn̄s noſter ⁊c. pſal.8. eſt publicatio ſue illuminationis qꝛ confitetur nomen ⁊ famam chriſti eſſe mirabilem in toto mūdo ſuper omnes alios deos gentilium. Ultima oratio: Hec nos communio ⁊c. petit effectum ſacramenti deuote ſuſcepti ad emundationem peccatorum et participationem gratie celeſtis. Super populū. Adeſto ſuplicationibus ⁊c. addit fiduciā ſperande pietatis et miſericordie dei in tempore tribulationis.

## Caput trigeſimūquintum de feria tertia ſcđe heb. in qua notificatur ſtatꝰ decime generationis eccleſie ſub maxima perſecutione: atqꝫ labor ieiunantium ſub maxima tentatione.



Ecima eccleſie chriſtiane gn̄atio proceſſit ſub Romanis pōtificibus Gayo/ Marcelino/Marcello/Euſebio/⁊ Melchiade. īperantibꝰ tūc Probo/Claro/Diocleciano/⁊ Maximiano/atqꝫ Galerio cū Cōſtantino. quo tp̄e fuit decima ⁊ decēnis eccleſie dei perſecutio aliarū oīm peſſima iuſſu Diocleciani: que adeo perterruit omnes chriſtianos: vt multi eorum timentes horribilia et inſmania tormenta a fide chriſti apoſtatarent. nam et Marcelinus papa eodē timore ad hoc inductus eſt vt idolis thurificaret: licet poſtea de hoc peccato egerit penitentiā: et martyrium pro chriſto animoſe ſuſtinuerit. Correſpōdet autem hec generatio Obeth auo Dauid in ve.le. qui et ipſe decimꝰ fuit a Jacob. in cuius diebus archa dn̄i: que eccleſiā dei ſignificabat: capta fuit a Philiſteis ſuperantibꝰ hebreos in bello propter peccata eorum: fuitqꝫ tunc populus dei in tanta p̄ſſura vt iam diceretur inter gentes: vbi eſt deus eorum: et hoc ex vituperio et cōtemptu dei quaſi nō potētis liberare populū ſuū. Et ſimilia paſſi ſunt chriſtiani ī hac decima generatiōe. vnde ⁊ in anglia tota pene fides extincta eſt. et ꝑ alias

Ab anno chri.270. vſq. 300. Argumētū officij.



regiones plurimi chriſtiani eccleſijs dirutis ac combuſtis horribilia paſſi ſunt, tormenta adeo vt infra menſem .xvij. milia martyrum vtriuſqꝫ ſexus coronarentur. Sed et tribulationibꝰ exterioribus tyrannorum addite ſūt interne ſeditiones hereticorū. quare fideles concilio apud Anthiochiam celebrato paulū quēdā famoſetanū hereticū damnarūt ⁊ epiſcopatu ſuo p̄uarūt. In tāta ergo tēporū anguſtia eccl'ia chriſtiana videbat adeo derelicta: q̄ faciē ſue mīe ab eo abſcōderat.

Introitꝰ miſſe.

Quare in miſſe introitu: Tibi dixit cor meū ⁊c. pſal.26. introducitur populus dei gemens ⁊ clamans ad deū. tibi inquit deo meo dixit.i. credidit cor meum. q̄uis exteriꝰ nō audeam te laudare ꝓpter impedimenta tyrannorum: queſiui vt viderem hylarem vultum tuum: ⁊ illum ſemper requiram: obſecro ergo ne auertas faciē tuā a me ne forte deficiam in tanta tribulatiōe. Uerſus: Dominus illuminatio mea. ⁊c. eſt principiū eiuſdem pſalmi confortans fideles quia ex quo deus eorū eſt illuminator ⁊ ſaluator bonorum: ideo neminem debent timere: quia liberabit eos facillime quando voluerit. Similiter idem introitus poteſt eſſe vox populi ieiunantis et anguſtias ieiuniorum in hac ſecunda hebomade quadrageſime ſentientis magis ac magis adeo vt faciem dei conſolantis non videat quaſi in deſerto poſitus: ſed nihilominus conſolatur in domino illuminatore ſuo. ⁊c.

Oratio.

Oratio: Perfice in nobis queſumus domine. ⁊c. petit a deo auxilium ad bene continuandū ⁊ ꝑficiendū laborē huius ſancte obſeruantie a deo nobis reuelate.

Ep'le argumētū.

Epiſtola: Factus eſt ſermo domini ad Heliam. ⁊c. ex hiſtoria qua Helias ſe abſcondit a facie regis Achab ⁊ populi iſrael ydola colentium: ⁊ venit in tempore famis ad viduam conſolandam: inſinuare vult chriſtum a malis recedentem ⁊ bonos conſolantem tam in decima eccl'ie generatione q̄ꝫ in hac quadrageſimali obſeruatione. et diuiditur triſariam. Nam primo mādatur ꝓphete loci mutatio. Secundo ibi: cumqꝫ veniſſet. ⁊c. occurrit mulieris vidue obuiatio. Tertio ibi: hec aūt dicit dn̄s. ⁊c. declarat eiꝰ miraculoſa ſuſtētatio ſeu ꝯſolatio.

Prima ps ep'le.

Ergo in illis diebꝰ decime gen̄ationis factꝰ eſt ſermo.i. data eſt virtꝰ dei: ad heliā Teſbitem.i. ad chriſtum. ipſe enim eſt helias .i. deus dominꝰ: vel fortis dominꝰ. eſt et Teſbites .i. captiuans et cōuertens homines ad ſe. q.d. accepit virtutem diuinam a deo patre qua poſſet homines a captiuitate diaboli eripere atrahendo eos ad ſe. quos autē homines potius attraheret ſignificat per Sareptā ſidoniorum: et per viduam.i. gentilitatē. Surge inquit deus pater filio ⁊ vade in ſareptā ſidoniorum et manebis ibi. precepi enim mulieri vidue vt paſcat te. hoc eſt relicta iudea ⁊ domo iſrael vſqꝫ ad tempus: vade in gentilitatem ⁊ manebis in ea per quadraginta duas generationes: quod eſt tempus plenitudinis gētium: ⁊ ipſa paſcet te ſua deuotiōe: ⁊ tu etiam paſcesꝰ eam multiplici gratiarum largitione. ait enim Rabanus: hec vidua gentiū ſignificat eccleſiam: que ſuo diutius fuerat cōditore p̄uata: populum vere fidei non habēs quaſi pauperem filium egena ipſa nutriebat.i. verbi fructu ex parte docebat: donec veniēs ſermo propheticꝰ: qui ex ſiccato aere iſrael vtpote clauſa celi ianua fame periclitabatur in iudea: paſceretur ibi ſimul ⁊ paſceret. receptꝰ videlicet a credentibus ⁊ reficiens ipſe credentes. hec vidua in Sarepta Sidonie dicitur eſſe morata: Sidonia quippe inutilis venatio eſt: Sarepta vero incendium vel anguſtia panis interpretatur: qꝛ vbi habundauit peccatum ſuperhabūdauit gratia.i. vbi ſuperuacuis acquirendis cura impēdebatur: vbi dire ſitis incendiū: paniſqꝫ ſpiritualis ante fiebat anguſtia: ibi farina oleumqꝫ ore prophete benedicetur. hec eſt gratia dominici corporis et chariſmatis vnctio ſiue fructus ⁊ hilaritas charitatis. vidue iſti oleum gratie ⁊ benedictiōis farina non deficit: in omnibus fere gentibus fame manente: quarū ſibi cibi vite eſuriem ⁊ fidei trinitatis inediam cōgrue prefigurauit illa quōdam triennio fames: quam ſecuta eſt ſpirtualis habundantia: q̄ cum impēditur non defeciſſe dicitur. hec ille in glo. or. Unde colligitur talis ſenſus/ꝙ a tempore huius decime generationis in qua vigebat magna fames gr̄e et doctrina dei in terris: chriſtus dei filiꝰ ſurrexit.i. incitauit p̄latos et doctores eccl'ie ad docendū gētes: ⁊ abijt in p̄dictam ſareptam Sidoniorum vt paſceret eam ſimul et paſceretur ab ea.

Secūda pars ep'ſtole.

Cumqꝫ veniſſet ad portam ciuitatis q̄ eſt Roma vrbs: apparuit ei mulier vidua.i. eccleſia ex gētilibus: q̄ vidua dicitur propter abſentiam ſponſi maxime temporē huius generationis: quando p̄ualentibus tyrannis: non licebat ei chorum intrare letātiū: ſed erat lugens ⁊ merēs quaſi vidua p̄latis ſuis crudeliter occiſis. et apparuit colligens ligna.i. teſtimonia ſanctarum ſcripturarū concordās ad parandum cibū animarum: et vocauit eā noſter Helias chriſtus petens ab ea aquam doctrine edificatorie que mentes hominū reficit. vnde et chriſtus petijt aquam a muliere Samaritana Joannis.4. promptitudo mulieris de q̄ dicitur cūqꝫ illa pergeret: ſignificat deuotionem eccleſie ad ſeruiendū deo in his q̄ ſunt ei poſſibilia. ſed q̄ daturus venerat mulieri: petiturus acceſſit vt excitaret affectum eius: vnde dicitur ꝙ clamauit poſt tergum eius dicēs: affer obſecro mihi ⁊ buccellam panis.i. rectam intelligētiam ſcripturarum. ſed eccleſia libenter obtulit quod habebat ſicut negauit quod non habebat. vnde et aqua coram facie petitur: ſed panis poſt tergum: quia ſpiritualis intelligentia ſanctarum ſcripturarū ſolum eſt ex dono dei: ⁊ ſi quid poteſt in hoc fragilitas humana: parum eſt et non niſi quātum pugillus ingenij capere poteſt ex ſuis naturalibus. ideo ait eccleſia non habeo ex me panem quē petis: niſi parum farine.i. doctrine figuralis in ydria ve. teſtamēti: ⁊ paululū olei.i. gaudij charitatis in lechito no. teſtamēti: en colligo vt poſſum duo ligna.i. duplicia teſtimonia. vtriuſqꝫ te-

ſtamenti: vt faciam inde doctrinam aliquã q̃ eſt
pabulum animarum pro me ⁊ pro filio meo gẽ
tili populo vt comedamꝰ: et inde moriamur ſe-
culo vt viuamus deo. hoc ideo dicit quia in illa
etate eccleſia ordinabat hec officia eccleſiaſtica
ad doctrinam fidelium confecta ex autoritatibꝰ
ve. et no. teſtamenti. Ad quam Helias ait: noli
timere. i. deſperare de pane habendo ad ſaturita
tem: ſed vade inter has perſecutiones ⁊ fac ſicut
dixiſti. i. ꝓcede ſicut cepiſti in officijs diuinis. ve-
rũtamen fac mihi primũ de ipſa farinula. i. litte-
re ſacre ſcripture panẽ paruulum ſubcinericiũ. i.
canonem miſſe ſecretum ad conſecrandũ corpꝰ
meum panem azimũ paruulũ. i. ſub parua for-
ma contentum: tibi autem ⁊ filio tuo facies po-
ſtea. i. ordinabis alias partes miſſe q̃ pertinent
Tertia ps epiſtole. ad doctrinam ⁊ preparationẽ populi ad tã mira
bile ſacramentum. Sed poſt has tribulationes
tuas quibꝰ tu vidua diceris: dabit tibi deꝰ abun
tiam panis ſpiritualis ⁊ conſolatiõis charitatis.
hec aũt dicit. i. ꝓmittit tibi dñs deus iſrael. i. fide
lium chriſtianorum ꝙ hydria farine ve. teſt. non
deficiet: quin pariat tibi quotidie nouos panes
intelligentiarum: ⁊ lechitus olei no. teſt. non mi-
nuetur. i. non habebit finem ꝑ omnes generatio
nes eccleſie vſq; in diem. i. tempus quo deus da
turus eſt (quia hoc ꝓmiſit) pluuiam gratie ſpũs
ſancti ſuper faciem terreni populi iudeorũ circa
finem mũdi: Que vidua eccleſia hac fide ſolida
ta abijt confidenter: ⁊ fecit omnia iuxta verbum
. i. mandatum Helie. i. domini dei ſui. et comedit
ipſe chriſtus ⁊ illa eccleſia: ⁊ domus eius tota. i.
gẽtilitas tota paulatim paſta eſt pane verbi dei
ꝑ quadraginta duas generationes: ſignificatas
in illis quadraginta duobus menſibus quibus
Helias moratus eſt apd̃ viduam ⁊ illis elapſis
iterum pluit deus circa ortũ religionũ mendicã
tium in eccleſia: quorum precipuus labor appa
ruit in iudeoꝝ ⁊ aliorum hereticoꝝ conuerſione.
Moralitas. ¶ In ſenſu autem morali Helias. i. ꝓlatus ec-
cleſie venit nũc ad viduã. i. ad eccleſiã: q̃ in q̃dra
geſima maxie apparet vidua in cuiꝰ fine mortẽ
ſpõſi deplorat. venit inquã ad ↄuertendos pctõ-
res ⁊ liberãdos a captiuitate diaboli. ideo dicit
Teſbites: pctõres aũt ſignificanf ꝑ ſareptã Sido
nioꝝ. i. incendiũ venatoꝝ inutiliũ: ⁊ veris penitẽti
bꝰ multiplicat farinã ſacre ſcripture i ſermonibꝰ
ꝑdicatoꝝ: ⁊ oleũ deuotiõis in ↄfeſſionibꝰ pctõrũ.
Graduale ¶ Graduale: Iacta cogitatum. ⁊c̃. pſal. 54. con-
ſonat epiſtole de nutritione vel paſtu ſpirituali
eccleſie: per panem verbi dei a deo mirabiliter
multiplicatum: vnde fideles ſeipſos excitando
ad habendam fiduciam mulieris vidue dicunt:
iacta cogitatum tuũ in dño q̃ promiſit ꝙ hydria
farine non deficiet. ⁊c̃. Verſus dũ clamarẽ. ⁊c̃. ex
eodẽ pſal' allegat experientiam diuine fidelita-
tis erga ſeruos ſuos in alijs caſibus ſimilibus:
Euangelij argumentum. quia liberauit eos a periculis. ⁊c̃. ¶ Euangeliũ:
Locutus eſt ieſus ad turbas. ⁊c̃. Math. 23. con-
ſolaf fideles humiliatos ſub ſeueritate ſuorũ ſu
perioꝝ / ⁊ ꝓmittit eis exaltationem. et facit tria

Primo enim proponit ſalutarem monitionem.
Secundo ibi: dicunt enim. ⁊c̃. reddit monitionis
rationem. Tertio ibi: vos autem. ⁊c̃. promittit eis
diuinam conſolationem. In illo ergo tempore Prima ps euangelij.
decime generatiõis eccl'ie quando illa magna fa
mes doctrine ⁊ grẽ dei erat in toto fere orbe ter-
rarum et eccleſia dei vidua erat paſcens chriſtũ
in paupertate: locutus eſt ieſus. i. bonus ꝓlatus
ſaluator animarum ad turbas fideliũ generalif:
⁊ ad diſcipl'os. i. ſubditos ſuos. i. ſue dioceſis ſpe
cialiter dicens. i. loquens de ſuperba põpa impe
ratorum ⁊ ſuorum conſulum ciuiũ Romanorũ.
ſuper cathedram. i. ſedem iudicialẽ Moyſi. i. qua
lem habuit Moyſes primus iudex in popu-
lo dei: ſederunt ex diuina permiſſione ſcribe. i. ſa-
pientes huius ſeculi ⁊ phariſei. i. diuiſi ab alijs ꝑ
magnitudine ſue potentie: et inde exercent mul
tas tyrannides in ſubditos maxime in vos chri-
ſtianos. Moneo ergo vos in dño qualiter vos
debeatis iuſte habere ad illos: omnia iuri natu
rali et legi dei conſona: que dixerint. i. mãdaue-
rint vobis ad bonum regimen reip. ⁊ ad pacem
populi conſeruandam: ſeruate ⁊ facite quia ex q̃
ſunt iudices veſtri tenemini eis obedire in lici-
tis et honeſtis vt apoſtoli Petrus et Paulus
mãdant. 1. Petri. 2. ⁊ Roma. 13. verũ ſecũdum
opera eorum mala obſcena ⁊ ſacrilega nolite fa
cere: quia ſunt ydolatre / tyranni / ⁊ immũdi: et in
his nõ ſunt imitandi maxime a vobis q̃ eſtis ve
ro deo conſecrati vt genus electum ⁊ regale ſa-
cerdotiũ. opera eorũ mala hec ſunt. dicunt enim
imperatores multa iuſta ⁊ honeſta in ſuis legi-
bus: ⁊ ipſi non faciunt ea: ſed nihilominus pu- Secũda ps euangelij.
niunt crudeliter alios q̃ ea non faciunt. alligant
etiam. i. imponunt ſubiectis hominibus onera
grauia vt pecuniarum ſolutiones pro bellis et
pompis ſuis: et onera importabilia vt culturam
ſuorum ydolorum q̃ eſt intollerabilis diſcretis ⁊
alias ſimiles violentias vt ſeruitutes / adulteria
⁊c̃. ipſi autem tanq̃ dñi nolunt digito ſuo talia
onera mouere. i. nolunt ſubijci neq; minimis le-
gibus quia dicunt ꝙ imperator non eſt ſubditꝰ
legibus. Item omnia opera ſua faciũt vt videã-
tur ab hominibus. i. propter vanam gloriã huiꝰ
mundi: quia aliam gloriam alteriꝰ vite neq; cre
dunt neq; querunt. hinc dilatant philateria. i. do
minia ſua: ⁊ magnificant phimbrias vaſſallorũ.
amant aũt primos recubitus. i. primos honores
in mũdo ſup oẽs alios reges terre: ⁊ primas ca-
thedras iudicij in ſinagogis. i. cõgregationibus
ciuium Romanorum. amant quoq; ſalutatiões
reuerentiales in foro publico. et vocari rabbi. i.
magni domini ⁊ ſapientes ab hominibus. pro-
pter hos ergo vanos honores mũdi gẽtiles ydo
latre faciũt multa mala. Vos autẽ chriſtiani vo Tertia ps euangelij.
cati ad imitandam humilitatẽ chriſti nolite ſic
vocari ab hominibus rabbi vel ſapientes vt in
de gloriemini: ſed totam gl'iam veſtroꝝ bonorũ
date deo. vnus eſt eni magiſter veſter chriſtus et
ille ſolus glorificãdus. et q: omnes vos eſtis fra
tres i eadem matre eccleſia nati ſpũalite: cuius



ſponſus reſidet in celis: ideo alium patrem no-
lite vocare vobis ſuper terram. et licet prelatus
veſter in terris vicem gerens chriſti habeat offi-
cium patris ⁊ magiſtri: tamen in hac ꝑſecutione
tyrannoꝝ eſt adeo deiectus vt non videatur pa-
ter neq; magiſter ſed miniſter ⁊ ſeruus ſeruorũ
dei: ſolus ergo chriſtus eſt fidelium certus ⁊ in-
uariabilis pater magiſter ⁊ dominus quantum
ad omnia loca et tempora. ideo nolite timere ta
lem patrem habentes in celis q̃ potens eſt vos
ab hac preſſura liberare: ⁊ forte poſt hãc tempe-
ſtatem tranquillum faciet: ⁊ ſublimes huiꝰ mun
di imperatores ⁊ reges humiliabit: vos autem
ſeruos ſuos exaltabit. eſt eni regula diuine pro-
uidentie ꝙ qui ſe exaltauerit cõtra deum humi-
liabitur. i. deijcietur a deo. et qui ſe humiliauerit
propter deum ad ſuſtinẽda mala huius vite: ex-
Moralitas. altabitur a deo ad multa bona. ¶ Moraliter au
tem hoc euangelium eſt doctrina fideliũ in hac
quadrageſima penitentium. quia enim in prece
dentis ferie euãgelio prelatus increpauerat du-
riciam hominum mundanoꝝ q̃ nec officijs nec
ꝑdicationibus eccl'ie cõmouentur ad penitentiã:
hodiernum euangelium excludit quandã eorũ
excuſationem quam habere poſſent. ſ. malã vi-
tam prelatorum curatorum ⁊ ꝑdicatorum. q̃ ſuo
malo exemplo ſcandalizant eos. i. commouent
vel incitant ad peccandum. Ad hanc excuſatio-
nem reſpondens prelatus ait ſuper cathedram
Moyſi: ⁊c̃. q. d. non curetis de mala vita ſacerdo
tum qui ſedent in cathedra põtificali / vel in con
feſſionali / vel in pulpito ꝑdicandi: q: vnuſquiſq;
onus peccatoꝝ ſuorum portabit ad iudiciũ dei:
vbi ſcriptura dicit ꝙ potentes potenter tormen
ta patientur: ⁊ tanto maiora quãto ipſi maiores
fuerit in dignitate vel officio eccleſie. Vos ergo
bonam doctrinam eorum quam in eccleſia au-
ditis ſeruate in memoria ⁊ facite. i. ad faciẽdum
eam. q̃uis ipſi hec dicant ⁊ non faciant. q: pecca
tum eorum licet ſit graue ꝓpter ſcandalum: nõ
excuſabit peccata veſtra coram deo: neq; ꝓpte-
rea ꝙ illi ſint mali vos debetis ſimiliter eẽ mali.
Confeſſores etiam tollerate licet in penitentijs
imponant vobis grauia onera: qualia ipſi non
facerent vt ieiunia / miſſas / eleemoſinas. ⁊c̃. quia
ille graues penitentie purificabunt vos a pctis
veſtris vt ſitis ſancti corã deo veſtro. Prelatos
etiã pompoſos qui dilatant fimbrias veſtimen-
torum ⁊ philaterias ſeruoꝝ. ⁊c̃. nolite zelare ra-
tione iã dicta. et itẽ q: nõ eſt decens vos illitte-
ratos ⁊ ſubditos velle fieri iudices ꝓlatorũ ⁊ ſa-
pientum. habẽt enim iã in celis iudicem deum.
ſed potiꝰ in humilitate veſtra vos ſeruite deo et
exaltabit vos ad gloriam paradiſi: illos autem
humiliabit ad penas inferni ſi nõ peniteãt ante
Offertorium. mortẽ. ¶ Offertoriũ: Miſerere mei. ⁊c̃. pſal. 50.
eſt recõmẽdatio populi orphani i terris ad ſolũ
patrem quem habet in celis. et orat vt ipſe miſe
reatur delendo peccatum ⁊ dando gratiã. Ora-
tio ſecreta. Sanctificationem tuã. ⁊c̃. offert deo
ſacrificij miſteriũ quo et ipſe fiat placatus nobis

et purget nos a vicijs ⁊ ornet celeſtibus bonis.
¶ Communio: Narrabo omnia mirabilia. ⁊c̃. Communio.
pſal. 9. promittit populus fidelis ſe laudaturũ
deũ / corde / voce / ⁊ opere / ꝑ bñficijs ſibi ꝓmiſſis
in generationibꝰ futuris. Finalis oratio. Ut ſa-
cris dñe. ⁊c̃. petit gratiã ad bene implẽda man-
data dei: quatenus munera illa ꝓmiſſa cum ve-
nerint inueniãt nos dignos eis. Sup po. Pro-
piciare domine. ⁊c̃. orat ꝓ ſpũali medicina ani-
marum. i. remiſſione peccatorum vt fideles ſint
apti ad recipiendam benedictionem dei.

## ¶ Caput trigeſimumſex-

tum de feria quarta ſecunde hebdomadis que
vndecimã texit eccleſie generationẽ in magno
honore: ⁊ quadrageſimalem cõmendat obſerua
tionem ex fructuoſo labore.

Vndecima eccle Argumẽtũ officij ab anno chriſti. 300. vſq; 350.
ſie chriſtiane generatio ſub
põtificatu Silueſtri pape / ac
imperio magni Conſtantini
feliciter ꝓceſſit: ⁊ correſpon-
det Ieſſe patri Dauid in ve.
le. quia hic finem habet tem
pus obſcurum vtriuſq; teſtamenti / incipitq; tem
pus aliud clarũ et fauorabile q̃tum ad bona tẽ
poralia ⁊ fauorem fidelium in hoc mundo. Si-
cut eni olim ſub Ieſſe vndecimo a Iacob ince-
pit populus iſrael habere regem de ſuo genere
datum ſibi a deo oleo ſancto vnctum vt patet
1. Regum. 10. ita in hac generatione vndecima
populus chriſtianus incepit habere imperatorẽ
fidelem oleo chriſmatis conſecratum. nam tunc
imperator Conſtantinus baptizatus eſt in ma-
gnum fauorem totiꝰ eccleſie: quã etiam munifi-
centiſſime dotauit / ⁊ priuilegia multa conceſſit.
Floruerunt etiam tunc pleriq; viri excellentes
in doctrinis. vt Lactantius firmianus / Euſe-
bius pamphilienſis / Iuuencus hiſpanus / An-
tonius egyptius / Nicolaus epiſcopꝰ ⁊ alij plu-
res. ſed inter hec proſpera inſurrexit tunc Arrius
peſſimus hereticus preſbyter quidam Alexan-
drinus: cõtra quem Silueſter papa fauore Cõ-
ſtantini primam ſinodum Nicenã congrega-
uit. et ibi damnate ſunt due hereſes oppoſite cir
ca trinitatem diuinarum ꝑſonarum. ſ. Sabellia
⁊ Arriana cum quibuſdam alijs. Et profecto ni
mirum ꝙ in hac vndecima generatiõe hec duo
ſimul concurrerent in eccleſia dei. ſ. proſperitas
temporalium bonorũ / ⁊ ꝑuerſitas hereticorum:
quia vndenarius numerus tranſgreſſionem de
calogi mandatorum dei ſignificat: quia tranſit
vltra decem. nũc autem hec duo maxime faciũt
homines tranſgreſſores mandatorum dei vide-
licet ꝓſperitas temporalis ⁊ deceptio heretica-
lis. imo hereſis omnis ex appetitu mũdane glo
rie orta eſt. Unde refert hiſtoria eccleſiaſtica ꝙ
illa nocte qua Cõſtantinus donationem bono-
rum temporalium fecit eccleſie Romane: audi-
ta eſt vox in baſilica ſancti Petri dicens: hodie

effuſum eſt venenum i eccleſia dei.ſ.propter ſu-
perfluam occupationem clericorum circa admi
niſtrationem tẽporaliũ.¶Hanc ergo tẽporis q̃-
litatem:in qua ⁊ tribulatio tyrannorũ finem ha-
buit/⁊ cõſolatio catholicorũ principium ſumpſit:
inſinuare volens officium hodiernũ: ꝓponit in
Introit⁹ miſſe. miſſe introitu.ſ.Ne derelinquas me domine.⁊c.
pſal.37.eccleſiam illius tẽporis gemẽtem quaſi
viduam ⁊ derelictam inter tot preſſuras tyran-
norũ: ſed de mĩa dei confidentẽ introducit. ideo
orando ait:ne derelinquas me dñe ſicut modo
videris me dereliquiſſe:ne diſcedas a me ſicut
hactenus non ferẽdo auxiliũ.intende iam.i.con
ſidera ⁊ recordare mei in adiutoriũ meum qꝛ tu
es domine virtus ſalutis mee.i.potens me ſal-
uare ſi vis.Eſt enim hec deprecatio quaſi ſpon
ſe epiſtola ad virum ſuum valde diſtantẽ in re-
motis regionibus.Verſus:Domine ne in furo-
re tuo.⁊c. principium eiuſdem pſalmi:vocat pſe
cutionem illam decimã Diocleciani furorem et
iram dei contra chriſtianos propter peccata corũ:
a qua eripi optat ⁊ alia mitiore pena caſtigari:qꝛ
certe illa videbatur intollerabilis. Eadẽ verba
fere dicit nunc populus ieiunantiũ qui ſe repu-
tat derelictũ inter diaboli tentatiões: vnde orat
p ſuã pẽñiam deo acceptã liberari a pena infer-
ni q̃ eſt furor:⁊ a pena purgatorij q̃ eſt velut ira
Oratio. dei.Oratio:Populum tuum dñe.⁊c.addit dep̃-
catione vt etiã per ſuã penitẽtiã merear liberari
a noxijs vicijs propter que homines incurrunt
Epiſtole argumentum. indignationẽ ⁊ irã dei.¶Epiſtola:Orauit Mar
docheus.⁊c.Heſter.13.hiſtoriam afflictiõis ⁊ mi
raculoſe liberationis iudeorũ a pſecutiõe Aman
applicat ad chriſtianorum afflictionẽ ⁊ myracu-
loſam liberationem a pſecutiõe Diocleciani:vbi
primo allegat dei magnificentia vel magna po
tentia.Secundo ibi:tu omnia noſti.⁊c.diſcutitur
petentis conſcientia.Tertio ibi:nunc ergo.⁊c.ef-
Prima pars epiſtole. flagitatur diuina clemẽtia. In diebus ergo illis
vndecime generationis eccl'ie: orauit ad deũ in
tribulatione poſitus Mardocheus.i.docẽs con-
tritionem p̄latus Romanus vt Silueſter:dicẽs
.i.primo allegans dei pfectiones ad bene pſua-
dendum.Dñe inquit deus rex omnium hominũ
maxime fidelium quos ſpecialiter regis per le-
gem reuelatam.oĩpotẽns quia inditione.i.impe
rio tuo:cuncta creata ſunt poſita itaq; non eſt q̃
poſſit reſiſtere volũtati.i.imperio tuo ſi ergo de-
creueris ſaluare nos ab hac tribulatiõe:cõtinuo
.i.ſtatim ſine mora liberabimur. quia nullũ erit
impedimentũ humanum quod valeat differre
noſtram liberationem.qđ ex eo cõſtat eſſe verũ
quia tu domine feciſti ſubito ⁊ ſine vllo impedi
mento celum ⁊ terrã ⁊ quicquid aliud celi am-
bitu continetur.i. includitur: quia extra celũ ni-
hil eſt.dominus abſolutus omniũ rerũ tu es:ſic
q; non eſt qui reſiſtat maieſtati tue impediendo
eam in ſuis actibus.ex quibus ſatis nota relin-
quitur potentia tua ad nos liberandũ ſi volue-
Scđa ps epiſtole. ris.Quod aũt ſit ꝯueniẽs nr̃a liberatio vt fiat iã:
probari poteſt. quia nos ideo affligimur a Dio-
cleciano quia nolumus ei obedire vt adoremus
deos ſuos:ſed hoc pie ⁊ iuſte fecimus : tu enim
qui cũcta noſti ſcis quia non ꝓ ſuperbia/aut cõ
tumelia contra imperatorem/aut ꝓ aliqua glo
rie mundane cupiditate fecerim hoc cum popu
lo meo (ait p̄latus ad deum) ut nõ adorauerim
reuerenter obediendo:Aman.i cõturbantẽ om-
nia Dioclecianũ ſupbiſſimum. libenter.n. ꝓ ſa-
lute.i.liberatiõe veri iſrael.i.fidelis populi a ſua
pſecutione:et.i. etiã veſtigia pedum eius deoſcu
lari paratus eſſem:ſi ad ſolum honorem mũda
num reſpexiſſem quẽ paruifacio. ſed mouit me
ad non obediendum imperatori: quia timui ne
honorem dei mei:qui eſt cultus latrie adoratio-
nis: transferrem ad hominẽ cui vix debetur ho-
nor dulie:⁊ decreui vt nequaq̃ adorarem latria
aliquem alium deum excepto deo meo q̃ crea-
Tertia ps epiſtole. uit omnia.Nunc ergo:dñe rex regum.i. cui om-
nes reges ſubiecti ſunt velint nolint.de⁹ Abra-
ham.i.pater excelſus omniũ fidelium: miſerere
populi tui chriſtiani liberando eũ ab hac pſecu
tione:quia iniuſte volũt nos inimici noſtri pde-
re.et.i.nos hereditatem tuam.i.populum fami-
liarem tibi delere per mortem ab hoc mundo.
oro te domine ne deſpicias partẽ hominũ tuam
quam p mare baptiſmi ⁊ deſertum penitẽtie re-
demiſti ex Egypto.i.infidelitate tenebroſa: Ex-
audi precor domine deus depcationẽ meam li-
berãdo nos: et ꝓpicius eſto ſorti ⁊ funiculo he-
reditatis.i. eccleſie tue: q̃ ſorte diuine gratie tibi
cõſecrata eſt.et poſt liberationem nr̃am ab hac
plaga cõuerte luctum noſtrũ in gaudium fauo-
ris ſuſcitando alium imperatorẽ fidelem qui be
nefaciat nobis.vt viuẽtes.i. pmiſſi viuere in no-
ſtra libertate laudemus nomẽ tuũ in canticus
eccleſie ſolemnibus :⁊ ne claudas p mortẽ cru-
delem tyrannorum ora fideliũ canentiũ te.i.lau
des tuas q̃ ſonant q; tu es dominus de⁹ noſter.
Moralitas. ¶Moraliter orat ibi prelatus ꝓ ieiunantib⁹ ac
penitentibus ſub pſecutione demonis eos ten-
tantis qui eſt Aman:ſicut Mardocheus eſt p̄la
Graduale tus:Heſter vero eccl'ia ſpõſa chriſti.⁊c.¶In gra
duali: Saluum fac populum tuum dñe.⁊c.pſal'
27.idem alijs verbis orat tot⁹ populus quod in
epiſtola orauerat prelatus .ſ. vt ſaluet deus ſeu
liberet populum fidelem a tribulatiõe:ac bene-
dicat futura cõſolatione. Verſus.Ad te dñe cla
maui.⁊c.eſt principiũ eiuſdẽ pſal'. addẽs inſtan-
tiam orationis qꝛ non eſt alius ad quem debea
mus recurrere in tãta tribulatione:ideo petit ex
audiri ⁊ ne ſileat deus vbi inimici eius audent
ſic loqui:alias populus dei omnino deficiet in
tam acerba tribulatione factus ſimilis mortuis
deſcendentibus in lacum .i. foueam ſepulture.
Euangelij argumentum. ¶Euangelium: Aſcendens Jeſus Hieroſoly-
mã.⁊c. Matthei.20. repetitis prioribus eccleſie
tribulationibus:declarat exauditam eſſe oratio
nem ⁊ prelati ⁊ aliorum fidelium in hac vndeci-
ma generatione per ſublimationem fauorabilẽ
totius eccl'ie in duobus maximis apicibus:qui
ſunt papa ⁊ imperator fidelis.vbi primo repeti-



tur multiplex eccleſie tribulatio preterita.Scđo
ibi:tunc acceſſit.⁊c. ſubiungitur erectio duplicis
capitis pdicta. Tertio ibi:et audiẽtes decem.⁊c.
narratur oriẽtaliũ indignatio ſubſecuta.In illo
Prima ps euangelij. inq̃t tẽpore primitiue eccleſie aſcendẽs ieſus in
celum vbi eſt Hieroſolyma.i.viſio pacis beatifi-
ce:aſſumpſit.i. congregauit in ipſo die aſcenſio-
nis duodecim diſcipulos ſuos apoſtolos ⁊ alios
minores in quibus erat Matthias:q̃uis adhuc
nõ eſſet electus in apoſtolum.ſecreto.i. ſeorſum
in monte oliueti:⁊ ait illis reuelãs futura miſte-
ria ſue eccleſie.Ecce aſcendimus Hieroſolymã
ſpiritualem que eſt eccleſia militans in terris.i.
ecce incipimus eam erigere ⁊ edificare:ſed cum
laboribus ⁊ pſecutionib⁹ infideliũ multis: ſicut
contigit illis qui tẽpore Neemie reedificabant
hanc ciuitatem terrenam Hieruſalem. vnde fi-
lius hominis chriſti ppl's chriſtianus ſicut chri-
ſtus tradit⁹ eſt : ſic ⁊ ipſe tradetur pſequendus ⁊
affligendus. Primo in Judea a pncipibus ſa-
cerdotum ſuorum ⁊ ſcribis.i. doctoribus legis:⁊
condemnabunt eum pro magna parte ad mor-
tem: vt patuit de Stephano ⁊ Jacobo et alijs.
Deinde violenter expulſum a Judea tradent
eum perſequendum ⁊ affligendum gentilibus
p diuerſas mundi regiones/ad illudendum/fla
gellandum/⁊ crucifigẽdum .i. crucibus ⁊ aliorũ
tormentorum generibus occidẽdum.ſed he pſe-
cutiones chriſtianorũ non erunt ppetue nec mul
tum durabũt:qꝛ populus fidelis tertia die.i.ter-
tio annorum cẽtenario reſeurget a pſecutione ⁊
humiliatiõe ſua ad magnos honores ſeculi ſub
principibus chriſtianis:qui eum donabũt fauo-
re ⁊ gloria multa. Hec temporis qualitas icepit
vt diximꝰ in hac vndecima generatiõe:qñdo im
perator roman⁹ baptizat⁹ eſt ⁊ factus fidelis ac
Secũda ps euangelij. fidelium fautor. Et tunc acceſſit ad ieſum oran-
dum eccleſia mater chriſtianorum filiorum Ze
bedei.i.fluctuantis populi inter ꝓcellas huius
ſeculi:ſed iam donati libertate ⁊ pace (vtrãq̃.n.
interpretationem habet zebedeus) acceſſit inq̃
eccleſia cum duobus filijs ſuis pncipalibus in
populo dei:qui ſunt papa ⁊ imperator:duo vide
licet ſũmi apices eccleſiaſtice poteſtatis.nam in
pteritis gñationib⁹ in ſolo vno capite romano
pontifice erat eccleſie ſola ſpiritualis poteſtas:
⁊ carebat poteſtate ſeculari manifeſta/ ac princi
pe fideli in tali poteſtate. Acceſſit ergo mater ec
cleſia adorans chriſtũ in euchariſtie ſacramẽto/
⁊ ibi petẽs aliquid gratie ab eo.petitio talis eſt.
dic domine.i.concede mihi hoc munus gratie.ſ.
vt hi duo filij mei tã pricipales q̃s dediſti mihi/
ſedeãt firmi in pulchritudine pacis eccleſie.vnus
.ſ.papa ad dexteram tuã.i.in poteſtate ſpirituali
que eſt melior :⁊ vn⁹.i.alter.ſ.imperator ad ſini-
ſtram.i.in poteſtate corporali q̃ eſt poſterior : in
regno tuo.i.in eccleſia tua militãte in terris.q.d.
oro tuam maieſtatem vt hi duo pricipes fideliũ
qui modo incipiũt:ſemp ſint in tua eccleſia vſq̃
ad conſumationem ſeculi in pace ⁊ proſperitate
temporali. Reſpondens autem ieſus : non tam
matri(q̃ ſemp ſancta eſt ⁊ non poteſt errare nec
male vti mũdana proſperitate)quam filijs pre-
dictis:⁊ dixit eis.neſcitis quid boni aut mali ſit
vobis id quod petitis.ſ.mundanam ꝓſperitatẽ
⁊ pacem deuictis ⁊ humilitatis pſecutoribus ec-
cleſie:quia forte talis pax erit vobis min⁹ vtilis
ad ſalutem animarũ q̃ oppoſita aduerſitas: q̃
calici potionis amare cõparatur. de quo ſubdi-
tur : poteſtis bibere calicem.i.ſuſtinere tribula-
tionem mundane aduerſitatis: quem ego bibi-
turus ſum in meis fidelibus ſubiectis vobis: q̃
ex veſtra proſperitate multas tribulationes pa-
tientur. nam ex tali proſperitate orientur in ec-
cleſia dei ſcandala / ſciſmata/ tyrannides/ bel-
la/ ⁊ vicia multa in quibus minores fideles af-
fliguntur propter ſuos ſuperiores laſciuientes.
Et reſpondẽtes predicti duo filij dixerunt:poſ-
ſumus etiam ⁊ nos ꝓ tuitione eccleſie dei cali-
cem tribulationis bibere:ſed cum dei adiutorio.
quibus ipſe dñs ait.vere calicem meum bibetis
.i.amaritudinem ſentietis in gubernatiõe fide-
lis populi et adminiſtratiõe bonorũ tẽporalium:
q̃ aculeis ſolicitudinũ animũ replent. quod au-
tem petitis.ſ.ſedere.i.firmos pmanere in hac du
plici manu proſperitatis ⁊ honoris:non eſt meũ
dare omnibus vobis:quia propter ſecreta homi
num merita aut demerita alij feliciter alij infeli
citer regnabunt in his ſtatib⁹ altis:ſed concedet
his quibus paratũ eſt a patre meo.i.ex dei pre-
deſtinatiõe occulta.Et quia pdicta petitio facta
Tertia ps euangelij. eſt deo in vndecima genratione:qñdo ſedes di-
gnitatis papalis in vrbe Roma collocata ẽ apđ
latinos:⁊ ſedes dignitatis ĩperialis in Conſtan
tinopoli apud grecos:ideo audientes hanc peti
tionẽ alij decẽ diſcipuli.i.alij reges ⁊ p̄lati orien-
tales in Jndia ⁊ Aſia:et meridiani in Egypto ⁊
Affrica (que pro decem tribubus eccleſie cõpu-
tari poſſunt:ſicut grecia ⁊ latina eccl'ia ꝓ duob⁹)
indignati ſunt de predictis duob⁹ fratrib⁹ gre-
cis ⁊ latinis:egre ferentes q; apud eos ſolos re-
ſiderent principes harum duarũ poteſtatum: et
ipſi ſemp manerent eis ſubiecti.Sed hanc in-
dignationẽ chriſtus cõpeſcuit ponens differen-
tiam inter dños fideles ⁊ infideles : ſcitis enim
q; principes ſeu reges gẽtiũ infideliũ omnes fe-
re ſunt tyranni: et dominantur violenter eorum
.i.ſubditorum quaſi ſeruorũ.et qui maiores.i.po-
tentiores ſunt in eis:poteſtatẽ .i. iuriſdictionem
exercent in eos .i. contra eos p violentiã oppri-
mendo taliter q; male eſt ſubditis ⁊ bene eſt do
minantibus:inter vos autem fideles meos non
ita erit:ſed quicũq̃ voluerit inter vos maior fie-
ri.i. epiſcop⁹ aut rex erit veſter miniſter.i.ſeruus:
ſi bene vult ſe habere in ſua dignitate.et qui vo
luerit inter vos primus eſſe.i.ſummus pontifex
vel ĩperator:erit veſter ſeruus ſi bene pſidet.q.d.
bonus papa vel epiſcopus:bonus rex vel impe
rator bene agens officium ſuum potius laborat
q̃ quieſcit:potius alijs q̃ ſibi.i.ſue vtilitati labo
rat:quare magis eſt dicẽdus ſeruus q̃ domin⁹.
ait enim apoſtolus de ſe et de alijs p̄latis eccle

ſie: I Cor. 4. Sic nos exiſtimet homo ſicut miniſtros populi dei et .i. ſicut diſpēſatores in domo dei. papa etiam ex ordinatione ſancti Gregorij in litteris ſuis ſe vocat ſeruum ſeruoꝝ dei. ſicut enim in domo alicuius magni dñi diſpenſator eius videtur habere dominiū vel ſuperioritatē ad totam familiam: cū re vera ſit miniſter ⁊ ſeruus omnium/et potius habet laborem q̃ȝ honorem in domo querendo omnia neceſſaria ad totam domū: ſimiliter in eccleſia chriſti epiſcopi/⁊ reges/papa/⁊ imperator ex inſtitutione diuina potius habēt laborem ſi boni ſunt quā honorē: ⁊ magis dicendi ſunt ſerui q̃ȝ dñi. ſicut etiam ipſe chriſtus factꝰ ꝓ nobis filius hominis cum eſſet verus rex ⁊ pontifex omniū fidelium: ſuo exemplo voluit oēs reges ⁊ prelatos inſtruere: qꝛ ipſe noluit miniſtrari ſibi ab alijs: ſed potiꝰ ipſe miniſtrauit alijs: adeo vt daret animam ſuam in redemptionem pro ſeruis ſuis. Vos ergo decē tribus eccleſie nolite indignari de duobus vr̃is fratribꝰ grecis ⁊ latinis: neq̃ȝ inuideatis eis propter has duas dignitates quas penes ſe habēt: quia per eas potius obligantur ſeruire vobis q̃ȝ poſſint licite dominari ſuꝑ vos.

*Moralitas.*

¶ Moraliter vero Jeſus eſt prelatus qui in hoc euangelio primo incitat peccatores ad contritionē/confeſſionem/⁊ ſatiſfactionē peccatorum ꝑ dominice paſſiōis memoriā: in qua petre ciſſe ſunt: qḋ ſignificat lapidei cordis contritionem / monumenta aperta ſunt: ad ſignificandum apertionem cordium per cōfeſſionem .cor.ii. peccatoris monumentum fetidū eſt: in quo tot ſunt corpora mortua quot peccata mortalia. chriſtus etiam i ſua paſſione eſurijt ac ſitiuit: ad ſignificandū ſatiſfactionem per ieiuniū peccatorum. Item orauit ꝓ peccatoribus in cruce: quia ieiunantes debēt cū lachrymis orare. deniq̃ȝ totum ſanguinē ꝓ nobis redimendis ſudit: vt eleemoſinam liberalē ieiunio ⁊ orationi eſſe addendam oſtenderet penitentibus: qui ſequuntur eum in paſſione. Secundo prelatus nomine eccl'ie orat deum pro filijs vere penitentibus: vt concedat eis ꝓ ſuis laboribus dexteram ſpiritualiū gratiarū/⁊ ſiniſtrā temporalium bonoꝝ. verū eſt tamē ꝙ hanc petitionem eccleſie nō ſemꝑ exaudit deus ſtatim cōcedens quod petitur: ſed vult ꝙ fideles prius ſe exerceant in actibus laborioſis virtutum: quod eſt calicem domini bibere: de quo ⁊ apoſtoli et martyres ⁊ alij oēs ſācti dei biberūt. vnde eccl'ia threnoꝝ. Tertio ait: inebriauit me dominꝰ abſinthio: repleuit me amaritudine. poſtea vero dantur gr̃a ⁊ cetera bona tēporalia vnicuiq̃ȝ fideliū ſecundum mēſuram donationis chriſti Ephe. 3. prout deus videt eſſe conueniēs ex occultiſſimis hominum meritis non ſolū ꝑſentiū ſed etiam ꝑteritorum patrum ⁊ auorum. ⁊c. vnde Auguſtinꝰ in de ꝑdeſtinatione: cur deus hunc trahat: illum non trahat noli querere ſi non vis errare: quia pēdet ex libertate diuine ꝓuidentie. bibat ergo ſeruus dei calicem amare penie: deinde ſperet i miſericordia dei q̄ diſtribuit bona ſua ſapiēter.

Tertio in hoc euangelio prelatus cōformiter ad ꝑcedens reſpōdet murmuratiōi ſubditoꝝ maloꝝ ꝯtra ꝑlatos ſuos: declarās eos potiꝰ eſſe alioꝝ fideliū ſeruos q̃ȝ dños ſi boni ſint: ſin aūt dimittāt hoc iudicium deo ⁊ ipſi hoc non preſumant. ⁊c.

*Offertorium.*

¶ Offertoriū: Ad te domine leuaui. ⁊c. pſal. 24. eſt gratiarūactio fidelis populi de exaudita ſua oratiōe in tāta ſublimatiōe eccleſie dei ad honores: vnde petens prelatus non eſt confuſus neq̃ȝ irriſus ab infidelibus: fideles etiam in deo ſperantes non ſunt defraudati a deo ſuo. Oratio ſecreta: Hoſtias tibi domine. ⁊c. offert deo hoſtiam pacificam in altari pro gratiarūactione de receptis beneficijs: ⁊ ſupplicat ꝓ recipiendis maxime pro abſolutione a peccatis quā deſiderāt ieiunantes ac penitentes in hac quadrageſima.

*Communio.*

¶ Cōmunio: Juſtus dñs. ⁊c. pſal. 10. laudat dei iuſticiā ſeu equitatē: quia ſic exaltauit humiles ſeruos ſuos retribuēs eis mercedē laboꝝ ſuorū. Finalis oratio: Sumptis dñe. ⁊c. petit augmentum gr̃e ex virtute oblati ſacramēti. Sup populum: Deus innocētie. ⁊c. cōmemorata reſtitutiōe peccatorum ad ꝑſtinā gr̃am quam vocat innocētiam: petit adhuc inſpirationē diuini amoris ad eos cōfirmandū in bona vita incepta.

## ¶ Caput trigeſimūſeptimum

de feria quinta: in qua duodecime generationis eccleſie permixta fortuna deſcribitur: atq̃ȝ temporalium fauorū pariter et bonorum infirmitas oſtenditur.

*Argumētū officij ab anno chriſti. 330. vſq̃ȝ 390.*



Uodecima eccleſie chriſtiane generatio peracta eſt ſub romanis pontificibꝰ Marcho Julio Liberio ⁊ Felice: ⁊ ſedem imperij tenentibus Conſtantio Juliano ⁊ Jouiniano: ⁊ correſpondet regi Dauid in ve.le. qui teſte Mattheo euangeliſta fuit duodecimꝰ a Jacob patriarcha. Eiꝰ vero temporale regnum licet fuerit honorificū ⁊ ſublime ex diuino munere: tamē reſperſum eſt multis laboribus ⁊ anguſtijs aduerſarioꝝ mouentium bella iniuſta contra eum: vt patet ex. I. et. 2. libris Regum. nā primo multis annis perſecutus eſt eum ſocer eius rex Saul ⁊ poſteri domꝰ eius. poſtea Abſalon filiꝰ ſuus ⁊ quidam alij de ſua parētella rebellarunt ꝯtra eum. tandē infideles Idumei/Philiſtei/Siriani/Damaſceni et alij plures continua agebant bella in eum. Et quia Dauid fuit figura chriſti: talis fuit qualitas duodecime generatiōis in regno ſpirituali chriſti. nam inualeſcere cepit hereſis arriana in proſperitate eccleſie: ⁊ fauebat eis Conſtancius imperator cum tota grecia ſub typpo domꝰ Saul: nec non ex latinis Liberiꝰ papa cū quibuſdam alijs qui iudicantur de parētella noſtri Dauid. Perſecutio etiā Juliani iperatoris chriſtiani ſed apoſtate q̄ tunc viguit: correſpōdet rebellioni Abſalon contra patrem ſuum. Eadem



quoq̃ȝ tēpeſtate Donatiſte heretici baptiſmum iterantes: Euuomius quoq̃ȝ ⁊ Macedonius in filium dei ac in ſpiritumſanctum blaſphemantes orti ſunt. Sciſma inſuper inter Liberium et Felicē tunc tēporis eccleſiam dei ꝑturbauit. que omnia ꝑmiſit deus vt oſtenderet eccleſie ſue q̃ȝ dubia ſit ꝓſperitas tēporalis: quā in ꝑcedētibꝰ generationibus tam inſtanter petierat. At vero ſicut Dauid diuino olim auxilio protectus oēs ſuos aduerſarios ſuperauit: ita in hac generatione. 12. dati ſunt eccleſie chriſtiane adiutores magnifici ſcilicet Jouinianus ⁊ Valētinianus imperatores catholici. Julius et Felix pape ſanctiſſimi: et pleriq̃ȝ doctores fidei ſapientiſſimi: vt Gregorius Nazanzenus et Baſilius ex grecis. Victorinus Didimus Rufinus et Donatus ex latinis cum alijs pluribus: qui omnes correſpondent illis eſtrenuis ducibus exercitus Dauid. licet ergo fideles chriſti tunc haberēt temporalē proſperitatem ⁊ mundanos fauores: tamē inſtar regni Dauid erat eorum pax in amaritudine. bibebātq̃ȝ calicē chriſti ſedētes ad dexteram ⁊ ſiniſtrā honoris in regno chriſti: ideo cogebātur clamare ad deum vt eos adiuuaret in tantis periculis.

*Introitꝰ miſſe.*

Ex quorum ꝑſona introitus huius miſſe: Deus in adiutoriū meū. ⁊c. pſal. 69. petit auxilium a deo ⁊ feſtinanter ne ꝑualeant contra eccleſiam inimici tyranni ⁊ heretici: ſed potius cōfundātur ⁊ reuereātur. Verſus: Auertantur retrorſum. ⁊c. ex eodem pſal. eandem ſententiam repetit alijs verbis.

*Oratio.*

Oratio: Preſta que ſumus domine. ⁊c. applicat introitum ad ieiunātes petens eis auxilium gratie dei: qua ⁊ ipſi ab hoſtibꝰ liberētur tam mētis q̃ȝ corporis.

*Epiſtole argumentum.*

¶ Epiſtola: Maledictus homo qui confidit. ⁊c. Hierc. 17. declarat manifeſte ꝙ fauores mūdani ⁊ proſperitas tēporalis non fecit eccl'iam dei ſecurā a tribulationibꝰ inimicorum. ⁊ habet tres partes. Prima oſtendit q̃ȝ infirma ſit mundana ꝓſperitas. Scđa ibi: benedictꝰ vir. ⁊c. quā vera ſit ſpiritualis honeſtas. Tertia ibi: prauum eſt cor hominis. ⁊c. quā certa ſit diuina autoritas.

*Prima pars epiſtole.*

De mūdana proſperitate ait. hec q̄ ſequuntur dicit populo fideli dominus deus ꝑ os ꝑlati: maledictꝰ .i. periculoſus eſt homo qui confidit in homine .i. humano fauore: et ponit carnem .i. carnalem vel corporalem amicum eſſe brachium ſuum .i. fortitudinem ⁊ ſecuritatem ſuam: ⁊ cum hoc recedit a domino cor eius: quia ſe conuertit ad bona temporalia amando ⁊ querendo illa vt patuit in ꝑcedente generatione. Talis namq̃ȝ homo vel populus erit quaſi mirice: que naſcūtur in deſerto arido/⁊ ſunt plancte ſine folijs ⁊ fructibꝰ ſed ex malicia terre naſcunt̃ ad nihil aliud vtiles q̃ȝ ad comburēdum: et ſimiliter homo ille non videbit id quod eſt vere bonum cum venerit ad eum: quia non curabit inſpirationes dei ad bonum incitantes eum: ſed habitabit .i. ꝑſeuerabit in vanitatibus tēporalium bonorum: ac ſi habitaret in ſiccitate .i. in terra arida et ſterili/in deſerto .i. ſolitudine vbi nullus eſt vicinus ei: hoc eſt in terra ſalſuginis que eſt infructuoſa et inhabitabilis. homo enim mundana bona auide querens infructuoſus eſt ſecundum ſpiritum ⁊ deſertus a gratia dei: nec deus habitat apud eum.

*Scđa ps epiſtole.*

E contra vero beatus vir ⁊ benedictus .i. in ſua proſperitate firmus ac ſecurus: qui confidit in domino .i. in auxilio diuino: ⁊ erit dñs deus fiducia ſeu ſpes eius quantūcūq̃ȝ obſtent ei homines mali. talis enim erit tanq̃ȝ lignum .i. arbor fructuoſa ⁊ pulchra: qḋ a terra arida tranſplantatur in terram bonam ⁊ irriguam: ſuper aquas doctrinarum ſacre ſcripture. qḋ etiā ad humorē gr̃e dei mittit radices ſue volūtatis hoc ē intētiones ſuas: nec timebit exiccari aut peccare cū venerit eſtꝰ tētatiōis aut tribulatiōis. imo ſemꝑ erit foliū eiꝰ viride .i. v̄bū fructuoſū. ⁊ in t̄pe ſiccitatis .i. aduerſitatis non erit ſolicitum .i. dubiū de ſua liberatione: nec aliquando deſinet facere fructū boni operis: qꝛ tam in proſperitate q̃ȝ in aduerſitate virtuoſe aget propter deum.

*Tertia ps epiſtole.*

Quare exterior proſperitas ſeu aduerſitas nec facit hominē bonum nec malum: ſed interior cordis intētio qua ipſe deum querit aut ab eo recedit propter bona huius mundi: de qua intentione difficile eſt iudicare. quia cor hominis eſt valde prauum .i. intricatum ſeu abſconditum: ⁊ inſcrutabile ab alijs hominibus. quis ergo cognoſcere poterit illud videndo clare intentiones eius: vnde periculoſū eſt iudicare de bonitate aut malicia ꝓximorum: quia forte ille qui eſt diues exterius habet bonas ⁊ ſanctas intētiones ad deū: ⁊ econtra qui videtur pauper ⁊ religioſus exterius: habet prauas intentiones ⁊ querit mundana bona ⁊c. ſolus ergo deus eſt qui videt cogitationes cordis humani ⁊ poteſt de eis iudicare. ideo ait: ego dominus ſolus ſcrutans ſum cor hominis ⁊ probans renes .i. affectiones eius: quibus cognitis do vnicuiq̃ȝ ꝑmium vel penam iuxta viam .i. intentionem ſuam: et iuxta fructum adinuentionum .i. operationum ſuarum. Ex dictis patet ꝙ epiſtola eſt doctrina moralis boni prelati ſiue in generatione duodecima ſiue in hac quadrageſima: qua probat homines fideles debere principalius querere gratiam dei ⁊ virtutes ac cetera bona ſpiritualia q̃ȝ corporalia q̄ infirma ⁊ egena ſunt.

*Graduale*

¶ Graduale: Propicius eſto. ⁊c. pſal. 78. videt̃ eſſe cōpunctio fidelis populi de eo ꝙ tēporalem proſperitatē petierat: ex q̄ multa peccata orta ſunt i eccleſia dei: ideo precatur veniam a deo: ⁊ in penis q̄ pro peccatis debētur orat vt deus ſit mitis ⁊ propicius: ne ex acerbitate penarum videantur fideles derelicti a deo ſuo: et dicant gentes irriſorie vbi eſt deus eorū. Verſus: Adiuua nos. ⁊c. ex eodem pſalmo allegat aliam rationem quare deus debet eſſe ꝓpicius eis .ſ. propter honorem ſuum ne videat̃ gentilibus ꝙ ipſe eſt deus impotens adiuuare ſuos ⁊ liberare eos ab anguſtia ſua: licet hoc iudiciū eſſet vanum ⁊ indiſcretum. ¶ Euangeliū huius quinte ferie varium eſt. nam i miſſali Romano legit̃ illud Luce. 16. Homo quidā erat diues. ⁊c.

Jn Toletano vero ⁊ alijs multis illud Joannis
5. Non poſſum ego a meipſo facere quicquã. ⁊c.
Hec tamen varietas ad vniformitatẽ reduci po
teſt ex ſenſu epiſtole predicte: ꝗ vtrobiqꝫ eadem
eſt. ſ. ꝙ vtrũqꝫ euangelium tendit oſtendere quã
maledictus eſt homo qui recedẽs a lege dei cur
rit poſt iſta bona mundana: ⁊ quia legẽ dei pri-
mus ſcripſit Moyſes: in vtroqꝫ euãgelio fit mẽ-
tio de ſcriptura eius: ⁊ improbãtur illi qui ei nõ

Euangelij argumentum.

credunt. Euangelium ergo Romanum exẽplo
cuiuſdam diuitis mundani ⁊ alterius pauperis
Lazari probat predictam maledictionẽ mũda-
noꝝ: et habet tres partes. Prima narrat vtriuſqꝫ
ſtatum varium in hoc mundo. Secunda ibi: fa-
ctum eſt autem. ⁊c. addit ſucceſſum eoꝝ etiã va-
rium i alio ſeculo. Tertia ibi: ⁊ dixit illi Abrahã
⁊c. cõcludit malis in alia vita debere negari mi
ſericordie dei refrigerium iuſto dei iudicio. Sup

Prima ps euangelij.

poſito ſenſu litterali ex textu byblie (in quo non
dicitur ꝙ hec eſſet parabola ſed potius videtur
fuiſſe res geſta) quantum ad primum narrat
prius ſtatum diuitis mundani ꝗ̃ pauperis mi-
ſeri. i. prius proſperam quã aduerſam fortunam
more huius mundi. Jn illo inquit tempore duo
decime generationis eccleſie: dixit ieſus. i. ꝑlatus
eccleſie diſcipulis ſuis. i. fidelibꝰ chriſtianis pa-
rabolam. i. ſimilitudinem hanc circa doctrinam
datam in epl'a: de hominibꝰ qui ſequũtur mun-
dana bona: ꝙ erant in Hieruſalem duo hoĩes
alter diues mundanus: alter pauper miſerrimꝰ.
Jn diuite notantur quattuor magna vicia que
cõiter habent homines mundani. Primum eſt
auaricia: homo inquit ꝗdam erat diues. i. diui-
tiarum amator auidus. nam poſſidere diuitias
non eſt malum: ſed habere cor ad eas reprehendi
tur pſal. 61. diuitie ſi affluant nolite cor appone-
re. ⁊c. cõmuniter tamen poſſeſſores diuitiarũ ca-
pti ſunt amore earum adeo vt conentur eas iu-
ſte vel iniuſte acquirere/et acquiſitas cõſeruare.
Secundum viciũ eſt ſuperbia: quia dicitur ꝙ in
duebatur purpura. i. panno ſericeo rubeo/⁊ biſ-
ſo. i. lino candidiſſimo. ex pompa enim veſtium
⁊ aliorum vtenſilium naſcitur ſuperbia: qua ho
mo ſeipſum magnifacit ⁊ alios ſpernit. 1. Thi. 6.
diuitibus precipe non altum ſapere. ⁊c. Tertiũ
vicium eſt gula: quia ſequitur ꝙ epulabaẗ quo-
tidie ſplendide. i. ſumptuoſe hoc eſt cibaria ma-
gni ꝑcij ⁊ varia ac delicioſa cũ crapula et ebrie-
tate. Quartum vicium paulo inferius poniẗ cru
delitas: quia pauperis Lazari ad ianuam eiꝰ ia
centis non miſerebatur. quia neqꝫ ipſe neqꝫ ali-
quis de ſua familia dabat pauperi ſaltẽ de mi-
cis que cadebant de menſa eius. et re vera ex
auaricia ⁊ ſuperbia mũdanorum illico naſcitur
crudelitas. nam inordinata cupiditas munda-
norum bonorum ſaxea reddit viſcera hoĩm: quẽ
admodum de quodam fluuio ait Ouidius. Flu
men habent cithones quod potum ſaxea red-
dit viſcera. hoc flumen labilitas eſt mundanoꝝ
bonoꝝ. Hec igitur vicia ⁊ multa alia eis cõnexa
adherent hominibꝰ qui mundana bona cupiũt
et ſequuntur. Deinde ſtatum pauperis iuſti de-
ſcribit quoad quattuor miſerias oppoſitas: quas
olim ſerui chriſti patiebãtur libẽter propter deũ:
⁊ inde merebantur magnã gratiam et gloriam
apud deũ. Prima miſeria corporalis erat pau-
pertas. erat enim mendicus quia mẽdicabat ne
ceſſaria ad victum ⁊ veſtitum ꝗ non habebat: et
hoc faciebat voluntarie vt eſſet de numero eorũ
quos chriſtus cõmẽdat Matthei. 5. Beati pau-
peres ſpiritu. ⁊c. vnde ⁊ nominatur pauper no-
mine Lazarus: quia talium pauperum nomina
ſcripta ſunt in celis Luce. 6. quo cõtra diues no
men nõ habet: quia peccatores deus nõ cogno-
ſcit pſal. 15. Nec memor ero nominum eorum ꝑ
labia mea. ⁊c. ſed vocauerunt nõia ſua in terris
ſuis pſal. 95. non in celis. Secunda miſeria eſt
corporalis nuditas quia iacebat. ſ. nudus ad ia-
nuam diuitis induti purpura ⁊ biſſo. i. mollibꝰ
veſtibus ⁊ lectis. pauper vero nec veſtes molles
habebat ſed aſperas: nec lectum quia iacebat ſu
per terram duram. talis erat condicio ſeruorum
dei de quibus dicitur Hebre. 11. circuierunt in
melotis in pellibꝰ caprinis: in cauernis terre. ⁊c.
Tertia miſeria erat infirmitas: qꝛ vlceribus ple-
nus: contra delicioſas ⁊ ſalutiferas epulas diui-
tis: vt ſaltem illo exemplo cõmouerentur munda
nus ad abſtinentiã qua ſanarenẗ vlcera aie ſue
pſal. 15. Multiplicate ſunt infirmitates eoꝝ: ⁊ po
ſtea accelerauerũt. ſ. ꝯuerti ad deũ. Quarta miſ'ia
erat neceſſitas. ſ. famis quia cupiebat ſaturari de
micis ꝗ cadebant de mẽſa diuitis: et cõtra crude
litatẽ diuitis canes eiꝰ cõpatiebantur et quia lin
gebant vulnera eius. Hãc parabolam prelatus
hodie adducit vt ꝑ iſtos duos homines ſignifi-
cet duos populos in hoc mundo. nam ꝑ diuitẽ
tot vicijs obnixium ſignificat gẽtiles oĩno dedi-
tos cupiditati bonorum mundanorum: per La-
zarum pauperem deſignat chriſtianos preceden
tium generationum multas tribulationes ſuſti
nentes propter deum. ſed poſt generationẽ vn-
decimam iam chriſtiani maxime eccleſiaſtici di
tati ſunt nimis i temporalibꝰ: ideo timere debẽt
ne incurrãt illa vicia ꝗ notabanẗ in diuite epu-
lone. quare nõ immerito dicebat eis chriſtus: ne-
ſcitis quid petatis orando pro mũdana proſpe-
ritate: ꝗ cõiter infatuat homines ⁊ multis vicijs
eos illaqueat: quibus poſt hanc vitam grauiſſi-
ma correſpondebunt tormẽta. de quibus diciẗ.
Factum eſt autem vt moreretur mẽdicus. ⁊c. Et

Secũda ps euangelij.

quia ſors bonorum ⁊ malorum ꝑmutatur i alia
vita: nam qui hic erant diuites illic ſunt paupe-
res: et econtra: ideo prius incipit dicere de pro-
ſperitate Lazari ꝗ̃ de miſeria epulonis: quia eo
dem modo proceſſerat in ſtatu huius vite a feli
citate ad miſeriã deueniendo. pauper ergo chri-
ſti factum eſt vt moreretur. ſ. morte corporis nõ
anime: ideo loquitur de morte eius tempore im
perfecto: quia mors in eo non habuit perfectum
dominium ſicut in diuite: de quo tempore perfe
cto ait: mortuus eſt diues. ⁊c. et portaretur ab an
gelis: qui ſacerdotes eccleſie ſignificant: in ſinũ
Abrahe



Abrahe. i. in requiẽ glorie ꝓmiſſam Abrahe et
ſemini eius. i. oĩbus ꝗ fidem eius imitantur: in
quo ſinu Lazarus. i. ꝗlibet iuſtus habet remotio
nẽ omnis miſerie vel penalitatis/⁊ appoſitionẽ
omnis felicitatis. De diuite autẽ. i. mũdano pec-
catore ait ꝙ ſepultus eſt in inferno. ⁊c. vbi quat-
tuor notantur miſerie eius contra quattuor vi-
cia ſue proſperitatis. Prima miſeria eſt extreme
paupertatis inopia: qꝛ mẽdicat etiam guttã aque
Job. 29. Diues cum dormierit nihil ſecũ afferet.
Scđa extreme vilitatis abiectio ⁊ oĩmoda nudi
tas Eſa. 14. Detracta eſt vſqꝫ ad inferos ſupbia
tua. ⁊c. ſubter te ſternetur tinea: et opperimentũ
tuũ erũt vermes. ⁊c. Tertia miſeria ẽ acerba tor-
mentoꝝ varietas: contra varietatẽ ciboꝝ Job. 21.
Tranſibunt ab aquis niuiũ ad calorẽ nimium.
Quarta eſt qꝛ repulſe verecundiã paſſus ẽ in ſua
petitiõe: cõtra crudelitatẽ qꝛ petẽs guttã aque ex
miſericordia nõ fuit exauditus ſed repulſus. De
his quattuor ait textus ꝙ ſepultus eſt in infer-
no peccator: qꝛ ibi erat cimiteriũ ⁊ parrochia eiꝰ
qui inferiora bona ſemꝑ dilexit ⁊ ꝗ̃ſiuit: deinde
ꝙ ſepultus eſt in tormentis que promeruit pro
peccatis, poſtea ꝙ eleuans oculos vidit Abra-
ham ⁊ Lazarũ. i. gl'iam beatoꝝ a longe. i. a ꝗ ipſe
erat valde remotus ⁊ diſſimilis. tandẽ petijt ha-
bere a Lazaro refrigeriũ gutte aque ex mĩa: cuiꝰ

Tertia ps euangelij.

ipſe nunꝗ̃ miſertus fuerat in hoc mũdo. Quare
iuſto dei iudicio repulſus eſt. nã dixit illi Abra-
ham. i. deus: fili recordare. ⁊c. i. iuſtum eſt ꝙ tu ꝗ
multa bona tẽporalia recipiẽdo multipliciẗ pec
caſti: modo cruciris. ⁊ contra Lazarus ꝗ multa
mala patienter tollerãdo purificatus eſt: modo
cõſoletur. et itẽ qꝛ magnũ chaos ſentẽtie dei fir-
matũ eſt. i. manet imutabile in alia vita ĩter vos
et malos: ita vt hi ad illos aut illi ad iſtos ne-
queãt tranſire: qꝛ ibi iã non erit ſtatus merendi
aut demerẽdi aut mores ꝑmutandi de bono in
malũ ⁊ ecõuerſo. ſed vbicũqꝫ ceciderit lignum ibi
erit Eccleſiaſtes. 11. ꝗ tamẽ oĩa ſunt poſſibilia in
hac vita. Poſtꝗ̃ vero dãnatus homo repulſus
eſt in petitione ꝓ ſe facta qꝛ iniuſta. addit aliam
petitionẽ pro ſuis valde ſtultã. ſ. rogo te pater vt
mittas Lazarũ in domũ pr̃is mei. ⁊c. vbi duos
patres noĩat. qꝛ mali licet ſint filij dei ꝑ naturã:
tamẽ effecti ſunt filij diaboli ꝑ ſuã culpã Joãnis
8. vos ex patre diabolo eſtis: boni aũt ſolũ vnũ
patrẽ habẽt deũ. Et notãtur multa fatua in ſua
petitione. Primo importunitas: qꝛ nõ ceſſat da-
re petitiones cũ non mereaẗ exaudiri ſed repel-
li Luce. 11. Noli mihi moleſtus eſſe. ſ. toties pe-
tendo: qꝛ pueri mei. i. electi ſancti mecũ ſunt in
cubili. i. in ſinu Abrahe. ⁊c. Secundo crudelitas
ſeu iniuſticia: qꝛ volebat Lazarũ iterũ reduci ad
miſerias huius vite tollerandas: cum tamẽ chri
ſtus fleuerit ſuper alterius Lazari reſuſcitatiõe
Joãnis. 11. Tertio carnalitas. i. carnalis affectio
ad ſuos ſine charitate: qꝛ nondum exierat de do
mo pr̃is ſui ꝑ affectionẽ: licet bñ per corpis expo
liationẽ. ⁊ in hoc nõ erat filius Abrahe cui dictũ
erat Geneſ. 12. Egredere de domo patris tui. ⁊c.
Quarto oſtẽdiẗ dãnabilitas. ſ. fratrũ ſuoꝝ ꝗ̃s no-
tat ei ſiles in culpis ita vt eſſent ei fr̃es nõ ſolũ
natura ſed culpa. ideo ad tales nunꝗ̃ Abrahã. i.
deꝰ mittere ſolet ſeruos ſuos ſanctos pſal. 80. Di
miſi eos ibũt i adinuẽtionibꝰ ſuis. ⁊c. Quinto mi
ſerabilitas: qꝛ fingit ſe miſereri alioꝝ ille ꝗ ẽ factꝰ
crudelis diabolo ſimilis. vellẽt. n. dãnati nullos
hoĩes eſſe ſaluos ex malicia ⁊ inuidia. ſuppoſito
tñ ꝙ velint nolint aliꝗ ſint beati: remanet in eis
naturalis affectio ad ſuos ꝗ̃s ſcđm ꝗd vellẽt nõ
dãnari nõ eñ hoc volũt ſimpliciẗ. Sed rñdẽs ait
illi Abrahã: habẽt mũdani hoĩes Moiſen. i. legẽ
dei reuelatã ⁊ prophetas. i. prelatos ⁊ ꝑdicatores
eccleſie: audiant eos ſi volũt ſaluari ab inferno:
quia illi ſufficienter poterũt eos cõteſtari de qua
litate tormẽtorum iferni: ideo non eſt eis neceſſa
ria vlterior reuelatio ꝑ angelos vel ſanctos ad
eos mittendos. Quã tamen rñſionem damna-
tus non patitur: ideo replicat. non pater. i. nõ ſuf
ficit eis admonitio legis dei nec prelatorum vi-
uorum: quia eis non credunt: ſed ſi quis ex mor
tuis ierit ad eos. ⁊c. in quibus verbis iterum no
tantur duo. Primo error cõis mũdanorum qui
vix credunt doctrinam eccl'ie de rebus alteriꝰ vi
te predicantis ꝗ̃ ipſi nõ bene credunt putantes
animas ſimul interire cũ corporibꝰ Sapi. 2. Di-
xerũt impij nõ eſt refrigeriũ in fine hoĩs. ⁊c. Secũ
do ſtulticia eorũ ꝗ plus crederẽt mortuis apparẽ
tibus ꝗ̃ viuis ꝑdicantibꝰ de alia vita: ſiles Sau
li qui ꝑ phitoniſſam petijt ſuſcitari Samuelẽ vt
nũciaret ſibi futura. ⁊c. 1. Reg. 28. in quo reproba
tur ab Eſaia ca. 8. cum dixerint vobis querite a
phitonibus. ⁊c. nunquid nõ magis ad legẽ ⁊ te-
ſtamẽtum dei. ſ. ꝑdicatum a viuis. quare iterum
repulſus eſt cũ ait illi: ſi Moiſen. i. legẽ dei ⁊ pro-
phetas nõ audiũt: neqꝫ ſi ꝗs ex mortuis. ⁊c. quia
fides ex auditu eſt ꝑ certitudinem reuelationis
dei; ꝗ in doctrina eccl'ie certa eſt: nõ in apparitio
nibus defunctorum ꝗ cõiter fiunt ex illuſione de
monum fallacium. Ex toto ergo euangelio pre-
latus duodecime generatiõis vel etiam moder-
ni tẽporis vult ꝑſuaſos eſſe fideles ꝗ̃ periculoſũ
ſit propter mũdanã ꝓſperitatẽ deũ relinquere:
vnde non abſolute eẽ a deo petẽdã: qꝛ nõ oẽs fi-
deles ea bñ vtũtur: imo ex ea occaſiões multorũ
pctõrum accipiũt. vt patuit in hereticis ꝯtra ꝗ̃s

Alio euangelium.

aliud euangeliũ Toletanũ diſputat. ſ. contra Ar
rianos tũc ſupbientes ꝓpter fauorẽ Conſtantij
imperatoris. et vult ꝑlatus probare oppoſitam
eis doctrinam eccleſie eſſe veram cõfirmans eã
triplici teſtimonio. ſ. Joannis euãgeliſte/miracu
loꝝ eccleſie/⁊ legis Moſaice: ⁊ in fine notat oc-
caſionẽ erroris eoꝝ et oĩm hereticoꝝ qui ꝓceſſit

Prima ps euangelij.

ex phantaſia mũdane laudis aut glorie. Jn illo
inquit tẽpore dixit ieſus. i. ꝑlatus maxime Ro-
manꝰ turbis. i. hereticis turbãtibꝰ eccl'iam dei iu
deoꝝ. i. fideliũ veritatẽ dei cõfitẽtiũ. Ego nõ poſ-
ſum facere in ſacramẽtis eccl'ie nec dicere in do-
ctrina fidei quicquam a meiſpo. i. ex naturali fa-
cultate intellectus mei: quia hec miſteria natu-
ralem facultatem intellectus humani excedunt.

ſed ſicut audio a deo reuelãte: ita iudico eſſe agē
dum ⁊ p̄dicandum. ⁊ certus ſum quia iudicium
meum iuſtum eſt. i. rectum ⁊ verum: q͛ innititur
infallibili veritati ꝙ deus eſt. et in actibus meis
erga fideles non habeo intētionē mūdanam ſi-
cut vos heretici: quia non quero facere volūtatē
meam. i. non quero ꝙ mea ſunt: ſed volūtatē chri
ſti qui miſit me vt eſſem p̄latus ⁊ p̄dicator popu
li ſui. neqꝫ ego teſtimoniū ꝑhibeo de meip̄o. i. de
his ꝙ ago: quia ex ſola mea autoritate non eſſet
ſufficiens ꝓbatio doctrine mee. alius maior me
. ſ. chriſtus eſt qui teſtimoniū ꝑhibet de me. ⁊ ſcio
quia verum eſt teſtimoniū eius: cum ſit deꝰ qui
nō p̄teſt mētiri. Et vt magis ad ꝑticularia venia
mus allego vobis triplex teſtimonium firmum
⁊ certum de veritate mee doctrine. primū eſt euã
gelium ſancti Joannis: quia vos Arriani negã-
tes diuinitatem chriſti miſiſtis ad Joannē euan
geliſtam inde accipiendo pro fundamēto erro-
ris veſtri illud cap. 14. Pater maior me eſt. ac ſi
voluiſſet ſe purum hominem nō deum ꝓfiteri.
ſed re vera euangelium Joãnis damnat errorē
veſtrū: q͛ ille teſtimoniū ꝑhibuit v̄itati diuinita
tis chriſti quã ego p̄dico. nã in eodē cap̄ idē Joã
nis inducit verba eius dicētis: Ego ⁊ pater vnū
ſumus eſſentialiter. ⁊ ego in patre ⁊ pater in me
eſt. ⁊c̄. imo euangelium Joãnis ad hoc principa
liter tēdit vt probet diuinitatē chriſti: ideo ordiēs
ait: in principio erat v̄bum. i. filius dei ieſus chri
ſtus: ⁊ deus erat verbum. ⁊c̄. ⁊ in cap. 8. longum
ſermonem facit de ſua diuinitate: quem docto-
res legis non ſuſtinentes voluerunt eum lapi-
dare dicendo: tū cū homo ſis facis teipſum deū
⁊c̄. ⁊ alibi ſepius de hac materia expreſſe. Joan-
nes ergo teſtimonium ꝑhibuit veritati diuinita
tis chriſti: quia erat lucerna vere doctrine ardēs
in eccleſia dei. vos autē heretici voluiſtis exulta
re ad horam. i. modicum in luce. i. autoritate eiꝰ:
que tamen non iuuat vos. nam vel ibi loquitur
quantum ad humanitatē: vel oſtēdit patris au-
toritatē in cõicando ſibi naturam diuinam: ac ſi
diceret / ego ab eo procedo ⁊ nō ipſe a me. Sed
quia ego non ſolum ab homine. i. a Joãne teſti-
moniū mee doctrine accipio (habeo enim aliud
teſtimoniū maius Joanne) hec dico. i. allego vo
bis ex illo euãgelio cui multū dediti eſtis: vt vos
ſalui ſitis. i. conuertamini ab erroribus veſtris.
habeo inqꝫ ineffabile teſtimonium dei patris: ꝙ
declarauit diuinitatem chriſti filij ſui ⁊ verbis ⁊
operibus. opera enim miraculoſa ⁊ ſoli deo poſ
ſibilia ꝙ dedit mihi pater ille celeſtis vt ꝑficiam
ea coram hominibꝰ: ipſa teſtimoniū ꝑhibent de
me ꝙ veram doctrinam predicem fidelibus: ⁊ ꝙ
ille me miſit ad talia predicandum: vt patet ex
conuerſione totius gentilitatis vſqꝫ ad miracu-
loſum baptiſmum imperatoris. ⁊c̄. Ipſe etiã pa-
ter chriſti verbis teſtimonium ꝑhibuit in baptiſ-
mo ⁊ transfiguratione eius ꝙ eſſet verus ⁊ natu
ralis filius eius: vt in pſal. 2. et. 109. p̄dixerat Da
uid. ſed vos Arriani vocem eius nunqꝫ audiſtis
ad credendū ei quia eam non intellexiſtis: neqꝫ
ſpeciem. i. verum conceptum eius vidiſtis in vo-
bis: ⁊ p̄o. i. verbum eius non habetis in vobis
manēs: quia quem miſit ille in mundum factū
hominē: huic filio eius vos non creditis de diui
nitate ſua predicanti. Et p̄ter hec teſtimonia ha
beo adhuc tertium. ſ. ꝓphetas ve. le. qui de aduē
tu chriſti multo tēpore ante locuti ſunt: ⁊ tamen
oēs illi expreſſe dixerunt illum fore deum. nam
Eſa. 9. vocatur deus fortis. ⁊ cap. 53. generationē
eiꝰ quis enarrabit: item Hiere. 23. Dominꝰ deꝰ
iuſtus noſter. item Michee. 5. Egreſſus eius ab
initio a diebus eternitatis. et ita de alijs multis
ad hoc ꝓpoſitū. Vos ergo Arriani ſcrutamini
ſcripturas prophetarū in quibus putatis vitam
eternam habere: quia ille omnes teſtimonium
perhibent de me. i. de mea doctrina ꝙ ſit vera. et
tamē tot teſtibus cõuicti non vultis ex ꝓteruia
venire ad me. i. conſentire mihi vt vitam gratie
habeatis per ſanam et veram fidem ex qua iu-
ſtus viuit. Ego enim claritatem. i. laudem ⁊ glo
riam ab hominibus nō accipio / neqꝫ illam que
ro ex doctrina mea: ſed cognoui vos illam que-
rentes: quia dilectionē dei nō habetis in vobis:
ſed potius diligitis mūdū: vnde nō propter deū
ſed hoiēs predicatis querētes ab eis gloriã. Ego
quippe veni ad p̄dicandum fidē catholicã in no
mine patris mei celeſtis. i. ex mandato eius ⁊ ex
ꝑſona eiꝰ loquor vobis: ⁊ nō accepiſtis me neqꝫ
conſilium meū rectum ſanū et bonum: ideo cre-
do ex permiſſione diuina propter peccata vr̄a ꝙ
ſi alius deceptor aut hereticus venerit in nomi-
ne ſuo. i. querēs que ſua ſunt non ꝙ ieſu chriſti: il
lum recipietis. i. illi credetis ⁊ obedietis ad per-
niciē animarū veſtrarū. et ꝑfecto inimicū ꝙ mū
dana cupiditas faciat vos errare in fide: quo
enim modo poteſtis vos recte credere in deum /
qui gloriam accipitis a vobis inuicē: ⁊ gloriam
que a ſolo deo eſt nō queritis ꝓcurando hono-
rem dei potius qꝫ honorem veſtrum. quare non
euadetis penam grauiſſimam in iudicio dei: vbi
nolite putare ꝙ ego accuſaturus ſum vos apud
deum patrem: ſed alium ſeueriorem accuſato-
rem habebitis. eſt qui accuſet vos Moiſes ideſt
lex dei in quo vos ſperatis defendere errorem
veſtrum adherentes iudeorum opinioni: qui per
uerſe intelligendo ſcripturas Moiſi et aliorum
prophetarum ſperant ſuum meſſiã futurum pu
rū hominem. quod tamē falſum eſt vt probaui.
imo ſi crederetis Moiſi. i. ſcripturis eiꝰ bene in-
tellectis: crederetis forſitan et mihi diuinitatem
chriſti predicanti. ille enim ſcripſit de me ideſt
de veritate mee doctrine. tum quia Geneſis. 49.
ait ꝓphetãdo de chriſto: nō auferetur ceptrū. ⁊c̄.
donec veniat qui. ⁊c̄. tū quia Deuterono. 18. pro-
phetam inquit ſuſcitabit vobis deus. ⁊c̄. tum de
niqꝫ quia ſuis ſacrificijs et cerimonijs illum fi-
gurauit. ſi ergo Moiſis litteris non creditis / ſed
peruerſe eas exponitis cum iudeis: quomodo
verbis meis credetis qui ſum homo peccator et
parue autoritatis apd̄ vos. Patet ergo ex vtro-
qꝫ euangelio prelati intētionem eſſe probare ꝙ

Secūda ꝑs euangelij.

Tertia ꝑs euangelij.



mundana proſperitas eſt nimium periculoſa in
eccleſia dei vt etiam probauit epiſtola. ¶ Mora
litas primi euangelij fere dicta eſt. ſed poteſt ap
plicari ad ſapiētes huius ſeculi ſignificatos per
diuitem: ⁊ ſimplices peccatores ſignificatos per
Lazarum: cuius vulnera peccata ſunt: canes
ea lingentes ſunt predicatores ⁊ confeſſores ec-
cleſie. ſepius iſti ſimplices mendicant conſilia
in agendis a ſapientibus: qui nolunt eis dare
vel non ſine pecunijs ex quibus efficiuntur di-
uites et induuntur purpura et biſſo et epulan-
tur ſplendide. ſed tandem cum ſua ſapientia de
merguntur in infernum: quia nolunt obedire
mãdatis dei et eccleſie cum preſumant multum
de ſua ſapientia. ſimplices vero ⁊ indocti com-
muniter rapiunt regnum celorum. ⁊c̄. Secun-
dum vero euangelium moraliter eſt diſputatio
prelati contra mundanos: qui irrident doctri-
nam eccleſie ī hac quadrageſima ſcilicet de con
feſſione peccatorum / de penitentia / et ieiunio / et
ceteris bonis operibus. vbi primo docet ꝙ ta-
lis doctrina non procedit ex humana phanta-
ſia prelatorum: ſed ex inſpiratione diuina vt
facile probaretur triplici teſtimonio ſcilicet ho-
minis per moralem philoſophiam / dei per mi-
racula / ⁊ ſacre ſcripture per ſaluberrima prece-
pta ac conſilia que homines incitant ad talia
opera. Secundo probat ꝙ iudicium quod agi-
tur in foro ſecreto confeſſoris eſt iuſtum hone-
ſtum et vtile. ego inquit audiens confeſſionem
peccatoris non poſſum a meipſo facere quic-
quam contra eum: ſed ſicut audio teſtimonium
conſcientie ſue ſic iudico eum fore dignum ab-
ſolutione vel penitentia magna vel parua. quia
ibi ſto non tanquam actor ad accuſandum: ſed
tanquam iudex vt procedam ſecundum alle-
gata per liberam confeſſionem penitentis quia
contra eum nullus admittitur teſtis / nulla pro
batio preter conſcientiam ſuam. quare ſequi-
tur ꝙ iudicium meum in ſententia proferenda
iuſtum eſt: quia in officio illo non quero vo-
luntatem meam. i. ſatiſfacere meis affectioni-
bus: ſed quero voluntatem eius qui miſit me
ad exercēdum hoc officium: per quod debeam
procurare animarum ſalutem / peccatorum cor-
rectionem / et penitentium conſolationem. ꝙ au
tem hoc ſit verum ego non perhibeo teſtimo-
nium de meipſo: ſed alius. i. penitens perhibet
de me qualiter ego adminiſtrem ſibi ſacramen-
tum penitentie. Tertio prelatus inuehit contra
mundanos ſenſuales dicens. vos autem mun-
dani ſi mihi non creditis predicanti veritatem:
forte deo permittente propter peccata veſtra cre
detis alicui peruerſo trahenti vos ad malum:
quia queritis gloriam mundi et non dei. ſed nō
carebitis pena in iudicio dei cõdemnati: in quo
ego non accuſabo vos: ſed oēs ſancti qui ſacras
litteras ſcripſerunt accuſabunt vos: quia con-
tempſiſtis eorum monita ſalutaria. ⁊c̄. ¶ Offer-
torium: Precatus eſt Moiſes. ⁊c̄. Exodi. 32. ſub
nomine Moiſis orat prelatus pro mundanis
de quibus in euangelio: et repetit eccleſia prin-
cipium offertorij: ad ſignificãdam magnã oran-
tis affectionem. quia ex zelo charitatis vellet ob
tinere gratiam ad conuertendum peccatores ne
percant. quare in fine oſtenditur oratio eius ex-
audita pro multis. quia placatus factus eſt do-
minus. ⁊c̄. Oratio ſecreta: Accepta ſit tibi. ⁊c̄. ap-
plicat precedentem orationem ad ieiunãtes: of-
fertqꝫ pro eis ſacrificium petens a deo expiatio
nem a pecatis et promotionem ad bona ſpiri-
tualia. ¶ Communio: Qui mãducat meam. ⁊c̄.
Joannis. 6. propter feriam quintam de corpore
chriſti decantat mirabilem effectum euchariſtie
que vnit nos deo et deificat homines etiam ſi
antea fuerint magni peccatores. Finalis oratio:
Prebeant nobis domine. ⁊c̄. ex perceptione de-
uota euchariſtie petit augeri fidelibus feruorem
charitatis quo delectabiliter opera quadrageſi-
me exerceant. Super populum: reſpice domine
⁊c̄. orat vt deus fiat propitius ieiunantibus ac
penitentibus qui ei deuote ſubijciuntur implen
tes mandata eius ⁊ prelatorum.

Moralitas.

Offertorium.

Communio.

## ¶ Caput trigeſimūoctauum

de feria ſexta ſecunde hebdoma. cuius offi
cium ad tredecimam eccleſie generationem per
tinens pacem eccleſie confirmat: ac ieiunantes
letificat.

Tertiadecimã chri
ſtiane eccleſie generatio cor-
reſpondens regi Salomoni
in ve. lege fuit valde pacifica
et gaudio plena: ſub Roma
nis pontificibus Felice / Da-
maſo / et Siriaco: ac chriſtia-
niſſimis imperatoribus Valentiniano / Gracia-
no / et Theodoſio. nam impia morte ſublato Ju
liano apoſtata ac tyranno peſſimo: facta eſt iam
pax magna in eccleſia dei: et ceſſauit iam in to-
to orbe ydolorum cultura: non tamen adeo quin
adhuc eſſent multi gentiles ydolatre: ſed quia
poteſtas imperij ab eis ablata eſt ⁊ data popu-
lo chriſtiano vſqꝫ ad finem mundi: quia eorum
rex chriſtus imperpetuum imperat. In hac er-
go generatione incipit tempus clarum eccleſie
chriſti: poſt illam obſcuram noctem duodecim
horarum. i. generationū precedentium: cuius no
ctis finis ⁊ crepuſculum matutinum erant gene
rationes due proxime vndecima ⁊ duodecima.
et durabit hec clara dies magni fauoris eccleſie
per alias duodecim generatiões: hoc eſt vſqꝫ ad
Conſtãtinum papam primum ⁊ imperatorē Ju
ſtinianū ſecundū circa annos domini ſeptingē-
tos. Inter quas duodecim claras generationes
hec p̄ma aliarum p̄clariſſima manifeſtã habuit
concordiã cum regno Salomonis: ſub quo deꝰ
magnã dedit pacē ⁊ fauorē populo Iſrael: ideo-
qꝫ Salomon. i. pacificus dictus eſt: a ſalom he-
braice qđ ē pax latine. cui regi dedit deꝰ magnã
ſapiētiam ⁊ ſpeculatiuam in naturalibus ⁊ pra-

Argumētū officij ab anno chriſti. 560. vſqꝫ 590.

cticam in moralibus ad bene et feliciter guber-
nandum populum dei: dedit etiam ei diuitias
multas ſuper omnes alios reges regni illius
qui eum preceſſerant: ⁊ poſtea ſequuti ſunt. ⁊ ſi-
militer chriſtus vt alter Melchiſedech rex Sa-
lem .i. pacis et iuſticie circa illa tempora eccleſie
ſue amplius ⁊ felicius ſolito regnauit ſuper vni-
uerſam terram habitabilem. qui etiam fideli-
bus ſuis tunc magne ſapientie fluenta diffun-
dens .i. magnos doctores ad irrigandam totam
eccleſiam ſuam aquis doctrinarum iuxta illud
Eſaie .41. Aperiam in montibus flumina et
in medio camporum fontes. ⁊c. nam in etate il-
la Hillarius in Gallia / Ambroſi⁹ in Italia / Hie-
ronymus in Paleſtina / Auguſtinus in Affri-
ca / Chriſoſtomus in Archadia: ⁊ alij plures cla-
ruerunt ſanctiſſimi doctores: qui ſuarum do-
ctrinarum facundia non tam de his rebus na-
turalibus infimis vt olim philoſophi gētilium:
q̄ꝫ de deo / et ſanctis angelis / de animabus ho-
minum tam coniunctis q̄ꝫ ſeparatis multa ſcri-
pſerunt et predicauerunt reſiſtentes etiam here-
ticorum veſanie: ac ſimplicibus fidelibus viam
lucis eterne oſtenderunt celebrato tunc conci-
lio Conſtantinopolitano contra Macedonium
hereticum. Damaſus etiam papa ſanctiſſimus
ex conſilio ſancti Hieronymi et aliorum docto-
rum eccleſiaſticum officium ſolemniter in ec-
cleſia decantandum inſtituit: ac ſi nouum do-
mino deo ſuo templum edificaret vt alter Sa-
lomon: qui in vita ſua ſuffulſit domum ⁊ in die-

Introit⁹ miſſe.

bus ſuis corroborauit templum. ⁊c. ¶ Sibi er-
go conuenit huius miſſe introitus: Ego autem
cum iuſticia apparebo. ⁊c. pſal. 16. quo exultans
in domino de pace et fauore eccleſie: dicit ſe iam
libere poſſe apparere in templo dei coram do-
mino: vt ſatietur dum manifeſtabitur gloria dei
.i. manifeſte predicabitur et decantabitur a ſa-
cerdotibus. Verſus: Exaudi domine: ⁊c. princi-
pium eiuſdem pſalmi. orat exaudiri ſupplicatio-
nes eccleſie in cantibus ſuis: quas vocat iuſti-
ciam: quia talia obſequia ſunt debita deo. Pre-
latus etiam modernus gaudens de vera peni-
tentia fidelis populi in hac quadrageſima: ea-
dem verba dicit ſcilicet q̄ apparebit in conſpe-
ctu dei cum populo ſuo in iuſticia .i. iuſta pecca-
torum emēdatione: pro qua ſperat eternam re-
tributionem: quia pro ieiunio dabitur ei et po-
pulo ſuo ſacietas in gloria. quod vt fiat orat in

Oratio.

verſu ſequente. Oratio: Da queſumus omnipo-
tens deus. ⁊c. explicat ſenſum moralem introi-
tus: et addit vt dignetur deus fideles per ieiu-
nium purificare a peccatis vt digne valeāt per-
uenire ad feſta paſchalia. ¶ Epiſtola: Dixit Io-

Epiſtole argumentum.

ſeph fratribus. ⁊c. Geneſis. 37. declarat in chri-
ſto ⁊ vicario ſuo pontifice Romano impleta eſ-
ſe ſomnia que olim caſtiſſimus Ioſeph predixe-
rat et figurauerat ſcilicet q̄ futurus eſſet rex et
domin⁹ ſuper omnes fratres ſuos in terra Egi-
pti: ſicut etiam Salomoni regi conceſſum eſt
in terra promiſſionis. vnde epiſtola habet tres
partes. Prima recitat Ioſeph ſomnia. Secun-
da ibi: cumq̄ꝫ fratres illius. ⁊c. mittit eum ad pe-
cora. Tertia ibi: qui cum vidiſſent. ⁊c. agit de fra-
terna inuidia que dicitur fera peſſima. Suppo-

Prima pars epiſtole.

ſito autem litterali ſenſu de ipſo Ioſeph: et mi-
ſtico de chriſto qui venditus fuit a fratribus ſuis
iudeis: quorum poſtea factus eſt dominus in
tota terra etiam eis inuitis: ſolum dicamus de
ſenſu hiſtoriali tredecime generationis eccleſie:
et morali noſtre quadrageſime. nam vterq̄ꝫ pre-
latus dici poteſt Ioſeph .i. augmentum vel pro-
fectus eccleſie dei. fratres primi Ioſeph ſunt a-
lij epiſcopi eccleſie maxime greci et orientales.
fratres ſecundi ſunt mundani fideles maxime
tyranni ac violēti. pater vtriuſq̄ꝫ chriſtus eſt. Er-
go in diebus illis tredecime generationis eccle-
ſie vel quadrageſime. dixit Ioſeph .i. p̄latus fra-
tribus ſuis predictis: audite ſomnium meum
propheticū quod vidi impletum: putabam nos
colligere manipulos populorum ad chriſtum
in agro huius mundi vel eccleſie. et videbā con-
ſurgere manipulum meum populum .ſ. latinum
vel penitentem: ⁊ ſtare firmum in ſua perfectiōe
incepta: veſtros autem manipulos grecorum
vel mundanorum circunſtantes non videbam
ſtare ſed cadere a ſua perfectione propter ſuam
inuidiam: ⁊ adorare manipulū meū .i. humiliari
ante eū: tanq̄ꝫ deiectos ⁊ min⁹ nobiles. Hoc ſom-
nium egreferentes fratres predicti reſponderūt
pleni ira et zelo. nunquid rex noſter eris tu qui
es minor inter fratres: ſicut olim Salomon re-
gnauit ſuper fratres ſuos in Hieruſalem: aut
forte preſumis q̄ ſubijciemur ditioni tue in ec-
cleſie dei? q.d. hoc non eſt rationabile q̄ maior
ſeruiat minori: populus vero latinus cum ſuo
pōtifice Romano minor eſt grecis et alijs orien-
talibus in quib⁹ primo fundata eſt eccleſia chri-
ſti. hec ergo cauſa ſomniorum atq̄ꝫ ſermonum
de primatu Romani pontificis ſuper omnes a-
lios epiſcopos inuidie et odij fomitem .i. incen-
tiuum miniſtrauit. Sed ad huius veritatis con-
firmationem aliud quoq̄ꝫ vidit ſomnium me-
lius et in rebus nobilioribus. Vidi inquit ſo-
lem .i. orientalem: et lunam .i. occidentalem po-
pulum fidelium: et ſtellas vndecim .i. epiſco-
pos alios: quos propter peccata ſua et hereſes
numero tranſgreſſionis ſignifico: adorare me
tanquā ſupremum pontificem in eccleſia chri-
ſti. Hoc ſomniū impletum eſt ab hac tredecima
generatione quando imperator vnicus et mo-
narcha orientalium et occidentalium cepit obe-
dire pōtifici Romano in ſpiritualibus: ⁊ fauere
ei in ſua ſuprema dignitate reſidēti. Quod etiā
in hac quadrageſima impletur in qualibet dio-
ceſi: quando peccatores etiam nobiles qui ſunt
luminaria et ſtelle huius mundi: humiles ve-
niunt ad penitentiam adorantes prelatum ſu-
um ad pedes eius genuflexi. Hoc tamen fa-
ctum cum patri ſuo orientali populo et fratri-
bus alijs epiſcopis retuliſſet experientia: in-
crepauit eum pater ille verbis iniurioſis di-



cens: quid ſibi vult hoc ſomniū .i. quo tendit ſu-
perbia tua? nunquid preſumis q̄ ego et mater
tua eccleſia orientalis et fratres tui alij epiſco-
pi omnes adoremus te tanquā dominum ſu-
per terram. q.d. hoc minime faciemus neq̄ꝫ obe-
diemus tibi. inuidebant igitur Romano ponti-
fici tanta dignitate pollenti fratres ſui: ſed pa-
ter eius Chriſtus rem iſtam tacitus conſidera-
bat: quia ſecrete diſponebat hoc eſſe futurum
ita ſicut beato Petro reuelauerat ac promiſe-

Scḋa ps epiſtole.

rat pro ſe ⁊ ſuis legitimis ſucceſſoribus. Cumq̄ꝫ
fratres illius paſcentes greges chriſtianorum
morarētur in Sichem .i. in parte: quia in aliqui-
bus articulis fidei non docent rectam fidem: di-
xit Iſrael .i. chriſtus pater eius ad eum .ſ. Roma-
num pontificem: cui commiſerat vt confirma-
ret fidem ſuorum fratrum Luce. 22. Ecce fratres
tui alij epiſcopi paſcunt ſua doctrina greges fi-
delium in Sichimis .i. in parte bene ſed non
in toto: veni ergo mittam te ad eos corrigen-
dos circa fidem et mores. quo reſpondente pre-
ſto ſum: dixit iterum ad eum vade ad viſitan-
dum alios prelatos: et vide ſi cuncta eorum do-
gmata proſpera .i. conuenientia ſint erga greges
fidelium et renūcia mihi quid agatur in eorum
eccleſijs. Miſſus ergo pontifex Roman⁹ a deo
inſpirante de valle Hebron .i. congregationis
vel ſocietatis hoc eſt ex determinatis in conci-
lio generali cui ipſe preſidebat: venit in Sichē
.i. partem illam corrigendam in qua fratres er-
rabant. inuenitq̄ꝫ eum vir .i. doctor eccleſie Au-
guſtinus vel aliquis alius in tempore illo: et
vidit pontificem errantem .i. huc atq̄ꝫ illuc viſi-
tando eccleſias ambulātem: ⁊ interrogauit eum
quid quereret in dioceſi aliena? qui reſpondens
ait fratres meos coepiſcopos quero vt corrigam
eos: indica ergo mihi tu qui ſapiens doctor es
vbi paſcunt greges fidelium .i. vbi fundant ſuā
doctrinam q̄ꝫ populis predicant? dixitq̄ꝫ ei do-
ctor: receſſerunt ex vana preſumptione de loco
iſto quem elegit ſibi deus .i. ab obedientia ſedis
apoſtolice contra mandatum dei Deuterono.
.17. et audiui eos dicentes: eamus in Dothain
que interpretatur ritus aut lex .i. eamus ad ri-
tus et leges noſtras et non ſubijciamur legibus
Romani pontificis: quia quilibet epiſcopus eſt
papa in ſua dioceſi. quod tamen falſum eſt et
contra doctrinam chriſti Luce. 22. et eccleſie in

Tertia ps epiſtole.

capitulo maiores cauſe: quod fundatur in lege
dei Deutero. 17. Perrexit ergo Ioſeph .i. accreſ-
cens prelatus Romanus per cenſuras eccleſie
poſt fratres ſuos epiſcopos orientales: et inue-
nit eos in Dothain modo expoſito. Ipſi au-
tem nolentes eius obedire mandatis: cum vi-
diſſent eum procul a ſe non timuerūt cenſuras
eius: et anteq̄ꝫ accederet ad eos per executio-
nem ſententie: cogitauerunt illum occidere vel
corporaliter perſequendo fauore imperatorum:
vel ſpiritualiter ⁊ moraliter anullando poteſta-
tem eius ſuper eos: quia dicebant eam nullam
eſſe et quaſi nullam eam contemnebant. et mu-
tuo loquebantur Greci cum Aſianis dicentes.
Ecce ſomniator venit ad nos .i. in poteſtate ſom-
niata ⁊ ficta: venite occidamus eum modis pre-
dictis et mittamus eum in ciſternam veterem
gentilitatis: dicentes q̄ fera peſſima ydolatrie
deuorauit eum moraliter. q.d. infamemus eum
q̄ ipſe redierit ad ydolatriam veterem quia vult
ſe facere adorari ab alijs hominibus: et ſic oēs
diſcedent ab obediētia eius: quo dato tunc vi-
debimus quam parum illi proſint ſomnia eius
de primatu ſuper omnes alios epiſcopos. Sed
non permiſit deus talem cogitationem malam
preualere: quia primo orientalium voluntates
diuiſit circa hoc. nam hoc audiens Rubē primo-
genitus .i. Indianus prelatus nitebatur libera-
re eum de manibus eorum .i. ab infamia predi-
cta. et dicebat alijs: non interficiamus per infa-
mias falſas animam eius: neq̄ꝫ effundamus
ſanguinem .i. peccatum eius a nobis confictum:
ſed proijcite eum a vobis ſi non vultis ei obe-
dire: in ciſternam hanc .i. in Europam latinam
que eſt ī ſolitudine: quia pauci homines ibi ha-
bitant et illi ſoli ei obediant. vos autem ſeruate
manus veſtras et linguas innoxias .i. liberas a
nocumento proximi: hoc autem perſuaſorie di-
cebat eis volens eripere Romanum pontifi-
cem de manibus eorum .i. ab eorum infamia de
ydolatria: et reddere patri ſuo chriſto tanquam
bonum et fidelem miniſtrum. Eadem et prope
ſimilia machinamenta moliuntur in qualibet
dioceſi mali chriſtiani et mundani tyranni con-
tra ſuum prelatum nolēdo ei obedire in his que
predicat et precipit fieri in hac ſancta quadra-
geſima. ¶ Cātus gradualis: Ad dominum cum

Graduale

tribularer. ⁊c. pſal. 119. eſt querimonia pontifi-
cis de predicta rebelliōe ſubditorum in qua ip-
ſe valde tribulatur: ſed ex dei miſericordia con-
ſolatur in his paucis qui ei obediunt. Verſus:
Domine libera. ⁊c. ex eodem pſalmo inuocat
deum in auxilium ſuum vt liberet eum ab infa-
mia ſubditorum ⁊ a lingua doloſa. ¶ Euange-

Euangelij argumentum.

lium: Homo erat paterfamilias. ⁊c. Matthei. 21.
eandem penitus ſententiam hiſtorialem et mo-
ralem habet cum epiſtola ſub alia tamen para-
bola. et diuiditur in tres partes. In prima ipſa
parabola texitur. In ſecunda ibi: cum ergo ve-
nerit. ⁊c. parabole ſenſus exquiritur. In tertia
ibi: ideo dico vobis. ⁊c. parabola ad propoſitum
applicatur. Quia ergo Greci Aſiani et quidam

Prima ps euangelij.

alij epiſcopi inſurrexerunt cōtra primatum Ro-
mani pontificis: ideo in tempore illo tertiedeci-
me generationis eccleſie dixit Ieſus .i. prelatus
diſcipulis ſuis fidelibus ſibi obediētibus vt eos
doceret veritatem. et turbis Iudeorum .i. hereti-
cis turbantibus pacem fidelium vt eos repre-
henderet per hanc parabolam. Homo chriſtus
erat paterfamilias ſup omnes fideles. qui plan-
tauit vineam .i. fundauit eccliſiam ſuam de qua
Eſaias. 5. et pſalmus. 79. et circundedit ei ſe-
pem .i. cuſtodiam angelorum vel doctrinam a-
poſtolorum. et fodit in ea torcular ideſt altare

euchariſtie vel patientiam martyrum. et edificauit in ea turrim fidei catholice/ vel altitudinem ſapientie doctorum: et vineam ſic edificatam locauit agricolis.i.commendauit eam prelatis: vt per labores bonos colligant fructum domino ſuo chriſto. nam apoſtolus Paulus vice omnium p̄latorum dixit .1.Corinth.3. Unuſquiſq; propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem: dei enim ſumꝰ adiutores in vinea ſua/ et vos minores fideles dei agricultura eſtis/ dei edificatio eſtis.ꝛc. Hac vinea ſic edificata ⁊ locata ipſe dominus peregre profectus eſt.ſ. in die Aſcenſionis: quia abſētauit ſe ab eccleſia quantum ad ſuam preſentiam viſibilem: et dimiſit eam ſub gubernatione prelatorū vſq; ad finem ſeculi. ſed eorum alij bene laborantes magnum fecerunt fructum animarum: quia multos chriſto domino ſuo acquiſierunt. alij vero querentes que ſua ſunt non que ieſu chriſti mundanis honoribus et lucris intenderunt. Cum autem appropinquaſſet tempus fructuum vberum in eccleſia dei: quod eſt tempus pacis eccleſie: et vt diximus incepit ab hac tertiadecima generatione amputatis iā a vinea dei vepribus Iudeorum / eiectiſq; lapidibus gentilium ydolorum: ante ergo hoc tēpus ſed prope ipſum in generationibus precedentibus: miſit dominus ſeruos ſuos principales procuratores in domo ſua: hoc eſt Romanos pontifices ad viſitandos agricolas predictos/et vt exigerent ab eis fructus pro dño ſuo chriſto. ſed quidā agricole .i. epiſcopi vt Greci. Aſiani ⁊ alij orientales.ꝛc. apprehēſis ſeruis dei per violentiam corporalē: aliū Romanū pontificem ceciderunt.i. percuſſerunt manibus aut lingua / alium occiderunt in corpore aut infama/alium lapidauerunt aut materialibus lapidibus aut verbis cōtumelioſis.ꝛc. Iterum autem.i.in alia generatione huic noſtre proximiore miſit dominus alios ſeruos ſimiles prioribus .ſ.Romanos pontifices ad idem opus exercendum in agricolas: et fecerunt illis ſimiliter perſequendo eos fauore imperatorum grecorum. nouiſſime autem in hac noſtra generatione tertiadecima miſit ad eos cōueniēdos filium ſuum .i.Romanum pontificem iam in pace. et proſperitate temporali agentem: vt eos benigne corrigeret ab erroribus ſuis/et vt conſentirent determinationibus Romane eccleſie in cauſis fidei: qđ ideo fecit deꝰ vt q̄ alijs predeceſſoribus ſuis minorem fauorem habētibus/et quaſi ſeruis reputatis inter preſſuras infidelium acquieſcere noluerunt: ſaltem huic pape Damaſo magnum fauorem catholicorum pricipum habenti ⁊ pacifice regnanti ſuper omnes fideles in toto mūdo ac ſi eſſet filius et heres vniuerſorum bonorum dei: obedirent propter autoritatem eius magnam: ideo miſit illum dicens: forſan verebuntur filium meum.i.hūc quem vt filium proſperaui et honoraui pre ceteris ſuis predeceſſoribus. Sed mali agricole predicti vidētes filium .i. Romanum pontificem ſic honoratum et ſublimatum vt filium dei: dixerunt intra ſe cogitātes malicioſe. hic eſt heres omnium bonorum eccleſie dei: venite occidamus eum.i. tanq̄ occiſum et nullum reputemꝰ ipſum apud nos ſubtractos ab eius obedientia: et ſic habebimus hereditatem eius precipuam que eſt eccleſia orientalis: et tandem apprehenſum eum in ſua phantaſia.i. ac ſi realiter cōprehendiſſent: eiecerunt extra vineam illam orientalem et occiderunt eum modo preexpoſito.

Secūda ps euangelij.

Huc uſq; parabola contra Grecos et Aſianos: ſuper qua interrogat eos Romanus pontifex dicens. cum ergo dñs huius vinee chriſtus venerit ad viſitādam eam in tempore pacis ſue: quid faciet illis agricolis tam proteruis ⁊ malicioſis contra dominum ſuum? Aiunt illi non valentes negare vniuerſalia iuris naturalis principia: malos male perdet et vineam ſuam locabit alijs agricolis. que ſententia proculdubio in eis impleta eſt. nam traditi ſunt aliene poteſtati infidelium: ſub quorum tyrannide oppreſſi non potuerunt amplius vineam dei colere vt decet: et vineam ſuā deus totaliter commiſit colendam melioribus agricolis.i. epiſcopis latinis: qui fideliter ſeruiētes chriſto reddunt ei fructum vinee ſue in temporibꝰ ſuis ſcilicet proſperitatis eccleſie. Et iterum alio enigmate arguens idem prelatus grecos ſciſmaticos dixit illis. nunq̄ legiſtis in ſacra ſcriptura illam parabolam pſal.117. que loquitur de primatu Romani pontificis .ſ. lapidem quem reprobauerunt edificātes eccleſiam dei in Grecia et Aſia: hic factus eſt a deo in caput anguli duorum populorum concurrentium in eadem eccleſia dei: quaſi duorum parietum in eodē edificio. et hic lapis eſt Romanus pontifex cui omnes fideles ſiue ex Iudeis ſiue ex gentilibus obedire tenentur iure diuino tanq̄ capiti. Certe a domino factū eſt iſtud .i. iſta ſublimatio Romani pontificis maxime in hac tertiadecima generatiōe: et eſt hoc mirabile in oculis noſtris/ ꝙ tam repēte omnes reges terre facti ſunt ei humiliter obediētes.

Tertia ps euangelij.

Ideo dico vobis rebellibus ꝙ iuſto dei iudicio auferetur a vobis regnum dei .ſ. poteſtas eccleſie gubernande: ⁊ dabitur gēti facienti fructus eius ſpirituales: qui pertinent ad ſalutem animarum: hec gens eſt latina. Licet autem hec ſententia non fuerit ſtatim mandata executioni: tamen in generationibus ſequentibus Greci ⁊ Aſiani in captiuitatem Turcharum deuenerunt: Latini autem liberi ab eis multas ſanctas ordinationes ediderūt ad bonum regimē ecclie: vt redderent fructus vberrimos chriſto dño ſuo. Et adiecit huic ſententie prelatus: dico etiam vobis ꝙ qui ceciderit ſuper lapidem iſtum ſūmum angularem .ſ.Romanum pontificem offendendo ſuper poteſtatem eius: confringetur hereſi. ſuper quē vero ceciderit lapis iſte proferens ſententiam contra eum: conteret eum anathemate que eſt velut mors aīe. Sed perfidi greci nō perſuaſi p̄dictis ammonitionibus Romani pontificis cum ſuis



diſſent parabolas eius: ⁊ cognouiſſent ꝙ de ipſis.i.contra ipſos illas diceret: commoti ſunt ex malicia ad perdendum eum: et ſepe querentes eum tenere per manus infidelium eos adiuuātium non valuerunt hoc efficere poſt hanc generationem: quia timuerunt turbas fidelium latinorum reſiſtētes ſibi in fauorem Romani pontificis: quoniam latini omnes eum habebant ſicut prophetam dei nuncium ⁊ vicarium generalem interris.

Moralitas.

¶ Moraliter vero pro ieiunantibꝰ: anima vel conſcientia hominis eſt velut vinea excolenda vt Bernardus ait: hanc deus plantauit ex multis vitibus.i. potentijs naturalibus vt intellectu/voluntate/libero arbitrio/ſenſibus interioribus et exterioribus. circūdedit ei ſepem legis dei ſiue indite ſiue reuelate precipiens vt non tranſgrediatur limites eius. fodit in anima torcular ſenſualitatis vbi paſſiones. edificauit in ea turrim fidei catholice. locauit eam excolendam agricolis.i.ſingulis hominibus. vnde ⁊ primus homo Adam nō ſine miſterio fuit agricola poſitus a deo in orto paradiſi terreſtris vt coleret eum: vt ſignificaretur ibi cultus anime ⁊ conſcientie. debet igitur fidelis quilibet in hac quadrageſima ſic vineam iſtam colere vt bene fructificet deo ſuo.ſ. amputando palmites luxuriantis concupiſcentie carnalis/ proijciendo lapides ſuperbie/ extirpando vepres ſeu ſpinas auaricie/ et deniq; mundando eam a luto coinquinantis gule. nā in vinea ſic culta ſtatim naſcuntur gemme bonarum cogitationum/ flores bonarum affectionum/folia deuotarum orationum / et vue bonarum operationum / ac tandem vinum conſolationis ſpiritualis. ait enim Ambroſius ꝙ vinea reciſa fructificat / ſemiputata frondeſcit / neglecta luxuriat .ꝛc. Foſſores huius vinee debent eſſe quattuor principales anime paſſiones ratione moderate.ſ. pudor ⁊ dolor de peccatis/amor premij celeſtis/⁊ timor gehenne. vltimo colligēda eſt vindemia bona pro domino vinee .i. deo offerenda bona opera noſtra: non mundo. alias audiēt ſentētiam illam: malos male perdet ⁊ vineam ſuam locabit alijs .i.gratiam ſuam alijs dabit deus: qui reddant ei fructus ſuos in tempore debito. debet inſuper fidelis cauere ne offendat ad lapidem angularem.i.ne cōtemnat prelatum/curatum/ aut predicatorem.ꝛc.

Offertorium.

¶ Offertorium: Domine in auxilium meum.ꝛc. pſalmo.69. Oratio eſt prelati petentis auxilium a deo contra aduerſarios eius grecos aut mundanos: qui querunt perdere vitam eius. Oratio ſecreta. Hec in nobis.ꝛc. offert deo ſacrificium euchariſtie pro ieiunantibus vt permaneant firmi in operibus bonis inceptis.

Communio.

¶ Communio: Tu domine ſeruabis nos .ꝛc. pſal.11. ex virtute ſacrificij ſuſcepti cōfidit ſe iuuari a deo contra aduerſarios prelati. Ultima oratio: Fac nos domine.ꝛc. petit a deo vt ſuſceptum ſacramentum iuuet fideles ieiunantes ad bene procedēdum per viam ſalutis eterne. Super populum. Da queſumus domine.ꝛc. concludit petens cūcto populo ſalutem mentis et corporis qua ⁊ recte viuant ⁊ ab hoſtibus ſe defendant per virtutem diuine protectionis.

## ¶ Caput trigeſimumnonum de ſabbato ſecūde hebdomadis quo generationis quartedecime eccleſie diuiſio annotatur: atq; veri penitentes a proteruis peccatoribus diſcernuntur.

Argumētū officij ab anno chriſti. 390. vſq; 420.


Uartadecima eccleſie chriſti generatio ſub Romanis pōtificibus Anaſtaſio/ Innocentio/et Zozimo: atq; imperatoribus catholicis Theodoſio/ Archadio/et Honorio pacta eſt: correſpondēter ad Roboan filium Salomonis in quo diuiſum eſt regnum Dauid in duo regna et duos reges .ſ. Iuda ⁊ Iſrael.

Tertia ps epiſtole.

Nam predictus Roboan non regnauit niſi ſuper duas tribus Iuda: ⁊ Beniamin i Hieruſalem: ſed ſup alias decem tribus regnauit Iheroboan filius Nabath de tribu Effraim in Samaria: eo ꝙ populi multitudo iuito rege Roboan ſublimauit tribum Effraim in regnum: quod quia diuino factum eſt iudicio: ideo tribus Iuda compulſa eſt hoc ſuſtinere ad tempus. Similiter quoq; in hac q̄rtadecima gēnatione facta eſt diuiſio eccleſie que eſt regnum chriſti: in duo regna ſpiritualia grecorum et latinorum. nam damnata hereſi Macedonij in Sinodo Cōſtātinopolitana: cuiꝰ ſedis ipſe erat epiſcopus: omnes oriētales epiſcopi habentes etiam fauorē imperatorum ſublimauerunt ſedem Conſtantinopolitanā in caput omnium illarum eccleſiarum etiam inuito Romano pontifice attribuentes ei nomen patriarchatus. vt ipſa ageret bellum contra Romanam eccleſiam in ſpiritualibus diſſentiendo ab ea in multis articulis ad fidem ⁊ religionem chriſtianam pertinentibus. In eadem quoq; generatione diuiſio imperij Romani facta eſt ſurente perſecutione Gothorum/ Humnorum/ et Uandalorum: qui multa imperij membra occuparūt. Inter Archadium etiam ⁊ Honorium filios Theodoſij ortum eſt ſciſma de imperiali dignitate: haud dubium quin ad ſignificandam ſciſuram ſpiritualem tunc incipientem inter latinos ⁊ grecos vt diximus. ſic etiam Pelagius hereticus in Affrica/ Priſcillianus in Hiſpania/ ⁊ Thimoteus in grecia a vera fide diuiſi ſunt: ſicut ⁊ Iudei qui in Anthiochia Talmuth ſuum illa etate confinxerunt. Et ſicut olim facta diuiſione regni Dauid: ſola tribus Iuda remanſit in vera fide et cultu dei ſub obedientia ſummi pontificis qui preerat templo dei in Hieruſalem: cetere vero decem tribus ſequebantur ſacerdotes Baal ambulantes in erroribus multis cōtra veram fidem: ita ſola eccleſia latina remanſit in vero cultu dei ſub obediencia ſummi pontificis qui preeſt Rome in loco quem elegit

ſibi deus .i. caput regni ſpūalis vere fidei: ſed eccleſie orientales grecoꝝ ⁊ alioꝝ ſequētes epiſcopos Conſtantinopolitanos (quorum plures cōſtat fuiſſe ſacerdotes Baal .i. magnos hereſiarchas) ſeparauerunt ſe ab obediētia ſummi pontificis Romani/ ⁊ ſimul a vera fide in multis articulis.

Introitꝰ miſſe.

Hanc itaqꝫ temporis qualitatē officium huiꝰ miſſe commemorans: in ſuo introitu .ſ. Lex dñi irreꝑhenſibilis ⁊c̄. pſal. 18. introducit eccleſiam latinam verā fidem ꝓfitentē ⁊ legē dei religioſe obſeruantem. lex (inquit) dñi quā ego veraciter obſeruo: eſt irreprehenſibilis: ſicut econtra doctrina grecorum falſa ⁊ reprehenſibilis. item lex dñi eſt conuertens animas ad deū ꝑ veram obedientiam eius: nō ſic doctrina hereticoꝝ que auertit homines a deo. deniqꝫ teſtimonium dñi .i. ſacra ſcriptura fidele .i. certum ⁊ verum ſapientiam preſtans paruulis .i. humilibus: hoc eſt facit eos ſapientes in rebus agendis ⁊ iudicandis ſine errore. Verſus: Celi enarrant ⁊c̄. principiū eiuſdē pſal. oſtendit ꝙ declaratio legis dei ⁊ ſacre ſcripture ad ſenſum verum ⁊ gloriam dei: eſt illa ꝗ̄ enarrant celi .i. ſummi pontifices per decreta ſuorum cōſiliorum: et ꝙ opera bona ⁊ meritoria ſunt illa que annunciat firmamentum ſedis apoſtolice: que eſt ſedes apoſtoli Petri in vrbe Roma. de qua Luce. 22. Ego pro te rogaui Petre vt non deficiat fides tua ⁊c̄. et Matth. 16. Et porte inferi non preualebunt aduerſus eam ⁊c̄. Eadem verba ⁊ ad ſimilem ſenſum poteſt dicere prelatus modernus docēs ieiunium ⁊ penitentiam in hac ſancta quadrageſima: contra mundanos eam contemnentes doctrinam.

Oratio.

Oratio: Da queſumus domine noſtris ⁊c̄. applicat introitum ad ſenſum moralem predictum: addēs petitionem gratie dei ad bonum effectū noſtri ieiunij: qui erit repreſſio concupiſcētie carnalis/ et vegetatio deuotiōis ſpūalis.

Epiſtole argumentum.

¶ Epiſtola: Dixit Rebecca filio ſuo Jacob ⁊c̄. Geneſ. 27. hiſtoriā Eſau ⁊ Jacob fratrum applicat populo grecorum ⁊ latinorum qui ſunt fratres ī chriſto. Unde patet ſi hec epiſtola ad precedētem comparetur: ꝙ he autoritates alium ſenſum habent in libro miſſali/ ⁊ aliū in ſuo originali textu biblie: vbi hec hiſtoria eſt prior illa: ⁊ tamen in ſenſu quem intendit eccleſia .ſ. de generationibus ſuis recolendis: illa fuit neceſſario huic premittenda: quia generatio quā illa recolit .ſ. tredecima fuit prior iſta: in qua ex odio grecorum ꝑconcepto declaratur hic ſciſma ſubſecutum. et hoc etiam notari poterit in pleriſqꝫ alijs locis huius libri miſſalis. Diuiditur autē epiſtola hec in tres partes. In prima diſpoſitio ad benedictionem deſcribitur. In ſecunda ibi: Statimqꝫ ⁊c̄. Forma benedictionis ſubiūgitur. In tertia ibi: Vix Iſaac ⁊c̄. benedictiōis confirmatio cōcluditur. Dimiſſo litterali ſenſu ſatis plano ex Lira: ac miſtico ex gloſa ordinaria: pro ſenſu hiſtorico ad propoſitum noſtrum Rebecca .i. impiguata vel contentione impedita: eſt eccleſia latina generationis 14. que vtramqꝫ conditionem habebat. Eſau .i. tinea eius eſt populus grecorum. Jacob .i. ſupplantator vel calcaneus eſt latinorum populus in calce .i. fine terre ſitus ad occidentem. Iſaac .i. riſus eſt ipſe chriſtꝰ in quo pater bene ſibi complacuit.

Prima pars epiſtole.

Et ita in diebus illis generatiōis quartedecime dixit Rebecca mater eccleſia filio ſuo Jacob .i. latino populo ſibi ſubiecto ⁊ humili. audiui ex epiſtolis Pauli patrem tuum Iſaac .i. chriſtum loquentem cum Eſau .i. populo grecorum et aliorum orientalium chriſtianorum fratre tuo in chriſto: ⁊ dicentem ſibi per apoſtolos ſuos Paulum ⁊ Joannem: quorum ille magis in Grecia/ iſte magis in Aſia predicauit. Affer (inquit) mihi ex venatione tua per predicationē ⁊ ſacramentorum miniſtrationem: cibos animarum vt comedam ſpiritualiter in corporādo mihi animas hominum: vt patet Joannis. 4. meꝰ cibus eſt ⁊c̄. ⁊ pro illo merito benedicam tibi .i. dabo tibi multa bona coram domino .i. que placeant deo anteqꝫ moriar apud infideles iudeos ⁊ gentiles qui nomen meum nituntur extinguere. Addit mater eccleſia: nunc ergo fili mi latine acquieſce conſilijs meis de modo te habendi ad patrem tuum chriſtum vt conſequaris benedictionem eius tu prius ⁊ veriꝰ ꝗ̄ frater tuus grecus. pergens inquit ad gregem fidelium cuius duces ſunt ſacerdotes: hoc eſt pergens ad eccleſiam ad ſacerdotes: affer mihi duos hedos optimos ⁊c̄. hedus in lege offerebatur pro peccato: ideo ſacramentum penitentie oſtendit: in qua duo hedi eccleſie afferendi ſunt confeſſio ⁊ ſatiſfactio poſt contritionem que deo in ſecreto offertur: et ſunt optimi fructus penitentie Luce .3. Eſt ergo ſenſus perge ad eccleſiam et ibi humiliter confitere peccata tua ſacerdotibus ⁊ imple penitentiam pro eis tibi iniunctam: vt ex talibus hedis faciam eſcas patri tuo chriſto .ſ. animas ſanctificatas quibus libenter ipſe veſcitur. quas cum intuleris ei et comederit benedicat tibi ⁊c̄. Sed filiꝰ iunior eccleſie populus latinus timet lenis et nudus ad patrem accedere: cum frater eius maior ſit piloſus et bene veſtitus: pilos ⁊ veſtes ſignificans merita et doctrinas in quibꝰ olim excellebat grecꝰ ppl's in multitudine ſctōꝝ patrū ⁊ doctorū magnoꝝ: ſed in hac generatione ⁊ ꝑcedente mater eccl'ia ꝯfortauit latinū populū nuditatē eiꝰ cooperiēs veſtibꝰ Eſau valde bonis .i. doctrinis grecorum doctorum catholicis: quas apđ ſe hēbat ⁊ obſeruabat diligēter: non autem curabat iam de eis grecus populus: et pelliculas hedorum .i. expoliationē peccatorū circūdedit manibus operationū: et colli nuditatem .i. ſuperbie in verecūdiam obtexit ne appareret in eo: ſed vera humilitas ad obediendū ſummo pontifici Romano. ⁊ ſic veſtito populo latinorū meritis et doctoribus multis dedit mater eccleſia pulmētum .i. cibū animarū ſanctarum: ⁊ panes verbi dei quos coxerat igne charitatis ꝑ ora predicatorū: vt offerret illa omnia patri ſuo chriſto/ ⁊ oſtenderet ſe primogenitū .i. iuſtū ⁊ ſanctum dignū benedictione: qualis olim erat populus grecorū.



ideo ſine mēdatio dicere poterat patri: ego ſum primogenitus tuus Eſau: nā grecus populus iam ꝑdidit ius ſue primogeniture propter peccata ſua: ⁊ pergēs ad venationē mūdanorum bonoꝝ trāſtulit in me dignitatem ſuā. feci ergo ſicut precepiſti mihi in lege tua: ſurge in fauorē meum: comede de venatione mea: que potius eſt ex animalibꝰ domeſticis .i. in reformatione fideliū: ꝗ̄ ex feris ſilueſtribus .i. in conuerſione infideliū. nam cibus ille rarus eſt/ ⁊ incertus/ neqꝫ bene ſapidus: qꝛ cum admixtione multorum erroꝝ: vt patuit in cōuerſione Gothorum: qui oēs fuerunt Arriani. Comede ergo pater de cibo meo dulciſſimo: vt benedicat mihi anima tua .ſ. ex amore paterno. Cui pater chriſtus: accede inquit ad me per bona opera: ⁊ tangā te gratia mea: vt ꝓbem vtrum ſis filius meus cui debeatur benedictio mea .i. accumulatio bonorum. acceſſit ille ad patrem modo predicto: ⁊ palpato eo .i. bene probato dixit pater. vox quidē eſt vox Jacob .i. nudi penitentis: qꝛ humiliter ſe accuſat de peccatis ſuis in cōfeſſione: ſed manus .i. opera ſunt Eſau .i. primogeniti ⁊ iuſti: et ſic non cognouit eū pater eſſe Jacob .i. peccatorē Ezechiel. 18. omniū iniquitatū eius non recordabor ⁊c̄. qꝛ piloſe manus .i. veſtite bonis operibus expreſſerant ſimilitudinē fratris maioris .i. primogeniti. cui debebatur benedictio. q.d. licet populus latinus in voce ſue accuſationis appareat peccator: tamen in operibus bonis apparet iuſtus habēs ius primogeniture. Cum ergo comediſſet ſepiꝰ pater chriſtus cibos ſibi oblatos ab hoc filio latino .ſ. populo: qui etiā preter praxim bonorum operū obtulit ei etiā ⁊ vinū deuote contēplationis: que deū letificat. Eo hauſto dixit ad eū. accede ad me adhuc perfectius ⁊ propinquius: ⁊ da mihi oſculū intime charitatis filialis. Et ipſe acceſſit ⁊ oſculatꝰ eſt eum.

Secūda pˢ ep'le.

Statimqꝫ vt pater chriſtus ſenſit veſtimētorum illius fragrātiam .i. odorem ſuauiſſimū bonoꝝ operum/ virtutum/ ⁊ doctrinarum populi latini: benedicens illi ait. ecce odor filij mei ⁊c̄. quod exponens Hipolitus ait. odore nōis chriſti mundus ſicut ager impletur/ benedictio eſt de rore celi .i. pluuia diuini verbi. ⁊ de pinguedine terre .i. congregatione populoꝝ: ⁊ abundātia frumēti ⁊ vini ⁊c̄. .i. ſacramentoꝝ eccl'ie maxime euchariſtie. illi ſeruiūt populi .i. gentiles conuerſi: ipſum adorant tribus Iſrael ad fidem chriſti conuerſe. ipe eſt dñs fratrum ſuoꝝ grecoꝝ ⁊ aſianorū ꝗ̄uis mali et peruerſi ſint. et filij matris eius .i. Romane eccleſie affricani et Indiani incuruātur ante eum per obedientiā. ipſum qui maledixerit maledicetur vt grecus: et qui benedixerit benedicetur vt affricanꝰ ⁊c̄. Gregoriꝰ autē dicit. ager mundus eſt: et qꝛ electorum populus in toto mūdo virtutibꝰ redolet: ideo odor filij dei eſt odor agri pleni: in quo aliter redolet flos vue: qꝛ magna eſt virtus et opinio predicatorum qui debriant mētes audientiū. aliter flos oliue. quia ſuaue eſt opꝰ miſericordie qđ refouet ⁊ lucet. aliter flos roſe: qꝛ mira eſt fragrātia que rutilat ex cruore martirū. aliter flos lilij: qꝛ cādida vita carnis de incorruptiōe virginitatis. aliter flos viole: qꝛ magna eſt virtus humiliū qui vltima loca tenentes in mundo et proni in terra celeſtis regni purpuram in mente ſeruant. aliter redolet ſpica cū ad maturitatem perducitur: qꝛ bonorū operū perfectio ad ſatietatem eorum qui iuſticiam eſuriūt preparatur. Recte ergo dicitur de latino populo filio dei primogenito: ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni. ſed qꝛ virtutes ex ſe nō habet: recte additur cui benedixit dominꝰ. et qꝛ per quoſdam in contemplatione ſurgit: per quoſdā in actiue vite opera pingueſcit: ideo ſequitur det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre. ros enim deſuper et ſubtiliter cadit: vnde toties de rore celi accipimus quoties per infuſionem contemplationis intime de ſupernis aliquid et ſi tenuiter videmus. cū vero bona opera per corpus agimꝰ: de terre pinguedine ditamur. hec ille comparādo chriſtianos ad iudeos: nos vero latinos ad grecos. Unde ager iſte ē patria latina .i. tota fere europa. et ita bn̄dictio populi latini ſtat in hoc: ꝙ propter ſuam humilitatē ⁊ bona opera deus dedit ſibi odorem nominis chriſti .i. ꝙ apđ eos maxime nominetur ⁊ honoretur chriſtus ſuper omnes alios chriſtianos populos: ꝙ habeat magnos doctores ⁊ predicatores ac viros contēplatiuos in religionibus. ꝙ habeat largas eleemoſinas ac eccleſiarū dotationes magnificas a dominis temporalibus. ꝙ habeat mundiſſimū pariter ac frequentiſſimū vſum ſacramētorū eccleſie. ꝙ apud eum reſideant due ſupreme poteſtates eccleſie papalis ⁊ imperialis: quibus alij omnes ſubijciuntur. ꝙ deniqꝫ cōtra eū nō ꝑualeat inimicorū exercitus ſiue viſibilium infideliū ſiue inuiſibiliū demonū. et preter hec multa alia accepit a deo dona gratiarū ꝗ̄ numerari nō poſſunt.

Tertia pˢ epiſtole.

Ubi aūt iſaac pater .i. chriſtus ſermonē predicte benedictionis impleuerat in hac generatione quartadecima et alijs ſequentibus per totum tempus clarum eccleſie: et egreſſo iam Jacob .i. latino populo a ſubiectione tirānorū infidelium/ et grecorū hereticorū: venit Eſau .i. grecus populus ad patrem. coctoſqꝫ de venatione ſua cibos .i. gotos ad chriſtum conuerſos relicta idolatria ſua predicatione: intulit patri dicens. ſurge pater mi in fauorem meum: et comede de venatione filij tui nouos populos chriſtianorum: vt benedicat mihi aīa tua ⁊c̄. ad quē pater reſpōdit tāquā eum ignorans propter peccata ſua: et dixit quis es tu? q.d. neſcio te chriſtianū qui chriſti vicario non obedis. quo reſpondēte: ego ſum primogenitus filiꝰ tuus Eſau: expauit Iſaac ſtupore vehemēti .i. extaſim paſſus eſt chriſtus: hoc eſt alienatus eſt ab eis: ⁊ vltra ꝗ̄ credi poteſt admiratus eſt ꝙ diuina prouidentia ſic ꝑmutauerit benedictionē a grecis ad latinos. Unde reiectis cibis illis populi grecoꝝ (quia Gothi erāt chriſtiani Arriani) ait. quis igitur ille eſt populus tam dignus benedictione paterna: qui dudū captam venationē peccatoꝝ fidelium attulit mihi cibos

ſuauiſſimos:et comedi libenter ex eis priuſqꝫ tu
grecus venires cum hac tua venatione Gothoꝝ
nunc conuerſorum:et qꝛ ille cibus placuit mihi:
benedixi ei/ eritqꝫ benedictꝰ.i.cõfirmatus in ſua
benedictione vſqꝫ in finẽ ſeculi. Quibus ſermo-
nibus auditis Eſau.i. grecꝰ populus irrugijt ex
malicia clamore magno contra populũ latinũ ⁊
ait:iuſte.i. apte vocatum eſt nomẽ eius Jacob.i.
ſupplãtator:qꝛ bis ſupplãtauit me.i.ſub plantis
ſuis me ſubiecit ⁊ ſe mihi prefecit.nam primoge
nita mea.i.ius principalitatis mee tulit in ſum-
mo põtifice quẽ apud ſe habet:⁊ ſecũdo benedi-
ctionem tam copioſam omniũ bonoꝝ ſpũalium
maxime litterarũ et religionũ:in quibus ego ſo-
lebã eum excedere. Ruſumqꝫ ad patrẽ ait gre-
cus: nunquid non ſeruaſti mihi aliquã benedi-
ctionem in qua ego poſſim latinos excedere:cui
pater reſpondit ꝙ ex quo iam latinus populus
erat cõfirmatus in benedictionibus predictis.ſ.
in iure primatus ſuper omnes alios populos/⁊
in abũdantia donoꝝ ⁊ gratiarum ſpiritualiũ: nõ
reſtabat aliqua benedictio notabilis pro grecis
niſi forte in bonis corporalibus: que fere nihil
ſunt in cõparatione bonorũ ſpiritualium predi-
ctorum.Et qꝛ greci nimis diligũt bona corpo-
ris ⁊ parũ curant de bonis aĩe: ideo inſtat Eſau
contra patrẽ pro benedictione ſua in rebus cor-
poralibus dicẽs.nunquid vnam tãtum benedi-
ctionem habes.ſ. in bonis tãtum ſpiritualibus:
q.d.non ſola illa bona habes ſed etiã alia. qua-
re obſecro vt mihi quoqꝫ benedicas in alijs bo-
nis tuis. Sed pater chriſtus vidẽs petitionẽ illã
irrationalẽ: licet aliquãdiu pmitteret grecos ha-
bere tẽporalem ꝓſperitatem ⁊ fauorẽ imperato
rum: in fine tamen propter ſua peccata ſubiecit
eos ſeruituti barbaroꝝ infidelium ablata ab eis
etiã imperiali dignitate. cũqꝫ per annos multos
ille populus eiularet fletu magno preſſus dura
ſeruitute:tãdem circa finem mundi pater Iſaac
motus miſericordia dicet ad eũ: in pinguedine
bonoꝝ operum vite actiue que eſt terra: ⁊ in ro-
re celi deſuper.i.in deuotione vite cõtemplatiue
erit benedictio tua. ſed ius primogeniture vt ſis
dñs fratrum tuorũ ⁊c. non poteris amplius ob-
tinere:qꝛ hoc priuilegium in latinis eſt cõfirma-
tum a deo. Ad ſenſum vero moralẽ hec epiſtola
benedictionẽ gratiarum ⁊ virtutũ tollit ab Eſau
.i.piloſis ⁊ bene veſtitis mũdanis:⁊ dirigẽte ſan-
cta matre eccleſia concedit eã Jacob.i.leuibus ⁊
nudis pauperibus chriſti:qui in hac quadrageſi
ma offerũt deo ⁊ eccleſie duos illos hedos peni
tentie de quibus prius diximus ⁊ cũ hoc panẽ ⁊
Graduale vinũ euchariſti ⁊c. ¶ Cantus gradualis: Bonũ
eſt confiteri dño ⁊c.pſal.91.eſt gratiarũactio ec-
cleſie latine que accepta patris benedictione ꝓ-
fitetur ſe permãſuram in continuis laudibus et
pſalmis dei altiſſimi ſcꝫ ad annũciandũ mane.i.
per diem ꝓſperitatis miſericordiã dei factã cum
ea in ꝑdicta benedictione:⁊ veritatẽ.i.iuſticiã dei
Euãgelij argumentum. factam cũ grecis ꝑ noctem aduerſitatis ſue ad
purganda peccata ſua. ¶ Euangelium: homo
quidam habuit duos filios ⁊c. Luce.15. Confor-
miter ad epiſtolam adducit aliam parabolã de
diuerſitate grecorum ⁊ latinorum q̃tum ad poſ-
ſeſſionem bonoꝝ ſpiritualiũ ⁊ corporaliũ. Et ha-
bet parabola tres ptes. Prima filij minoris de-
clarat preuaricationẽ. Secũda ibi:in ſe aũt reuer
ſus ⁊c.eiuſdẽ ſubiungit conuerſionẽ. Tertia ibi:
erat aũt filius ⁊c. filij maioris adducit indigna-
tionem. Grecorum itaqꝫ populus eſt chriſti filius
maior ſimilis Eſau totus carnalis ⁊ mũdanus: Prima pars euãgelij.
qui ⁊ pro tẽporalibus bonis vẽdidit fratri mino
ri populo latinorum(qui eſt ſimilis Jacob dile-
ctus a matre eccleſia) primogenita ſpũalis gra-
tie:⁊ ſic indignus eſt reputatꝰ benedictionis pa-
terne: quã filius minor propter ſui humilitatem
promeruit in multis bonis ſpũalibus.⁊ licet iſte
minor filius prius videret perditus et cõtẽptus:
quia diſſipauerat totã ſubſtãtiam ſuã bonorum
naturalium in vanitatibus mũdi: tamen poſtea
humiliter rediẽs ad patrẽ ſuum chriſtũ receptus
eſt ab eo honorifice:⁊ cõuiuio magno cum eo ce-
lebrato: filius maior moleſte tulit gratiã conceſ-
ſam latino populo:vnde ⁊ iuſte a patre ſuo fuit
reprehenſus.ideo euangelium ſic orditur. In il-
lo tempore.14.ge.dixit ieſus.i.ꝓlatus romanus
diſcipulis ſuis.i. fidelibꝰ ſibi ſubiectis hanc pa-
rabolam. Homo quidã.i. ille ſingularis homo
chriſtus: cui nullus alius adequatur: habuit in
principio naſcẽtis eccľie gentilium duos filios.i.
duos chriſtianoꝝ populos.ſ.grecum maiorem ⁊
latinum minorem: ⁊ filius adoleſcentior ex illis
.i.latinus dixit patri ſuo deo ante conuerſionem
ſuam:da mihi portionem ſubſtantie.i. bonorum
tuorum q̃ me contingit.i. ptinet ad me iure belli
acquiſita.hoc eſt da mihi bona tẽporalia multo-
rum regnorum terre. Cui annuẽs pater diuiſit
illis ſubſtãtiam:ſic ꝙ grecis patri adherentibus
dedit bona ſpũalia.ſ.ſciẽtias/virtutes/et religio-
nes ⁊c.que primum apud eos claruerũt: latinis
autẽ adhuc gentilibus dedit diuitias honores ⁊
dominiũ fere totius terre habitabilis. qui etiam
populus imperiali fulgẽs dignitate cõgregatis
per violẽtiam belloꝝ oĩbus bonis terre: ꝓfectus
eſt in regionem longinquã.i. per multa vitia lõ-
ge receſſit a patre ſuo ſcđm diſſimilitudinẽ vite
et morũ:ſicqꝫ viuẽdo luxurioſe.i.exceſſiue in deli
cijs diſſipauit oẽm ſubſtãtiam vite moralis.i.de-
prauauit naturale lumen rationis inditũ et tra-
ditus eſt in reprobũ ſenſum: vt apľs dicit Ro.1.
vnde facta eſt fames valida .i. egeſtas doctrine
ſpũalis in regione illa latinorũ: quare populus
latinus factus ſpũaliter egens cepit mendicare
aliquas doctrinas a grecis per quoſdã interpre-
tes ciues ſuos Romanos. ⁊ adheſit nimia affe-
ctione vni ciuiũ regionis illius: vtpote Marco
Tulio Ciceroni oratori ⁊ philoſopho: vt cibaret
illũ ſaltẽ pane intellectꝰ/⁊ aqua ſapiẽtie ſue. qui
Tulius non habẽs quid aliud daret illi populo:
miſit illũ in villam ſuam.i.a ſe conſtructã doctri-
nam.ſ.ſecularem de officijs/de repub.⁊c.qua ibi
paſceret porcos infernales .i. coleret deos ſuos



falſos:quoꝝ ſacrificia ⁊ cerimonie ſiliquis vanis
comparãtur.⁊ tamen ipſe populus famelicus.i.
auidus ſciẽtie cupiebat implere ventrem anime
ſue de ſiliquis quas porci.i. demones mãduca-
bant ab eis. hoc eſt cupiebat intelligere ſecreta
myſteria illoꝝ ſacrificiorum ⁊ cerimoniarum:ſed
nemo illi dabat eoꝝ aliquã intelligentiã veram:
Scđa ps euãgelij. qꝛ pro certo nulla erat. Quare ille populus qui
ſui oblitus ꝑ ſuperbiam a ſe exierat:per humili-
tatem ad ſe reuerſus dixit circa vndecimã gene-
rationẽ eccleſie chriſtiane.o quanti mercenarij.i.
ſerui dei laborantes in mundo ꝓpter ſolã ſpem
mercedis eterne: abũdant panibus doctrinaꝝ ⁊
gratiarũ ſpiritualiũ in domo patris mei que eſt
eccleſia chriſti.q.d. quot ex chriſtianis licet exte-
rius ſint pauperes ⁊ laborioſi:interius ſunt diui
tes pleni ſciẽtia ⁊ virtutibꝰ:ego autẽ hic.i.in mea
idolatria fame ſpirituali pereo. ſurgam ergo ab
hac ſupſtitione mea: et ibo ad patrem meũ reci-
piendo fidẽ ⁊ baptiſmũ chriſti:⁊ dicã illi cõfitens
peccata mea cum amara cõtritione. o pater mi:
peccaui in.i.contra celum et oẽs alias creaturas
tuas corã te .i. exhibui eis honores diuinos qui
tibi ſoli debẽtur:⁊ in hoc feci eis iniuriã: peccaui
etiam cõtra te ꝑ ingratitudinem diſſipãdo omnẽ
ſubſtãtiam bonorũ naturaliũ que dederas mihi.
iam ergo non ſum dignus vocari filius tuus:qꝛ
te nõ honoraui vt patrem :ſed potius offendi vt
nequã ſeruus.precor tamen vt me recipias ſaltẽ
vt ſeruum:⁊ fac me eſſe in domo tua ſicut vnum
ex mercenarijs tuis fidelibꝰ populis chriſtianis
oriẽtalibus. Hec cum apud ſe cogitaſſet: prõpte
executus eſt:⁊ ſurgẽs ab erroribus ſuis venit ad
patrẽ ſuum ꝑ fidem in corde conceptam. et cum
adhuc longe eſſet ab eccľia chriſti:qꝛ nondũ erat
baptizatus: tamen piẽtiſſimus pater deus vidit
illum.i. reſpexit gratia ꝑueniente eum ⁊ mouẽte
ad bonum: ⁊ miſericordia motus eſt ſuꝑ miſeria
eius preterita. ⁊ accurrẽs auxilio ſpeciali cecidit
ſuꝑ collum eius.i.in primis cõuertit ad ſe impe-
ratorem romanũ qui erat medius inter deum et
populũ:ſicut collum inter caput ⁊ corpus. ⁊ am-
plexatus deinde totũ corpus latinoꝝ oſculatus
eſt illum populũ gratia ſua vt faceret eũ ſibi pa-
cificum.dixitqꝫ pater ad ſeruos ſuos prelatos ec-
cleſie. proferte cito ſtolam primam que datur in
baptiſmo primo omniũ ſacramentorũ.i. induite
eum veſte cãdida innocẽtie baptiſmalis: ⁊ date
anulum fidei ꝑ charitatẽ operãtis in manu ſua:
vt ſint deinceps opa eius ſancta ⁊ bona.⁊ tandẽ
ponite calciamenta in pedibꝰ eiꝰ:q̃ ſunt ſanctoꝝ
patrum defunctoꝝ exẽpla:ſicut calciamenta fie-
ri ſolent ex corio animaliũ defunctoꝝ.nam talia
exẽpla memorata dirigent greſſus eius ſine of-
fendiculis in lege dei. Et ad maiorem huius po
puli decorem adducite in generatione.13.et.14.
vitulum ſaginatũ:romanum.ſ.pontificem hono
rifice a principibus ditatũ in tẽporalibus bonis:
et ſic in pace mãducemus ſacram euchariſtiã/et
epulemur pre gaudio cõuerſionis populi huius:
quia hic filiꝰ dei mortuus fuerat ſua infidelita-
te: et reuixit ad vitam fidei. perditus erat a con-
ſorcio ſanctorum: et inuentus eſt vt ſeruiat deo.
Hanc vero filij minoris exaltationem videns fi- Tertia ps euãgelij.
lius ſenior.i.grecorũ populus indignatus eſt cir
ca.13.et.14.generationem eccleſie:et nolebat in-
trare eccleſiã dei nec comunicare cũ filio minore
in ſacramentis eccleſie ⁊ articulis fidei:ſed receſ-
ſit ab eo deuiãs per multos errores: et noluit ꝑ
multos ãnos intrare domũ dei: donec circa finẽ
mũdi pientiſſimus pater chriſtus egreſſus ad eũ
per ſuos predicatores rogabit eũ vt intret ad fa-
ciendum eandẽ eccleſiam ⁊ ſub eodem capite cũ
latinis.ſed ille excuſans ſe dicet patri.ecce tot an
nis ſeruio tibi a tempore apoſtolorũ: et nunquã
mandatum tuũ preteriui rediens ad idolatriam
quã ſemel dimiſi:et tamẽ nunqꝫ dediſti mihi nõ
modo vitulum ſaginatũ.i. ſummum pontificem
apud me ſed nec hedum.i.patriarchã pacificũ:vt
cum amicis meis orientalibus epularer ſeor-
ſum a latinis. quo contra poſtqꝫ hic filius tuus
neqꝫ:non frater meus quia non diligo eum (qui
conſumpſit totam ſubſtantiam ſuam cũ meretri
cibus) venit ad te lacer et perditus:feciſti ei ma-
gnum feſtum ⁊ honorem: adeo vt parũ tibi vide
retur occidere ei vitulum ſaginatum:poſt veſtes
precioſas ſibi donatas diuerſarum virtutum et
ſcientiarum:poſt ſimphoniã et chorum cãtus ec-
cleſiaſtici:et poſt magnorũ amicorum conuẽtum
ad feſtum eius. Sed optimus pater querimoniã
grecorũ reprimet:oſtendendo ꝙ etiam pro ſerui-
cio ſuo multa bona temporalia que ipſe appete
bat dederit ei:et tamen nõ erat bonum inuidere
aut dolere conuerſioni fratris ſui populi latini:
que potius cum gaudio magno hoĩm et angelo
rum erat celebranda: quã odio habenda.qꝛ hic
frater tuus:quẽ propter deũ teneris diligere ſicut
te ipſum:mortuꝰ fuerat ſua infidelitate:et reuixit
ad fidem chriſti:perierat ſicut oues errantes per
diuerſas ſectas et vicia: et inuentus eſt adducẽ-
dus ad gregẽ dominicũ.ergo debes de bono eiꝰ
gaudere ſicut de bono tuo proprio. ¶ Moraliter Moralitas.
aũt iſte pater habẽs duos filios in hac quadra-
geſima eſt bonus prelatꝰ in ſua dioceſi vel par-
rochia.nã ſubditorum eiꝰ fidelium duo ſunt ge-
nera.clerici enim ſunt quaſi filij maiores in ec-
cleſia dei: qui toto fere ãno inſiſtunt ſeruicio dei
in horis canonicis et ſacramentis:quotie cõfitẽ-
tur peccata ſua et comunicant de euchariſtia in
altari chriſti.laici vero ⁊ ſeculares quaſi filij mi-
nores querentes per mundũ ſubſtantiam bono
rum temporalium:conſumunt bona naturalia ⁊
gratuita in vanitatibus ſeculi:et longe recedunt
per multum tempus ãni a confeſſione ⁊ cõmu-
nione ſacramentorum: adeo vt fame rerum ſpi-
ritualium macerati tradantur ad villam.i.villa-
nam ſenſualitatem:vt ibi paſcant porcos.i.nutri-
ant immũdas affectiones porcinas. Sed adue-
niẽte iam tẽpore ſancte quadrageſime audiẽtes
frequentiã predicationũ eccleſie dei:ad ſe reuer-
tunt/⁊ ꝓpoſitũ aſſumunt redeundi ad patrẽ ſuũ
prelatũ ⁊ curatum animarũ:confitentes peccata

ſua deo ad pedes ſacerdotis dicẽdo pater peccaui ꝛc. in qua voce ſpũalis pater miſericordia cõmotus amplectit peccatores ⁊ oſculatur eos: reſtituitq; eos priſtine dignitati: iubẽdo eos veſtiri virtutib⁹/anulari bonis operib⁹ in manu/muniri ſanctoꝝ exẽplis in pedibus ſuaꝝ affectionũ: vt expeditius ambulẽt in via morũ ſic calciati. Cõtingit tñ ꝓh dolor ꝙ quidã puerſi eccl'iaſtici q̃ ſe reputãt iuſtos indignati de tãta gratia peccatoribus facta a deo: murmurẽt dicẽtes illoꝝ penitentiam fictã eſſe poſt tot peccata ab eis cõmiſſa cõtra deũ ⁊ ꝓximũ: ideo nolũt cũ eis cõmunicare ⁊ participare. ſed eos vox paterna redarguit: q; potius deberẽt gaudere de tot peccatorũ conuerſione: ex quo gaudiũ eſt angelis in celo ſuper vno peccatore penitẽtiã agẽte: quã ſupra nonagintanouẽ iuſtos ꝛc. ſupra eodẽ capl'o Luce. 15. Et deberẽt hoies mirari de illa ſubita mutatione dextere excelſi: qua ſepius peccatores penitẽtes feruẽtiores reſurgunt ad amorẽ dei ⁊ contẽptum mũdi q̃; alij qui nõ tam enormiter ceciderunt.

Offertorium. ¶ Offertoriũ: Illumina oculos meo ꝛc. ps. 12. ſimile eſt graduali ſup doctrina euãgelij audita. ſ. gratiarũactio eccl'ie latine de ſua benigna receptione ad cõuictũ ſanctoꝝ: additq; petitionẽ ꝙ deus eã amplius illuminet ad euitandũ mortem peccatoꝝ. ad quã ſi iterũ rediret: gl'iaret inimicus populus grecoꝝ dicẽs preualui aduerſus eũ: q; melior ego ſum. Secreta oratio: His ſacrificijs ꝛc. applicat offertoriũ ad ſenſum moralẽ pro penitẽtibus noſtri tpis: pro quibus offert deo ſacrificiũ altaris: vt abſoluant a delictis preteritis: et liberẽtur a periculis externis hereticoꝝ/ac infideliũ.

Cõio. ¶ Cõmunio. Oportet te filij gaudere ꝛc. ex fine huius euãgelij. hortat fideles ad charitatem qua gaudeãt de cõuerſione peccatoꝝ ad viã mãdatoꝝ dei. Finalis oratio. Sacramẽti tui dñe ꝛc. ex virtute euchariſtie ſuſcepte a ſacerdote vice totius ppl'i: petit mũdari corda fideliũ ⁊ ꝙ participẽt de gratia dei. Sup populum: fideles tuos dñe ꝛc. loco patris benedicti orat alijs fidelib⁹ a ſacerdote dari benedictionẽ ſignificatã in epl'a: et obedientiã maioris filij: de quo in euãgelio dr mandatũ tuũ nunq̃; preteriui: ⁊ tandẽ gaudium de honorifica receptione filij minoris: de quo ait gaudere ⁊ epulari oportebat ꝛc.

## ¶ Caput quadrageſimũ

de tertia quadrageſime dñica: que generationẽ quintãdecimam eccleſie denotat: ⁊ penitentes a malorum hominum irriſione compurgat.

Argumẽtũ officij. Ab anno chri. 420 vſq; 450.

Quintadecima eccleſie chriſtiane generatio ſub Romanis pontificibus: Bonifacio/Celeſtino/Sixto/ et Leone primo: ac ſub imperatorib⁹ Theodoſio iuniore/ Marciano/cũ Ualentiniano pacta eſt: correſpondẽs Abie regi Juda in ve. le. qui ad recuperandã partẽ regni quã pater eius amiſerat: pugnauit cõtra Hieroboã regẽ Iſrael: et preualuerũt filij Juda: eo ꝙ ſperaſſent in vero deo patrũ ſuorũ. Sed ⁊ trib⁹ Beniamin adheſit eis: ſacerdotes quoq; et leuite qui erant in vniuerſo Iſrael venerunt ad Abiã regem ex cũctis locis ſuis relinquẽtes ſuburbana ⁊ domos ſuas: eo ꝙ abiecisset eos Hieroboã ne ſacerdotio fungerẽtur ſuo: q; conſtituerat ſibi alios ſacerdotes excelſoꝝ ⁊ vitulorũ aureorũ quos fecerat. Multi etiã de cunctis tribub⁹ Iſrael quotquot dederãt cor ſuũ vt quererent verum deũ Iſrael: venerunt in Hieruſalẽ ad immolandas victimas dño deo patrum ſuorum: ⁊ ſic roborauerunt regnum Juda: vt obtinerent victoriam predictam contra regem Iſrael. Similiter ergo in hac. 15. ge. eccleſie pugnauit romanus põtifex contra Neſtoriũ hereticũ / ac epiſcopum Cõſtãtinopolitanum. ſed in hoc bello ſpũali epheſina eccleſia: que Typũ gerit tribus Beniamin adheſit latinis in auxilium: acceſſerunt etiã ⁊ multi epiſcopi/⁊ ſacerdotes aliarum eccleſiaꝝ grecie: ex quib⁹ omnibus facta eſt ſynodus Epheſina ſub Celeſtino papa: in qua cõuictus/ ac cõdẽnatus eſt Neſtorius cum ſuis fautoribus circa articulũ de diuinitate chriſti quã negabat. quare victoriã obtinuit Romana eccl'ia (que habet locum trib⁹ iuda) cõtra Conſtantinopolitanam que correſpondet regno Iſrael in Samaria. Unde ad hoc ꝓpoſitũ legitur hodie in matutinis hiſtoria Joſeph qui licet prius venditus a fratribus: preualuit ſup eos ꝛc. Non ergo oẽs grecos illius etatis reputamus filios Belial/aut ſacerdotes Baal: q; vt diximus plures eoꝝ adheſerunt Romano pontifici ⁊ latinis: et licet nõ trãſierint corporaliter ad patriã latinam relictis domibus ſuis: tamen fidei integritate ⁊ animi deuotione latine eccl'ie conſenſerunt roborãtes regnũ chriſti pugnando pro fide catholica. In eadẽ quoq; generatiõe Leo papa vir quidẽ ſanctiſſimus exiens obuiam exercitui Gothoꝝ Italiam deuaſtanti: regem eoꝝ Attilam tyrãnum crudeliſſimũ myra ſua virtute pterruit: adeo vt retrocedere/ac Italiã exire cogeret. Cauſa aũt talis victorie vtriuſq; põtificis predicti hec fuit: q; filij Juda ſperauerunt in vero deo patrũ ſuoꝝ. Et hãc cauſam explicat huius miſſe introitus.

Introitꝰ miſſe. ſ. Oculi mei ſemp ad dñm ꝛc. ps. 24. et ſunt verba romani põtificis ⁊ toti⁹ ppl'i latini in generatione. 15. eccl'ie: q̇b⁹ auxiliũ dei petit in bello: ex quo ſemp habuit oculos ad deũ ⁊ ſpem ſuã in eo poſuit ꝙ euulſur⁹ eſſet pedes ſuos a laq̃o fraudulentie inimicoꝝ. Uerſus. Ad te leuaui animã ꝛc. principium eiuſdẽ pſalmi: geminat eãdem petitionẽ ex nimia cordis affectione. ſ. ꝙ in ſolo deo habet ſpem ſue victorie cõtra aduerſarios fidei: ne erubeſcat victus ab eis.

Oratio. Oratio. Queſum⁹ omnipotens deus ꝛc. applicat introitũ ad ſenſum moralẽ ex parte prelati et ppl'i ieiunãtis in quadrageſima: q; ex quo ipſi ꝓpter deum ſe humiliant ad penitẽtiam: orat vt deus ad eoꝝ defenſionem/ac victoriam cõtra tentationes demonũ dexterã gratie ſue extendat.

Epl'e argumentũ. ¶ Epiſtola. Eſtote imitatores dei ꝛc. Ephe. 5. ad ſenſum hiſtoricũ eſt ſermo Romani pontificis ad omnes fideles in Epheſino concilio: vt caueãt ab errore Neſtorij: quã hereſim vocat fornicationẽ. moraliter vero eſt ſermo prelati moderni ad fideles penitentes vt caueãt a vitijs carnalibus. ⁊ habet tres partes. Prima eſt exortatio ad dilectionem. Scða ibi: fornicatio aũt ꝛc. tollitur occaſio ad perditionem. Tertia ibi: eratis em̃ aliquãdo ꝛc. eſt conſiliatio ad reductionẽ.

Prima ps epl'e. Hortatur ergo Romonus pontifex: vt Celeſtinus fideles ſui tpis: ꝙ ſe habeant in eccleſia dei ſicut boni filij dei imitãtes chriſtũ dei filiũ naturalẽ in dilectione proximorum: qui adeo dilexit nos vt traderet ſemetipm̃ ad paſſionem et mortẽ pro noſtra liberatione a morte: qð fuit dare ſe oblationẽ ⁊ hoſtiã deo ĩ odorẽ ſuauitatis .i. ad modũ veteris legis in qua pro liberatione hoĩm a peccatis ſacerdos offerebat ſacrificia ad placandũ deũ. hoc ergo tãtum bonũ fecit chriſt⁹ pro nobis ex nimia dilectione. Joãnis. 15: maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet vt animã ſuã ponat q̇s pro amicis ſuis ꝛc. quare ⁊ vos fratres ad imitationẽ chriſti debetis proximos diligere. In qua exortatione grecos primo tangit prelatus qui vt ex precedẽtibus capitulis cõſtat: odio proſequebantur latinos ꝓpter benedictionẽ ſibi a deo datã in multis excellentijs ſpũalibus. cõmouet etiam latinos ad orãdum pro grecis fratribus ſuis quãtumcũq; errantibus et hereticis.

Secũda ps epl'e. Sequens autem monitio ad epheſinos ⁊ alios oriẽtales ptinet. fornicatio inquit ſpiritualis que eſt deuiatio anime a vero deo ⁊ recta fide: et oĩs immũdicia hereſis / aut auaricia. i. concupiſcẽtia bonorum et honorũ mũdi: que maxime viget in hereticis: nec nominetur in vobis ſicut decet ſanctos. i. mũdos ſeruos dei. aut etiã turpitudo. i. dehonoratio chriſti: aut ſtultiloquiũ. i. ſtulta opinio cõtra veritatẽ que nõ habet rationabile motiuũ: aut ſcurrilitas .i. adulatoria perſuaſio ad falſitatem: que ad rem talẽ non pertinet: q; in articulis fidei debet adduci certa ꝓbatio ex ſacra ſcriptura: non pſuaſio rethorica. hec inquã mala omnia nõ inueniãtur in vobis: ſed magis gratiarũactio ad deum: qui ſua gratia liberauit vos ab errorib⁹ infidelitatis ⁊ hereſis. nam hoc pro certo ſcire debetis ꝙ oĩs fornicator. i. hereticus vel apoſtata aut immũdus / aut auarus quod vitiũ eſt equiualenter ydoloꝝ ſeruitus. i. cultura falſoꝝ deorũ: oĩs inquã talis non habet partem in regno chriſti dei. i. in eccleſia dei. q; eſt preciſus ab eccleſia per hereſim ſuã: ideo nec eſt pars eccl'ie/nec habet partem in bonis ſpiritualibus eccl'ie. merito ergo debetis gratias agere deo qui a tãto periculo vos liberauit. Nemo aũt grecoꝝ hereticorũ vos ſeducat argumentis ſuis inanibus. ꝓpter hoc em̃ peccatũ hereſis et ſciſmatis venit ira dei in lege veteri ſuper Dathan / Abiron/Chore/et alios filios diffidẽtie. i. de quoꝝ ſaluatione nulla eſt ſpes. nolite ergo effici participes iſtorum hereticorum.

Tertia ps epiſtole. Debetis adhuc tertio gratias agere deo q; eratis aliquãdo tenebre idolatrie ante cõuerſionem veſtrã: nunc aũt ex diuina gratia mittẽte ad vos p̄dicatores veritatis facti eſtis lux in dño: q; ſpiritualiter eſtis illuminati per fidẽ chriſti. cauete ergo iterũ a tenebris erroris cõtra fidẽ: q; forte non illuminabit vos de⁹ ſecũda vice ſed permittet vos cecos manere in perditionẽ. ambulate itaq; vt filij lucis. i. chriſti qui illuminat oẽm hoĩm venientẽ in hũc mundũ. fruct⁹ enim. i. op⁹ et ſignũ exteri⁹ filiorũ lucis eſt ambulare in omni bonitate. i. amore/in omni iuſticia. i. lege dei iuſta/et veritate fidei catholice cauẽdo errores oppoſitos. Expoſitio moralis pro penitentibus nr̃i tẽporis clarior ẽ: q; p̄mo ortat eos prelat⁹ ad opa charitatis. i. ad eleemoſinas in proximos exẽplo chriſti. Scðo de hortat eoſdẽ a vicijs carnalitatis q̃ impediuntur fructũ ieiunij et oĩm bonorũ operum. et tandẽ enumerat illis fructus ſeu opera vere claritatis. i. doctrine eccleſiaſtice.

Graduale. ¶ Cantus gradualis: exurge dñe ꝛc. pſal'. 9. eſt inuocatio latine eccl'ie aut ieiunãtis familie ad deũ pro auxilio gratie ſue ad conuincẽdos hereticos et alios aduerſarios ſancte religionis: vt homo nõ preualeat cõtra deũ: ſed poti⁹ iudicẽtur gentes in cõſpectu ei⁹. Uerſus incõuertẽdo inimicũ ꝛc. ex eodem pſal'. 9. optat victoriam contra inimicos vt cõuertantur retrorſum fugientes ⁊ tandẽ pereãt a facie dei.

Tractus. ¶ Tract⁹: ad te leuaui oculos ꝛc. pſal'. 122. orat deũ exaudiri preces ſeruorũ ſuorum q̃ rectam fidem ⁊ ſanã doctrinam eccleſie ſectant: ad modum quo bon⁹ dñs ſolet reſpicere preces ſeruorũ fideliũ/vel bona domina deprecationem ancille ſue fidelis adeo vt faciãt cũ eis miſericordiã ⁊ peticiones concedãt ꝛc.

Euãgeliũ argumentum. ¶ Euangeliũ: erat dñs ieſus eiciens demoniũ ꝛc. Luce. 11. pertractat argumẽta ⁊ calũnias hereticorum grecorũ in cõcilio epheſino cõtra catholicã fidẽ Romane eccleſie: et ſoluciones catholicorum latinorũ ad illa argumenta. Ubi primo cõtra mirabilem virtutẽ Romani põtificis obijcit hereticorũ calũnias. Secũdo ibi: ipſe autem ꝛc. predicti pontificis adiungit rationes reſponſiuas. Tertio ibi: factũ eſt aũt ꝛc. latine eccl'ie extollit voces laudatiuas.

Prima pars euãgelij. Quia vero ex precedẽte capitulo conſtat benedictionem multiplicẽ eſſe collatam a deo ipſi Romano pontifici ad faciẽda multa opera miraculoſa in hoĩbus: nimirum ſi eadem virtus operibus declaretur p ſingulas eccleſie generatiões. In illo itaq; tempore quintedecime generationis ieſus. i. pontifex Roman⁹ ſaluti animarum intẽdens: erat eijciens demoniũ a cordibus hoĩm .i. ſua doctrina ſalutifera cõuertebat peccatores ad penitentiã. ⁊ illud demoniũ. i. peccatum illud erat effectiue mutũ q; faciebat homines mutos .i. tacẽtes a laudibus dei/ab eruditione proximi/ et a correctione vel accuſatiõe ſui. ſed cũ ille hoc tã manifeſtum miraculũ feciſſet: maxime in cõcilio epheſino cõuincendo ac condẽnando hereticos magna virtute: tũc locutus eſt peccator qui prius erat mut⁹ modo predicto: q; multi ex peccatoribus etiam ex hereticis ceperũt deũ laudare/proximos hedificare/ac culpas ſuas accuſare

ex amara penitētia.⁊ de hoc turbe fideliū admi-
rabantur laudantes deū de tanta gratia latinis
prelatis cōceſſa. Quidā tamē ex chriſtianis.ſ.gre
ci inuidia perculſi dixerūt contra Romanū pon
tificem. hic in Beelzebub principe demonioꝝ.i.
in virtute diaboli/⁊ per artem magicam facit hec
opera:⁊ alij.ſ.iudei increduli tentantes.i.experiē-
tiam habere volētes de doctrina Romani pōti-
ficis an eſſet ex deo:querebāt ab eo ſignū de ce-
lo.i. aliquod magnum miraculum talis doctri-
ne confirmatiuū:alias nō credituri. Hec ⁊ alie ſi-
miles ſunt calūnie infidelium contra Romanū
pontificē ⁊ totum populū latinum. Sed dimiſſa
Scḋa ps euāgelij. iudeoꝝ blaſphemia:ad quā ſupra reſpōſum eſt:
ad grecos ſe conuertens pontifex Romanus vt
vidit cogitationes eoꝝ malas ex inuidia frater-
ne gratie:dixit eis ꝙ calūnia ſua eſſet falſa ⁊ im-
poſſibilis. Ad hoc probādum quattuor adducit
rationes: quibus doctrina latine eccl'ie declara-
tur non eſſe a diabolo ſed a deo bono inſpirata.
Prima ratio. Omne regnū in ſeipſum diuiſum
⁊c.ſic formari poteſt ſcḋm Hieronymū.ſicut con
cordia hoim parue res creſcunt ⁊ perficiūtur:ita
ecōuerſo p diſcordiā maxime diminuūt/ac dila-
būtur/⁊ tandē percūt:vt patet inductiue in mul-
tis regnis ⁊ ciuitatibus ex hac cauſa deſtructis.
ſi ergo doctrina mea(qua peccatores a demonio
libero)eſſet a demonio(qualis noſcitur ars ma-
gica)iam regnū diaboli eſſet diuiſum/ ⁊ pugna-
rent demones cōtra demones.puta illi qui inci-
tant hoies ad peccata: ⁊ illi qui retrahūt hoies a
peccatis.⁊ ſi hoc eſt verum ꝙ Sathanas contra
ſeipm diuiſus eſt : quomodo ſtare poterit regnū
eius quin cito deſtruatur:conſequēs ad experiē-
tiam patet falſum quia ab initio mūdi durat re-
gnū diaboli:et ꝓpter exercitiū electorum adhuc
ſtabit vſqꝫ ad finē mundi. Scḋa ratio: Si autem
ego ⁊c.talis eſt.quandocūqꝫ exteriores actꝰ duo-
rum hoim omnino apparēt ſimiles:temerariū ⁊
impiū eſt iudicare eoꝝ intētiones eſſe diſſimiles
et contrarias: vt ſi diceretur ꝙ vnus iſtorum fa-
cit illud opus ex bona intentione ꝓpter deum
et alius ex mala ꝓpter mundū.nam tale iudiciū
eſt a deo prohibitū:qꝛ eſt peccatū i ſpiritūſanctū
et ꝓcedit ex malicia/vel inuidētia fraterne gra-
tie.ſed prelati ⁊ alij ſacerdotes grecorum ſimiles
actus egerūt in ppl'os ſuos.ſcilicet eijcere demo
nium ab hoibus quos reuocarunt ab idolorum
cultura/⁊ ab alijs peccatis multis:ergo nō eſt di-
cēdum ꝙ greci ſacerdotes hoc egerint ex ſancta
intētione ⁊ per doctrinā dei:latini aūt econtra ex
mala intētione ⁊ doctrina diaboli/ſeu arte magi
ca:hoc eīn eſt peccatū magne inuidie:de quo ipi
doctores greci antiqui accuſabūt vos in die iudi
cij corā deo.porro ſi hoc argumēto victi conceda
tis ꝙ ego in digito.i.virtute dei hoc eſt ex ſancta
intentione ⁊ per bonam doctrinam dei eijcio de-
monia ab hominibus populi mei:profecto per-
uenit in vos.i.contra vos regnum dei ideſt iudi-
cium dei.quia propter peccata veſtra quibus di-
uiſi eſtis a latinis:auferet deꝰ a vobis omne do-
minium eccleſie ſue que eſt regnū dei. Tertia ra-
tio:cum fortis armatus ⁊c. eſt hec. nullus fortis
bellicoſus vincitur niſi a ſuo contrario fortiore
ſe:ſed prelatus latinus vicit diabolum eijciendo
ipſum a patria latina:quia oia vaſa eius.i.idola
in quibus loquebatur:cōfregit: ⁊ vniuerſa arma
eius.i.artes magicas ⁊ ſuperſtitiones:in quibus
cōfidebat ad decipiendū hoies:abſtulit ab eo: et
ſpolia eius .i. hoies et regna que ille poſſidebat
pacifice:diſtribuit iſte in plures dioceſes et par-
rochias ſub inuocatione diuerſoꝝ ſanctoꝝ chri-
ſti . ſic ergo ille fortis diabolus armatus dolis:
qui in pace poſſidebat iſta regna occidētalia:ſu-
perueniēte chriſto per ſuos prelatos latinos vi-
ctus eſt ⁊ eiectus ab hominibus:igit doctrina la
tine eccleſie per quā cōuertit hoies ad deum nō
eſt a demone:ſed a chriſto inimico eius. Quarta
ratio:qui non eſt mecū ⁊c.in forma talis eſt.ope-
ra exteriora cōtraria ſunt attribuēda de perſe cō-
trarijs cauſis interioribus: ſed prelatus latinus
miniſter chriſti ⁊ diabolus cōmuniter faciūt ope-
ra contraria in hoibus . quia diabolus ſeminat
zizania/ac ſciſmata inter hoies/diſpergitqꝫ eos p
varias ſectas errorum/ac peccatorum:quo cōtra
pontifex Romanus colligit/ſeu cōgregat homi-
nes in pace vnius eccl'ie ſub eadē fide ⁊ religio-
ne vnius veri dei: ergo doctrina eius eſt contra-
ria demonijs ꝓcedens a contrario principio.i.a
bono deo . imo videtur ꝙ calūnie iſte grecorum
cōtra latinos ꝓcedant ex inſtinctu diaboli. So-
let enim ille immūdus ſpiritus ſic ſe habere ad
hoies : ꝙ cum exierit expulſus ab aliquo homi-
ne/vel populo:ambulat per alia loca/pſonas/⁊
regiones vidēs ſi poſſit alios decipere in quoꝝ
cordibus requieſcat: et ſi forte non inueniat qui
eum recipere velint : ſed potius expellāt a ſe ꝓ-
pter honorē/ac timorē dei:dicit intra ſe malicioſe
cogitās:reuertar in domū meam.i.in hoiem/vel
populū: vnde exiui electus predicatione prelati:
reuertar inquit per noue fraudis machinamēta.
et cū ſic venerit diabolus tentās hoies: forte in-
uenit illam domū conſciētie ſcopis predicationū
mūdatam ⁊ ornatā virtutibus:ſed(vt alter euan
geliſta dicit)vacātem.i.ocioſam a bonis operibꝰ
et negligētem/atqꝫ bonoꝝ tēporalium ſolicitudi
ne occupatā.quare diabolus inueniens oportu-
nitatē aſſumit ſecū in adiutoriū ſeptē alios ſpūs
malos imo ⁊ nequiores ſe:qui tentēt hoiem/aut
populū illum de oibus peccatis ſignificatis nu-
mero ſeptenario: et ſi forte eum vicerint:ingreſſi
animā habitāt ibi per multoꝝ peccatorum deſi-
deria praua: adeo vt per inueteratā conſuetudi-
nem peccādi fiāt tēpora nouiſſima hominis/vel
populi illius peiora prioribꝰ anteqꝫ eſſet tam ma
le habituatus in peccatis. Ad propoſitum tale
quid accidit vobis grecis contra latinā/ac roma
nam eccleſiā inſurgētibus.nam ille immundus
ſpiritus idolatrie qui predicatione apoſtoloꝝ et
aliorum diſcipuloꝝ chriſti fuit olim a vobis eie-
ctus : cū perambulaſſet hec arida loca occidēta-
lia latinorum querēs ibi requiē .i. permanētiam



idolatrie: non inuenit ibi requiem quia premu-
nita erāt bonis prelatis: qui illū cultum idoloꝝ
prohibebāt.tādem reuerſus eſt ad vos vnde eie-
ctus fuerat: et inuenit vos licet iam chriſtianos:
tamen vacātes a bonis operibus/ac deditos va
nitati mūdane glorie ⁊c. quare aſſumptis ſecum
ſeptē alijs ſpiritibus malis.i.fantaſijs diuerſoꝝ
erroꝝ tam in fide qꝫ in moribus.i.tam incredēn-
dis quā in agēdis:intrauit in vos diutius mora-
turus: ⁊ ſic facta ſunt hec tempora veſtra peiora
prioribus tēporibus veſtroꝝ predeceſſoꝝ quādo
oēs erāt idolatre.nam peius eſt a fide chriſti ſu-
ſcepta apoſtatare/vel hereticare:qꝫ eam a princi-
pio nolle recipere dicēte dño Matthei.19.nemo
mittēs manum ad aratrū ⁊ aſpiciēs retro aptus
eſt regno dei. quod exponēs apoſtolus Petrus
ait.1.Pe.3.melius.i. minus malū erat eis viam
Tertia ps euāgelij. dñi non agnoſcere qꝫ poſt agnitā retro ire. Hec ⁊
alia multa pōtifex Romanus cōtra grecos age-
bat in illa etate:intēdens eos corrigere ⁊ ad vni-
tatem eccl'ie reducere:nec tamē potuit:qꝛ illi vo-
luerunt ſemper eſſe pertinaces in ſua malicia/ ⁊
quotidie ſunt peiores effecti. quo cōtra de eccl'ia
latina que indies ſemp profecit in omni ſapien-
tia ⁊ virtute corā deo ⁊ hoibus. Factū eſt eīn dum
prelatus hec diceret in generatiōe.15.eccl'ie:que-
dam mulier de turba gētilium latinoꝝ.i.quedā
prouincia:vt Anglia/vel Gotia occidētalis extol
lens vocē deuotionis ad deū dixit pontifici Ro-
mano:beatus vēter ſancte matris eccleſie qui te
portauit.i. ſuſtinuit paſtorē et gubernatorem ad
ſuam felicitatē ⁊ gloriam:⁊ beata vbera duorum
teſtamentoꝝ dei/vel ſacre ſcripture que ſuxiſti.i.
ſpirituſancto ſuggerēte didiſciſti: qꝛ per lac talis
doctrine efficis beatos oēs fideles tibi obedien-
tes:ſpecialiter ꝑdicte due regiōes ⁊ quedā alie q
tunc fidē chriſti ⁊ baptiſmū ſuſceperūt: beatifica-
te ſunt. Verū qꝛ iſte nationes gētiliū latinoꝝ re-
ceptam fidē/ac religionē non bene cuſtodierunt:
ſed ab ea in errores diuerterūt:vt Gothi/Arriani:
vel male viuendo eandem cōmaculauerunt : vt
Angli mūdani:ideo prelatus eis reſpōdens cō-
minatorie ait.quinimo.i.verū eſt quod dicis:ſed
oportet ad verā beatitudinem hoc addere.ſ.beati
qui audiunt verbū dei.i.deuote recipiūt predica-
tionem euāgelij chriſti:⁊ conſequēter cuſtodiunt
verbū ſic receptū.ſ.permanēdo firmiter in fide/ ⁊
religionem virtutibus honorādo.finis eīn legis
chriſti eſt charitas dei et ꝓximi cū vita virtuoſa:
quem finē qui non attingit inaniter dicitur chri-
Moralitas. ſtianus ⁊c. Moraliter vero pro ieiunātibꝰ/ ac
penitētibus in hac quadrageſima: prelatus/vel
curatus/aut predicator eijcit nunc demonium a
multis fidelibus vere penitentibus:qui prius a
demonio poſſidebantur facti ſurdi ceci ⁊ muti in
ſpiritualibus ſenſibus anime . ſed iam quilibet
eoꝝ incipit videre remedia ſue ſaluationis/ au-
dire prelati cōſilia ⁊ monitiones/et loqui coram
deo deuotas oratiōes. ſed de hoc ſacramētorum
exercitio mundani murmurāt:et dati in reprobū
ſenſum putant ꝙ ſacerdotes eccleſie in Beelze-
bub.i.malo ſpiritu ⁊ praua intētione inuenerunt
has confeſſiones et penitentias.ſ. ex auaricia:vt
per hūc modum haurirent bona laicorum. Cō-
tra quos prelatus reſpondens adducit ſupradi-
ctas quattuor rationes ad probādum hanc do-
ctrinam eccleſie de penitētia peccatorum nō eſſe
a malo ſpiritu ſed a deo bono inſpiratam. Sunt
alij peccatores qui licet hanc veritatem concedāt
tamen petunt ſignum de celo.i. miraculum quo
conuertātur: alias non credituri predicatoribus
neqꝫ penitentiā acturi:eo modo quo deus paulū
miraculoſe conuertit ⁊ quoſdam alios. Contra
quos prelatus adducit illam cōminationem:cū
immūdus ſpiritus exierit ⁊c.que ſatis declarata
eſt in ſe:ſed aliter applicanda.i. ꝙ exiuit immū-
dus ſpiritus ab hoie chriſtiano in baptiſmo: ſed
eo negligente bene operari/reddit malus ſpiritꝰ
⁊c. Heb.4. impoſibile eſt eos qui ſemel ſunt il-
luminati ⁊c.tandem additur conſolatio bonoꝝ
et humilium penitētium.beati inquit illi penitē-
tes qui audiunt verbum dei.i. predicationem re
cipiunt ad faciendum ea que dicuntur:et poſt
quadrageſimam cuſtodiunt illud nec obliuiſcū-
tur ſed perſeuerant in bona vita quam modo in Offertorium.
cipiunt. Cantus offertorij:Iuſticie domini re-
cte ⁊c.pſal.18.eſt congratulatio populi dei ſuper
diſputatione predicta in euangelio:qua proba-
tum eſt ꝙ doctrina prelati eſt a bono deo et non
a malo ſpiritu.ideo dicitur ꝙ iuſticie domini.i.
precepta de iuſticia obſeruanda que proximis
predicat:ſunt iuſticie recte/letificantes corda hu-
milium/et dulciora guſtui ſpirituali ſuper mel
⁊ fauū in guſtu corporali. ideo quilibet ſeruꝰ dei
libenter cuſtodit ea vt ſit de numero eoꝝ quibꝰ
dictum eſt:beati qui audiūt verbum dei et cuſto-
diūt illud. Secreta oratio: Hec hoſtia.q.d.⁊c.ap-
plicat offertoriū ad ſenſum moralem.offertqꝫ ſa-
crificium ad impetrandū grām dei ieiunātibus:
qua poſſint a delictis mūdati bene cuſtodire mā
data dei ⁊ prelati. Cōunio. Paſſer inuēit ſibi Comunioni
domū ⁊c.pſal.83.pulcro enigmate fidelis popu-
lus dat gratias deo de ſua bona doctrina a pre-
lato predicata:per quā ſicut paſſer fugiēs miluū
vel accipitrem inuenit ſibi domū refugij/et nidū
vbi reponat.i.abſcōdat pullos ſuos:ita bonꝰ pre
latus latinus gemens vt turtur inuenit altaria
tua domine.i.eccleſiam vbi abſcondat filios ſu-
os fideles ab hereticorum calumnijs.quare bea
ti omnes illi qui habitant in domo tua domine
que eſt latina eccleſia:quia illi ſoli laudabunt te
in ſeculum ſeculi.i. vſqꝫ ad finem mundi in hac
vita. quia in ſola latina eccleſia permanebit fi-
des incorupta vſqꝫ in finem mundi. Finalis ora
tio: A cūctis nos domine.⁊c. de penitentibus lo
quitur quos optat abſolutos eſſe a peccatis et ꝓ
tectos a periculis huius vite ⁊c.

## Caput quadrageſimū-

primū de feria ſcḋa tertie hebdomadis quadra-
geſime : que ad decimāſextam eccl'ie generatio-
nem pertinet et penitētie ſacramentum extollit.

Argumẽ-ti officij. Ab anno chrĩ.450. vſqꝫ.480.

DEcimaſexta ec-
cleſie chriſtiane generatio ſub
Romanis põtificibus. Hila-
rio/Simplicio/Sixto/⁊ Gela-
ſio: ac imperatoribus Leone/
et Zenone peracta eſt: corre-
ſpondẽs regi Aſa in vete. le.
qui inter cetera geſta ſua hoc habuit valde notã-
dum ꝙ fuit diuinitus adiutus ⁊ victoriã bellicã
obtinuit cõtra Zaram regẽ ethiopem cũ ſuo ma-
gno exercitu: qꝛ deus perterruit oẽs illos Ethio-
pes ⁊ in fugã conuertit ꝓcurante hoc deuota re-
gis oratione. ⁊ tunc tẽporis Amri rex Jſrael ido-
latra peſſimus edificauit ciuitatẽ in monte Sa-
marie eodem noĩe vocatã ⁊ ſtatuit eam in caput
regni Jſrael: vt de parilitate pugnaret contẽde-
retqꝫ cũ Hieruſalẽ ciuitate ſancta et a deo electa
in caput regni Dauid ⁊ religionis dei. nam ante
illã generationẽ regnũ Jſrael incertũ caput. i. ſe-
dem regis habebat. ſed hac arce erecta cõfirma-
ta eſt malicia regũ Jſrael; adeo vt oẽs reges Jſ-
rael ⁊ Samarie in etate illa eſſent peſſimi idola-
tre ⁊ tyrãni: vt Amri/Acab/ ⁊ alij qui fuerũt ſuis
predeceſſoribus nequiores. Eodẽ modo ꝑ cõcor-
diã in hac. 16. ge. noue legis Leo papa ſanctiſſi-
mus ſua oratione (vt diximꝰ) victoriã obtinuit de
impijſſimo rege Gothoꝝ cũ ſuo grandi exercitu:
quo totã Jtaliã inuaſerat: et ille quẽ corporalia
arma Romani imperij nõ valebãt ſuperare: gla-
dio verbi ſancti Leonis pape ꝑterritus aufugijt.
tunc etiã tẽporis alter Amri epiſcopus conſtãti-
nopolitanus cepit cõſtituere ſedem illã in caput
omniũ eccleſiaꝝ orientaliũ: vt cõtẽderet de parili-
tate cũ ſede Romana: quã deus elegit in caput
regni chriſti. i. totiꝰ eccl'ie militãtis in terra: a qua
emanaret doctrina oĩs vere religionis dei. oẽs
inſuꝑ epiſcopi conſtãti. illius etatis fuerũt peſſi-
mi hereſiarche: vt Neſtorius/Achatiꝰ/Eutices.
ꝛc. ⁊ peiores ſuis predeceſſoribꝰ qui fuerãt here-
tici. Verũ ſicut olim poſt diuiſionẽ regni Jſrael
a regno Dauid non defuerũt ex miſericordia dei
ſub peſſimis regibus ꝓphete ⁊ viri ſancti in re-
gno Jſrael: vt Helias/Heliſeus/ et alij dicti filij
prophetaꝝ: ita poſt diuiſionẽ factã inter grecos ⁊
latinos non defuerũt apud grecos ſub peſſimis
epiſcopis multi doctores ⁊ viri ſancti: vt Baſiliꝰ/
Chriſoſtomus/Athanaſius ꝛc. Sed heu ſicut in
diebus regis Aſa poſt dictã victoriã cõtra Ethio-
pes: ꝓphetauit quidã ꝙ exigentibus pctĩs regũ
Juda et totius tribus illius futura eſſent multa
bella contra eos quibus valde affligerentur: ita
etiam defuncto papa Leone ſanctiſſimo ꝓpter
peccata alioꝝ epiſcoporum ⁊ totius populi lati-
ni ſub hac. 16. gene. Gothorum gẽs crudeliſſima
oppreſſis iam Hiſpania/⁊ Gallia trãſfretauit ex
Affrica in Jtaliã: q nã totã et cãpaniã adeo tribu-
larunt: vt inſtigãtibus eos grecis quaſi in fauo-
rem vere fidei: Gothi latinos velut hereticos per-
ſequẽtes ferro ⁊ igni: etiã vſqꝫ ad vrbẽ Romam
peruenirent ipſamqꝫ deuaſtarent relegatis inde
romano põtifice Seuerino Boetio ⁊ alijs mul-
tis Romanorũ nobilibus. qui tñ in exilio poſiti
vt olim Thobias viam dñi nõ deſeruerũt ſpem
ſue liberationis ponentes in eo. ¶ Horũ vox eſt

Introitꝰ miſſe.

huius miſſe introitꝰ. ſ. Jn deo laudabo verbũ ꝛc.
pſal'. 55. nam Romanus põti. cũ toto populo la-
tino in anguſtia illa poſitus non ceſſabat a lau-
dibꝰ diuinis: ⁊ gratias agebat deo de ſua illa pa-
terna correctione cũ ſpe tamẽ ſue liberatiõis ab
illa plaga: ideo addit: in deo ſperaui non timebo
quid faciat mihi homo malus: qꝛ nõ poterit me
omnino cõſumere deo me protegente. Verſus.
Miſerere mei deus ꝛc. principiũ eiuſdẽ pſal'. cla-
mat ad deũ petendo miſericordiã et ꝓponendo
ei ſuã miſeriam. ſ. quoniã cõculcauit me homo. i.
Athila rex Gothoꝝ: qui ſe intitulauit flagellum
dei vcꝫ ad puniẽda peccata chriſtianorũ: ſubegit
me ditioni ſue ⁊ tota die. i. multis diebus impu-
gnans tribulauit me perſequẽdo in fauorẽ gre-
corum ⁊ alioꝝ Arrianorũ.

Oratio.

Oratio. Cordibus no-
ſtris ꝛc. applicat miſſe introitum ad ſenſum mo-
ralem pro ieiunãtibus/ac penitẽtibus. nã et ipſi
a demonibus ⁊ a malis hoĩbus cõculcantur tri-
bulationẽqꝫ patiũtur: ideo prelatus orãs pro eis
petit ſibi dari gratiã ſpũſſancti qua firmati i ſpe
auxilij diuini ꝓſequebant deuote ceptũ ieiuniũ
quadrageſimale cũ quo etiã a vitijs retrahãtur.

Epiſte ar-gumentũ.

¶ Epiſtola. Naamã princeps militie ꝛc. quarti
Regũ. 5. hiſtoriã emũdatiõis leproſi cuiuſdã no-
bilis ab Heliſeo ꝓpheta: applicat ad emũdatio-
nem latini populi ꝑ chriſtũ primo ab idolatria:
deinde ab hereſibus multis. que habet tres par-
tes. Jn prima deſcribit egrotantis cõditio. Jn ſe-
cũda ibi: veni ergo ꝛc. declaratur leproſi emun-
datio. Jn tertia ibi: reuerſuſqꝫ ꝛc. cõcluditur diui-
ne laudis cõfeſſio.

Prima ps eple.

Qualis vero fuerit Romano-
rũ/ſeu latinoꝝ cõditio circa aduẽtũ chriſti: qui eſt
vere Heliſeus. i. dei ſalus/vel deꝰ ſaluãs: ⁊ dein-
de vſqꝫ ad hãc. 16. generationem: ex ipſo nomine
egrotãtis: ex officio/ac egritudine eius deſignat.
quippe Naamã decorus et cõmouens interpre-
tat: ⁊ princeps militie regis Syrie que et ſubli-
mitas dicit: atqꝫ vir fortis ⁊ diues/ ac honoratus
intitulat: qꝛ latini virtute belloꝝ principatũ ha-
bentes / ac rerũ decore fruẽtes diuites facti ſunt
honorati ⁊ fortes: ⁊ populꝰ iſte in tota terra erat
magnus apud dñm ſuũ qui creauit eum ⁊ pro-
ſperauit in tẽporalibus: vt per illũ daret dñs ſa-
lutem. i. pacẽ toti mũdo ſub vno principe guber-
nato. Sed quãuis per potentiã regni/ac rerum
abũdantiã iſte populus dñari videretur alijs: ta-
men per errorẽ idolatrie quaſi lepra fedus appa-
ruit: quia tamen a deo mũdari voluit: primordia
ſue ſalutis talia fuere. porrõ de Syria. i. de ſubli-
mitate eorum egreſſi ſunt latrũculi: qꝛ cupiditate
dominãdi Romani per totã terrã vagabãtur. et
inter ceteras regiones de terra Jſrael. i. de iudea
duxerũt captiuã que de ꝓpheta. i. legiſlatore eo-
rũ teſtabat. hec captiua fuit fama de deo Jſrael
per negociatores ſuos ad Romanos tranſlata:
que curioſitati eoꝝ (quã vxor Naamã ſignificat)
verum



verum prophetam et ſaluatorem animarum in
iudea cognoſci patefecit. audiens hoc Naaman
domino ſuo nunciauit: quando hi ad quos no-
ticia chriſti ꝑuenit regibus/ac dominis ſuis ſug-
geſſerunt doctrine ſpiritualis eius magnitudi-
nem. mittit rex Syrie litteras ad regẽ Jſrael pro
ſanitate ſerui ſui: quando primatus latinorũ au-
diens deum eſſe in iudeis/⁊ ſalutem ſuorum cu-
piens legationem miſit: vt per apoſtolicam do-
ctrinam ſaluatoris fidem acciperent: vt patet de
Cornelio centurione Actuũ. 10. Rex iſrael ſcidit
veſtimẽta ex tedio: quando principes ⁊ rectores
iudeorum viderũt vndiqꝫ latinorum plebes ad
fidem chriſti conuenire: quam blaſphemiam re-
putabant. ſed verus Heliſeus veniat inquit ad
me infirmus ⁊ ſciat ex operis euidentia prophe-
tam ſanatorem eſſe in. i. ex Jſrael: hoc dixit quã-
do quos preſciuit et predeſtinauit hos et voca-

Secũda ps eple.

uit ꝛc. Veniens ergo latinus populus ad do-
mum Heliſei ſanctam ſcilicet eccleſiã chriſti: per
nuncium predicatorem accepit mandatum vt ſe
in Jordane ſepties lauaret: renatus ex aqua et
ſpirituſancto in baptiſmo chriſti: qui in Jordanis
alueo inſtitutus eſt. Naaman baptiſma deſpi-
ciens ſimplicitatem rudium latinorum ſignifi-
cat: quia animalis homo non percipit myſteria
dei. ſerui Naaman meliore cõſilio eum perſua-
ſerunt ad mandatũ prophete implendũ: qꝛ ſepe
deus in ſua eccl'ia minori reuelat qđ melius eſt:
qꝛ non eſt perſonarũ acceptor ꝛc. loto Naaman
ſepties reſtituta eſt caro eius ad ſimilitudinem
carnis pueri ꝛc. quia baptizatus per inuocatio-
nem ſeptiformis ſpiritus ad innocentie ſtatum

Tertia ps epiſtole.

per ſimilitudinẽ reducitur. Sanatus iam Naa-
man. i. latinus populus a ſua idolatria promit-
tit ſe vltra non ſeruiturum dijs falſis: ſed deo ve-
ro vſqꝫ ad finem ſeculi: et gratias agens ait: ve-
re ſcio ꝙ nõ ſit alius deus in vniuerſa terra niſi
tantum deus Jſrael. i. chriſtianorum qui ceteris
melius vident deum. quare ex inſtitutione eccle-
ſie precipiuntur homines in baptiſmo abrenun-
ciare Sathane et profiteri chriſtum deum: ſicut
fecit hic Naaman. qui etiam partem terre ſan-
cte ſecum attulit in Syriam: vt ſignificaret la-
tinos iam baptizatos debere dominici corporis
cõmunione firmari/ac roborari in ſua fide. nam
terra ſancta eſt caro chriſti ꝛc. Hec Rabanus in
ſententia loquens de prima ſanatione latino-
rum ab idolatria. que facile adaptantur ad ſecũ-
dam a prauitate heretica: ſi Jſrael ex ſupradi-
ctis greciam ſignificet: Heliſeus chriſtum ſana-
torem: lepra hereſim contra fidem: rex Jſrael ſit
epiſcopus Conſtantinopolitanus. Naaman vt
prius latinus populus. qui audita ſanctitate do-
ctrine chriſti que erat apud ſanctos illos docto-
res ⁊ patres priſcos grecorum: deuote voluit ab
eis edoceri vt ſanaretur ab erroribus: quo facto
rex Jſrael inuidia commotus ſcidit veſtimenta
vnionis ſancte matris eccleſie et ſeparauit ſe ab
vnitate fidei/⁊ ab obedientia Romani põtificis.
quare lepra hereſis que ex doctrina catholica
doctorum grecorum ſanata eſt latinis: redijt ad
grecos cumulata quia ſuos doctores non ſunt
venerati: et tãdem confeſſio vere fidei dei Jſrael
firma manſit in eccleſia latina vſqꝫ in finem ſe-
culi. qualiter autem ad ſenſum moralem hec
epiſtola faciat pro veris penitẽtibus: ſuper euan-

Graduale

gelio dicemus. ¶ Cantus gradualis: Deus vi-
tam meam ꝛc. pſal'. 55. reſponſio eſt fidelis po-
puli latini proponentis cum Naaman ſyro ſe
deinceps permanſurum in fide et religione ve-
ri dei Jſrael ideſt chriſti redemptoris: cui offerat
lachrymas ideſt orationes ſuas deuotas: non
falſis dijs grecorũ. Verſus. Miſerere mei deus.
ꝛc. principium eiuſdem pſal'. exponatur vt prius.

Euãgelij argumentum.

¶ Euangelium: Dixerunt phariſei ad Jeſum ꝛc.
Luce. 4. reſpondet querimonie grecorum con-
tra chriſtum ſuper gratijs latine eccleſie collatis.
Vbi primo eorum proponitur querella. Secun-
do ibi: ait autem ꝛc. chriſti ſubijcitur inuectiua.
Tertio ibi: et repleti ſunt ꝛc. additur grecorum

Prima pars euã-gelij.

rebellio malicioſa. Jn illo itaqꝫ tempore decime-
ſexte generationis eccleſie: dixerũt phariſei ideſt
greci ab eccleſia Romana diuiſi: ad Jeſum ideſt
contra deum querimoniam fecerunt dicentes
ꝛc. Sed aduertẽdum hic ꝙ in textu biblie: vnde
hec lectio ſumpta eſt: non habetur ꝙ phariſei ta-
lia verba dixerint aduerſus chriſtum. tum quia
hec hiſtoria cõtigit in Nazareth: vbi non memo-
rantur fuiſſe phariſei ſed ſolum in Hieruſalem.
tum quia euangeliſta dicit ꝙ hec verba ipſemet
chriſtus dixit ad iudeos patrie ſue agens perſo-
nam eorum. habet enim textus ſic. ꝙ poſtq̃ ipſe
legiſſet et declaraſſet in ſynagoga illa locum
quendam Eſaie prophete: cunctis mirantibus
de verbis que procedebant de ore eius adiecit:
vtiqꝫ dicetis mihi per ſimilitudinem: medice cu-
ra teipſum: quãta audiuimus ꝛc. Sed ſancti illi
patres qui hec officia ordinauerunt hanc clau-
ſulam textui addiderunt ſcilicet dixerunt pha-
riſei ad Jeſum ꝛc. quia eorum intentio non erat
narrare per hoc euangelium illud quod accidit
chriſto in Nazareth patria ſua: ſed potius quid
acciderit et in decimaſexta generatione eccleſie
ſue cum grecis ſciſmaticis et diuiſis ab eccleſia
catholica. qui inuidẽtes fraterne gratie latinorũ
conquerebantur de chriſto gratiarũ diſtributore
dicentes ei. quãta miracula ⁊ dona gratiarũ au-
diuimus a te facta iſto tempore in capharnaum
ideſt in latina eccleſia que eſt villa pinguedinis
ſeu abundantie gratie dei. fac ergo ſimilia ope-
ra et ideſt etiam hic apud nos grecos in patria
tua. nam in grecia primum apud gentiles pre-
dicante apoſtolo Paulo nutrita eſt fides tua:
ſicut tu olim in Nazareth: que ideo dicebatur
patria tua. quaſi dicat iniuſte agis cum gre-
cis quibus non donas illas gratias quas de-

Scda ps euãgelij.

diſti latinis. Quibus ipſe Jeſus reſpondens per
Romanos põtifices ait. amen dico vobis quia
communiter nemo propheta ideſt vir excellens

in aliqua gratia ſpeciali: acceptus eſt ideſt dilectus et veneratus a ſuis conciuibus in patria ſua: quia inuident ei: ex eo ꝙ excellentia ſua videtur diminuere aliorum gloriam. eodem modo querimonia veſtra procedit ex inuidia contra latinos conciues veſtros in eadem ciuitate dei que eſt eccleſia: quorum excellentiam reputatis diminuere gloriam veſtram. cum potius propter peccata veſtra ſubtraxerit a vobis deus gratiam ſuam et minorauit gloriam veſtram. Patet hoc exemplis veteris legis. nam in veritate dico vobis ꝙ multe vidue erant pauperes in regno Iſrael (cui in lege euāgelica correſpondet veſtra eccleſia orientalis: vt alias diximus) in diebus Helie prophete: quando clauſum eſt celum ne plueret annis tribus et menſibus ſex hoc eſt quadragintaduobus menſibus: ex qua ſiccitate facta eſt fames magna tunc in omni terra Iſrael. et hoc euenit eis propter ſua maxima peccata: vt patet tertij Regum decimoſeptimo. et tamen ad nullam illarum viduarum pauperum conſolandam in tanta famis anguſtia miſſus eſt Helias adeo: niſi ad quandam viduam extraneam in Sarepta Sydonie: vt patuit in epiſtola ferie tertie precedentis hebdomadis: que vidua deuote in hoſpitiolo ſuo recepit Heliā/⁊ miniſtrauit ei: non ſic alie vidue iſraelitides ⁊ conciues eius: que deſpiciebant ipſum ex inuidia: propterea merito derelicte ſunt et priuate conſolatione ꝓphete dei. Similiter ſub Heliſeo propheta. i. in diebus eius multi leproſi erant in regno Iſrael: ⁊ nemo illorum mundatus eſt a lepra ſua per Heliſeum occaſiōe ſue malicie: quia ex inuidia deſpiciebant Heliſeum cōciuem ſuū: ſed mundatus eſt ab eo quidam leproſus Syrus nomine Naaman: qui (vt patet ex epiſtola hodierna) deuote venit de terra lōginqua ad viſitandum ⁊ honorandum prophetam dei: et ideo meruit ſanari a lepra ſua. Eodem modo in lege noua/et in eccleſia chriſti (qui vere eſt Helias et Heliſeus) ipſe differenter ſe habet ad grecos et latinos. nam propter inuidiam ⁊ incredulitatem grecorum receſſit ab eis chriſtus ſicut Helias per menſes quadragintaduos ideſt totidem eccleſie generationes: in quibus clauſum eſt celum et non pluit apud grecos. pluuiam voco gratiam et ſpiritualem intelligentiam ſanctarum ſcripturarum: propter cuius defectum lapſi ſunt in errores multos contra fidem catholicam. Interim autem vidua Sareptana ideſt latina eccleſia honorifice chriſtum recepit/eiqꝫ ſedulo miniſtrat: a quo etiam ipſa conſolatur multis gratijs deſignatis in oleo et farina: vt ſuperius expoſuimꝰ. quare greci qui olim erant ciues ſanctorum et domeſtici dei: ſpiritualem Heliam a ſe eijcientes iam non conſolantur a deo: ſed manent aridi/eſurientes/et ſitientes/ et in multis malis tabeſcentes. Similiter neqꝫ in iordane penitentie a lepra hereſis mundari merentur ab ſpirituali Heliſeo: quia pleni ſunt odio fraterno contra latinos: ideo Heliſeus non curat de eis: ſed miſericorditer reſpicit latinos propter ſuam humilitatem: et vere penitentes mundauit eos a lepra heretice prauitatis. quoniam omnes peruerſorum doctorum hereſes in eccleſia latina ſopite ſunt: quia mundauit eam chriſtus ab omni macula vt faceret eam ſibi ſponſam immaculatam. Cuius pulchritudinem greci hodio habentes/et hec verba chriſti audientes/repleti ſunt ira ac inuidia: et ſurrexerunt ab obedientia Romani pontificis vicari chriſti: et eiecerunt illum extra ſuam ciuitatem ideſt noluerunt eum habere prelatum: ſed concitantes barbaras nationes contra Italiam: duxerunt Romanum pontificem vſqꝫ ad ſupercilium montis ſuperbie Gothorum: ſuper quem fauorem ciuitas eorum ideſt eccleſia grecorum erat edificata: non ſuper vere fidei petram: vt per manus barbarorum precipitarent eum ideſt humiliarent aut penitus delerent: quia eius honor/ac ſublimatio eſt grecis inuiſa. Sed his non obſtantibus ipſe Romanus pontifex fretus adiutorio dei tranſiens inoffenſus per medium tribulationis et perſecutionis eorum ibat quotidie proficiens de bono in melius/tam in ſpiritualibus ꝙ̄ in temporalibus bonis.

Tertia pars euāgelij.

¶ Moraliter autem hoc euangelium (ſicut et precedens) ſignificat irriſionem quorūdam hominum mundanorum contra exercitium ſacerdotum in hac quadrageſima: quo frequentant ſacramentorum miniſteria maxime penitentie. nam ipſi diuiſi a veris penitentibus dicunt prelato. quanta miracula audiuimus facta in temporibus antiquis in capharnaum ideſt in eccleſia dei ad confirmationem virtutis ſacramenti penitentie: quare ergo tu non facis nunc alia ſimilia: vt eis cōuicti credamus tibi/⁊ humiliemur ad penitentiam: alias non ſequemur doctrinam tuam. Sed prelatus reſpondet: ꝙ͞d propter malitiam et incredulitatem eorum hoc ſacramentum paruam aut nullam habet efficatiā in eis: qꝛ ſcilicet nō deuote recipiūt verum heliam in hoſpicio mētis ſue: neqꝫ procurant mundari a lepra peccati per Heliſeū qui eſt domini ſalus: in Iordane ideſt in ſacramento penitentie: qui eſt fluuius iudicij ſecreti. Miracula ergo huius ſacramenti non fiunt niſi in hominibus deuotis ad ſimilitudinem vidue Sareptane. nam anima deuota eſt vidua in hoc mundo: propter abſentiā ſponſi celeſtis: et moratur in Sarepta: que eſt incēdium deuotionis: et Sidone que eſt venatio triſticie contricionis. Fiunt etiam in humilibꝰ ad ſimilitudinē Naaman venientibus ad pedes ſacerdotis ad querendam ſalutem anime cum labore nimio. Ait enim verus Heliſeus peccatori: vade oſtende te ſacerdoti. ac ſi diceret vade lauare ſepties ideſt a ſeptē peccatis capitalibus in Iordane ideſt in fluuio iudicij ſacerdotalis: et mundaberis a lepra peccati mortalis: quod ad modum lepre

Moralitas.



totam naturam corrumpit. lepra enim habet ſeptem peſſimas conditiones: que correſpondent ſeptem vitijs capitalibus. quia inflat ideſt cauſat tumorem ſuperbie: ſitit auaritiam: contagioſa eſt vt luxuria cōſumit humidum radicale. vt inuidia: anhelitum habet fetidum gula: vocem facit raucam vt ira: et debilitat omnia membra: que eſt accidia ꝛc. Ad que omnia vitia ſananda ſacramentum confeſſionis habet diuinam virtutem: in quo ſacerdos ſedet vt iudex autoritate dei; penitens autem eſt reus coram iudice conuictus de crimine: accuſator eum conuincēs eſt conſcientia propria eius: que teſtificatur contra eum. Ideo confeſſio eſt iordanis fluuius procedens a fonte omnium gratiarum chriſto: qui dedit talem poteſtatem ſacerdotibus Ioānis. 20. preter hanc ergo chriſti autoritatem nemo fidelium querat miracula ad probandum virtutem huius ſacramēti. Sed mūdani ⁊ proterui peccatores inſurgūt contra prelatum talia predicantem: ⁊ ſepius ducūt eum vſqꝫ ad ſupercilīū montis. i. ad anguſtiam et periculum: vt precipitent eum a ſua dignitate. ſed domino addiuuante tranſit ſecurus vſqꝫ ad portum vite eterne ꝛc.

Offertorium.

¶ Offertorium. Exaudi deus orationem ꝛc. pſal. 54. eſt oratio latine eccleſie humiliantis ſe ad deum qui fecit in ea mirabilia: et petit ne deſpiciat propter ſuperbiam ſicut grecorū eccleſia ꝛc. Oratio ſecreta: Munus quod tibi domine ꝛc. offert deo ſacrificium euchariſtie pro ſalute vere penitentium.

Cōio.

¶ Communio. Quis dabit ex ſion ꝛc. pſal. 13. optat ſaluationē grecorū quos vocat Iſrael: ex ſion. i. ex eccl'ia latina eis predicāte. qꝛ illo facto ſimul letarentur in deo ⁊ non eſſent diuiſi ſicut modo ſunt greci ⁊ latini. Oratio finalis. Preſta nobis ꝛc. idē petit pro ieiunantibus: qui ſicut ore percipiunt euchariſtiam: ita purificentur in mente. Super populum: implorantes domine ꝛc. implorat beneficia ſpiritualia veris penitentibus: qui propter deum ſeipſos macerant et affligunt quātum ad corpus.

## ¶ Caput quadrageſimū ſecundum de feria tertia hebdo. tertie: in qua declarat̄ qualitas decimeſeptime generationis eccleſie: ⁊ datur mandatum fraterne correctionis.

Argumētū officij. Ab anno chr̄i. 480. vſqꝫ. 510.



Ecimaſeptima eccl'ie chriſtiane gn̄atio ſub Romanis pōtificibus Anaſtaſio/Syriaco/Hormiſda/⁊ Ioanne: ac imperatoribus Anaſtaſio/et Iuſtino: quorum alter hereticus alter fuit vere catholicus: peracta eſt. Et correſpōdet Ioſaphat regi Iuda in vete. le. qui iam confortato regno Iſrael in Samaria: cepit pacē facere ⁊ amicitiam contrahere cum Achab peſſimo rege Iſrael. nam filiam eius Athaliam in nurum accepit pro filio ſuo vxorem: ⁊ rogatus adiuuit eum in prelio cōtra regem Syrie. que duo valde diſplicuerunt deo/ et cito deleuiſſet eum: niſi quia alias erat vir deuotus ⁊ catholicus/⁊ alia bona opera egerat corā deo. Eodem fere modo in hac 17. gene. deficientibus iam in eccleſia latina viribus ex oppreſſione Gothorum: tota virtus Romani imperij manſit apud orientales. nam eo tempore vniuerſi Gothi regna occidētalia inuaſerunt: ſed grecia et alia regna orientalia pacem cum Gothis habentia a prelijs quieuerunt: licet fedata Arriana perfidia. Unde neceſſitate compulſi latini ceperunt familiaritatem grecorum querere ⁊ eis quaſi potētioribus adherere: quare ⁊ Romanus pontifex Anaſtaſius fertur tunc amicabiliter cōmunicaſſe Acathio epiſcopo conſtan. et alijs epiſcopis grecis quāuis hereticis. quod induxit ſuper eum indignationē dei. Quedam etiam pars Gothorum ad imitationem Athalie venit inſtigatione grecorum in patriam latinam: vt fedaret eam peſte Arriana. ita vt ꝙ͞d predeceſſores eorum egerant in grecia ad ſimilitudinem peſſime Iezabel regine Iſrael: hoc idē iſti agerent in Italia quaſi mala filia de malo ventre egreſſa. non enim tota gens Gothorum (que eſt mater) venit cōtra Italiā: ſed pars eius quaſi filia. nam illorum quidam erant Gothi/ alij Ueſegothi/alij Oſtrogothi/alij Uandali/⁊ alij Hunni vocabantur. Eſt preterea alia concordia generationis huius noue ad illam veterem. quia ſicut Helias propheta tunc increpauit regem Achab idolatrantem: ita ⁊ nunc multi ſancti viri greci habentes ſpiritum Helie increpauerunt prelatos ſuos hereticantes/⁊ a fide Romane eccleſie recedētes. quod etiam alij Romani pontifices illius temporis preter Anaſtaſium diligenter egerunt: qui non ſolum epiſcopos ⁊ imperatores grecos hereticantes: ſed etiā reges Gothorum in Italia tyrannizantes benigne et humiliter correxerunt: et pro eis vt conuerterentur ad veram fidem ſepius orauerunt.

Introitꝰ miſſe.

¶ Ad hoc ſignificandum introitus miſſe huius diei ſcilicet Ego clamaui quoniam exaudiſti ꝛc. pſal. 16. loquitur in perſona eccleſie latine deum orantis pro ſua liberatione a perſecutione Gothorum/et pro liberatione grecorum/et aliorum a cecitate mentis et errorum multorum. ego inquit clamaui in oratione ad te fiduciam habēs: quoniam alias exaudiſti me in ſimilibus orationibus. inclina ergo deus aurem tuam ad orationem meā/ et pro ideſt exaudi verba mea que ſunt hec. cuſtodi me domine ab omni errore cōtra fidem: vt pupillam oculi cuſtodit homo ab omni leſione ⁊ immunditia: ſub vmbra alarum tuarū. i. ſub tua paterna miſericordia refrigerāte protege me a perſecutione Gothorum et grecorum: quod facies ſi cōgregaueris eos ad te ſicut gallina cōgregat pullos ſuos ſub alas. Uerſus. Exaudi dn̄e ꝛc. principium eiuſdē pſal. inſtat in eadem petitione quia videtur eſſe iuſta: ideo ait exaudi iuſticiā meā.

Oratio.

Oratio. Exaudi nos ꝛc. applicat introitū ad ſenſum moralem pro ieiunātibus et penitentibus: ſpecificās petitionē de cōtis

nētia/ſeu caſtitate quam impugnant demones.
Epl'e argumentū. ¶ Epiſtola: Mulier quedam de vxoribus ⁊c. 4.
Regum. 4. hiſtoriam ditationis vidue ab Heli-
ſeo adaptat eccleſie latine tribulate in perſecu-
tione grecorum et Gothorum: cui verus Heli-
ſeus miſericordiam fecit. et habet tres partes.
In prima proponitur vidue egentis miſeria.
In ſecūda ibi: cui dixit ⁊c. adhibetur Heliſei mi-
ſericordia. In tertia ibi: iuit itaqꝫ ⁊c. concluditur
ſatiſfacientis abundātia. ⁊ quia hec hiſtoria pre-
cedit illam epiſtole precedētis in textu biblie: vt
patet ex numeris capitulorum: ideo facit ad hoc
propoſitū notabile poſitū in ſabbato precedēte
circa principiū epiſtole .ſ. ꝙ eccleſia ad aliū ſen-
ſum ꝙ̄ biblia has narrat hiſtorias. Intēdit em̄ vt
diximus per hanc epiſtolam loqui de qualitate
Prima ps epl'e. eccleſie latine in. 17. ſua generatione. Ideo addit
in principio epiſtole quod nō eſt in textu biblie.
In diebꝰ inquit illis. 17. ge. mulier quedā .i. Ro-
mana eccl'ia inter ceteras latinas precipua. que
eſt vna de vxoribus prophetarum .i. ſanctorum
epiſcoporū: clamauit in oratione deuota ad He-
liſeum .i. ad chriſtum ſanctum ſanctorum dicens.
ſeruus tuus vir meꝰ .i. apoſtolus petrus primus
pōtifex Romanus iam mortuus eſt: qui ſua ſan
ctitate defendebat me ab aduerſarijs/⁊ ſuſtenta-
bat in rebus neceſſarijs. ⁊ tu noſti ꝙ ipſe erat ti-
mens deū ex nimia charitate adeo vt pro hono
re dei ſe ſubiecerit martyrio crucis. et ecce nunc
eo defuncto ego remanſi quaſi vidua ⁊ derelicta:
et venit nunc creditor .i. tyrannus iſte rex Gotho-
rum deuaſtans totā Italiam maxime hanc dio-
ceſim Romanā: adeo vt tollat duos filios meos
.i. populos fidelium ex iudeis ⁊ gentibus: vel vl-
tra et citra Romanos in Italia: vel duos ſum-
mos apices eccleſie .ſ. papam ⁊ imperatorem ad
ſeruiendum ſibi .i. obediendum ⁊ conſentiendum
ei in errore Arriane perfidie. ideo ꝑ merita beati
Petri apl'i oro te ſuccurras mihi in tanta angu-
Secūda ps epl'e. ſtia poſite ⁊c. Huic petioni reſpōdens verus He-
liſeus dixit. quid .i. quod ⁊ quale remedium vis:
vt faciam tibi an corporale/vel potius ſpirituale:
et quia allegas merita viri tui apoſtoli Petri:
dic mihi preter illa merita an habeas tua pro-
pria: et quid boni ⁊ virtutis habes in domo tua:
quo efficiaris idonea ad recipiendum quam pe-
tis gratiam? At illa reſpondit valde humiliter/⁊
parum preſumēs de ſuis virtutibus/ac meritis:
nō habeo inquit ancilla tua quicꝙ̄ boni ī domo
mea .i. in conſcientia: niſi parum olei gratie deuo
tionis / et miſericordie quo vngar .i. appaream
nitida coram te .q.d. merita mea parua ſunt de
quibus ego poſſim gloriari coram te: ſed ex mu-
nere gratie tue habeo non nihil deuotionis ad
deū/⁊ miſericordie ad ꝓximum: quia ⁊ ſanā fidē
teneo ſine erroribus/et ſalutem proximorum er-
rātium exopto totis viribus. Hanc humilitatem
et charitatem Romane eccleſie reſpiciens chri-
ſtus ait ad eam. vade et pete ab omnibus vici-
nis regionibus vaſa gratie dei vacua bona do-
ctrina: nō pauca ſed quotquot inuenire poteris.
hoc eſt ex quo habes oleum deuotionis ⁊ zelum
ſalutis animarum: exerce te quātum poteris in
tradenda doctrina fidei oībus hominibus indi-
gentibus ea: ſed ne videaris ab hoībus gloriam
querere in tali miniſterio: ingredere domū tu-
am et clauſo hoſtio conſcientie ſoli deo intende
placere in opere tuo nō hominibꝰ: quatenus ita
fiat opus tuum in publico: vt tamen ſancta intē-
tio tua maneat in occulto et ſoli deo peruia. et
cum dicto modo intrinſecus fueris tu ⁊ filij tui
deuoti predicatores: mitte ex oleo gratie ⁊ doctri
ne tue in omnia vaſa predicta .i. in homines ap-
tos ad eam recipiendam. ⁊ cum vaſa plena fue-
rint .i. bene inſtructa in fide ⁊ moribꝰ: tolles ma-
lum huius tribulatiōis ate .q.d. remedium quod
a me petis erit ſpirituale: vt ex virtuoſo exercitio
tuo in ſalutem proximorum ordinato conuertas
omnes aduerſarios tuos ad fidem verā/⁊ mo-
res bonos. ⁊ tunc erunt amici tui ⁊ filij adiuuan
tes te: ſicqꝫ ceſſabit hec tribulatio. nam hec gotho
rū gens barbara que modo fauet grecis: aliquā-
do recedet ab hereſi Arriana et defendet con-
tra grecos fidem catholicam quam tu doces.
Audito hoc remedio credidit ſancte admonitio- Tertia ps epiſtole.
ni dei Romana eccleſia: ⁊ iuit per viam ſibi oſtē
ſam predicans omnibus hominibus ſanam do-
ctrinam verbis ⁊ ſanctis exemplis: ⁊ clauſit ho-
ſtium conſcientie ſuper ſe et filios ſuos ſicut ei
fuerat imperatum. nam illi predicatores offere-
bant vaſa ⁊ illa infundebat oleum miſericordie
in homines per multas generatiōes: donec ple-
na facta ſunt omnia .i. omnes nationes ad chri-
ſtum conuerſe ſunt/etiam omnes gothorum gen
tes. ⁊ cum adhuc vellet grecorum populum ab
hereſi conuertere: dixit ad filium ſuum predica-
torem affer mihi adhuc vas iſtud vicinum: reſ-
ponditqꝫ filius non habeo ipſum docile ſed tu-
met ſuperbia: ideo ſtetit oleum miſericordie .i. ceſ
ſauit predicatio Romane eccleſie ad grecos pro
pter eorum proteruiam. ſed venit illa ⁊ indicauit
homini dei chriſto ea que geſta erant circa homi-
nes tam bonos ꝙ̄ malos. et ille vade inquit per
viam mandatorum dei. et vende oleum miſeri-
cordie .i. age opera miſericordie iuxta cōſilia euā-
gelica: et huic creditori tiranno redde bonum ꝓ
malo vt conuincas eum. tu autem ⁊ filij tui de-
uoti clerici ⁊ predicatores viuite .i. tempꝰ vite oc-
cupate de reliquo .i. de opere vite contemplati-
ue que eſt vita ſpiritualis anime. hoc eſt preter
opera miſericordie in proximos que eſt vita ac-
tiua: vacate etiam lectionibus ⁊ meditationibꝰ
que eſt vita contemplatiua. Ad ſenſum etiā mo-
ralem vidua eſt anima penitens: creditor diabo-
lus qui nititur tollere in ſeruitutem ſuam duos
filios eius .i. intellectum ⁊ volūtatem. heliſeus eſt
bonus prelatus qui dat conſilium ſalubre ani-
me vt per opera miſericordie in proximos .i. per
eleemoſinas peccata ſua redimat ⁊c. ¶ Cantus Graduale
gradualis. Ab occultis meis ⁊c. pſal. 18. humili-
tatem Romane eccleſie oſtendit que de predi-
ctis operibus miſericordie non ſuperbit: ſed po-



tius timet ne fuerit negligens in miniſterio pre-
dicto ſibi cōmiſſo: et ne ex defectu ſuo alij pecca-
uerint. propter primū dicit ab occultis peccatis
meis que ego non aduerto munda me dn̄e per
gratiam tuā: ⁊ ab alienis .i. aliorū peccatis: quo-
rū ego fui cauſa: parce mihi ſeruo tuo. Verſus.
abſconditum.ſ.miraculorū in deſerto gētilitatis:
quando primo eos ꝯuertebant apl'i ad fidē chri-
ſti: quia oſtendebant miracula vt patet de apo-
ſtolis Paulo ⁊ Ioanne primis grecie ⁊ Aſie ꝑ-
dicatoribus. ſicut ſcriptum eſt pſal.77. panem
de celo.i. virtutem miraculorum dedit eis deus
qui confirmaret corda hominum in fidei confeſ
ſionem.⁊c̄. Dixit ergo eis prelatus. amen amen
dico.i.iureiurando certifico vobis ꝙ non Moi-
ſes.i.nullus ꝓlatus veſter dedit vobis ꝓpria vir
tute panem miraculorum de celo:quia hec facie
bat deus ad petitionem illoꝝ quando miracula
erant neceſſaria : ſed nunc pater meus chriſtus
dat vobis alium panē de celo verū.i.magis bo-
num et certum q̄ ſint miracula.ſ.rectum ⁊ ſanū
ſenſum ſanctarum ſcripturarum:in quibus ē to
ta firmitas ⁊ certitudo fidei noſtre. panis eni ve
rus ſatiās animas eſt ſanus ⁊ rectꝰ ſenſus ſcri-
pture diuine: qui de celo deſcendit inſpiratione
dei:et ille dat vitam ſpiritualem mundo.i.homi-
nibus qui ex fide viuunt. Hac ratione contēti nō

Tertia ps euangelij.

amplius q̄ſierunt miracula q̄ ſunt ſigna data in
fidelibꝰ ad ꝯuertēdū eos vt apl's dicit:fidelibus
aūt reformādis datur ꝓphetie.i.ſcripture ſancte.
dixerunt ergo ad ꝓlatum.domine ſemꝑ.i.conti-
nue da nobis hunc panem quo ſuſtentemur in
fide catholica:hoc eſt cōmunica nobis rectam et
ſanam intelligentiā ſcripturarum.quibꝰ ipſe re-
ſpondit.ego gerens vicē chriſti in terris ſum vo-
bis panis vite ſpiritualis:quia cōmunico vobis
doctrinam vitalem aut ſalutarē. ideo qui venit
ad me audiendū ⁊ obediendum in nomine chri
ſti:non eſuriet ex defectu boni panis. et qui cre-
dit in me.i.in doctrina mea nō ſitiet vnq̄ ex de-
fectu aque ſapiētie ſalutaris. Populus itaq; fi-
delis Romano pōtifici obediēs/⁊ decretis eius
firmiter adherens ſemꝑ nutritur/ paſcitur/et po
tatur ſana doctrina vſq; ad finē ſeculi : qui autē
ab eius obediētia recedūt in continua ſunt eſu-
rie ⁊ ſiti ſpirituali. ¶ Moraliter autem fideles in

Moralitas.

quadrageſima ieiunantes debent abſtinere ab
illis quattuor vicijs de quibus in epiſtola.ſ.a iu
dicij iniquitate/ a pauperum oppſſione/ab hu-
mani ſanguinis effuſione/et a falſoꝝ deoꝝ ado-
ratione.⁊ ab his febribus ſanat chriſtus nūc ve-
ros penitentes in domo Petri:q̄ eſt eccleſia vt
faciliter miniſtrent ei: ſanatq; alios a varijs lan
guoribus aliorum vitioꝝ:⁊ a ſpiritibus immun-
dis.i.cogitationibꝰ luxurioſis ꝑ impoſitionē ma
nuum ſacerdotis abſoluentis ac increpātis vitā

preteritam. et frequẽtius q̄ꝫ in alio tẽpore fit nũc p̄dicatio regni dei .i. qua homines vocantur ad regnum dei in omnibus villis ⁊ ciuitatibus Galilee.i. tranſmigratiõis vite de vitijs ad virtutes: quibus exercitijs p̄ſuppoſitis q̄rendus eſt a fidelibus panis euãgelice doctrine deuote audiẽdo p̄dicationes. ⁊ p veram penitentiã ac peccatorum confeſſionem debent p̄parari ad digne cõicandum in Paſchate. quia ille eſt cibus qui nõ perit.i. non corrumpitur nec digeritur a comedẽte vt conuertat eũ in ſuam ſubſtantiam: ſed ille cibus p̄manet in ſe incorruptus et comedentem cõuertit in ſe: ſicut Auguſtinꝰ teſtatur ſe audiſſe a deo dicente ſibi: non tu me mutabis in te ſicut cibum carnis tue: ſed tu mutaberis in me p affectionẽ ⁊ deuotionẽ amoroſam. Et licet ſpecies euchariſtie digerãtur/ ⁊ corrũpãtur a comedẽte: tamen eis corruptis corpus chriſti in ſe manet incorruptum: licet deſinat eſſe in ſtomacho hoĩs.

Offertorium.

¶ Offertoriũ: Si ambulauero in medio. ⁊c. pſal' 137. eſt gratiarũactio eccleſie latine de beneficijs ſuſceptis in hac.19.ge. quia licet in p̄cedentibus ambulauerit in multis tribulationibus: tamen dei miſericordia liberauit eã ⁊ quaſi mortuã viuificauit: q: extendit deus manum ſue mĩe ſup inimicos eiꝰ hereticos vt ꝯuerterẽtur: et ſic mãſit eccl'ia ſalua in pace. Oratio ſecreta: Fac nos q̄s dñe. ⁊c. petit ieiunantibus gratiam purificatiõis ſpiritualis qua digne deo ſeruiant: quod eſt moraliter applicare offertoriũ de purificatiõe eccleſie ab erroribꝰ. et huic additur alia oĩo cõmemorans martyrũ ſanctorũ Coſme ⁊ Damiani merita.

Communio.

¶ Cõmunio: Tu mandaſti mandata. ⁊c. pſal' 118. optat eccleſia deinceps dirigi ſecundũ regulam mandatorum dei q̄ nimis ſcit eſſe cuſtodiẽda: vt iam non ſint tot hereſes et peccata in populo dei ſicut in generationibus precedẽtibus. Finalis oratio: Sacramẽti tui domine. ⁊c. idem petit ieiunantibus ⁊ vere penitentibꝰ vt nõ recidiuent: ſed ex virtute ſacramenti ſuſcepti firmentur in bono. Et additur ei alia oĩo interponens ad hoc merita ſanctoꝝ medicoꝝ. Sup populũ: Subiectum tibi dñe. ⁊c. orat ampliari cetũ vere penitẽtiũ q̄ bene ſeruiant deo p totã ſuã vitam.

## ¶ Caput quadrageſimũ-

quintum de feria ſexta tertie hebd. cuius officiũ vigeſimã eccleſie chriſtiane generationem deſcribit: atqꝫ doctrinam quadrageſimalẽ mirum in modum extollit.

Argumẽtũ officij ab anno chriſti. 570. vſqꝫ 600.



Igeſima eccleſie generatio cucurrit ſub romanis pontificibus Benedicto/ Pelagio/ ⁊ Gregorio ſãctiſſimo. imperiale ſoliũ tenẽtibus Tiberio et Mauricio chriſtianiſſimo. correſpõdetqꝫ Ioas regi Iuda in ve. te. qui vt p̄diximus puer ſublimatus eſt in regnum Ochozie patris ſui fauore magni ſacerdotis q̄ eum abſconditum nutrierat in lege dei: ideo iſte rex licet a p̄ncipio videretur bonus ⁊ iuſtus: tamen ꝓceſſu temporis ad paternam prauitatẽ reuerſus eſt: vt docet hiſtoria quarti libri Regũ. Et ſimiliter in hac.20. eccl'ie generatione rex ille Lõgobardoꝝ nomine Alboinus: qui vt p̄diximus fauore Narſetis ducis belli ſtrenuiſſimi fuerat inſtitutus rex Italie contra tyrãnidem Gothoꝝ: a principio quidem apparuit bonus ⁊ pacificus Romanis: ac iuuit eos ad delẽdum reliquias Arrianoꝝ ex Italia: ſed poſtea oblitus beneficij recepti reuerſus eſt ad mores patrum ſuoꝝ factus et ipſe Arrianus pſecutorqꝫ Romanoꝝ pontificum. Sed quia iurauerat angelus q̄ tempus hereticorum nõ erit amplius in eccleſia dei: ideo ꝓuidit deus in etate illa ad extirpandum omnino hereticoꝝ nomẽ magnos quoſdam et inſignes doctores fidei.ſ. Gregoriũ papam/ Gregoriũ Turonẽſem/ Auguſtinum Angloꝝ epiſcopum/ ⁊ alios quos tunc eccleſia petierat a deo in fauorem ſuũ: ideo orabat in miſſe introitu: Fac mecum domine ſignũ ⁊c. pſal'.85. vt deꝰ faceret cũ ea aliquod ſignum ſue bonitatis ⁊ miſericordie: quo heretici confunderẽtur videntes q̄ deus adiuuat ⁊ cõſolatur eã dando ſibi doctores optimos.

Introitus miſſe.

Verſus: Inclina domine. ⁊c. principiũ eiuſdem pſalmi: inſtat eidẽ petitioni allegãdo miſeriã preteritã: vt magis inclinet ad miſerendum ⁊ exaudiendũ. Oratio: Ieiunia noſtra. ⁊c. applicat introitũ ad ſenſum moralem petens fauorẽ ⁊ ꝯſolationẽ ieiunantibus: quatenus a vicijs purificẽtur.

Oratio.

Epiſtole argumentum.

¶ Epiſtola: Conuenerunt filij iſrae. ⁊c. Numeri.20. eandem ſententiam habet cũ introitu: ſed latius explicatam .ſ. petere a deo aquam ſapientie ⁊ copiã ſanctoꝝ doctorum ad bene regẽdã eccl'iam dei. Ubi primo ꝓponitur petitio populi ſitientis. Secundo ibi: et apparuit. ⁊c. ſubſeq̄tur inclinatio dei exaudiẽtis. Tertio ibi: dixitqꝫ dñs. ⁊c. ſupaddit̃ cõtradictio miniſtri exſequẽtis.

Prima pars epiſtole.

In diebꝰ itaqꝫ illis .20. ge. ꝯuenerũt filij Iſrael.i. greci ⁊ latini chriſtiani ab hereſi recedentes ad Moiſen.i. prelatũ romanum et Aaron .i. p̄dicatorem religioſum: ⁊ verſi in ſeditionẽ.i. bellum contra hereticos a quibus receſſerant: dixerunt. da nobis aquã ſapientie ⁊ doctrine bone vt bibamus ad extinguẽdã ſitim ſpiritualem: q̄ eſt ignorãtia qua tenemur neſciẽtes quid agere debeamus. Ingreſſuſqꝫ Moiſes cum Aaron ad orandũ deũ ſecrete dimiſſa multitudine.i. turba populi: in tabernaculum federis domini.i. in eccl'iam vl' oratoriũ ſuum: corruerunt.i. inclinauerũt ſe humiliter proni in terram: clamaueruntqꝫ affectuoſe ad dñm atqꝫ dixerũt. domine deus eccl'ie gubernator exaudi clamorẽ .i. deuotionẽ aut deuotam petitionẽ populi huiꝰ ad te cõuerſi: ⁊ aperi eis theſaurum tuum aque viue.i. doctrine viuificãtis animas vt ſatiatis eis .i. plene inſtructis ĩ doctrina fidei: ceſſet murmuratio hereticorum in eccl'ia tua: ⁊ viuant omnes chriſtiani in pace. Orabant ergo p̄lati ⁊ religioſi illius tẽporis vt deus illuſtraret ſapiẽtia ſua mẽtes illoꝝ qui ab hereſi redeuntes cupiebãt con-



tra reliquias hereticoꝝ bellare ꝓ defenſione vere fidei: vt iam ceſſaret illa rebellio ⁊ diſſenſio in eccleſia dei.

Secunda pars epiſtole.

Cui petitioni q: iuſta annuẽs dñs: apparuit gloria domini.i. ſciẽtia mirabilis ⁊ glorioſa ſuper eos.i. p̄latos ⁊ p̄dicatores ac religioſos. locutuſqꝫ eſt dominus ad Moiſen.i. romanum pontificem p internam inſpirationem dicens. Tolle virgã.i. eleua potentiam regiminis/ ⁊ congrega populũ ad vnitatẽ fidei tu ⁊ Aaron .i. religioſus ⁊ p̄dicator frater tuus: ⁊ loquimini verba ſalutis ad petram.i. duriciẽ cordis Gothorum: qui ſunt gentes barbare: coram alijs fidelibus: ⁊ illa petra emolliet̃ et humectabitur adeo vt det vobis aquas bonarum doctrinarũ in magna abũdantia. Cumqꝫ eduxeritis aquas de petra modo expoſito: bibet ex eis omnis multitudo fidelium: ⁊ iumenta eorum.i. etiam ſimplices agricole ⁊ plebei conſolabuntur in doctrina Gothorum iam fidelium. tulit igitur virgam ⁊ fecit p ordinem omnia q̄ ſibi p̄ceperat deus: ſed antequã loqueretur ad petram Gothoꝝ: dixit ad grecos q̄ petierant aquã. audite inquit rebelles ⁊ increduli .i. q̄ hactenus tales fuiſtis erga romanã eccleſiam. ꝓbate nunc quanta ſit virtus ſue doctrine ⁊ gratie. nunquid putatis q̄ de petra hac poterimus vobis dare aquã doctrine ſalutaris in abundantia? q.d. magnum erit miraculum ſi gentem hanc tam rudẽ ⁊ barbarã non ſolum ad fidem ꝯuerterimus: ſed etiã ex eis magnos fidei doctores ⁊ p̄dicatores vobis dederimus q̄ſi magnos aquarum fluuios. Cum ergo p̄latus poſt verba hec eleuaſſet manũ diligẽtie ſup Gothos: pcuſſit ſilicem.i. duriciem cordis eoꝝ bis.i. binis argumẽtis vcꝫ verboꝝ ⁊ operum ſanctoꝝ: vel rationibus ⁊ autoritatibus: vel teſtimonijs duorũ teſtamentoꝝ: donec populus ille docilis effectus eſt/ ⁊ ad fidem vere ꝯuerſus. ⁊ poſtea ex eo egreſſe ſunt aque largiſſime.i. doctores multi ⁊ facundiſſimi ĩ omni bona doctrina: de quoꝝ numero fuere Iſidorus/ Illefonſus/ Brauliꝰ/ ⁊ alij tã in Hiſpania q̄ꝫ in Italia. ita vt in etate illa de doctrinis eoꝝ biberet omnis populus.i. cetus ſcholaſticorum: ⁊ iumenta laicoꝝ. quia illos legendo ⁊ hos p̄dicando docebant.

Tertia pars epiſtole.

Sed quia poſt cõuerſionem gothoꝝ p̄lati ⁊ religioſi ceperunt ociari ⁊ luxuriari: deuictis iam hereticis auctiſqꝫ eccleſiarum dotationibus ac redditibus bonorũ tẽporalium: q̄ velut aqua amara potius auget ſitim q̄ꝫ ſatiet: ideo dixit dominus ad Moiſen et Aaron .i. ad prelatos ⁊ religioſos verba cõminatoria. q: inquit non crediſtis mihi p̄cipienti: vt ſanctificaretis me.i. ſanctam oſtenderetis doctrinã meã non tantũ verbis q̄ꝫtum operibus ⁊ vita bona: coram filijs Iſrael.i. grecis ⁊ gothis: ideo pena veſtra erit: q̄ non introducetis hos populos fidelium in terram quã dabo eis fluentẽ lacte ⁊ melle.i. in pacificam ⁊ proſperã vitã virtuoſam quã philoſophi felicitatem humanã vocabãt in hoc mundo. ſed ſicut modo exemplo veſtro fidelium mores corrumpitis: ita cum eis multas tribulationes ſuſtinebitis a tyrannis. ⁊c. Hec ergo doctrina catholicorum doctoꝝ eccl'ie eſt aqua contradictionis.i. ad contradicendum hereticis vbi .i. ſuper qua olim iurgati ſunt filij Iſrael.i. greci contra dominũ: ſed tandẽ ipſe ſanctificatus ẽ in eis ad fidem conuerſis.

Moralitas.

¶ Moraliter vero ĩ hac quadrageſima q̄ eſt deſertum penitentie: p̄latus ex mandato dei loquitur ad petrã peccatoris indurati: cuiꝰ cor pcutitur virga p̄dicatiõis quouſqꝫ det aquã doctrinarum p contritionẽ. debetqꝫ bis pcuti.ſ. alliciendo peccatorẽ p premia/ ⁊ deterrendo ipſum p tormẽta eterna. ⁊c.

Graduale.

¶ Graduale: In deo ſperauit cor meũ. ⁊c. pſal'.27. eſt gratiarum-actio totiꝰ eccleſie ad deum de p̄dicto beneficio aque mirabiliter educte de petra ad ſatietatẽ totius populi: ideo ait q̄ ſicut eccleſia ſperauerat ĩ deo: ita impletũ eſt ei: et refloruit eccl'ia tũc quaſi de nouo incipiens libere confiteri laudes dei. Verſus: Ad te domine cla. ⁊c. principiũ eiuſdem pſalmi orat ꝓ tempore futuro ne cadat eccleſia ab hac proſperitate: ⁊ ſi ceciderit propter peccata chriſtianoꝝ: q̄ tunc deus eam non deſerat ſed conſoletur in aduerſis.

Euangelij argumentum.

¶ Euangeliũ: Venit dominus ieſus in ciuitatem Samarie. ⁊c. Ioan.4. conformiter ad epiſtolam agit de aqua doctrine fidei ⁊ eccleſie chriſtiane. ⁊ diuiditur in tres partes. In prima mouetur ⁊ ſoluit̃ multiplex queſtio. In ſecũda ibi: domine video q: ꝓpheta. ⁊c. declaratur q̄ ſit vera religio. In tertia ibi: et continuo venerunt. ⁊c. aperitur q̄ꝫ fructuoſa ſit eccleſie p̄dicatio.

Prima pars euangelij.

Ergo in illo tempore.20.ge. venit ieſus p gratiam ſuã: vel p̄latus romanus ad p̄dicandum fidem rectam: in ciuitatem quãdã Samarie.i. grecie: q̄ in nouo teſtamento correſpondet regno Iſrael in Samaria: et ciuitas illa vocabatur Sichar.i. inebriatio q̄ ſinificat errorẽ p̄terite hereſis: ⁊ illa inebriata peccatis erat Cõſtantinopolis. iuxta p̄dium.i. hereditatẽ q̄ꝫ dedit Iacob.i. chriſtus ſupplantator totius mũdi: Ioſeph filio ſuo.i. imperatori accreſcenti eccleſiã dei: q: ei dedit illam ciuitatẽ in ſedẽ imperialẽ. erat autem olim ibi.i. in primitiua eccleſia: fons Iacob .i. doctrina chriſti: quia ibi maxime vigebat fides et chriſtiana religio. ⁊ ibi quaſi in fonte ſcientiarum erant magni doctores ſancti: Ieſus ergo.i. Romanus pontifex a multis annis erat fatigatus ex itinere multiplici facto ad Cõſtãtinopolim p ſe ⁊ p nũcios ſuos ſup cauſis fidei: ⁊ ſedebat.i. fundabat ſe ad conuincendũ grecos ſuper fontem illum.i. ſup doctrinã Pauli ⁊ aliorũ doctorum ſanctoꝝ illius Achademie. et erat iã hora quaſi ſexta.i. ſextus centenarius annoꝝ eccl'ie chriſti: quando venit mulier de Samaria.i. eccleſia greca haurire aquã ſapientie ſalutaris putei illiꝰ: cum ante illud tẽpus p multas generationes nõ bibiſſet ex ea: ſed de fluuijs Egipti amariſſimis. Videns itaqꝫ ieſus eam querentẽ doctrinam ſalutis ſue dixit ei. O mulier da mihi bibere: quia ſalutem aĩarum veſtrarum ſitio. hoc eſt date mihi in vobis doctrinam bonã q̄ ſatiet animas: non fabulas aniles quas heretici docent. et hoc non ipſe ſolus Romanus pontifex pſua-

debat:ſed ⁊ diſcipuli eius p̄dicatores latini abie
rant in ciuitatem illam vt cibos ſpirituales eme
rent.i.deuotas animas lucrifacerēt. Ad hanc pe
titionem reſpondens grecia dixit romano pon-
tifici:quomodo tu iudeus.i.confeſſor chriſti cum
ſis plenus ſcientia dei:bibere a me poſcis doctri
nam.ſ.bonā:q̄ ſum mulier Samaritana.i. carēs
bona doctrina:⁊ ſum plena erroribꝰ multis qua
les olim erant Samaritani apud iudeos. nō.n.
coutuntur.i.cōicant in doctrina iudei.i.latini cō-
feſſores cum Samaritanis.i.grecis errantibus.
Hanc peccati confeſſionem ⁊ recognitionem vi-
dens ieſus benigne ei reſpondit. ſi ſcires inquit
donum.i. gratiam dei qualis ſit i eccleſia latina:
⁊ ſcires quis et qualis ſit romanus pōtifex qui
dicit tibi da mihi bibere:tu forſitā petiſſes ab eo
in p̄cedentibus generationibꝰ erroris tui.⁊ dicit
forſitan:quia potuiſſet praua affectio voluntatis
impedire cognitionē veritatis.⁊ ſi petiſſes ipſe de
diſſet tibi aquā viuā.i.doctrinā vitalem q̄ ſanaſ-
ſet te ab omni errore. Stupefacta mulier de tali
reſponſione:iterum querit. domine vnde habes
aquā viuam de qua loqueris:qr puteus ſapiētie
dei altꝰ eſt.i.profundus ſicut abiſſus: neq̄ȝ tu ex
naturalibus viribus habes quo haurieſ ſapien
tiam ſupnaturalē: q̄ ſola eſt aqua viua ⁊ vitaliſ.
nūquid tu maior es.i.dignior ⁊ deo acceptior pa
tre noſtro Jacob.i. chriſto:qui per imperatorem
Conſtātinū dedit nobis puteū hunc.i.hanc ciui
tatē imperialē tam nobilem ⁊ proſperam in tem
poralibus bonis.⁊ ipſe ex hoc puteo bibit mul-
ta bona ad ſeruiciū eius facta.biberunt filij eius
imperatores ex eo multos honores et diuitias.
biberunt ⁊ pecora.i.vaſſalli multis temporibus
pacificam ⁊ q̄etam gubernationē.ſi ergo hec bo
na temporalia q̄ minora ſunt tu nobis dare non
poteris:ſed ſolus chriſtꝰ ea dare potuit:quomo-
do potuiſſes ſpiritualia dona gratiarū ⁊ ſapiētie
celeſtis dare nobis? Reſpondit p̄latus oſtendēs
quanta ſit differentia horum ⁊ illorū bonorum:⁊
dixit ei.omnis qui biberit ex hac aqua mūdane
proſperitatis ſitiet iterum.i.continue cupiet ma-
gis ⁊ magis ⁊ nunq̄ȝ ſatiabitur diuitijs/honori-
bus/delicijs:quia Prouer.30. Hec tria ſunt in-
ſaturabilia. qui autē biberit ex aqua ſpiritualis
gratie ⁊ ſcientie:quam ego dabo ei miniſterialiſ
ſed chriſtus principaliter:non ſitiet in eternum.i.
non deſiderabit aliqua alia bona huius vite/ſed
ſolum celeſtia.alteriꝰ vite. nam hec doctrina fiet
in bibente velut quidam fons aque ſaliētis.i.ele
uantis ſurſum cor hominis in vitam eternā deſi
derādam. Hoc audito dixit ad eum mulier p̄di-
cta:obſecro dn̄e da mihi.eo modo:q̄ potes hanc
aquam viuam que omnem ſitim tollit:vt nō ſi-
tiam amplius bona terrena: neq̄ȝ indigeam ve-
nire huc.i.ad latinā eccleſiā importunꝰ ad hau-
riendam aquā ſapientie quotidie. Reſpōdit p̄la
tus.vade ⁊ voca virum tuū.i.prelatum vel impe
ratorem: q̄ eadē qua tu ſiti affligitur:et veni huc
cum eo ad obediendum romane eccleſie.⁊ hau-
riendum a me aquā vere ſapiētie. Ad quē ecclīa
greca reſpondit:domine non habeo virum idest
prelatum vel regem talē qui mecum bene agat
ea q̄ ad officium ſuū ptinēt. Cui p̄latus romanꝰ.
bene dixiſti quia nō habes virum. quinq̄ȝ enim
viros habuiſti.i.tot imperatores catholicos i hoc
trecētorū annorū ſpacio: ⁊ ſuis temporibꝰ etiā bo-
nos epiſcopos Cōſtātinopolitanos.primus fuit
Conſtātinus magnus/ ſecūdus Valētinianus/
tertius Theodoſius ſenior/ quartus Martianꝰ/
quintus Juſtinianus q̄ fuerūt optimi bonorū:et
te nimiū diligebant vt ſponſam pulchrā ⁊ caſtā.
ſed hic quem nūc habes.i.habere incipis impe-
ratorē.ſ.Foca ceſar non eſt vir tuus ſed tyrānus
peſſimus:qui Mauriciū dn̄m ſuū doloſe occidit
⁊ imperiū eius inuaſit p violentiam.ideo hoc ve
re dixiſti quia non habes virū:neq̄ȝ cum impe-
ratore malo habes bonū p̄latum Cōſtātinopo-
litanū. Videns igitur ecclīa greca reſponſiones Secūda ps euāgelij.
p̄dictas romani pōtificis ad oēs ſuas iterrogatio
nes:dixit ei.dn̄e video quia ꝓpheta es tu.i.ſeruꝰ
⁊ nuncius dei in terris : explica ergo mihi ſolu-
tionē vnius dubij ad religionē ptinentis.nā pa-
tres noſtri doctores ⁊ p̄lati greci adorauerunt.i.
ſeruierunt deo in monte hoc.i.in altitudine ⁊ ex
cellētia imperiali/ ⁊ cum magna ꝓſperitate bo-
norū temporaliū/et cum coniugio ſacerdotū:vos
autem latini dicitis econtra ꝙ non in bonis tē-
poralibus neq̄ȝ in coniugio ſed Hieroſolimis.i.
in celibatu ⁊ in pacificatione ſpiritus vacantis a
curis ſecularibus eſt locus vbi adorare oportet
deum.eſt ergo dubium: vtra harum ſententiarū
ſit verior. reſpondens dixit ei p̄latus .vos gre-
ci adoratis quod neſcitis an ſit bonum:qr proſpe
ritas bonorum tēporalium dubia eſt:⁊ aliquibꝰ
bona aliquibus mala:nos autem latini adora-
mus quod ſcimus:quia virtutes ⁊ dona ſpiritua-
lia de perſe nulli nocent.quia ſalus vera homi-
num ex iudeis eſt .i.ex vere fidei cōfeſſione:quā
tenent latini ſub typo tribus iuda.ſed mulier cre
de mihi hoc eſſe verum: quia venit hora.i.tempꝰ
in eccleſia dei quando neq̄ȝ in monte cōiugij ſa-
cerdotum:neq̄ȝ in Hieruſalem celibatus eorum
adorabitis patrem omnes deuoti chriſtiani: ſed
veri adoratores ꝓprio nomine dicti religioſi ado
rabunt deum in ſpiritu ⁊ veritate .i. in ſpirituali
⁊ vera intelligētia ſanctarū ſcripturarū ⁊ miſterio
rū ecclīe dei:⁊ tempus illud nūc eſt.i.iam incipit
ſub pontificatu Gregorij religioſiſſimi pariter ⁊
ſanctiſſimi:q̄ primus ex religioſis fuit ſūmus pō
tifex/ ⁊ cathedrā ap̄licam regens. Nā pater chri
ſtianorū deꝰ tales querit q̄ adorēt eum:eo ꝙ ipſe
ſpūs eſt:⁊ eos q̄ adorāt eū in ſpū ⁊ veritate opor-
tet adorare. qr ergo iam incipiebat p̄ualere ſtatꝰ
religioſorū in eccleſia latina ſub regula ſācti Be-
nedicti:qui ſpūalē modū viuendi ⁊ intelligendi
ſcripturas itroduxit: propterea dictū eſt ꝙ venit
hora ⁊ nunc eſt.⁊c. Dixit ei mulier predicta. ſcio
ex dictis tuis de qualitate temporis inſtantis:ꝙ
meſſias.i. ſaluator animarū bonus prelatus ve
nit in eccleſia dei.quia in tempore tāte ſpiritua-
litatis non poterit eſſe ſūmus pontifex nō ſpiri-
tualis:



tualis:qui etiam dicitur chriſtus.i. vnctus a deo
vnctione nedum corporalis olei in ſua conſecra
tione: verumetiam ſpiritualis gratie dei plenus
ſciētia ⁊ virtutibus.cum ergo venerit: ille nobis
annūciabit omnia miſteria occulta ſcripturarū:
applicata etiam ad noſtrum modum viuēdi mo
raliter. Cuius deuotioni annuēs bonus p̄latus
ſanctus Gregorius dixit ei ad ſuam conſolatio-
nem.ego ſum ille p̄latus de quo deſiderāter di-
xiſti: ſcio quia meſſias venit.⁊c. et loquor tecum
partim per ſcripturas librorū meorū/partim per
Tertia ps euāgelij. multos p̄dicatores ad te miſſos.⁊c. Et continuo
.i.immediate;poſt romanum pōtificem talia per
ſuadentem Grecis:venerunt diſcipuli eius p̄di-
catores religioſi ⁊ alij ſacerdotes latini coopera
tores eius in agro dominico:⁊ mirabātur de gra
tia dei ſuper grecos qui prius erant heretici/pro
terui/et malicioſi contra romanum pontificem:
nunc autem videbāt ꝙ ipſe pacifice iam loque-
retur cum illa eccleſia : et ipſa libenter cum au-
diebat ⁊ obediebat ei.nemo tamē diſcipulorum
dixit ei quid queris a Grecis: aut quid loqueris
cum illa eccleſia.qr hoc erat manifeſtū ꝙ roma-
nus pontifex ex nimia charitate querebat ⁊ lo-
quebatur de ſalute ſpirituali eorum.quod et fa-
ctum eſt nā tunc illa reliquit hydriā ſue falſe do
ctrine precedentis:que erat velut aqua amara ⁊
ſalſa.et prelatus grecorum abijt in ciuitatē Con
ſtantinopol.et dixit hominibus illis grecis : ve-
nite ad bibendum aquam ſpiritualis doctrine
et videte hominem qui repreſentat deum in ter-
ris romanū dico pontificem:qui dixit mihi om-
nia mala mea p̄terita quecūq̄ȝ feci : et rationabi
liter redarguit ea.nunquid ipſe eſt chriſtus.i.ſal-
uator hominum miniſterialis:q.d.verum eſt. Et
ſic audita ſalute exierunt multi de ciuitate illa
non tam corpore q̄ȝ deuotione.nam relictis erro
ribus veniebant ad romanū pontificē vt doctri-
nam eius veram acciperēt. Hoc videntes diſci-
puli eius p̄dicti rogabant eum dicentes. Rabbi
manduca.i. epulare nūc ⁊ letare ex quo iam to-
ta eccleſia dei eſt in pace et proſperitate tempo-
rali deuictꝭ hereticis:quare ſic te affligis lachry-
mis ⁊ penitētia: ille autem dixit eis. ego cibum
habeo manducare quem vos carnales neſcitis.
quod ipſi intelligētes de cibo corporali dicebāt
ad inuicem:nunquid aliquis ei attulit mādica-
re.i.fecit ei aliquā magnā donationē bonorū tem
poraliū:vltra eam quā olim fecit magnus Con
ſtantinus? Sed ipſe declarans de quo cibo loq̄-
retur ait.meus cibus principalis eſt ſpiritualiſ.ſ.
vt faciam voluntatem.i.mandata eius qui miſit
me regere eccleſiā ſuam:⁊ vt pficiam in ea opus
eius.i. ſaluationem aiarum q̄ȝ ipſe chriſtus ince
pit:⁊ alij prelati proſequuti ſunt vſq̄ȝ ad hec no-
ſtra tempora: vbi iam perfecta eſt conuerſio to-
tius fere gentilitatis:nec reſtat niſi conuerſio reli
quiarum Jſrael.i.iudeorum q̄ nō eſt noſtri tem-
poris:ſed propter miſteriū reſeruatur futura cir-
ca finem mundi. ⁊ propterea dixi ꝙ mādauerat
mihi deus vt pficiam opus eius.i.opus redem-
ptionis hominū gentiliū:q̄ in hac.20.ge.comple
ta eſt: quando oēs reges gētilium ſunt chriſtia-
ni:⁊ omnia regna mūdi ſeruiūt chriſto:nec noīa
tur alter deus p̄ter ipſum i toto orbe terrarū. Et
declaro p vnum ſilē in naturalibꝰ cōuerſionem
gētilium.nōne vos dicitis circa p̄ncipiū anni ro-
mani:adhuc quattuor mēſes ſunt futuri vſq̄ȝ ad
meſſem.i. collectionē frumentorū: ⁊ in mayo di-
citis iam venit meſſis. ita etiā collectionē homi-
num ad eccleſiā dei(q̄ eſt area eius)dicimꝰ meſ-
ſem ſpūalē.⁊ in principio naſcentis eccleſie dice
bant p̄lati chriſtianorū in Judea loquētes de cō-
uerſionē gētium futura:adhuc quattuor mēſes
ſūt.i.quattuor gen̄atiōes eccleſie vſq̄ȝ ad meſſem
.i.collectionē gentilium.ſed poſt trecētos annos
⁊ vltra baptizato iam imperatore romano:dice-
bant p̄lati iam venit meſſis. noſtro autē tēpore
dico vobis ecce leuate oculos vr̄os:⁊ videte re-
giones gentiū fere omnes:iā albe.i.mature ⁊ pa
rate ſunt ad meſſem vt congregētur in arcā chri
ſti.⁊ p̄latus aut p̄dicator nr̄i tēporis q̄ metit eos
falce p̄dicationis:⁊ cōgregat rethe verbi dei:mer
cedem magnā accipit a deo ꝓ ſuo labore in hac
vita:⁊ fructum magnū colliget in vitam eternā.
vt in paradiſo ſimul gaudeāt ⁊ ille q̄ ſeminauit
doctrinā fidei in gentibꝰ.ſ.cetus ap̄lorū:⁊ ille qui
nunc metit.ſ.ordo p̄latorū ⁊ p̄dicatorū. Et licet in
corporalibꝰ fere ſemp idem ſit q̄ primo ſeminat
et poſtea metit q̄ ſeminauit cū augmēto:tamē in
hoc noſtro ꝓpoſito verbū verum eſt ꝙ alius eſt
qui ſeminat ⁊ alius qui metit vt declarauimus.
ego enim mitto vos meo tempore metere quod
alij ſeminauerūt ſuo tēpore.qui etiam valde la-
borauerūt in ſua ſeminatiōe propter pſecutiōes
tyrannorū infidelium: qui martyrizabāt ⁊ varijs
penis eos afficiebant:vos autē in veſtra meſſio-
ne pacifice ⁊ ſine labore colligitis fructus: quia
modo nulli ſunt reges infideles q̄ vos perſequā
tur. ſunt autem fructus veſtre predicationis in
preſenti: quia ex ciuitate illa quam ſepius dixi-
mus Conſtātinopolim multi Samaritanorum
.i. hereticorum crediderūt veram fidem propter
verbū mulieris .i. eccleſie Grecorum teſtimoniū
perhibentis de veritate doctrine romani ponti-
ficis:quando eccleſiaſtici ſecularibꝰ p̄dicabāt in
grecia: quia romanus pōtifex dixit mihi omnia
quecunq̄ȝ feci.⁊c.ad ſenſum prius datum. Cum
autem veniſſent ad veram fidem Samaritani
predicti:et omnes Greci omneſq̄ȝ orētales con-
uenirent cum latinis in eādem fidei veritatem:
rogauerunt illum romanū proculdubio ponti-
ficem:qui vicem gerit chriſti in terris:vt ibi idest
in tali ſtatu maneret eccleſia vſq̄ȝ ad finem ſecu
li:hoc eſt rogauerūt vt ipſe: quia erat vir ſanctiſ-
ſimus et deo acceptiſſimus: impetraret hāc gra
tiam a deo ſuis deuotis orationibus.quorū pre-
cibus inclinatus vix obtinuit a deo ꝙ maneret
ibi duos dies.i.paruo tempore duarum genera-
tionum. nam poſt eas exigētibus peccatis chri-
ſtianorū:qui male vſi ſunt tēporali proſperitate:
vexauit nimiū eccleſiā dei ſecta Mahumetica vt
g

patebit Interim aũt durante pace edificabatur
eccleſia dei multitudine recte credentiũ. ⁊ ex gre
cis multo plures crediderunt in romanũ pon. ⁊
fidem ꝓpter ſermonē eius: ad quē audiendũ etiā
corporaliter veniebāt/vel libros eius legebant. ⁊
tales dicebāt mulieri. i. eccl'ie ſue: qꝛ iā nō ꝓpter
tuā loquellā. i. ꝑdicationē credimus recte in chri
ſtum. ipſi. n. ꝑ nos immediate audiuimꝰ eũ. et ꝑ
certo ſcimus qꝛ hic eſt vere ſaluator mũdi ꝑ bo-
nam doctrinā ſuā: nec eſt alibi ſalus q̄renda ſub
Moralitas. deo. ¶ Moraliter vero cor hoīs eſt puteꝰ valde
ꝓfundus: ſed hydria ex eo hauriēs aquā cōtritio
nis ⁊ lachrymarũ eſt ſacramētum confeſſionis: q̄
ꝑtingit vſqꝫ ad fundũ eiꝰ vt extrahat feces. Sa-
cerdos vero ſcrutando cor hoīs petit ab aīa pec
catrice aquā ꝑdictam: et declarat ei q̄ꝫ amara ſit
aqua delectationis mundane q̄ nunq̄ꝫ ſatiat ho
minē: ⁊ vice verſa q̄ꝫ dulcis ⁊ ſuauis eſt aqua de
uotiōis ſpũalis: q̄ oēm ſitim mundanorum extin
guit. ⁊ tunc aīa fidelis deſiderio illius aque pan
dit ei oēs cogitationes ſuas: donec ad beneficiũ
ſacramētalis abſolutionis veniatur: qua deuote
Offertorium. ſuſcepta potatur aīa aqua gr̄e dei. ⁊c̄. ¶ Offerto-
rium: Intēde voci orōnis. ⁊c̄. pſal'. 5. eſt orō eccl'ie
cum ꝑlato ad impetrandũ a deo gr̄am ꝑſeuerā
tie grecoꝝ ⁊ latinoꝝ in hac. pace ⁊ cōcordia ſynce
re fidei ⁊ religiōis chriſtiane. Et additur verſus:
Verba mea. ⁊c̄. principiũ eiuſdē pſalmi: ad ma-
gis cōfirmandā petitionē ⁊ oſtendendā ſuā affe-
ctionē. Secreta orō: Reſpice dñe. ⁊c̄. offert deo ſa-
crificiũ euchariſtie ad impetrandũ ieiunantibus
et penitētibus etiam gr̄am ꝑſeuerantie. ¶ Com-
Communio. munio: Qui biberit aquā. ⁊c̄. ex noſtro euāgelio.
eſt congratulatio eccleſie de cōuerſione Grecoꝝ:
eo q̄ꝛ dixerat ei ꝑlatus de aqua ſue doctrine ma
gnas virtutes. Finalis orō: Huius nos dñe. ⁊c̄.
applicat cōionem moraliter ad ieiunantes petēs
eis ex virtute ſacramēti ſuſcepti: vt et ipſis doctri
na eccl'ie fiat fons aque ſalientis q̄ eos ad cele-
ſtia regna perducat. Sup pplm. preſta q̄s. ⁊c̄. im
plorat fidelibꝰ ꝓtectionē dei ab aduerſarijs tur-
bare conantibꝰ pacē cōſciētie ꝑ ſuas tētationes.

## ¶ Caput quadrageſimũſextum de officio ſabbati tertie hebd. quadrage-ſime: quo vigeſimaꝑma eccl'ie chriſtiane genera-tio a tribulatiōe liberatur: et ꝑ virtutē penīte fide-lis populus a peccatis abſoluitur.

Argumētũ officij ab anno chriſti. 600. vſqꝫ 630. Vigeſimaꝑma
generatio eccl'ie dei fuit ſub
Ro. pon. Sauiniano/tribus
Bonifacijs / et alio vocato
deus dedit: ac imperatoribꝰ
Foca et Heraclio. ⁊ correſpō
det Amaſie regi Iuda in ve
teri le. q̄ licet in principio ſui regni bonꝰ et catho
licꝰ appareret: poſtea tamē cũ victoriā habuiſſet
contra Seyr et Moab: adorauit quos ſecũ tule-
rat deos eorũ. propter quod peccatũ iratus deus
contra eum ꝑmiſit q̄ꝛ ſtulte incitaret regē Iſrael
ad bellũ cōtra ſe: a quo victus et valde humilia-
tus: tādem a ſuis dolo occiſus eſt. Ioas aũt rex
Iſrael etiā ꝑualuit aduerſum Benadab regem
Syrie: cuiꝰ pater Azael valde affixerat regnũ
Iſrael: ideo Ioas victorioſus abſtulit vrbes re-
gni ſui de manu Benadab: q̄s Azael vi accepe-
rat a patre ſuo. ⁊ poſt eum Hieroboā filius eius
recuperauit oēs alios terminos regni Iſrael ab
introitu Emach vſqꝫ ad mare ſolitudinis. ⁊c̄. Si
militer in hac ge. 21. rex Longobardoꝝ in Italia
bñ incepit adiuuādo romanā eccl'iam et fauēdo
fidei catholice: tñ poſtea in hereſim lapſus tyran
nidem exercuit ⁊ malũ finē habuit. q̄ contra He
racliꝰ imperator in grecia ꝑualuit bellādo nō ſo
lũ cōtra regē Italie: verũetiā aduerſus Coſdram
regē Perſarũ: q̄ rebellauerat cōtra eũ ⁊ multas
ꝓuincias imperij abſtulerat: adeo vt etiā crucem
dñicā ab Hieruſalē in Perſidē transferret. quo
deuicto Heraclius ꝓuincias illas recuperauit:
⁊ crucē i Hieruſalē reduxit. et ad ſimilitudinē Ioas
regis iſrael (q̄ vincens Amaſiā totũ regnũ Iuda
expoliauit) ita iſte īperator poſt dictā victoriā in
tyrannidē verſus: oēs populos ⁊ eccl'ias romani
imperij expoliauit bonis. in tm̄ q̄ꝛ multi ppl'i nō
valētes tollerare tantā oppreſſionē rebellare ce-
perunt contra eum: vt excuterent a ſe iugum ro-
mani imperij. et cũ illo tēpore pernicioſiſſimus
Mahumetus ſectam ſuam maledictam ꝑdica-
ret in Perſide/Arabia/Egypto/ ⁊ alijs partibꝰ
Aſie/⁊ Affrice: tyrannis Heraclij occaſio fuit vt
oēs ille natiōes facile cōſentirēt Mahumeto: q̄re
nus legē chriſti dimittendo ſub alio rege euade
rent oppſſionē imperatorũ: q̄ eis occaſione rebel
lionis Coſdre valde moleſti erant. Et poteſt ad-
huc notari alia ꝯcordia: qꝛ ſicut Heliſeꝰ ꝓpheta
defunctus eſt ſub Amaſia. 21. a Iacob: ita beatꝰ
Gregorius religioſus de ordinis ſācti Benedicti
(quē diximus veniſſe in ſpũ Heliſei) ſub hac. 21.
ge. eccleſie defunctus eſt claris miraculis etiam
poſt mortē ſuam vt Heliſeus: q̄ inter plures eiꝰ
libros ꝑclariſſimos: dialogos edidit de miracu-
lis illorum ſāctoꝝ qui circa tēpora ſua claruerũt.
⁊ paulo ante ſcriptus erat alius ſil'is liber de vi-
tis ſanctorum patrum: qui in Thebaide ⁊ Egy-
pto vixerant miraculis clariſſimi: vt hi duo libri
gererēt Thypum/Helie/⁊ Heliſei/in nouo teſta-
mēto. Poſt beatum autē Gregorium rara fuere
miracula in eccleſia dei: ⁊ quanto magis accedi
mus verſus finem mundi tanto rariora: adeo vt
tempore antichriſti (cuiꝰ figura fuit anthiochus
in lege veteri: ⁊ Mahumetes in lege noua) iam
non ſint futura vera miracula ꝑ bonos: ſed fal-
ſa per malos homines. ſicut etiam in veteri le-
ge poſt Heliam ⁊ Heliſeum: vt teſtatur hiſtoria
quarti libri Regũ: non ſurrexerunt in Iſrael alij
ꝓphete q̄ talia ⁊ tam crebra miracula facerēt ſi-
cut ipſi: quāuis nō defuerint poſt eos multi viri
ſācti i populo dei vt Eſaias/Hieremias/⁊ alij ſe
quētes ꝓphete tā maiores q̄ꝫ minores: Et ſil'r in
eccl'ia chriſti doctores magni ⁊ religioſi poſt ſan-
ctũ Gregoriũ: vt Bernardꝰ/Frāciſcꝰ/Dñicus. ⁊c̄.



Sicut ergo in veteri teſtamēto ꝑceſſit tēpus mi-
raculoꝝ/⁊ poſtea ſecutũ eſt tēpus ſapiētie dei re
uelate: ita ⁊ in no. teſta. nam Moiſes in ꝑncipio
ſui regiminis multa oſtēdit miracula i Egypto:
ſed poſtea legem dedit ppl'o in deſerto de q̄ ipſe
ait Deut. 4. Hec eſt ſapiētia vr̄a et itellectꝰ corā
populis. ⁊c̄. in terra etiā ꝓmiſſiōis ⁊ regno He-
breoꝝ ꝑores ꝓphete vt diximꝰ miraculis clarue
rũt ſed libros nullos ſcripſerũt vſqꝫ ad Amaſiā
regem: q̄ vero eos ſecuti ſunt magis ſapiētia et
libris q̄ꝫ miraculis decorati fuerũt. ſil'r in eccleſia
chriſti in eius ꝑncipio. ſ. tempore chriſti ⁊ apl'oꝝ
et deinceps ꝑ plures generatiōes apparuerunt
multi ꝑlati ⁊ predicatores cum frequentia mira
culorum vſqꝫ ad hanc. 21. ge. ſed poſtea ſucceſſe-
runt viri religioſi non tam clari miraculis q̄ꝫ ſa-
piētia decorati. Hec etiam differentia in duobꝰ
maximis apl'orũ Petro ⁊ Paulo figurata eſt:
quorum primus Petrus a chriſto miſſus eſt in
virtute miraculorũ vt alter Moiſes aut Helias:
Paulus vero a ſpũſancto cũ Barnaba miſſus
eſt in claritate ſapientie celeſtis vt alter Eſaias
vel Hieremias. ſic tñ q̄ꝛ nec Petro deerat ſcien-
tia/nec Paulo miracula: ſicut etiā antiquis pro
phetis Helie ⁊ Heliſeo nō deerat ſciētia dei: nec
poſteris Eſaie et Hieremie gr̄a miraculorũ. ſed
iſti libros ediderunt: illi nō. et illorum multa mi-
racula ſcripta ſunt: iſtoꝝ vero q̄ꝫ pauciſſima. vn-
de non abſqꝫ miſterio huiꝰ cōcordie cōtigiſſe cre-
dimus vt in hac. 21. ge. interrogaret beatus Gre-
gorꝰ a Petro diachone: q̄re modo nō inueniā-
tur tales viri miraculis clari ſicut olim in eccl'ia
dei: cui reſpondēs Gregorius in dialogis ꝑdictā
duoꝝ apl'oꝝ figurā adducit: vt ſignificaret vir il-
le ſcientia dei plenꝰ q̄ꝛ generatio illa erat termi-
nus inter ꝑdicta duo tēpora no. teſtamēti. i. q̄ꝛ tē-
pus miraculoꝝ finiebatur: q̄ꝺ ꝑceſſerat ad ſimilitu
dinē Moiſi/Ioſue/Helie/Heliſei: ⁊ alioꝝ: et inci
piebat tēpus aliꝺ magne ſapiētie ſpũalis inſtar
Dauid/Salomonis/Eſaye/Hieremie/ et aliorũ
ſub ſāctis religionibꝰ: quarũ ꝑma extitit religio
ſācti Benedicti. nā inſtitutio canonicoꝝ regula-
riũ quā olim fecerat ſctus Auguſtinꝰ: nō multũ
annumeratur religionibꝰ ſed potiꝰ alijs ſacerdoti
bus. In hac quoqꝫ generatiōe iuxta ꝑncipiũ eius
Focas īperator dedit. ro. pon. Bonifacio quarto
templũ oīm deoꝝ gētiliũ (q̄ꝺ erat Rome ſolēniſ-
ſimũ) ꝯſecrandũ i honorē virginis Marie ⁊ oīm
ſanctoꝝ chriſti: vt ciuitas illa ⁊ tota eccl'ia latina
remaneret iam oīno purificata ab infamia ydo-
latrie. de q̄ multis retro annis fuerat infamata
atqꝫ polluta. Quare optime eccl'ia illius tēporis
Introitꝰ miſſe. in miſſe introitu. ſ. Verba mea auribꝰ. ⁊c̄. pſal'. 5.
deũ alloquitur orās vt eiꝰ ꝑces ſint ei iam grate
⁊ exaudibiles. Verſus: Quoniā ad te orabo. ⁊c̄.
ex eodē pſal'. dat rōnem ꝑdicte petitiōis quoniā
deinceps purificata penitꝰ ab ydolatrie infamia
nō habebit aliũ deũ quē debeat inuocare ꝑter ip
ſum: ⁊ qꝛ rara fient miracula in eccl'ia q̄bus ſigni
ficabantur orōnes eiꝰ exaudite: reſtat modo ꝯfide
re de diuina mīa: vt cũ magnoꝝ doctoꝝ ſapiētia
nō deficiat fides recta ⁊ gr̄a ſua. Orō: Ieiunia q̄s Oratio.
dñe. ⁊c̄. applicat introitũ ad ſenſum moralē pro
fidelibꝰ ieiunātibꝰ petēs purificationē a pctis ⁊
liberationē a penis ſue iuſticie rigoroſe. ¶ Epl'a Epiſtole argumentum.
Erat vir in Babilone. ⁊c̄. Daniel'. 13. applicat hi-
ſtoriā Suſanne (q̄ licet apud Hebreos nō ſit de
canone biblie: eſt tamen valde autentica et ab
eccl'ia ꝓbata) ad liberationē ꝑdictā latine eccl'ie
ab ydolatrie infamia ⁊ ab erroribus apoſtaſie: q̄
orientalibꝰ eccleſijs contigit ex ſeductiōe Mahu
metis. Habet aũt more ſolito tres partes. In pri
ma declaratur grauiſſime tētationis occaſio. In
ſcđa ibi: et facta eſt dies craſtina. ⁊c̄. additur ma-
licioſa accuſatio pariter ⁊ condēnatio. In tertia
ibi: cũqꝫ duceretur ad mortē. ⁊c̄. ꝯcludit miraculo
ſa liberatio ⁊ abſolutio. ſ. ab īfamia. Quia igitur
Prima pars epiſtole. romana ⁊ tota latina eccl'ia ꝑus fuerat īfamata
imo ⁊ vere depꝛhenſa in adulterio ydolatrie: q̄ re
licto viro ſuo vero deo polluebatur ſupſtitiōe nō
ſolũ vniꝰ falſi dei: ſed etiā oīm deoꝝ imo demo-
nioꝝ q̄bus q̄ſi lenonibus ꝓſtituebatur: voluit deꝰ
ex ſumma ſua mīa eam liberare nō ſolũ ab illo
nephario opere verumetiā ab infamia illa: ⁊ nō
ſolũ aīas gētiliũ latinoꝝ ad fidē vniꝰ veri dei cō-
uertēdo: ſed etiā materialia tēpla ſinguloꝝ ydo-
loꝝ in eccl'ias chriſti ꝑmutādo: donec vētũ eſt ad
hanc generationē: in q̄ Pantheon ipſum. i. tēplũ
oīm ſimul ydoloꝝ dño ꝯſecratũ eſt. hoc ſignificat
ꝓlixa hec nr̄a epl'a: q̄ꝫ breuiꝰ ꝑſtringēdo dicimꝰ
q̄ꝛ Suſanna: q̄ roſa vel liliũ interꝑtatur: eſt lati
na eccl'ia pulchra nimis ſpũaliter ⁊ timens deũ.
⁊ dicitur filia Helchie. i. apl'i Petri qui ⁊ leuitas
dñi dicitur ꝓpter deuotas orōnes ſuas ꝓ pecca
toribus. vir eius chriſtus q̄ꝛ Ioachim. i. reſurgēs
vel ꝯfirmans/aut vindicans. qꝛ reſurrexit a mor
tuis/ꝯfirmauit diſcipulos in fide/⁊ vindictā fecit
de aduerſarijs iudeis. iſte etiā eſt diues valde et
ditans ſeruos ſuos multis bonis. habet pome-
rium vicinũ domui ſue. ſ. ſacrā ſcripturā: ⁊ qꝛ ipſe
eſt honorabilior oībus alijs dijs gentiũ: ad eum
confluunt oēs vere fidei cōfeſſores. accuſatores
huius Suſanne duo magni preſbyteri. i. patriar
che fuere in ꝑteritis generationibꝰ eccl'ie videli-
cet Conſtātinopolitanus/⁊ Epheſinus/cum ſe-
cacibus ſuis Grecis ⁊ Aſianis. qui cum viderent
eam quotidie ingredientem ⁊ deambulātem in
predicto pomerio viri ſui. i. continue proficiētem
in ſtudio ſanctarum ſcripturarũ: et lauantem ſe
a ſpurcicijs ydolatrie oleo ⁊ ſmigmatibus ſacra
mētorum: ac perinde magis ac magis decoram
ſe facientem quotidie coram deo et hominibus:
exarſerunt illi per inuidiam in cōcupiſcentiā bo
norum ⁊ gratiarũ eius. quas non valentes aſſe
qui: auerterunt ſenſum ſuum a veritate et decli-
nauerũt oculos ſuos ad terrena bona vt viderēt
celum. i. celeſtem legem dei nec recordarētur iu-
diciorum. i. preceptorum iuſtorum dei. ideo de-
creuerunt infamare eam de multis criminibus
maxime de adulterio ſpirituali ideſt hereſi vel
apoſtaſia a fide per ydolatriā preteritam. Ad q̄ꝺ
malum perficiēdũ ingreſſi ſunt ⁊ ipſi pomerium

chriſti ad corrũpendũ vel corrupte exponẽdum
ſacras ſcripturas: vt ĩ eis fundarẽt errores ſuos.
⁊ tũc ꝑmo exclamauit eccl'ia latina ĩ multis ꝯci
lijs ꝯtra eos: exclamauerũt ⁊ ipſi aduerſus eã di
cẽtes multa ꝯuitia: adeo vt romane ſerui eccl'ie
aliqñ erubeſcerẽt hec audiẽtes. hoc fecerũt maxie
Arriani in ꝑmo centenario annoꝝ poſt Cõſtan-
Scd'a ps epiſtole.
tinum ⁊ Silueſtrum. Et cũ facta eſſet dies craſti
na. i. ſecundus centenari⁹. ſ. a tẽpore Theodoſij ⁊
Damaſi inualuerũt accuſatores ei⁹ adeo vt vo-
carent eã ad iudiciũ in ꝯcilijs Arrianoꝝ: ⁊ dicen
tes ꝯtra eam falſum teſtimonium cõdẽnarẽt eã
ad mortẽ: ⁊ tradederent eã occidẽdam multitudi
ni Gothoꝝ. q̃re opus fuit ꝙ ipſa ſepius voce ma
gna clamaret ad dñm in orõnibus ſuis. dicens.
Dñe de⁹ eterne. ⁊c̃. tu ſcis qm̃ falſum contra me
tulerunt teſtimoniũ. ecce morior cũ nihil hoꝝ fe-
cerim q̃ iſti malicioſe cõpoſuerunt aduerſum me
Tertia ps epiſtole.
⁊c̃. Cumq; ꝑ plures annos ducerek ſic ad mortẽ:
⁊ ipſa ſemꝑ clamaret ad deum: tandẽ exaudiuit
dñs vocem ei⁹/ ⁊ decreuit eã liberare in. 3. cente
nario. ſ. a tẽpore Juſtiniani ⁊ Joãnis pape. ſuſci
tauit. n. tunc de⁹ in ſua eccleſia ſpũm bonũ vni⁹
pueri. i. ſerui ſui iunioris. i. minoris ꝑlati. ſ. Hiſpa
lenſ: cui nomẽ Daniel. i. iudiciũ dei: iſte fuit Lean
der epiſcopus. q̃ ad ppl'm Gothoꝝ clamauit vo-
ce magna ſue ꝑdicationis adeo vt ꝯuerterek rex
eoꝝ ĩ Hiſpania: ⁊ ſil'r tot⁹ ille ppl's ꝯuerſus ẽ ad
deũ. vel puer iſte iunior fuit ſanctus Gregorius
alioꝝ doctoꝝ eccleſie nouiſſim⁹ ⁊ agẽs iudicium
dei ĩ terris: q; papa: q̃ etiã ꝯtra gentẽ Gothoꝝ in
Jtalia cum ſtaret in medio eorum dixit eis. ſic
fatui eſtis nõ iudicãtes recte neq; q̃ verum eſt
cognoſcẽtes: q; iniuſte ꝯdemnaſtis ⁊ ad mortem
duxiſtis filiã Jſrael. i. eccleſiã latinã. reuertimini
ad iudicium. ⁊c̃. ⁊ ꝯuerſus ppl's fecit eum ſedere
in medio totius eccleſie ad iudicãdum. ſ. in ſede
ap'lica: ⁊ acquieuerũt ſentẽtie ei⁹ in cauſis fidei.
Jpſe autẽ diuiſis a ſe falſis teſtibus. i. Grecis ⁊
Aſianis: cõuicit eos ſuis diſputationib⁹ falſum
teſtimonium dixiſſe ꝯtra Suſannã: q; diuerſos
⁊ aduerſos errores ſuſtinebant cõtra latinã eccle
ſiã. ⁊ tandẽ iuſto dei iudicio euenit illis talis ꝑſe-
cutio q̃lem ipſi mouerant cõtra eccl'iam latinam
. ſ. vt duceretur ad mortẽ ꝑ infideles Mahumeti
cos: qui ab hac. 21. ge. ceperũt eos debellare: ⁊ cõ
tinuata eſt ꝑſecutio ꝑ ſequẽtes ge. plures: donec
oĩno eſſent oppreſſi ſub eoꝝ duriſſima tyrãnide.
econtra ꝟo latina eccleſia ab illo tempore libe-
rata eſt ⁊ a ꝑſecutiõe et ab ĩfamia adulterij ſpũa
lis. Moralitas hui⁹ ep'le eadẽ eſt cũ illa quã in
euãgelio ponem⁹. ¶ Cantus gradualis: Si am
Graduale
bulem in medio. ⁊c̃. pſal. 22. eſt grãrumactio lati
ne eccleſie de liberatiõe ſua ꝑdicta a ꝑſecutione
hereticorum: quã vmbrã. i. timorẽ mortis vocat.
Verſus: Virga tua. ⁊c̃. ex eodẽ pſalmo dat mo-
dũ ſue liberationis. ſ. ꝑ virgam diuine correctiõis
et flagelli: et ꝑ baculum mĩe et ſuſtẽtatiõis diui-
ne. hoc eſt q; de⁹ in illa ꝑſecutiõe purificauit eos
a peccatis ꝑ flagellũ ſue iuſticie: et defendit eos
a ꝑditione ꝑ ſuſtẽtationẽ ſue mĩe et grẽ. ¶ Euã-

gelium: Perrexit ieſus in montẽ. ⁊c̃. Joannis. 8.
Euangelij argumentum.
aliam hiſtoriam alteri⁹ mulieris de adulterio ac
cuſate ad idẽ ꝓpoſitum cum epiſtola applicat.
Et habet tres partes. Prima ẽ maligna ĩterro
gatio. Scd'a ibi: Jeſus aũt inclinãs ſe. ⁊c̃. eſt pru-
dẽtiſſima euaſio. Tertia ibi: erigẽs ſe ieſus. ⁊c̃. eſt
plena abſolutio. Pro hui⁹ euãgelij introductiõe
eſt ſciẽdum ꝙ ſicut in epiſtola ꝑ Suſannam de
adulterio falſo accuſatam intelleximus eccleſiã
latinã: ita nunc ꝑ mulierẽ in adulterio vero deꝑ-
henſam eandẽ eccleſiã latinam intelligimus. cũ
enim agam⁹ hic de adulterio ſpũali populi dei
ꝑ receſſum a vera fide: quã ꝓfeſſus erat: iuxta il
lud Hiere. 3. Fornicata es amica mea. ⁊c̃: duplex
eſt hmõi receſſus alter ꝑ hereſim: alter ꝑ apoſta
ſiã. Hereſis ẽ nõ dimiſſa religiõe chriſtiana ne-
gare aliq̃s articulos fidei. Apoſtaſia ꝟo ẽ totalis
receſſus a religiõe ⁊ redit⁹ ad infidelitatẽ prius
dimiſſam. romana ergo eccl'ia falſo accuſata eſt
in primo Arrianoꝝ cẽtenario a grecis de primo
adulterio: q; circa articulos trinitatis ⁊ incarna-
tiõis dei ipſi errabant/ et romana eccl'ia veritatẽ
docebat: quã tamẽ illi tanq; adulterã ĩfamabãt/
q; vocabãt eã hereticã. ſed in ſcd'o centenario ve
re accuſata eſt de ſcd'o adulterio: q; vt Auguſti-
nus refert in ꝑmo de ciuitate dei: ⁊ Oroſius eius
diſcipulus in ſua hiſtoria: cum romani vidiſſent
Gothoꝝ exercitũ ꝑualuiſſe cõtra eos: adeo vt to-
tam Jtaliam deuaſtaſſent/ ⁊ romã ipſam oppreſ
ſiſſent: finxerunt hoc malum ſibi ꝓueniſſe ex ira
deorum ſuorũ quos reliquerant propter chriſtũ.
ideo iterum erigere voluerũt ydola ſua ⁊ repete
re cultũ eorum: cõtra quẽ errorem predicti docto
res ⁊ alij plures in etate illa ſcripſerũt. Sed de⁹
benedictus in. 3. cẽtenario eccl'iam ſuã ab vtroq;
adulterio voluit liberare. de ꝑmo patuit ĩ ep'la:
q; declarauit deus illã accuſationẽ eſſe falſam.
de ſcd'o patebit in euangelio. q; licet peccatũ ꝑdi
ctum romanoꝝ eſſet dignũ accuſatione et pena:
non tamen erant accuſandi ⁊ puniendi ꝑ alios
ſil'r aut peius delinquentes: quales erant Greci/
Aſiani/ ⁊ alij oriẽtales. ideo ait. Jn illo tempore
Prima ps euangelij.
Arrianoꝝ prexit ieſus. i. roman⁹ põtifex in mon-
tem oliueti: q̃ ratione triplicis luminis ⁊ pingue
dinis ſacram ſcripturam ſignificat: q̃ fulget fide/
doctrina/ ⁊ deuotiõe. hoc eſt prelatus tunc inten
debat ſtudio ſãctarum ſcripturarũ ⁊ deuote con
templationi earum: vt per veram intelligẽtiam
illarum poſſet reſpondere cauillationib⁹ hereti-
corum: qui ſenſus earum ꝑuertebant. hoc fuit in
primo centenario Arrianorũ ante annos chriſti
quadringẽtos. ſed iterũ in ſecũdo centenario pre
latus venit diluculo in templum. i. intẽdit ordi-
nandis diuinis officijs ſacerdotũ in tẽplo dei: eo
ꝙ tẽpla ydolorũ iã conſecrabãtur in eccl'ias dei
⁊ ſuoꝝ ſãctoꝝ. ⁊ oĩs fideliũ ppl's venit ad eũ au-
diẽdũ ⁊ honorãdũ: q; ipſe ſedẽs ĩ cathedra doce
bat eos rectã fidẽ ⁊ mores bonos ꝑ ſe ⁊ ꝑ docto
res ſuos: q̃ erãt multi ⁊ magni in etate illa. Tũc
aũt inuidia cõmoti ſcribe. i. doctores Grecorũ: nõ
oẽs ſed phariſei. i. diuiſi ab vnitate eccl'ie ⁊ fidei:



adducunt ei. i. ante eũ accuſantes mulierem. i. vr-
bem Romã ⁊ fere totã Jtaliã deꝑhenſã in adul
terio apoſtaſie manifeſte. ⁊ ſtatuerũt eam in me
dio. i. declarauerũt eam ĩ generali cõcilio. ⁊ dixe-
rũt romano põtifici. Magiſter. i. tu q̃ paſtor ⁊ do-
ctor es romanoꝝ: ecce hec tua mulier modo deꝑ
henſa ẽ ꝑ euidẽtiã facti in quodã peſſimo adul-
rio ſpũali: q; apoſtatauit. i. retroceſſit a fide chri-
ſti viri ſui legitimi: ⁊ reuerſa eſt ad vomitũ ydola
trie ſue q̃rens ſibi deos alienos. in lege autẽ ve.
figurali Moiſes mãdauit hmõi mulieres adul-
teras lapidari: tũc q̃dem lapidibus materialib⁹/
nunc ꝟo ſpũalib⁹ hoc eſt ꝟbis ⁊ cẽſuris eccl'iaſti
cis. tu ergo qui iudex ei⁹ es quid dicis. i. quã ſen
tẽtiam ꝓfers ſuꝑ hoc pcc'o: hoc dicebãt greci nõ
ex zelo iuſticie ſed cauilloſe tẽtãtes eũ: vt ſi pcc'm
ſuoꝝ laudaret vel excuſaret: poſſent eũ accuſare
tanq; malũ ⁊ hereticũ: ⁊ ſic coloratã excuſationẽ
habere q̃re nõ obediebãt ei. Ad hãc malicioſã in
Secunda ps euangelij.
terrogationẽ grecoꝝ roman⁹ põtifex caute rñdit:
q; poti⁹ dedit euaſionẽ q̃ʒ reſpõſionẽ ad id q̃d di
recte q̃rebant. primo. n. inclinãs ſe ꝑ verecũdiã ⁊
humilitatẽ: deorſum aſpiciebat põderando gra-
uitatẽ illi⁹ pcc'i latinoꝝ: ⁊ digito dei. i. ſpũſãcto di
rigente eũ ſcribebat decreta ſalutaria ĩ terra ad
correctionẽ ⁊ edificationẽ eccl'ie latine ptinẽtia.
et ſic paulatim romanos reduxit ad verã religio
nẽ chriſti abiecta oĩno ydoloꝝ cultura. et hoc in
illo ſecũdo cẽtenario. in quo cũ greci ꝑſeuerarẽt
multis ãnis interrogãtes eum malicioſe de his
⁊ alijs multis pcc'is latinoꝝ: tãdẽ in ꝑncipio ter-
tij centenarij roman⁹ põtifex erexit ſe in magnũ
fauorẽ fidei cõuerſis ad ſe Gothis: et audacter di
xit grecis. vos accuſatis latinã eccl'iam vt dignã
morte: et q̃ritis ꝙ ego cõdemnẽ eã. hanc ſentẽtiã
ꝓfero. qui ſine pcc'o eſt vrm: ille ꝑmus in eam la
pidẽ mittat. q. d. ego ſcio pcc'm hoc eſſe dignum
punitiõe ſed nõ a vobis: qui alia eque mala ⁊ pe
iora pcc'a cõmiſiſtis blaſphemãtes cõtra diuini-
tatẽ chriſti: ac perinde negantes ei adorationẽ la
triam ſibi debitam: et faciẽtes vobis deũ fictũ. i.
nõ trinũ. q̃re ita bñ vos eſtis adulteri ſpũaliter ſi
cut romani. ideo nõ licet vobis accuſare eos de
illo pcc'o: ſed accuſabunt eos ſui ſacerdotes mũ-
di ab hoc vitio/ ⁊ benigne adducent eos ad peni
tẽtiã ſalutarẽ: nõ ad mortẽ exicialem vt vos ꝓ-
curatis. Et iterum circa finem tertij cẽtenarij põ
tifex roman⁹ inclinans ſe ad gubernationem fi
delium ſcribebat decreta ſalutaria latinis: et de-
terminatiões cõtra errores grecoꝝ: q̃s ipſi audiẽ
tes vn⁹ populus eoꝝ poſt alium exibãt ab vni-
tate eccleſie et obediẽtia roma. pon. incipiẽtes a
ſeniorib⁹. i. maiorib⁹ ꝑlatis eoꝝ vſq; ad minores
ſubditos. ⁊ ſic remãſit ipe ꝑlatus ſolus cũ ꝑdicta
muliere. i. latine gẽte ſtans in medio hereticoꝝ ⁊
aliorum ĩfideliũ. i. tenẽs medium ꝟtutis et recte
fidei. nã alij omnes fere populi receſſerũt ab eo
ad extrema erroris: Et traditis poſtea grecis in
Tertia ps euangelij.
ꝑtãtem infideliũ: erigẽs ſe ꝑlatus in culmẽ digni
tatis ſue fauore ꝑncipũ chriſtianoꝝ: dixit eccleſie
latine. mulier vbi ſunt greci q̃ te accuſabant: q. d.

perditi ſunt ⁊ non aparent. nemo eorum potuit
te cõdemnare ad mortẽ interit⁹ tui. q̃ reſpõdit ne
mo dñe me cõdemnauit q; deus hoc nõ ꝑmiſit:
ſed ad pñiam miſericorditer me expectauit: eos
vero quaſi malicioſos ⁊ impenitẽtes ad interitũ
duxit. ⁊ ꝑlatus iterũ ad eã. neq; ego inquit te cõ-
demnabo vere penitẽtem: ſed ex parte dei te ab
ſoluã ⁊ ab alijs erroribus contra fidẽ te ꝑſerua-
bo: vt ſemꝑ ſit in te fides ſana. vade ergo. i. ꝓce-
de ſcd'm documẽta tibi tradita ſub obediẽtia ro-
mani pontificis paſtoris tui. et ampli⁹ iam noli
peccare apoſtatando a fide vſq; ad finẽ mundi.
q; ego ero tecum ꝑ ſpecialẽ aſſiſtentiã bone gu-
bernatiõis. Nam ſicut in ve. le. captiuatis ab in
fidelib⁹ ꝓpter ſuã peccata decẽ tribubus Jſrael:
in ſola tribu Juda mãſit fides vſq; ad ꝑmũ chri
ſti aduentũ: ita in nouo teſtamẽto ꝑditis grecis ⁊
alijs orientalib⁹ ꝓpter ſeparationem ſuam a ro
mana eccleſia ⁊ obedientia ſummi põtificis: ĩ ſo-
la latina eccleſia manebit fides ſana vſq; ad ſe-
cundum chriſti aduentũ. ¶ Moraliter vero tam
Moralitas.
epiſtola q̃ʒ euangelium denotat accuſatiões que
modo fiunt cõtra aĩam peccatricem: que eſt per
baptiſmum ſponſa dei. ⁊ q̃tiens mortaliter pec-
cauit: totiens adultera fuit cõmixta demonio: ac
cuſant eam demones coram deo petẽtes vt dã-
netur ad mortem inferni: ſed chriſtus ꝑ ſuum ſa
cerdotẽ inclinat ſe in hac q̃drageſima ad audiẽ-
dam ei⁹ pñiam. ⁊ ſcribit in terra ſui cordis ꝟba
doctrine ⁊ correctionis ſue. his aĩa conteritur ac
penitet de ſuis peccatis: et reſpectu ei⁹ conuincũ
tur magis peccaſſe demones impenitentes qui
eam accuſabãt: ideo fugiunt a facie dei. ⁊ anima
abſoluitur a damnatiõe mortis inferni ꝑ claues
datas ſacerdotibus chriſti. ſed tandẽ monetur a
confeſſore ne ſit ingrata deo de tanto beneficio:
iterum recidiuando in peccata ſua. q; ſi forte ite-
rum peccet: accuſatores circũuenient eam: ⁊ non
inueniet chriſtũ qui eam abſoluat ꝑ ꝟtutem ſuo
rum ſacramẽtorum: ſed preoccupata die mortis
pñiam non poterit facere. ⁊c̃. ¶ Cantus offerto
Offertorium.
rij: Greſſus meos dirige. ⁊c̃. pſal. 118. eſt reſpõſio
eccleſie latine ad vltima verba euangelij ſibi di
cta: ideo orat deum vt dirigat greſſus ſuarũ ope
rationum ſecundum tenorem mandatorum ei⁹:
vt non cadat iterum in talia peccata: que vocat
iniuſticiam ſicut mandata dei ſunt regule iuſti-
cie. Secreta oratio: Cõcede queſumus. ⁊c̃. offert
deo ſacrificium euchariſtie moraliter applican-
do offertorium ieiunãtibus. ¶ Communio: Ne-
Communio.
mo te cõdemnauit. ⁊c̃. ex euangelio: repetit iterũ
vltima verba eccleſie latine dicta: vt oſtendat ſi-
bi datam eſſe gratiam illam ex virtute euchari-
ſtie: de qua chriſtus ait Matthei vltimo. ecce ego
vobiſcum ſum vſq; ad conſummationẽ ſeculi.
Finalis oratio: queſum⁹ o. deus. ⁊c̃. eandẽ gratiã
petit fieri ieiunantib⁹ ⁊ vere penitentib⁹: qua va
leant inter membra corporis myſtici chriſti nu-
merari. Super populum: reſpice dñe. ⁊c̃. orat pro
abſolutiõe fidelis populi a pcc'is virtute eucha-
riſtie ſuſcepte a ſacerdote in ꝑſona toti⁹ populi.

cubuit ſuꝑ ſtatum imperialẽ.poſuitq̃ os ſuũ ſuꝑ
os eius.i.doctrinã decretorum ſuꝑ doctrinã legũ:et
oculos ſuos ſuꝑ oculos eius.i.doctores canonũ
ſuꝑ doctores legum:⁊ manus.i.opa ſua ſuꝑ ope-
ra imperatoris: qr illa ſunt ſpũalia exercitia:hec
vero corporalia:⁊ tãdem incuruauit ſe.i.inclina-
uit ſuꝑ imperatorem ad docẽdum ⁊ corrigẽdum
eum in credendis ⁊ in agendis. ſicq̃ caro pueri
cepit caleſieri.ſ.per charitatem dei et proximi:et
cum poſtea Romanus põtifex deambularet in
regimine eccleſie huc atq̃ illuc:probaretq̃ diuer
ſos principes latinorũ in Gallia/Anglia/et Ita-
lia:vt videret apud quos dignitas ĩperialis me-
lius reſideret:tandem aſcendit in Germaniam:
que eſt culmen totiꝰ Europe/⁊ ſatis affinis Ita-
lie vbi papa reſidet:⁊ ibi iterum incubuit/ſeu in-
clinauit ſe ſuper imperatorem. qui percepta de-
uote illa dignitate: oſcitauit.i.os aperuit:ad lau-
dem dei ſepties: iuxta ſeptiformem gratiam dei
ſibi infuſam: et aperuit oculos ad videndum
lumen vere fidei catholice. et tunc reſuſcitato ſic
ſtatu imperiali:vocauit prelatus Giezi.i.predica-
torem ⁊ religioſum et dixit ei.annuncia hoc mi-
raculũ in eccleſia latina: que hoc diutius orãdo
petebat.⁊ illa ingreſſa ad põtificem per gratiarũ
actiones accepit filiũ ſuum viuũ: quẽ prius de-
plorabat mortuũ. Pontifex vero dimiſſo regimi-
ne rerũ tẽporaliũ in manu imperatoris:reuerſus
eſt in Galgalã:que interpretat̃ aceruus teſtimo-
nij/vel rota:et eſt ſacra ſcriptura cui intẽdit con-
templande ⁊ conſulende pro bono regimine ec-
*Moralitas.*
cleſie. ¶ Moraliter ſimilia opera facit in hac qua
drageſima eccleſia orans deũ pro reſuſcitatione
peccatoris fidelis.quem miniſter chriſti ſacerdos
non poteſt baculo ſacramẽtorum reſuſcitare:do-
nec ipſe deus ꝑ gratiã ſuam inclinetur ad ipſum
cõformãdo eum vite chriſti: qđ eſt ponere os ſu-
*Graduale.*
per os/⁊ oculos ſuꝑ oculos ⁊c. ¶ Cantꝰ gradua
lis: Reſpice dñe ⁊c.ps.73. eſt oratio deuoti pre-
lati pro fidelibꝰ latinis: vt deꝰ gratia ſua eos re-
ſpiciat:⁊ ne obliuiſcatur ꝓtegere eos ab infideli-
bus:qr in ſolis latinis manet: nũc teſtamẽti no-
ui rectitudo. Verſus. Exurge dñe ⁊c.ex eodẽ.ps.
allegat rationẽ incitatiuã dei ad ꝓtegendũ eccle
ſiã latinã ab infidelibꝰ:qr agit̃ cauſa dei.i.que tã
git honorẽ eius: qñ infideles oppugnãt fideles:
et opprobriũ ſeruorum ſuorum qđ patiũtur ab infide-
*Euãgelij argumentum.*
libus:eſt magis opprobriũ dei q̃ ipſorum. ¶ Euã-
geliũ huiꝰ ferie ſcđm morẽ eccl'ie Romane. Ibat
Ieſus in ciuitatẽ que vocat̃ Naim ⁊c. Lu.7. eſt
perſimile ep'le precedẽti de reſuſcitatione filij cu
iuſdã vidue ⁊c. ſed qr eius expoſitio hiſtorica de
reſuſcitatione ſtatus imperialis apud latinos co
pioſe tradet̃ inferius dñica.16. poſt pẽthecoſten:
ideo ad preſens hoc euangelio dimiſſo:expone-
mus aliud euãgeliũ huiꝰ ferie ſcđm morẽ eccl'ie
Toletane/Ceſarauguſtane/⁊ aliarũ.ſ. pater meꝰ
vſq̃ modo operatur ⁊c. Ioãnis.5.qđ ad ſenſum
huius officij explicat poteſtatẽ Romani põ. qui
ſpecialius dicit̃ filius dei:ſuꝑ oẽs alios fideles in
eccl'ia dei. vt inde appareat q̃ iure potuit predi-
ctã imperij trãſlationẽ facere a grecis ad latinos.
Et primo oſtẽdit grecorum aduerſus eũ malignita
tem. Scđo ibi:reſpõdit itaq̃ ⁊c.declarat eius po-
teſtatẽ eſſe veraciter diuinã autoritatem. Tertio
ibi: et ꝓcedent ⁊c. cõcludit allegãs iudicij dei ſe-
*Prima pars euãgelij.*
ueritatẽ. In illo itaq̃ tẽpore generationis.26.ec-
cleſie dei dixit dñs Ieſus.i.Romanus pon. tur-
bis iudeorum.i. grecorũ qui eum ꝑſequebãtur ſicut
iudei chriſtũ. pater meꝰ chriſtus Ieſus vſq̃ mo-
do operat̃.i. opatꝰ eſt in eccl'ia ſua dirigẽdo fide-
les per gratiã ſuã in ſingulis ſtatibus ab initio
naſcẽtis eccl'ie vſq̃ modo: itaq̃ aduerſe poteſta-
tes demonũ/ ⁊ tyrãnorũ non potuerũt preualere
aduerſus eam:⁊ ego vices eius agẽs in terra:ſi-
militer operor in oĩbus ſtatibus fideliũ non ſolũ
eccl'iaſticis:ſed etiã ſecularibus dirigẽdo eos per
doctrinã meam in cultũ dei. Propter hec verba
indignati greci querebãt eũ interficere ſaltẽ mo-
raliter: qr videbatur eis malus homo nõ ſolũ qr
ſoluebat ſabbatũ.i.pacem eccl'ie chriſti: faciendo
ſciſma in imperio:ſed etiã arrogãter de ſeipſo lo-
quebat̃ patrẽ ſuũ vocãs deum:equalẽ deo ſe fa-
ciens:quãdo ſimul de deo/⁊ de ſe loquebatur di-
cens q̃ ille operat̃ ⁊ ego operor:quaſi attribuen-
*Scđa ps euãgelij.*
do ſibi plenitudinẽ poteſtatis in terris. Reſpon-
dit itaq̃ prelatus oſtẽdens que et qualis ſit ſua
poteſtas:q̃ adeo accepit. ⁊ dixit eis.amen amen
dico vobis.i.aſſero certiſſime q̃ non poteſt filius
dei Romanus pontifex a ſe facere quicq̃ in ec-
cleſia dei: niſi qđ viderit patrẽ ſuũ chriſtũ faciẽtẽ
in ea.quecũq̃ eñ chriſtus fecerit: hec ⁊ filiꝰ eius
ſimiliter facit.q.d.q̃ Roma.pon.nihil facit in ec-
cleſia dei ex ꝓpria phãtaſia: ſed ex inſpiratione
gratie chriſti patris ſui.qđ maxime verum eſt de
rebus principalibus ⁊ totã cõmunitatem fideliũ
tangẽtibus.pater eñ diligit filium hũc/⁊ omnia
demõſtrat ei que ipſe facit.et maiora his demon
ſtrabit ei opera: ita vt vos miremini.ſ.ea que ſe-
quũtur. ſicut eñ pater chriſtus ſuſcitat mortuos
et viuificat eos:tum in corpore/tum in anima/tũ
deniq̃ in vtroq̃:ſic ⁊ filius eius pontifex Roma-
nus: quos vult viuificat ciuiliter in eccl'ia: quia
promouet eos ad officia ⁊ dignitates:vt exerceãt
actus hierarchicos in ea:nam in talibꝰ pater eiꝰ
non iudicat quẽquã immediate: ſed omne iudi-
cium dedit huic ſuo filio:vt ipſe admittat/aut re-
pellat quoſcũq̃ decreuerit:et ad quaſcũq̃ digni-
tates etiam ſeculares: quarum maxima eſt im-
perialis.⁊ hoc ideo voluit ſic fieri chriſtus:vt oẽs
fideles honorificẽt hũc filium eius in terra: ſicut
honorificant ipſum patrem chriſtum in celo.qui
enim non honorificat filium per veram obediẽ-
tiam ⁊ cõfeſſionem ſue poteſtatis:ille non hono-
rificat patrem qui miſit illũ regere eccleſiam ſuã.
dixit enim chriſtus Luce.10.de prelatis ſuis:qui
vos audit me audit/ et qui vos ſpernit me ſper-
nit. amen amen dico vobis grecis qr qui verbũ
meum.i.preceptũ/vel documẽtum audit obediẽ-
ter:etiã credit fide recta ei qui miſit me chriſto:il-
le habet vitã eternã.i. ſpiritualẽ fidei ⁊ gratie dei
que eſt vita eterna in ſpe: ⁊ econtra qui non au-
dit obedienter doctrinam Romani põtificis:ille
non credit recte in chriſtũ:⁊ per cõſequens nõ ha
bet vitã ſed mortem eternã.ille vero qui obediẽs
audit Roma. po. in iudiciũ.i.cõdemnationẽ dei
non veniet:ſed trãſiet a morte peccati in vitã gra
tie merito ſue fidei ⁊ obediẽtie.amen amen dico
vobis grecis qr venit hora.i. tẽpus priuilegiatũ
in eccl'ia dei preter cõcordias ve.le.⁊ nunc eſt in-
cipiens in ge.26.quando mortui.i.multi heretici
maxime imperatores audiẽt obediẽdo vocem.i.
mandatũ ⁊ documẽtum filij dei ſpecialis qui eſt
Ro.pon.⁊ qui ſic audierint viuẽt ſpũaliter:qr ſi-
cut pater ille celeſtis habet in ſemetipſo.i.in ſua
poteſtate vitã hoĩs naturalẽ et gratuitã:ſic dedit
et filio ſuo Ro.pon. vitã ciuilem gubernationis
eccl'ie habere in ſemetipſo.⁊ poteſtatem dedit ei
iudiciũ facere in eccl'ia dei:quoſdã admittendo ⁊
alios repellendo ab officijs ⁊ dignitatibus:quia
eſt vnicus ⁊ principalis filius hoĩs chriſti. nolite
itaq̃ mirari vos greci de hoc.i.de hac mea pote-
ſtate: quia venit hora.i. tẽpus ⁊ etas in qua om-
nes mali chriſtiani q̃ ĩ monumẽtis ſunt.i.oppreſſi
ſub grandi lapide poteſtatis infidelium:quales
nunc vos eſtis: audient vocem filij dei.i.credent
per euidentiam facti ipſum eſſe talem/et habere
talem poteſtatem qualem ego dixi vobis. eo q̃
videbũt illum eſſe ſpecialiter exaltatum a deo/⁊
protectũ ab infidelibus ſuper oẽs alios prelatos
totius mũdi:⁊ hoc ꝑ oẽs generationes ex priuile-
gio/ſeu gratia cõceſſas eccl'ie chriſti vltra concor-
*Tertia ps euãgelij.*
dias ve.le. Paueãt ergo oẽs chriſtiani ſeuerita-
tem diuini iudicij: nam qui bona fecerũt opera:
ſicut latini obedientes Roma.pon.vicario chri-
ſti generali: procedent per augmẽtum bonorum in

reſurrectionem vite.i.in nouã vitam ſecurã/⁊ pacatam/liberamq; ab infideliũ oppreſſione: quia viuẽt in libertate legis chriſti ſub poteſtate principum catholicoꝝ.qui vero mala opera egerũt:et inter cetera hoc magnũ malũ nolle obedire Romano pon. procedẽt ꝑ augmẽtũ maloꝝ penaliũ in reſurrectionẽ iudicij.i.in nouã cõdẽnationem: vt ſint captiui ſub tyrãnide principum infideliũ: quales modo ſunt greci et alij orĩẽtales chriſtiani:qui non fruũtur pace ⁊ libertate legis chriſti: ſed potiꝰ iacẽt in monumẽtis ſuarũ captiuitatũ: ⁊ inde quaſi a remotis audiunt vocem.i.famã filij dei Ro.põ.ſ.in quãta glia ⁊ honore viuat pre ceteris prelatis. et durabit hec latinorum pax ſimul ⁊ illa grecorum miſeria per omnes generationes eccleſie ſignificatas in annis ſupadditis vite Ezechie ex ſpeciali gratia dei.

Moralitas. ¶ Moralitas euãgelij Romani ſignificat reſurrectionem peccatoris in hac quadrageſima a morte culpe: ſatis cõformiter ad moralitatẽ epiſtole. Sed euangelium Toletanũ preexpoſitum denotat poteſtatem ſacerdotis cõfeſſoris ad faciẽdum iudiciũ in foro penitẽtie ſecreto ſuꝑ peccatores ſepultos in tumulis peccatorum. anima eñ carẽs gratia dei a qua receſſit chriſtus:ita vere mortua eſt moraliter:ſicut corpus a quo receſſit anima eſt vere mortuũ naturaliter.et ſicut nemo a morte corporis reſuſcitari poteſt:niſi per miraculũ adeo ſupnaturaliter operãte:ita a morte anime ſpirituali nemo reſucitari poteſt:niſi per ſacramentũ penitẽtie deuote ſuſceptũ:quod habet a chriſto virtutem ſupernaturalẽ per miniſteriũ ſacerdotis cõfeſſoris:qui etiam dicitur filius dei. Sed ad hãc moralem reſurrectionẽ neceſſe eſt:vt taliter mortui audiant vocem filij dei.i. predicatoris in hac quadrageſima.nam qui deuote audierint viuent per gratiã dei ⁊c̃.

Offertorium. ¶ Offertoriũ: Domine ad adiuuandum ⁊c̃. pſal.39. eſt reſponſio latine eccleſie cui in euangelio ꝓmiſſa eſt reſurrectio vite pacifice:ideo orans deũ petit hoc ſibi concedi: vt confundãtur greci / vel infideles qui cogitant mala ſeruis dei latinis. Verſus. Expectans expectaui ⁊c̃.principium eiuſdem pſal. dat cauſam dicte promiſſionis facte in eccl̃ia latina:qꝛ ipſa ſemper poſuit ſpem ſuã in deo ſub vicario ſuo Romano pon.ideo deus reſpexit humilitatem ſuam/et liberauit eam a lacu miſerie/⁊ a luto fecis.i.ab oppreſſione ⁊ captiuitate infidelium. Secreta oratio. Efficiatur hec hoſtia ⁊c̃. offert deo hoſtiam euchariſtie vt ſimilia petat pro ieiunantibus.

Cõmunio. ¶ Communio: Domine memor ⁊c̃.pſal.7.promiſſio eſt eccleſie latine qua ipſa ꝓmittit ſe permanſuram in iuſticijs .i. preceptis dei ſicut edocta eſt a ſanctis patribus Roma.ponti.a iuuentute ſua: petitq; in eadẽ doctrina conſeruari vſq; ad ſenectam huius mundi. Finalis oratio: Sancta tua nos ⁊c̃.applicat moraliter ad ieiunantes petẽs eis ex virtute euchariſtie ſuſcepte renouationem ⁊ viuificationem ſpiritualem ⁊c̃. Super populum: Populi tui ⁊c̃. petit toti fideliũ populo emũdationem a pc̃tis ⁊ ſecuritatẽ ab hoſtibꝰ.

## ¶ Caput quinquageſimũ ſcd̃m de feria ſexta: cuiꝰ officiũ denotat vigeſimã ſeptimã eccl̃e generationẽ: et peccorũ cõuerſionẽ.

Argumẽtũ officij. Ab anno chri.780. vſq;.810.

Vigeſima ſeptima generatio eccl̃ie chriſtiane ſub romanis pontificibus Leone tertio: qui Carolum regem francie imperiali diademate coronauit apud latinos:et ſub Stephano quarto proceſſit. Imperantibus tunc in grecia Leone quarto/ Nicheforo/⁊ Michaele.qui egre ferẽtes rebellionem romanorum ab eorum obedientia recedentium:multa bella mouerunt contra eos: ſed repreſſi potentia Caroli ⁊ aliorum principũ latinorum ſubſtiterunt greci quaſi mortui in patria ſua.quare ab hac generatione dimiſſis grecis imperatoribus per ſolas hiſtorias latinorum procedemus. Carolus igitur rex francorum cognomẽto magnꝰ:merito ſic dictꝰ ẽ pre magnitudine ſuorum geſtorum:qꝛ ⁊ infideles mauros a latina eccleſia occidentali potenter eiecit: et longobardos tyrãnos in italia ſuperauit:⁊ romanũ pontificem leonem exulem ad ſuam ſedem reſtituit:et ſaxones ad fidem chriſti compulit: et deniq; totam eccleſiam latinam beauit/pacauit/ſecurauit.

Introitꝰ miſſe. ¶ Talem igitur temporis qualitatẽ huius ferie officiũ deſcribens in ſuo introitu .ſ.meditatio cordis mei ⁊c̃.pſal.18. Carolum imperatorẽ primũ latinorũ introducit:qui auxiliũ a deo expoſtulãs fidẽ catholicã ſe in corde habere ꝓfitetur. Poteſt nõ inepte idẽ introitꝰ eſſe vox romani pon.vel etiã totiꝰ latine eccl̃ie ⁊c̃. Verſus.celi enarrãt gliam ⁊c̃ principiũ eiuſdem pſalmi:laudat virtutes imperiales:qꝛ celi.i.imperatores romani:q̃ diu fuerant infideles aut heretici:iã ſunt catholici ⁊ enarrãt gliam dei: et firmamẽtũ totiꝰ eccl̃ie latine Carolꝰ annũciat .i.declarat opa mirabilia manuũ eius:per triũphos mirabileſq; victorias de inimicis fidei ⁊ eccl̃ie.

Oratio. Ofo: Deus q̃ ineffabilibꝰ ⁊c̃.applicat moraliter introitũ ad cathecuminos/ad ordinãdos/⁊ ad ieiunãtes:in quibꝰ omnibus mundus renouatur: petitq; profectum ſalutaris doctrine ⁊ fomentum temporalis ſubſtantie.

Ep̃le argumentũ. ¶ Epiſtola: Egrotauit filius mulieris ⁊c̃. 3.Regũ.17.hiſtoriam reſuſcitatiõis filij mulieris vidue ab helia ꝓpheta: adaptat ſtatui imperatorum grecorũ declarãs ipſum ex diuino iudicio propter ſcelera ſua mãſurum in letali egritudine ꝑ multas generatiões:donec recurrãt humilit ad chriſtũ ⁊ vicariũ eiꝰ ro.pon.quos ſignificat helias ꝓpheta.

Prima ps ep̃le. ⁊ Primo declarat anguſtia mulieris vidue. Scd̃o ibi:et ait ad eã ⁊c̃.adiũgit diligẽtia ſancti ꝓphete. Tertio ibi:tulitq; puerũ ⁊c̃. puer viuꝰ reſtituit matri ſue. Aduertendũ tñ ꝙ licet in euãgelio quarte ferie/⁊ in epiſtola atq; euãgelio quinte ferie precedentis dictũ fuerit de reparatiõe ſtatus imperialis apud latinos ꝑ duas generationes:atq; in hac ſexta feria idẽ videatur reiterari:



tamen duo officia precedẽtia magis reſpiciebãt illum ſtatum ex parte latinorum:apud quos reuixit/ ⁊ quantũ ad principium ⁊ cauſam ſue mutationis:hoc vero tertium magis ex parte grecorum apud quos ille ſtatꝰ mortuus mãſit/⁊ quãtum ad durationẽ illiꝰ ſue mortis. In diebus ergo illis.27.ge.egrotauit ſtatus imperialis filius mulieris matrisfamilias.i.eccleſie grecorũ:apud quã chriſtus ſicut Helias apud viduã Sarepta nam:multis diebꝰ hoſpitatus fuerat. ⁊ erat languor ille fortiſſimꝰ quia ſpiritualis in anima:ita vt nõ remaneret in eo halitꝰ.i.ſpiritus dei bonus vitalis.mulier ergo illa clamauit ad Heliã:q̃ eſt dei ſalus.i. ad romanũ pon.⁊ dixit ei.quid mihi ⁊ tibi o vir dei.i.quid cauſe aut q̃relle habes aduerſum me:nam ingreſſus es ad me arguendã vt rememorarẽtur iniq̃tates mee .i. publicarent in toto mundo:⁊ tãdem interficeres filium meũ .i. interfectum ⁊ hereticũ atq; excõicatum declarares:

Scd̃a ps epiſtole. Ad quã Helias noſter ait.da mihi filium tuum imperatorẽ:vt maneat apud me liber ab illo languore.⁊ licet ipſa grecorum eccl̃ia renueret:romanus pon.tulit illum de ſinu eius:⁊ portauit in cenaculum ſuum .i. in latinã patriã vbi ipſe manebat:⁊ poſuit eum ſuꝑ lectum ſuũ.i.firmauit eum in fide catholica:in qua ipſe fundatꝰ eſt.vel poſuit eũ principem ⁊ defenſorẽ ſtatꝰ ſui. Quo iperio ad latinos traducto: romanꝰ pon. clamauit ad dominũ ꝑ ſuas orationes deuotas ⁊ dixit. domine deus meus etiã ne afflixiſti per tyrãnidem Agarenorum viduam illã Greciam: apud quam ego vtcũq;.i.licet imperfecte ſuſtentor:quia fidẽ chriſti quam ego ꝑ̃dico ⁊ ip̃a tenet: q̃uis non ſine erroribus:adeoq; eam afflixiſti vt interficeres.i.pene anihilares imperium eiꝰ oppreſſum ⁊ occupatum ab infidelibus in oriente ⁊ meridie. ⁊ expãdit ſe ad orationẽ ſepius ꝓ eo: atq; menſus eſt prudenter negociãdo ſuꝑ eũ vite fidei catholice reſtituẽdũ tribꝰ vicibus.i.gene. ꝑ̃cedẽtibꝰ.nã Zacharias papa in.25.ge. Adrianus papa in.26.ge.et Leo tertius in hac.27.ge. eccl̃ie ſuꝑ hac re multũ laborarũt.⁊ tandẽ nõ valens ſuſtinere grecoꝝ proteruiam ro.pon.clamauit ad dominum et ait. obſecro te dñe deus meꝰ reuertatur aĩa pueri huius.i.fides recta in viſceribꝰ eius:vt viuat tibi fideliter ſeruiẽdo. et exaudiuit dñs orationẽ eius: ſicq; reuerſa eſt anima imperatoris intra eum/⁊ reuixit ad vitam gratie dei in hac gñatione eccleſie.⁊ pſeuerabit in hac vita ſpirituali ꝑ multas generationes apud latinos:quouſq; veniat tempus liberationis grecoꝝ a ſua captiuitate:et tunc fiet quod ſequitur.

Tertia ps epiſtole. Tulitq; Helias puerum.i. ſtatũ imperialẽ ⁊ depoſuit eum de ſuo cenaculo.i.de alta Germania in domum inferiorem tam ſitu q̃ merito:⁊ tradidit illum matri ſue Grecie. futurũ enim eſt tempus:quo imperator latinorum deuictis Sarracenis recuperet ſibi totam Greciã/⁊ iterum ſtatuat ſedẽ ſuam in Conſtãtinopolitana vrbe imperiali:⁊ tunc romanus pon.dicet eccl̃ie Grecoꝝ: en filius tuus viuit catholice.dicetq; ipſa reſpondẽs.

nunc ſcio vere et in iſto miraculo cognoui quoniã vir dei es tu.i.ſacerdos et miniſter dei vices eius gerens in terris.⁊ verbum domini.i.doctrina dei in ore tuo vera eſt.i.ſicut tu eam doces et ꝑ̃dicas. Moralitas huiꝰ epiſtole eſt ſimilis precedenti: quia etiam hiſtorie earum ſimiles ſunt.

Gradualꝫ ¶ Cantus gradualis: Bonum eſt confidere.⁊c̃. pſalmo.117.eſt vox catholici imperatoris de auxilio diuino ꝑ̃ſumẽtis ad obtinẽdam victoriã de inimicis eccl̃ie:nõ de viribꝰ humanis militũ ſuorum. Poteſt etiam eſſe exhortatio ro.pon.ad eccleſiam grecorum ſuper recuperatione ſui imperij in fine tẽporũ: quã debeant a dño ſperare nõ a ſuis imperatoribus. Verſus: Bonũ eſt ſperare ⁊c̃.ex eodem pſalmo:eandẽ ſententiã repetit ſub alijs verbis.⁊c̃.

Euangelij argumentum. ¶ Euangelium: Erat q̃dam languẽs.⁊c̃. Joannis.11.intendens finẽ dare ſermoni hactenus currenti ꝑ multos dies de ꝓteruia et rebellione grecoꝝ cõtra romanam eccleſiam: deſcribit populũ illũ quaſi ſepultũ ⁊ fetidum in ſpelũca ſuoꝝ errorum/atq; oppreſſum grãdi lapide potẽtie infideliũ Sarracenoꝝ.ſub ſpe tamẽ liberatiõis ſue ex diuina miſericordia vſq; ad certum tempus. Et habet tres partes. Prima oſtẽdit huius languẽtis infirmitatẽ incurabilẽ. Secunda ibi:vt ergo audiuit.⁊c̃.adiungit eiꝰ mortẽ indubitabilẽ. Tertia ibi: Jeſus autẽ vt vidit.⁊c̃. concludit ipſius reſuſcitationẽ mirabilẽ.

Prima ps euangelij. In illo inquit tempore.27.ge.erat q̃dam populus chriſtianoꝝ languẽs ſpiritualiter ꝑ hereſim/ ⁊ corporaliter deficiens ꝑ oppreſſionẽ ab infidelibꝰ.qui tamen prius dicebatur Lazarus.i.adiutus a domino ꝑ multa dona virtutum et ſciẽtiarũ:eratq; a Bethania que eſt domus obediẽtie:quia olim viuebant ſub obedientia romane eccl̃ie.ſ.de caſtello Marie/⁊ Marthe.i.eccleſiarũ occidentaliũ ſororum eius ſub eodem patre chriſto: ⁊ ſub eadem matre eccleſia.quarum ſororum Maria (q̃ excelſa et dña interpretatur) hoc ẽ italica eccl̃ia: erat illa q̃ vnxit dñm papã vnguẽto cõſecratiõis: ⁊ exterſit pedes eiꝰ capillis vel potiꝰ capellis cardinaliũ/ep̃orum/et alioꝝ: q̃ vſq; ad pedũ oſcula corã papa humiliantur ei ſeruientes.q.d.ꝑ̃ma ſororum dicti populi grecoꝝ languentis imo ⁊ laceri eſt Italia:in qua eſt ſedes ſummi pontificis ⁊ curia dñorum cardinaliũ. altera vero ſoror eſt Martha.i.eccl̃ia tranſmõtana vt Gallia/Hiſpania/cum alijs adiacentibꝰ: q̃ dño pape fideliter miniſtrant. Iſte ergo Lazarus in ꝑ̃dicta etate eccleſie maxima culpa ſua fuit languens tam corporaliter q̃ ſpũaliter: adeo vt nõ remaneret ĩ eo halitꝰ vite: ſed clauderetur in monumẽto multorum peccatorum:ꝑ̃ſſus etiã grandi lapide potẽtie infideliũ.verum ſorores eiꝰ latine eccl̃ie non deſinunt cõtinue orare deũ ꝓ eo vt ſanitati ⁊ vite priſtine reſtituatur:dicẽtes.domine ecce populus ille quẽ olim amabas infirmatur/imo ⁊ mortuus eſt atq; ſepultus: ⁊ iam fetet eius malicia atq; condigna pena ꝑ totum mundũ:quia quatriduanus eſt.i.a quadringentis fere annis pſeuerat in culpa:⁊ a quattuor gñationibꝰ ꝑ̃cedẽ

tibus patitur penam infideliū Mahumeticorū. Audiens autē ieſus orationes eccleſiarū occidētalium quas nimiū diligebat: reſpondit p inſpirationē: q̄ hec grecoꝝ infirmitas ſiue deiectio et humilitas non eſt ordinata ad mortē.i.totalē interitū ⁊ pditionē eorum/ ſed pro gloria dei: et vt glorificetur filius dei romanus pon. ab omnib⁹ chriſtianis quando miraculoſe deus eos liberauerit a ſua infirmitate: quia de⁹ non ſolum latinas diligit eccl'ias: ſed etiam Lazarum ſaltē propter merita ſanctoꝝ patrum ſuoꝝ: nō quidem ſic vt ſtatim liberet grecos a miſeria huius lapſus ſui.

**Secunda ps euangelij.** Sed poſtq̄ audiuit Lazari infirmitatem ex oratione latinoꝝ: manſit adhuc in eodem loco.i. pmiſit eos manere in eadem captiuitate ⁊ miſeria duobus diebus.i.temporibus duplicis pacis eccleſie latine: quorū alterū eſt ſibi conceſſum p ſpecialē grām: alterū p concordiā ve. legis. Deinde poſt hec finito iam tēpore purificationis grecorum p penitentiam: et appropinquāte iā tempore paſſiōis latinoꝝ ſub antichriſto: dicet ieſus iterum diſcipulis ſuis latinis. eamus in Iudeā .i. confeſſionē vere fidei apud grecos. hoc eſt cōuertamus eos ad veram fidē anteq̄ veniat illa magna tribulatio antichriſti. quod verbū latini admirātes dicēt: domine quomodo hoc eſt poſſibile: quia pauloante greci volebāt te lapidare blaſphemijs ſuis cōtra tuam diuinitatē: ⁊ tu nūc iterum vadis ad eos? ſed ieſus allegat liberi arbitrij vertibilitatem poſt duodecim horas: q̄ forte totidem generatiōes ſignificāt vſq; ad totalē conuerſionē eorum vt illuceſcat eis verus ſol iuſticie chriſtus: qua luce ducti nō offendant ad lapidem angularē ſicut in nocte pcedēte.

**Tertia ps euāgelij.** Tādem volens ieſus Lazarū a ſomno et morte ſuſcitare veniet in Bethaniā.i. obedientiam grecorum ſub romano pontifice: ⁊ diucius exoratus ab eccleſijs latinorum ſororibus dicti Lazari ſepulti quatriduani fetentis: tollet ab eis lapidem potentie infidelium Maurorū ⁊ Turcaꝝ: atq; voce quadā magna.i. magne virtutis clamās ſuſcitabit populum grecorū a ſepulchro ſuorum errorum ac tyrānorū principum infideliū: ſoluetq; eum a ligaturis tot anathematū quibus ligat⁹ fuerat p romanos pontifices: et ſtatim pdibit q̄ fuerat mortuus: et recte ambulabit in fide ⁊ moribus. quod miraculum videntes multi infidelium maxime iudeorum: q̄ ſūt inter latinos: conuertētur ad chriſtum ⁊ credent in eū.

**Moralitas.** ¶ Moraliter: peccator quilibet eſt mortuus carens ſenſu ⁊ motu vere fidei ⁊ religionis: ſed orōnibus eccleſie in hac ſancta q̄dragesima venit ieſus in Bethaniam: q: dat eis gratiam vt humiliētur ⁊ obediant mandatis dei ⁊ p̄latorum: ⁊ tandē p ſacramentum penitentie reſuſcitantur ad vitam virtuoſam. Et notātur in hoc euāgelio quinq; valde neceſſaria ad ſuā reſurrectionē ſpūalem. Primum eſt lapidis āmotio: p quem duricia cordis ſignificatur Iob. 41. quia deus p gratiam ſuam emollit cor peccatoris ad penitentiā. Secūdum eſt chriſti oratio apud patrem: q̄ interpellat pro peccatoribus. Tertium eſt vociferatio peccatoris lachrymoſa in cōfeſſiōe: qua et ſe accuſat ⁊ a deo petit veniam. Quartum eſt ſacerdotis abſolutio p verba ſacramētalia. Quintum eſt abſoluti ambulatio recta p opera virtutum penalia ⁊ ſatiſfactoria. ⁊c̄.

**Offertorium.** ¶ Offertrium: Populum humilē. ⁊c̄. pſalmo. 17. eſt breuis epilogus euangelij: q̄ latine eccleſie congaudēt future liberationi grecoꝝ: qui eſt populus nunc humiliatus in penis ſub poteſtate ſuperboꝝ infideliū: ⁊ hoc ſolus de⁹ poterit facere ex ſua oīpotētia. Secreta oratio: Munera nos domine. ⁊c̄. offert deo munera euchariſtie applicans ⁊ offertoriū ⁊ euangelium ad penitētes in quadrageſima.

**Communio.** ¶ Cōmunio: Videns dn̄s flentes. ⁊c̄. ex euangelio hodierno. decantat futuram grecorum ſuſcitationem precibus ⁊ lachrymis latinorum vt expoſitū eſt. Vltima oratio. Hec nos q̄s dn̄e. ⁊c̄. idē petit moraliter fieri penitentib⁹ huius q̄drageſime ex virtute euchariſtie ſuſcepte. Super populum: da q̄s. o. de⁹. ⁊c̄. petit toti fidelium populo opera pietatis p gratiam dei in cuius confidentia viuit non in propria virtute.

## ¶ Caput quinquageſimū tertium de ſabbato quarte hebdo. quadrageſime: quo geſta vigeſimeoctaue ge. eccleſie declarantur: et cathecuminis/ ordinatis/ ac ieiunantibus multa bona promittuntur.



**Argumētū officij ab anno chriſti. 810. vſq; 840.**

Igeſimaoctaua generatio eccleſie chriſtiane fuit eo tēpore quo apd̄ latinos erat imperator Ludouicus pmus rex Francie: ſub Ro. ponti. Stephano/ Paſchali/ Eugenio/ ⁊ Gregorio quarto. in qua etate duo notabilia geſta ſunt in eccleſia latina. nam Compoſtella eccleſia ſancti Iacobi apoſtoli in patriarchalē dignitatē ſublimata ē: ob deuotionē ſpecialē imperatoris Caroli/ ⁊ honorē tanti apoſtoli: q̄ ⁊ lux ⁊ decus Hiſpanie nominatur/ imo ⁊ toti⁹ occidentalis Europe: ſicut etiam beatus Ioānes frater eius eſt honor Aſie ⁊ totius oriētalis eccl'ie. quare ab eo tempore inceperunt fieri iſte magne ac ſolēnes peregrinationes ad ſanctum Iacobū de Galliſcia multis comēdate miraculis. In eadē quoq; generatōe vniuerſitas ſchole Parriſiēſis fundata eſt a Carolo magno ⁊ deinde a Ludouico filio eius munificētiſſime dotata. illa nēpe Achademia eſt velut quoddā luminare magnū in eccleſia latina excludens oēs errorū tenebras nō ſolum ī fide ⁊ theologia: ſed etiam in omni alia ſcientia philoſophica. nam poſt eius erectionem vix potuerunt hereſes apud latinos coaleſcere: ⁊ bone doctrine oēs extunc ceperūt creſcere/ clareſcere/ ⁊ Germinare: atq; ex illa vna vniuerſitate plures alie pceſſere doctrinas illius in ſequētes. De illa ergo etate tā glorioſa latinis agens

**Introitus miſſe.** hodiernum officium ait primo in ſuo introitu: Omnes ſitientes venite. ⁊c̄. Eſa. 55. quo inuitat omnes fideles ad refectionē ſpūalem per aquas indulgentiarū ⁊ doctrinarū libere ⁊ gratis cōlcatas ſine pcio pecuniarum. Verſus: Attēdite popule meus. ⁊c̄. pſal. 77. exponit quid per aquas intelligeretur: quia doctrine bone legis dei ⁊ vere philoſophie: q̄ in pdicta vniuerſitate docētur: atq; miracula multa q̄ in Cōpoſtellana eccleſia manifeſtantur ad confirmationē fidei catholice. Poteſt idem introitus ītelligi de cathecuminis: quorum hodie fiebat ſcrutiniū olim in eccleſia: et iuitat eos ad aquas baptiſmi ⁊ ad legem dei audiēdam cum effectu opis. Et quia hodie fiūt ordines ſecundū modernū vſum eccleſie: ad eos quoq; dirigi poteſt ſermo iſte: vt aquā noue doctrine bibant ordinati: ⁊ legem dei ſtudioſe plegant vt alios eam docere valeant. Oratio: Fiat queſumus dn̄e. ⁊c̄. applicat moraliter introitum ad ieiunantes in quadrageſima: petēs eis p gratiam dei deuotiōis augmentū vt magis fructuoſa ſint eorum ieiunia.

**Epiſtole argumentum.** ¶ Epiſtola hodie duplex legitur apd̄ quaſdā pticulares eccleſias propter eandem cauſam qua ⁊ in feria quarta pcedēti. alteram earum ponit miſſale romanū. ſ. in tēpore placito exaudiui te. ⁊c̄. Eſa. 49. alterā miſſale Toletanum. ſ. omnes ſitiētes venite. ⁊c̄. Eſa. 55. et q̄libet iſtarum eccleſiarū vnam ſolā hodie legit epiſtolam: ⁊ vtrobiq; eſt eadē intētio q̄ dicta eſt. q: vtraq; ep'la mētionē facit de aquis doctrinarū/ ⁊ iuitat fideles ad potādum. Diuiditur aūt prima epiſtola in tres partes. Primo enim collaudat huius etatis vel gen̄ationis conditionē. Secūdo ibi: ſup vias paſcentur. ⁊c̄. pponit fidelib⁹ multiplicē refectionē. Tertio ibi. ⁊ dixit ſion ⁊c̄. reſpōdet ad quādā querellā ſeu obiectionem.

**Prima pars epiſtole.** Qualitas. 28. ge. eccleſie iam liberate a tyrannide grecoꝝ ⁊ oppreſſione Sarracenoꝝ p imperatorem latinum eius defenſorem: declaratur cum dominus ad latinā eccleſiam ait: in tēpore hoc placito ⁊ deo ⁊ fidelibus ſuis: exaudiui te: ⁊ p.i. in die ſalutis tue auxiliatus ſum tui ꝯtra hoſtes tuos. ⁊ ſeruaui te mihi in populū peculiarē: ⁊ dedi te in fedus populi.i. in populū federis aut pacti mei quod pepigi cum tota eccleſia mea: quia hoc pactum in ſola eccleſia latina ſaluatur. ideo dedi te vt ſuſcitares terram pmiſſionis p figuram: ⁊ poſſideres hereditates diſſipatas.i. reformares alias eccl'ias orientaliū circa finē mundi: ⁊ diceres his q̄ vincti ſunt ſub poteſtate infidelium grecis ⁊ alijs chriſtianis oriētalibus: exite a captiuitate veſtra: ⁊ his qui in tenebris.i. infidelibus diceres reuelamini.i. illuminamini p veram fidē. Significat ergo dn̄s in his v̄bis q̄ totū pactū no. teſta. quod ipe pepigit cū ſua eccl'ia: ſaluatur apd̄ latinos ab hac gene. vſq; ad finē mūdi: et ipſi latini circa finem mūdi reducēt alios oēs ad fidem chriſti.

**Scd̄a ps epiſtole.** Interim autem: latini ſup vias paſcētur: ⁊ p idēſt in planis erūt paſcue eorum: quia ſecure et pacifice ac plano modo viuent et fruentur bonis ſuis. non eſurient neq; ſitiēt: ſed abundabunt bonis: ⁊ non percutiet eos eſtus et ſol.i. furor ⁊ iracundia infideliū p multas generationes: quia miſerator deus eorum reget eos pacifice/ ⁊ ad fontes aquarum.i. doctrinarū multarum potabit eos. qui fontes ſunt varie vniuerſitates latinoꝝ: maxime Parriſienſis a qua velut a fonte vberrimo alie oēs emanarunt ſucceſſiue. ad quā vt libere oēs fideles ꝯuenire poſſint: ponam omnes mōtes q̄ eam circūſtant: in viam .i. faciam eos bene puios hominib⁹: ⁊ ſemite vallium pfundorum exaltabūtur: quia omnis vallis implebitur: ⁊ omnis mons ⁊ collis humiliabitur: vt vie hominū ad illam vniuerſitaem ſint eis faciles. ecce iſti.i. quidam vt Vngari/ Germani/ ⁊ Neapolitani de lōge veniēt ad illā vniuerſitatē ptranſitis Alpiū iugis ⁊ vallibus: ⁊ ecce illi vt Angli/ Scoti/ Flandrēſes ⁊ alij ab aquilone ⁊ mari: et iſti vt Hiſpani de terra auſtrali ⁊ occidētali ptrāſitis Pirenei iugis et vallib⁹: et alij de alijs partibus mundi. Quare laudate deum p tāta gratia ſua: o vos celi.i. magni p̄lati et reges: et tu terra.i. plebs humilis exulta: et vos mōtes .i. doctores magni iubilate laudē deo: quia conſolatus eſt dominus populum ſuum latinum in hac etate: et pauperum ſuoꝝ religioſorum miſerebitur dādo eis facultatē diſcendi ſciētias multas.

**Tertia ps epiſtole.** Sed quia Parriſienſis achademia ſita eſt in Gallia: forte dixit ſion.i. ſpecula fidei chriſtiane romana eccleſia/ dereliquit me dominus/ et oblitus eſt mei: quia ſtudium litterarum tā precioſum elongauit a me p multa terrarum interualla. Cui querelle reſpondens dn̄s ait: nunq̄d poteſt obliuiſci mulier infantē ſuum quē peperit: vt nō miſereatur filio vteri ſui? q.d. non ē poſſibile naturaliter: quia amor ille eſt a natura inſitus ⁊ indelebilis. ſed dato caſu poſſibili q̄ illa oblita fuerit ſui infantuli/ ⁊ dereliquat eū ſine lacte neceſſario ad vitam eius: ego qui te genui O romana eccleſia ⁊ nutriui vſq; ad hanc diem multiplici eruditione ſapiētie: nō obliuiſcar tui: neq; derelinquā te ſine lacte doctrine neceſſarie ad bonam gubernationē fidelium. qm̄ in generatione alia eccleſie dabo tibi primam vniuerſitatem Bononiēſem: q̄ principaliter polleat in iure: ſicut Parriſiēſis pollet in philoſophia ⁊ theologia. et poſt eam p totā Italiam erigentur plures alie vniuerſitates q̄ te circunſtent ⁊ multum adornēt. ecce enim in manibus meis deſcripſi te .i. in ap'lis Petro ⁊ Paulo quos nimiū dilexi: ⁊ muri tui.i. angeli cuſtodes multi ſunt corā oculis meis ſemp qui p te orant.

**Secunda epiſtola.** ¶ Secunda ep'la: Omnes ſiciētes. ⁊c̄. Eſa. 55. inuitat omnes latinos ſciētias deſiderantes ad vniuerſitatē Parriſienſem. que ſimiliter habet tres partes. In prima oſtenditur chriſti liberalitas. In ſecunda ibi: ecce teſtem. ⁊c̄. imperatoris magna dignitas. In tertia ibi: querite dominū. ⁊c̄. excitatur fidelium tarditas.

**Prima ps ep'le.** Magna fuit chriſti liberalitas erga latinos in etate illa: quādo imperatorē valde rebus bellicis intētum inſpirauit vt etiā litterarū curā haberet/ ⁊ vniuerſitatē Parriſienſem velut fontem magnū aquarum viuentium fundaret: de q̄

loquens dominus ait. omnes ſitientes.⁊c. Et reprehendit multos qui de litteris non curabant dicēs: quare appenditis argentū veſtrum nō in panibus doctrinarum: ⁊ laborē veſtrū exercetis nō in ſaturitate aīe: que naturaliter ſcire deſiderat.⁊c. Introducit quoqꝫ ipſa vniuerſitas loquēs ad latinos: audite inquit.⁊c. inclinate aurem veſtram.⁊c. ⁊ feriā vobiſcum pactum ſempiternum .i. hanc vniuerſitatē diu duraturā: miſericordias Dauid.i. imperatoris fidelis qui eā ex zelo fidei

*Scd̄a ps epiſtole.*

fundauit. De quo ſubditur. ecce teſtem ⁊c. ⁊ ad eū loquēs ait: ecce gentē quā neſciebas.⁊c. Quod ſequitur ſupra expoſitū ē in feria tertia p̄me hebd. in ep̄la. Poteſt tamē vt diximus vtraqꝫ epiſtola

*Tertia ps epiſtole.*

loqui ad cathecuminos inuitādo eos ad baptiſmum ⁊ ad legem chriſti. Poteſt tertio eſſe ſmo ad clericos nouiter hodie ordinatos: vt ſtudeant lectioni ſanctaꝝ ſcripturarū.⁊c. Poteſt deniqꝫ loqui de penitētibus in.40. et laudat p̄latū ⁊ doctrinam eius de ieiunio et penitētia hactenꝰ datam: et q̄ hodie finē habet. quare hodiernū officium videtur eſſe epilogus omniū premiſſorum.

*Graduale*

¶ Cantus gradualis: Tibi dn̄e derelictꝰ.⁊c. pſal. .9. cōmemorat afflictiones p̄teritas latinorum ad maiorē conſolationē eorum: iuxta illud Vergilij: forſā ⁊ hec olim meminiſſe iuuabit.⁊c. ideo ait: tibi domine defenſori et adiutori derelictꝰ eſt pauper populus latinoꝝ: quia omnes alij populi pſecuti ſunt eū: ⁊ eidem pupillo.i. derelicto ab oībꝰ tu eris adiutor ſicut de facto fuiſti. Verſus: Vt qd dn̄e.⁊c. ex eodē pſal. repetit querellā ecc̄lie latine quā olim habebat q̄ſi derelicta a deo ſuo inter preſſuras pſequentium.⁊c.

*Euangelij argumentum.*

¶ Euāgelium: Ego ſum lux mundi.⁊c. Ioannis.8. alia parabola excellentiam.28. generationis ecc̄lie deſcribit: collaudando illa duo magna luminaria eccleſie tunc data: ſanctum dico Iacobū et vniuerſitatem Parriſienſem. cuius ſunt tres partes. Prima proponit quandam veridicā concluſionem. Secunda ibi: dixerunt ergo.⁊c. opponit et ſoluit argumentationem. Tertia ibi: dicebant ergo.⁊c. replicat contra ſolutionē.

*Prima ps euangelij.*

Hoc itaqꝫ euangeliū more ſcholaſtico Parriſienſi eſt vna diſputatio theologica: vbi primo ſuſtinēs pponit ſuā concluſionem. que ad litterā notat tres magnas excellentias legis euāgelice: quā dedit chriſtus: ſupra legē veterē quā dedit Moiſes: ad quē ſenſū patet ꝙ ſuſtinēs eſt chriſtus ⁊ arguūt cōtra eū iudei. Sed ſuppoſito illo ſenſu l̄rali: ad ſenſum hiſtoricum poſſet dici ꝙ hec concluſio notat excellentias romane eccleſie ſuper quālibet aliam eccleſiam maxime ſup grecam: ⁊ tunc ſuſtinens eſſet romanus pon. argumētatores eſſent greci. Sed quia in precedēte cap̄. vale fecimus grecis: ideo conformiter ad introitum et epiſtolam p̄dicta cōcluſio pponit excellētias Compoſtellane eccleſie ſup omnes alias occidentales excepta romana: vel excellentias ſchole Parriſienſis ſuper oēs alias vniuerſitates. Cōcluſio ergo q̄ proponitur ſuſtinenda a Cōpoſtellano antiſtite/vel a cancellario Parriſienſi continet tres magnas excellentias. Prima eſt generalitas. Secūda claritas. Tertia eſt vtilitas. Primam innuit cum dicit: ego ſum lux mundi. Secūdā: cum ſubdit: qui ſequit̃ me non ambulat in tenebris. Tertiā: ſed habebit lumē vite. In illo itaqꝫ tempore.28.ge. dicebat dominus ieſus.i. ſaluator p̄dictus ſuſtinens turbis iudeorum.i. aliorum fideliū cōfitentium chriſtum verum deum ⁊ hominē. ego ſum inquit lux mundi.i. totius eccleſie occidentalis ⁊ non ſolū vnius dioceſis mee: quia claritas mea ſe extendit ad omnes alias: cum ecc̄ia Compoſtellana apud eas omnes ſit noīata ⁊ ab omnibus fidelibꝰ viſitata. Similiter vniueſitas Pariſienſis oībus ſciētijs rutilans ſit aliarum vniuerſitatū magiſtra: vt merito de vtraqꝫ dici pōt illud Eſa.49. Ecce dedi te in lucē gētium vt ſis ſalus mea vſqꝫ ad extremum terre.i. verſus occidentē. Qui ergo ſequitur me nō ambulat in tenebris. nulla enim via ad aliquam eccleſiam viſitandā eſt clarior quā via ad ſanctū Iacobum: ad quod etiam deſignandū dicūt cōiter peregrini ꝙ Galaxia celeſtis tota lucida ſit via ſācti Iacobi. Similiter nulla ē vniuerſitas totius mūdi q̄ ita clare doceat quālibet ſciētiam ſicut Parriſienſ: q̄ omnia reſolutiſſime inquirit/nec cōfuſionem intelligentie patitur: maxime poſtq̄ꝫ in ea vigere cepit via noīaliū: q̄ excludit oīa enigmata naturarū cōmuniū/relationū/formalitatū/potētiarum/paſſionū/aliorumqꝫ id genus: q̄ intellectum hebetant et obnubilant potius q̄ꝫ iuuant. ideo conuenienter vtriqꝫ aptabitur illud Eſa.9. Populus q̄ ambulabat in tenebris vidit lucem magnā: ⁊ habitantibus in regione vmbre mortis lux orta eſt eis. Additur tertio in cōcluſione: ſed qui ſequitur me habebit lumen vite quo nihil ē vtilius. nulla enim peregrinatio iſta videtur vtilior: q̄ multis illuſtrata eſt miraculis: q̄bus peregrini multa cōſecuti ſunt beneficia/meritis ſanctiſſimi apoſtoli Iacobi: vnde romanꝰ pon. non conſueuit diſpenſare cū aliquo ſup votum peregrinationis ad ſanctū Iacobum in Cōpoſtella. Similiter Parriſiēſe gimnaſiū multo vtilius eſt ſcholaſticis ad pfectum ſcientiarū in breui tempore quā omnes alie vniuerſitates: q̄ plixius et magnis ambagibus ſcholares detinent in ſcientijs cum magno diſpendio pecuniarū ⁊ iactura temporis. vnde cuilibet hoꝝ cōgruere videtur illud pſal.35. Quoniā apud te eſt fons vite/ et in lumine tuo videbimus lumen.⁊c.

*Secūda ps euangelij.*

Contra hanc cōcluſionē ſic ppoſitam ⁊ declaratam arguunt aduerſarij volētes pbare eam eſſe falſam. nam in quantum tangit excellētias eccleſie Cōpoſtellane impugnāt eam fideles aliarum dioceſum maxime Tholoſani: qui iactant ſe habere corpora ſex apoſtoloꝝ: quorum vnū eſt corpus ſancti Iacobi. Et in quantū notat excellentias ſchole Parriſiēſis: arguūt eam rectores aliarū vniuerſitatū: maxīe Salmāticenſes: q̄ ſe iactant ceteris occidētalibꝰ ſapiētiores. dicūt enim oēs iſti cōtra ſuſtinentē. tu de teipſo teſtimoniū phibes: quare ſequitur ꝙ teſtimoniū tuum nō eſt verum. nam



in foro iudiciali licet recipiatur teſtimoniū hominis loquētis cōtra ſe etiam ſine pbatione: tamē loquenti in fauorem ſuum non ſtatim eſt adhibenda fides ſine pbatione ſufficiēte. quia ex naturali inclinatiōe quilibet homo nititur ſe tueri ab aduerſis: nimirum ergo ſi in fauorē ſuū ſponte loquatur ſiue dicat verū ſiue falſum: qui autē contra ſe loquitur videtur ab ipſa veritate coactus hoc dicere p̄ter naturalē inclinationē: ideo ſtatim recipitur dictū eius Luce.19. ex ore tuo te iudico ſerue nequā.⁊c. Quia ergo Cōpoſtellanꝰ p̄latus in fauorē ſue eccleſie: ⁊ cācellarius Parriſienſ in fauorem ſue vniuerſitatis p̄dictam concluſionē propoſuit ſine pbatione: nō videtur dictum eorum recipiendum tanquā verum donec fuerit ſufficiēter pbatum. Ad hoc argumentum quod petit pbationem concluſiōis: ſuſtinēs tripliciter reſpondet. Primo: ⁊ ſi ego teſtimonium phibeo de meipſo: nihilominus teſtimoniū meū verum eſt: quia ſcio vnde venio ⁊ quo vado. hoc vos neſcitis. q.d. in rebus ſecretis a deo ſpecialiter reuelatis alicui homini: ipſe nullam aliā probationē adducere pōt niſi allegare autoritatem reuelantis: vt patet inductiue in omnibus prophetis ve. le. quorum quilibet ſine alia pbatiōe dicebat: hec dicit dn̄s. ſimiliter Ioannes Baptiſta interrogatus de ſuo baptiſmo ait Matth.11. Qui miſit me baptizare i aqua ille mihi dixit.⁊c. bene ergo ait ſuſtinēs hanc concluſionē: ego ſcio vnde veni.i. a quo accepi hanc excellentiā: ⁊ quo vado.i. ad quem finem dederit eam mihi. nam Cōpoſtellanꝰ (quicquid dicant Tholoſani) habet reuelationem certificatiuam ſuis maioribus factam de vera exiſtentia corporis ſancti Iacobi Zebedei in ſua ecc̄ia: ⁊ ſuper hoc habet bullam expreſſam a romanis pōtificibus huius.28.ge. qua excōicantur oppoſitum aſſerentes temerarie. Similiter cācellarꝰ Parriſienſis ex approbatiſſima regum Francoꝝ hiſtoria: ſimul cū autoritate apoſtolica romanorū pon. illius temporis quo fundata eſt ſua vniuerſitas: habet certitudinē ppoſite concluſiōis. Secundo reſpondet ſuſtinēs: quia iudicium de rebus ſecundum exteriora ſepius erroneum eſt: ⁊ ſolus ille vere iudicat qui nouit interiora rei: qui ergo exteriora eccleſie compoſtellane ⁊ vniuerſitatis Parriſienſ vident humilia non pōpoſa: ſi putant talia eſſe interiora que ad gratias ptinēt: erronee iudicāt: ideo ad arguētes dicitur: vos ſecundū carnem.i. exteriorem conditionē iudicatis de excellentijs ſpiritualibus. vtpote quia eccleſia Cōpoſtellana non eſt picta ⁊ pulchra: quia altaria fere ſemper in ea ſunt nuda ⁊ ſine pulchris imaginibꝰ. ſimiliter quia in ſchola Parriſienſi nō ſunt publice cathedre vl̄ lectiones ſalariate/ nec ſunt magni redditus vniuerſitatis: ⁊ quia ſcholares ſedēt in terra cum lectiones audiunt more gramaticorū ⁊c. ideo putatis ꝙ illa ecc̄ia vel illa vniuerſitas non habeat illas excellentias ſupradictas. ego vero ait ſuſtinēs: non ſic iudico p exteriora ſed p interiora que cognoſco: ⁊ ideo iudiciū meū verū eſt: quia non ſum ego ſolus ſed ego et qui miſit me pater ſanctus pon. ro. qui tales excellentias nominat in ſuis bullis. Scriptū eſt enim de bono iudice Eſa.11. Non ſecundū viſionē oculorū iudicabit/neqꝫ ſecundū auditū auriū arguet: ſed iudicabit pauperes in iudicio.ſ. recto.⁊c. Tertio reſpondet ſuſtinēs p autoritatē legis dei dicētis: ꝙ in ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum Deut.19. ſi ergo duorum hominū quantūcunqꝫ ſimplicium teſtimoniū acceptatur tāq̄ꝫ verum in quolibet foro: ego ſum q̄ teſtimonium phibeo de meipſo/ ⁊ teſtimoniū phibet de me q̄ miſit me pater p̄dictus: ergo debetis illud acceptare tanq̄ꝫ verum ſine vlteriore pbatione.

*Tertia ps euāgelij.*

Contra has reſponſiones neſciētes replicare aduerſarij p cōtradictionem rationabilem: ad iniurias ſe conuertūt irrationabiliter dicētes irriſorie: vbi eſt pater tuus ille quem tibi ſpecialiter appropriās preter alias eccleſias ⁊ vniuerſitates. quaſi volentes dicere ꝙ papa ita bene eſt pater aliorū ſicut ipſorum/ ⁊ ꝙ tam fauorabiles bullas habēt ſicut ipſi.⁊c. Sed reſpondit eis ſuſtinēs. neqꝫ ſcitis quante ſim excellētie: neqꝫ patrem meū ſcitis quanti momēti ſit ſua approbatio/ ⁊ quā differēter hanc eccleſiam ⁊ alias/hanc vniuerſitatem ⁊ alias approbauerit. et ſi me bene cognoſceretis forſitan ⁊ patrē meum ſciretis: quia de poteſtate vel autoritate ſummi pontificis ſiue in conceſſione indulgentiarum/ſiue in approbatione doctorum ⁊ doctrinarū nulla vniuerſitas melius iſta diſputat ⁊ inquirit. hec verba locutꝰ eſt ſuſtinēs in Gazophilatio.i. in Theſauro ecc̄lie latine: hoc eſt in tempore ſue magne pſperitatis docens in templo dei: quando etiā ſi aduerſarij voluiſſent opprimere eū factis: nemo apprehendere potuit eum quia nondū venerat hora eius fatalis: in q̄ pſecutio antichriſti villipēdet iſtius ⁊ aliarū eccleſiarum vel vniuerſitatum excellētias: ⁊ veniente poteſtate tenebrarū obſcurabitur lux mundi de qua loquebatur cōcluſio ſuſtinentis.

*Moralitas.*

¶ Moraliter autē hoc euangeliū finē faciēs ſermonibꝰ de ieiunio ⁊ penitētia debet exponi de p̄lato eccleſie in hac q̄dragesima: qui per frequētes p̄dicatiōes in publico: ac exhortatiōes in ſecreto penitentie illuminat animas hoīm: ⁊ peccatoꝝ tenebras fugat: dicēs eis ego ſum lux mundi: q̄ ſequitur me docentē ⁊ conſiliantē nō ambulat in tenebris: ſed habebit lumē vite ſpūalis aīe. Huic tamen veritati renitūtur mundani hoīes et obſtinati peccatores dicēdo: ꝙ teſtimoniū p̄lati eſt multum in fauorem eius: ideo nō eſt recipiendū tanq̄ꝫ verū ſine pbatione. ſed tandē ſolutis eorum argumētis modo preexpoſito: ſtat quotidie prelatus docēs in tēplo dei ⁊ in Gazophilatio.i. theſauro eccleſie dans multas indulgētias vere penitentibus.⁊c.

*Offertorium.*

¶ Offertorium: Factus eſt dominus.⁊c. pſal.17. in perſona p̄dicti ſuſtinētis dat g̃ras deo de ſua firmitate ac pmanētia in p̄dictis excellentijs. et ꝙ aduerſarij ſui non potuerūt ei p̄ualere: ſed potius ecōtrario ipſe deuicit eos vſqꝫ ad defectum eorum.

*Oratio.*

Secreta oratio: Oblationibus q̄s

domine.⁊c.offert deo ſacrificiũ euchariſtie pro ieiunantibꝰ ⁊ penitentibꝰ:vt firmẽtur ⁊ ipſi in virtutibus etiam eis inuitis ſi opus eſt.

Communio.

¶Cõmunio:Dominus regit me.⁊c.pal.22.parum differt ab offertorio in ſentẽtia:⁊ dicitur etiam in ꝑſona eiuſdem ſuſtinẽtis qui dat gr̃as deo de ſua proſperitate.Finalis oratio:Tua nos domine.⁊c.applicat moraliter ad ieiunãtes petens eis gratiã dei qua purificati placeant deo.Super populũ:Deus qui in te.⁊c.allegata dei conditione naturali:qua ꝓnior eſt ad miſerendũ q̃ȝ ad puniẽdũ:petit fidelibus gratiam cõtritionis peccatoꝝ qua poſtea mereantur conſolari.

## ¶Caput quinquageſimũ

quartum de dñica quinta in quadrageſima:que intitulatur de paſſione domini. cuius officiũ tribulationẽ.29.ge.eccleſie annotat:ſimulatqȝ impenitentes peccatores reprobat.

Argumẽtũ officij ab anno chriſti.840. vſqȝ 870.



**Igeſimanona** generatio eccleſie chriſtiane peracta eſt ſub Roma.pon. Sergio/Leone/Benedicto/Joanne/Nicolao/et Adriano:imperantibus tunc Lothario/⁊ Lodouico ſecundo filijs primi Lodouici: qui diu inter ſe de imperio concertarunt. Et fuit etas illa in tẽporalibus valde turbulenta:licet romani pon.tunc omnes fuerint ſancti viri excepto Joãne:q̃(vt aiunt)fuit femina quedam Magũtina in habitu virili atqȝ animo:⁊ tantum in litteris ⁊ ſciẽtia ſanctarũ ſcripturarum ꝓfecit:vt in papã eligeretur/⁊ Joannes ſeptimꝰ vocata eſt.q̃ tamẽ poſtea mala morte perijt.nam impregnata peperit et ſimul cum prole viua ſepulta ẽ a romanis.vnde ⁊ talis papa de cathalogo aliorũ remouetur.Jn illa ſiquidem generatiõe propter ſciſma imperiũ latinoꝝ debilitatũ eſt/ ⁊ multi cõtra ipſum inſurgere auſi ſunt.nã Arabes Sarraceni tunc ex Affrica in Italiã tranſnatarunt atqȝ Siciliã/ Apuliã/⁊ fere totam Romaniã oppreſſerunt: quouſqȝ vrbẽ ipſam ingreſſi eam bonis omnibꝰ expoliarent. templaqȝ et reliquias ſanctorum ꝓphanarent. Sed ſtati Lodouicus imperator cũ magno exercitu chriſtianorũ eis occurrens fugauit Sarracenos ab Jtalia:qui ad patriã redeuntes oẽs cum ſua preda in medio mari ſubmerſi ſũt ⁊ viui abſorpti.Tunc etiam tẽporis tota pene Gallia vaſtatur a Normanis/Friſonibꝰ/⁊ alijs circũſtantibus: et in Lombardia tribus diebꝰ ſanguis ad modum pluuie ſtillauit de celo. poſtea ſequute ſunt peſtilẽtie/fames/terroreſqȝ fulminũ/⁊ inundationes aquarũ ſeu peſſima diluuia/bella atrociſſima inter chriſtianos propter imperiũ/⁊ locuſtarum plaga magna:q̃ omnia ꝓculdubio propter grauiſſima peccata hominũ deũ immiſiſſe credẽdũ eſt.nam ⁊ ſimul cũ p̃dictis oibus demones viſibiliter apparuiſſe narrantur: qui etiam ſacerdotes crucẽ dñi oſtendẽtes ⁊ aquam benedictam aſpergẽtes nõ timebant ſed potius eos lapidabant.Jdeo tunc romani pon.⁊ alij ſancti p̃lati ſacerdotes ⁊ religioſi humiliter ſe ꝓſternebãt in orationibꝰ corã deo petẽtes miſericordiã eius ex ꝑſona totius populi chriſtiani q̃ dictus eſt chriſtus miſticus: et tunc agebatur de paſſione ⁊ morte eiꝰ a Sarracenis ⁊ ab alijs peſſimis chriſtianis.nã Mahumetus fuit figura antichriſti:ſub q̃ patietur populus chriſtianꝰ:ideo eccleſia in officio hodierno tã nocturno q̃ȝ diurno celebrans primordia paſſionis chriſti veri (poſtq̃ȝ ſeptẽ hebdomadibꝰ a ſeptuageſima peñiam p̃dicauit:q̃ ſeptem mundi etatibꝰ correſpondẽt liberandis a morte gehẽne ꝑ paſſionẽ chriſti) ſimul agit de p̃dictis primordijs paſſiõis populi chriſtiani maxime apud latinos.Quare miſſe introitus:Judica me deus.⁊c. ex pſal.42.vtrũqȝ chriſtum introducit loquentẽ ad deum per modum q̃relle contra ſuos aduerſarios eum ꝑſequẽtes: et petit ab eis liberari. nec dicitur in hoc officio gloria patri vbi agitur de paſſiõe et ignominia: ſed loco eius additur alius verſus eiuſdẽ pſal.

Introitꝰ miſſe.

Suppoſito ergo ſenſu l̃rali de chriſto vero. Ait chriſtus miſticus:o bone ieſu deus creator ⁊ ſaluator meus:iudica me ſecũdũ qualitatẽ religionis mee.hoc eſt taliter age mecũ q̃lis eſt mea religio.q̃ vt bene appareat qualis ſit:diſcerne cauſam meã.i.negotiũ ⁊ vitã meã a gente iſta Mahumetica nõ ſancta ſed diabolica.hoc eſt precor ne ſimus chriſtiani cõmixti Sarracenis:ſed ſepara eos a nobis. ab homine iſto iniquo Mahumete ⁊ doloſo.i.qui ꝑ ſectam ⁊ doctrinã ſuã decipit homines:eripe me q2 non habeo aliud refugium p̃ter te:quia tu ſolus es deꝰ meus ⁊ fortitudo mea ad reſiſtẽdũ eis.Primus verſus:Emitte lucem tuam.i.gr̃am q̃ illuminet nos ad bene intelligendũ ⁊ obſeruandũ veritatẽ tuam.i.legẽ veram quã dediſti nobis:quia ꝑ eam apparebit q̃ȝ falſa ſit doctrina Mahumetis.tua enim lux ⁊ veritas me deduxerunt ab erroribꝰ ydolatrie ac prauitatis heretice: et adduxerunt in montẽ ſanctum tuum.i.eccleſiam catholicã ⁊ ꝑ.i.in tabernacula tua q̃ eſt domꝰ tua. ideo ſi iſte nõ deſint mihi:nõ decipiar ab homine iſto iniquo ⁊ doloſo:ſicut decepti ſunt chriſtiani multi ex orientalibus cõuerſi ad ſectã ſuam propter defectũ lucis ⁊ veritatis tue.Secũdus verſus:Et introibo ad altare dei vt offerã ei ſacrificiũ ſibi acceptũ:⁊ ad inuocandũ deum q̃ letificat ꝓ letificauit iuuentutẽ meam.i.p̃mitiuam eccleſiam cõuerſiõe gentilium ad fidem chriſti:vt ꝑ virtutem mei ſacrificij liberet me a deceptione huius ꝑfide ſecte p̃dicate ab iſto homine iniquo ⁊ doloſo. ¶Moraliter etiam q̃ dictũ ẽ de Mahumete dicere poteſt penitens quilibet de diabolo cuius ille erat miniſter. vnde introitus eſt vox p̃lati loquentis in ꝑſona ſui populi penitẽtis.⁊c.Oratio:Queſumꝰ omnipotẽs deꝰ.⁊c.exponit moraliter introitũ de ieiunantibus ⁊ penitentibus: quos vocat familiam dei.ideo petit q̃ deus reſpiciat eos gr̃a ſua vt ꝑſeuerent in virtute penitẽtie q̃ȝtũ ad corpus:

Oratio.



et p̃ſeruentur a deceptione diaboli quantum ad animam.

Epiſtole argumentum.

¶Epiſtola: Chriſtus aſſiſtens pontifex.⁊c.Hebre.9.eſt ſermo quẽ olim fecit apoſtolus Paulus:⁊ modo ipſum facit p̃latus de paſſione chriſti veri:vt ꝑ hoc ſimilia dicamꝰ de chriſto miſtico in hac.29.ge.eccleſie. nam ſicut apoſtolus in hoc cap̃. ſue ep̃le allegorizauit templũ Hieroſolymitanũ iudeoꝝ de eccl̃ia chriſti:⁊ ſacrificia in eo facta de paſſione chriſti:penes maiorem excellẽtiam nouoꝝ ad vetera:ita etiã p̃latus nunc ꝑ eadem verba intendit comparare eccleſiam chriſtianã ⁊ ſacrificia eius:ad ſectã Mahumeticã ⁊ falſas cerimonias eius:penes maiorem excellẽtiam veterum ad noua inuenta:itaqꝫ virtus in medio cõſiſtat. Jdeo ad habendam clarã intelligẽtiam noſtri ſenſus hiſtorialis dicemus hic ſuccincte aliqua puncta ſẽſus litteralis quia certe hec epiſtola ẽ grauis ⁊ ſentẽtioſa:ſed obſcura.

Expoſitio litteralis.

Supponamꝰ ergo q̃ ap̃ls a principio huius cap̃.9. intẽdit collaudare legẽ euangelicã miſtice exponẽdo totam ordinationẽ tabernaculi aut templi ve.le.vbi ante omnia narrat hiſtoriã illiꝰ ordinationis/⁊ officia ſacerdotũ in tẽplo.deinde exponẽs figuram dicit q̃ p̃ma pars tabernaculi q̃ dicitur ſancta:ſignificabat ſtatũ ve.le.hoc inquit ſignificante ſpiritu ſancto.⁊c. ſecunda autẽ pars:que dicebatur ſancta ſanctoꝝ:ſignificabat ſtatum noue legis ſeu eccl̃ie chriſtiane. ⁊ ab illo loco incipit textus noſtre ep̃le.q̃ habet tres partes. Jn prima declaratur ſignificatio interioris partis templi.Jn ſecũda ibi:ſi enim ſanguis.⁊c. aſſignat̃ ratio cuiuſdã dicti.Jn tertia ibi: et ideo noui.⁊c.cõcludit̃ excellẽtia noui teſtamẽti.

Prima pars epiſtole.

Circa primum quinqȝ notãtur. Primo quis intrabat in eam:q2 ſolus pontifex et nullus alius ſacerdos.Secũdo dignitas loci in quẽ intrabat:quia ſancta ſanctorũ. Tertio modꝰ quo intrabat:quia cum ſãguine ſacrificij. Quarto quãdo intrabat: quia ſemel in anno.Quinto finis propter quem intrabat:quia ꝓ expiatione peccatoꝝ fidelis populi.et hec quinqȝ allegorizat p̃ma pars noſtre epiſtole.Nam de p̃mo ait chriſtus aſſiſtẽs pontifex.⁊c.De ſecundo ꝑamplius ⁊ ꝑfectius tabernaculum.⁊c. De tertio neqȝ ꝑ ſanguinẽ hircorũ.⁊c. ſed ꝑ ꝓprium ſan.⁊c. De quarto dicit q̃ itroiuit ſemel.⁊c.De quinto eterna redemptione inuẽta.

Scd̃a ps epiſtole.

Circa ſecũdũ ſupponit q̃ in lege ve.erat duplex mũdatio populi:altera a peccatis in feſto expiationis in Septẽbri ꝑ ſanguinẽ hircorum ⁊ vitulorum:altera ab irregularitatibus legis ꝑ ſacrificium vitule rufe. De vtroqȝ iſtorum ſacrificioꝝ loquitur apoſtolus applicando ad ſacrificiũ paſſionis chriſti ꝑ argumentum a ſimili ꝓportione duorũ ad alia duo. quia ſicut ſe habebat virtus illius ſacrificij ad illam emundationẽ:ita virtus huiꝰ ſacrificij ad iſtam emũdationẽ.⁊ ſicut illud ſacrificiũ minoris virtutis(quia ex ſãguine brutorum aĩalium)poterat i effectum minorẽ: quia in emundationem corporalẽ:ita hoc ſacrificium maioris virtutis (quia ex ſanguine hoĩs ſanctiſſimi) poteſt in maiorẽ effectũ: quia in emũdationem ſpiritualẽ. nam ex regula Ariſtotelis in.7. phiſicorum cuilibet virtuti correſpondet effectus ſibi proporcionatus. ideo declarat cuius eſt iſte ſanguis.quia hoĩs chriſti:q̃ȝ ſit mundus ⁊ valẽs mundare:quia ꝑ ſpũmſanctũ.⁊c. quare effuſus: quia ad emudandũ conſciẽtiam noſtrã.⁊c. quomodo applicatꝰ: q2 ꝑ fidẽ ⁊ ſacramẽta ad ſeruiẽdum deo viuẽti.

Tertia ps epiſtole.

Circa tertium excellentia noui teſtamẽti conſiſtit in hoc:quia ipſum ꝑ virtutem paſſionis ⁊ ſanguinis chriſti poteſt efficaciter facere in hominibus redemptionẽ p̃uaricationum .i.peccatorũ:quod nõ poterat facere vetus teſtamẽtum ꝑ ſua ſacrificia.ad cuius declarationem notat bona promiſſa in nouo teſtamẽto.⁊ confirmationẽ promiſſionis ꝑ mortẽ legiſlatoris: que duo excellẽtiora fuerũt quã in ve.le.vt cõſequenter declarat i textu ſequẽte poſt noſtram ep̃lam.

Expoſitio hiſtorialis.

Ad noſtrum aũt propoſitum ſicut lex vetus q2 obligabat ad peccatum et non abſoluebat:dicit̃ miniſtratio mortis.2.Cor.3. a forciori ſecta Mahumetica debet dici lex mortis:q̃ implicat hominem multis erroribus/⁊ peccatis carnalibus/ac terrenis curis q̃ ſuffocãt ſpiritũ hominis. Pontifex etiam vel ſacerdos lator illius ſecte fuit homo ſpurciſſimus ⁊ peſſimꝰ tyrannus: qui ꝑ ſanguinẽ multorum chriſtianoꝝ effuſum introiuit in regnum ſuum terrenũ:⁊ tales martyres vocantur hyrci ⁊ vituli.i.animalia ſacrificij.inſtituit preterea ille pſeudo ꝓpheta in ſua lege q̃dam ieiunia ⁊ orõnes q̃ dici poſſunt cineres humilitatis: dicẽs q̃ ꝑ illas cerimonias ſãctificãtur/ ⁊ emundantur ſui hoĩes a peccatis in corpore ⁊ anima. vnde ⁊ eccleſiam illã ſuorũ hoĩm malignãtium vocat ipſe ſanctã velut vitulã ſacrificij ſui:⁊ promittit eis multa bona tẽporalia/⁊ delectationes ſenſuũ tam i hac vita / q̃ȝ in alia ſi bene legẽ ſuã obſeruauerint.Contra hanc ſupſtitionẽ loquitur p̃latus in epiſtola hodierna: q̃ eodem modo diuiditur in tres partes vt prius.Nam prima comparat chriſtum ad Mahumetũ q̃ȝ fuerit excellẽtior.Secunda comparat religionẽ chriſtianã ad ſectam illã peſſimã q̃ȝ ſit purior. Tertia cõparat bona vtrinqȝ ꝓmiſſa:vt oſtẽdatur lex noſtra vtilior ac diuinior.

Prima ps ep̃le.

De prima comparatiõe ait p̃latꝰ p̃mo q̃ chriſtus eſt põtifex diſtributor futuroꝝ.i. ſpũaliũ bonoꝝ nõ corporaliũ ſolũ vt Mahumet. ideo tãta imo maior eſt coꝝ differẽtia i põtificali officio: quãta inter animam ⁊ corpus hoĩs.quia chriſtus eſt p̃latus animarũ:ille non niſi corporum.Secundo q̃ chriſtꝰ introiuit ad exercẽdum põtificale ſuũ officiũ in tabernaculũ ꝑamplius ⁊ ꝑfectius non manu hominũ factum.i. nõ huius creationis humane:ſed diſpoſitionis diuine.hoc tabernaculũ eſt eccleſia chriſtiana:q̃ magis ſpiritu dei eſt ordinata ⁊ gubernata q̃ȝ prudẽtia humana.Mahumetus vero i tabernaculũ.i.populum ſatis imꝑfectũ ⁊ humano errore inſtitutum. Tertio q̃ chriſtꝰ ſuum populũ acquiſiuit ꝑ proprium ſanguinẽ nõ ꝑ alienũ.i.patiendo humiliter ipſe mortẽ a malis hoĩbus illatam:Mahumetꝰ vero ꝑ alienum ſanguinẽ .i. crudeliter bellando

et occidēdo bonos hoīes acquiſiuit ſibi regnum.
Quarto ꝙ chriſtus tantū ſemel patiēdo populū
ſuum ſanctificauit: Mahumetus multas cedes
hominum faciēdo ſepius populū ſuum cruēta-
uit/maculauit/ infamauit. Quinto qꝛ chriſtus ꝑ
ſuum ſanguinē redemit populū ſuum ab eterna
damnatione inferni: Mahumetus ꝑ gladiū ſuū
alieno ſanguine cruentū obligauit homines ad
eternam captiuitatē inferni.⁊c. De altera compa
ratione ait p̄latus. ſi enim ſanguis hyrcoꝝ ⁊ tau
rorum.i.chriſtianoꝝ occiſorū a Mahumeto. hoc
eſt. ſi violētia illa bellica/⁊ cinis vitule rufe.i.hu
miliatio exterior ſue ſinagoge cruēte. quā oſten
dit in oratione ⁊ ieiunio: quibus duabꝰ vijs pro-
ceſſit inſtitutio illiꝰ ſecte: ſi inꝗ̄ iſta duo valuerūt
ad ſanctificandū carnaliter illū populū Sarra-
cenorum. hoc eſt ad faciendū in eis quandā ho-
neſtatem exteriorē (nam p̄mo populus ille adu-
natus eſt violētia belli/deinde honeſtatꝰ cerimo
nijs/orationis/⁊ ieiunij) quanto magis ſanguis
chriſti īmaculatus ⁊ ꝑ ſpūmſanctū deo oblatus
valebit ad obtinendā gratiā ab eo ad emūdan-
dum populū chriſtianoꝝ ab omnibus maculis
peccatorum: ⁊ ſanctificandū ipſum cerimonijs/⁊
ſacramētis melioribꝰ ad melius ſeruiēdum deo
viuenti. noſtra ergo religio eſt purior ſanguine
chriſti purificata: illa turpior cede ſanctorū initia
ta ⁊ maculata. De tertia cōparatiōe ſubdit: ꝙ cū
lex dei ſit velut quoddā teſtamētum mādās ſeu
ꝓmittens hereditatē bonis filijs: lex chriſti me-
lior eſt lege Mahumeti: qꝛ meliora bona ꝓmit-
tit eam deuote obſeruātibus. nam chriſtus fuit
mediator dei ⁊ hominū in datione legis ſue: que
eſt teſtamētum nouum.i.innouans hoīes ⁊ pro-
mittens nouam quandā hereditatē q̄ non mar-
ceſcit vnꝗ̄. vt intercedēte morte ſua deo accepti-
ſima accipiant fideles repromiſſionē eterne he-
reditatis: remotis ab eis p̄oribus peccatis ⁊ pre
uaricationibꝰ mādatoꝝ dei. Lex autē Mahume
ti ſola bona corporis ꝓmittit q̄ veteraſcūt ⁊ mar
cent: ideo debet vocari teſtamētū vetus.i.inuete-
rans hoīes ad ſimilitudinem terreni Adam.⁊c.
Hec doctrina erat fidelibus latinis neceſſaria in
etate illa ne decepti ad modum orientaliū puta
rent ſectam illā eſſe bonam ⁊ ad eam ꝑuerteren
tur. ¶ Moraliter vero p̄latus in hac quadrage-
ſima.i. ſemel ī anno intrat ſanctaſanctoꝝ miſte-
ria declaranda fidelibus ꝑ ꝓprium ſanguinem
.i.laborē: vt inuenire poſſit redemptionē eternam
peccatorū/⁊ facere deo ꝑampliꝰ ⁊ ꝑfectius taber-
naculum ſui populi fidelis: et hoc ꝑ exercitium
ſacramētoꝝ eccleſie q̄ ſunt meliora ſacramentis
ve.le. nam illa ſolū valebāt ad emundationē car
nis: hec vero emundant cōſciētias a peccatis ad
bene placēdum ac ſeruiēdum deo viuenti. eſtꝗ̄
idem p̄latus mediator inter deum ⁊ homines: vt
ex parte populi fidelis offerat deo oratiōes/⁊ ſa
crificia: ex parte vero dei promittat vere peniten
tibus eternam hereditatem.⁊c. ¶ Cantus gra-
dualis: Eripe me domine.⁊c. ex pſal.142. eſt ora
tio fidelis populi ex p̄dicta doctrina cōmoti: qua

Secūda ꝑs epiſtole.

Tertia ꝑs epiſtole.

Graduale

ſe cōmendat diuine protectioni vt liberet eum a
deceptione huius falſe doctrine: et illuminet eū
in lege ſua ſancta. Verſus: Liberator meus.⁊c.
pſal.17. allegat conſuetudinē dei antiquā qꝛ ſo-
let eſſe liberator populi ſui: ideo et nunc eſt cre-
dendum ꝙ liberabit a Sarracenis inſurgētibus
⁊ a Mahumete iniquo. ¶ Tractus: Sepe expu-
gnauerunt me.⁊c. pſal.128. cōmemorat eccleſia
multas ꝑſecutiones ſuas a principio ⁊ ꝑ multas
generationes cōtinuatas: a quibus deꝰ ſemꝑ li-
berauit populū ſuum: qꝛ aduerſarij nunꝗ̄ potue
runt eū deſtruere. ideo ⁊ nūc dn̄s iuſtus concidet
ceruices peccatoꝝ.⁊c. ¶ Euangeliū: Quis ex vo-
bis arguet me.⁊c. Joan.8. ſicut exponit cauſas
paſſiōis chriſti ex parte iudeoꝝ eum ꝑſequentiū:
ita cōtra Mahumeticos eccleſiam dei ꝑſequētes
defendit ſanctitatē legis euangelice. Cauſe paſ-
ſionis chriſti ex parte iudeoꝝ.i. ꝓpter quas ipſi
ꝓcurarunt mortē eius fuerūt due.ſ. ſanctitas vi-
te chriſti/⁊ veritas doctrine ſue. nā ſāctitas com-
mouebat eos ad inuidiā. veritas q̄ odium parit:
ad inimicitiā. De prima cauſa d̄r: quis ex vobis
arguet me de peccato: qꝛ neqꝫ origine/ neqꝫ cor-
de/neqꝫ ore/ neqꝫ operatione/neqꝫ omiſſiōe con-
traxi aut feci peccatū. De ſecūda cauſa ſequitur:
ſi veritatē dico vobis quare non creditis mihi. ⁊
hoc nō niſi quia oculis egris odioſa eſt lux: q̄ ſa-
nis eſt amabilis: ⁊ palato nō ſano pena ē panis
qui ſano eſt ſuauis: vt Auguſtinus dicit. et abho
minatio ē ſuꝑbo humilitas/ auaro pauꝑtas p̄di
cata. audiet etiam luxurioſus ⁊ diſplicebit ei.⁊c.
Et notantur quattuor veritates a chriſto p̄dica-
te in hoc euāgelio. prime due ꝑtinēt ad audito-
res ſue doctrine. alie due ad ipſū p̄dicantē. Pri-
ma veritas: qui ex deo ē verba dei audit.⁊c. que
oſtendit auditorum qualitatē diuerſam. Secun-
da veritas: amen amē dico vobis ſi quis ſermo-
nem meum.⁊c. que declarat fructum doctrine in
bonis auditoribꝰ. Tertia veritas: Abraham pa-
ter veſter vidit diem meū.⁊c. que explicat chriſti
natiuitatem temporalem ex Matre promiſſam
Abrahe. Quarta veritas: anteꝗ̄ Abraham fieret
ego ſum: que ad natiuitatē eternam pertinet ex
patre. Iſtis veritatibꝰ iudei cōtradixerunt diuer-
ſimode. Prime inferēdo iniuriam.ſ. Samarita-
nus es tu.⁊c. Secūde adducēdo rationē falſam
.ſ. Abraham mortuus eſt.⁊c. Tertie allegādo ex-
periētiam.ſ. quinquaginta annos.⁊c. Quarte fa-
ciēdo impetū ad vindictā. Quas tamē contradi-
ctiōes chriſtꝰ faciliter euacuauit vt patet ī textu.
Veniēdo ad hiſtoricū ſenſum de ſanctitate legis
euangelice: euāgelium habet tres partes. In pri
ma ꝓponit̄ veridica cōcluſio. In ſcd̄a ibi: reſpō-
derūt.⁊c. opponitur cōtradictio. In tertia ibi: re-
ſpondit ieſus.⁊c. adaptatur reſponſio. Tota ergo
hec diſputatio vertitur inter p̄latū chriſtianorū ⁊
Sarracenos ei contradicētes tā verbis ꝗ̄ factis.
Ideo in illo tēpore.29.ge. dicebat ieſus.i. p̄latus
turbis iudeoꝝ.i. ſarracenorū: qui ita ſe habebant
ad ipſum: ſicut olim iudei ad chriſtū: ⁊ non ſolū
plebeis loquebatur: ſed etiā principibus ſuorum
ſacerdo-

Tractus.

Euangelij argumentum.

Expoſitio litteralis. Prima ꝑs euangelij.

Scd̄a ꝑs

Tertia ꝑs

Expoſitio hiſtorialis.

Prima ꝑs euangelij.



ſacerdotū.i. ſuis ſapientibꝰ dictis Alphaquis di-
cebat.n.eis. quis ex vobis arguere me poterit de
peccato.i. errore aliquo in lege mea: qꝛ pſal.18.
Lex dn̄i immaculata cōuertēs aīas.⁊c. Si ergo
veritatē.i. verā legē dico ſeu predico vobis: quare
vos q̄ putatis vos ſapiētes eſſe nō creditis mihi:
ſed impugnatis legē meam cōtra conditionem
ſapientis: cuius eſt nō mētiri ⁊ veritatē p̄dicare.
Item q̄ ex deo eſt ꝗ̄tum ad mores ⁊ vite inſtitu-
tionem/hoc eſt q̄ eſt ſeruus ⁊ diſcipulus dei: libē
ter audit verba dei ſibi p̄dicata: ⁊ qꝛ vos nō vul-
tis audire legem meam obedienter: ſignū eſt ꝙ
ex deo nō eſtis inſtructi ſed a malo ſpū qui hāc
veſtram falſam doctrinā ingeniauit. Contra hāc
concluſionē cum ſua declaratione arguunt infi-
deles ſarraceni dicentes ro.pon. nōne benedici-
mus nos in nr̄a ſinagoga qꝛ ſamaritanus.i. cu-
ſtos opinionis tue ꝓteruus es tu: ⁊ demonium
habes obcecantē ne videas veritatē: q.d. tu non
ꝓbas tuā cōcluſionē ſed ſolū proterue eā vis de-
fendere: ſicut faciebat Parmenides/aut Eracli
tus: de quoꝝ q̄libet Ariſtoteles dicit ꝙ erat poſi
tionē cuſtodiens. Ad hanc infideliū calumniam
reſpōdit p̄latus tacite concedēs ſe ſamaritanum
.i. cuſtodē legis chriſti: non ex ꝓteruia ſed ex cer
titudine autoritatis diuine: q̄ multis miraculis
eā confirmauit. negat tamē ſe habere demoniū
obcecantē: imo ſpūmſanctum illuminantem ad
cognitionē veritatis. ego inquit demonium non
habeo: ſed predicando hanc legē honorifico pa-
trem meum chriſtum confitens eum verum deū
⁊ verum hominem: vos autem negantes chriſti
diuinitatem inhonoraſtis me quaſi ydolatram
qui adorē purum hominē. ſed nihil curo de inho
noratione veſtra: quia ego in p̄dicatione mea nō
quero gloriam meam. eſt deus meus qui querit
eam: ⁊ iudicet inter vos ⁊ me aliquando.ſ. exal-
tando me ⁊ deprimendo vos. Interim aūt amē
amen.i. ꝑ omnimodā certitudinē dico vobis: ꝙ ſi
quis ſermonē meum quem p̄dico ſeruauerit: cre
dendo ⁊ operando: mortē non guſtabit in eter-
num. quia hec mea doctrina vitalis eſt ⁊ ſaluās
homines. ideo concluſionē in principio euange-
lij propoſitam iterū reſumo: ꝙ lex chriſti nullum
habet errorē aut in credēdis aut in agēdis. Hoc
dictum prelati non intelligentes ſarraceni ⁊ pu-
tantes ꝙ de morte corporis loqueretur: dixerunt
ei. nūc cognouimus ꝑ certitudinē ꝙ demonium
habes obcecantem qui ita erras in manifeſtis.
Abrahā enim mortuus eſt/et oēs alij ſancti pa-
triarche/⁊ ꝓphete/qui tamen bene ſeruabāt do-
ctrinā dei. dato ergo ꝙ tua doctrina eſſet ex deo
nō faceret homines immortales: ⁊ tu dicis ſi q̄s
ſermonē meum ſeruauerit.⁊c. nunquid tu maior
doctor ⁊ ſanctior es patre noſtro Abrahā.i. a quo
deſcendit Mahumetꝰ noſter: aut dignior es pro
phetis q̄ oēs licet legē dei p̄dicarēt mortui ſunt:
q.d. nō eſt ꝓbabile te eſſe illis meliorē. vide quē
teipſum facis.i. quā dignum et ſanctū q̄ te illis
p̄fers: Sed p̄latus anteꝗ̄ ad argumentū reſpō-
deat: dixit ad hoc vltimū.ſ. quē teipſum facis.⁊c.

Secūda ꝑs euangelij.

Tertia ꝑs euangelij.

dicens. ſi ego autoritate ꝓpria meipſū glorifico:
gloria mea ſeu honor nihil eſt: quia non enim q̄
ſeipſum cōmēdat ille ꝓbatus eſt vt dicit apoſto
lus. eſt tamen pater meus celeſtis (quē vos dici
tis quia deus veſter eſt) qui glorificat me: qꝛ ipſe
hunc ſtatum meū honorificū inſtituit: ipſe etiam
eum defendit vſqꝫ ad hanc diē ab infidelibus ⁊
tyrānis: defendetqꝫ a veſtra ꝑſecutione qꝛ nunꝗ̄
preualebitis contra hūc ſtatū. ſi ergo gloria mea
a deo eſt ordinata ⁊ ſtabilita ⁊ non ex preſūptio
ne hūana: ipſa vera eſt. ⁊ vere dicere potui ſi quis
ſermonē meum ſeruauerit.⁊c. imo credo ꝙ vos
nondum cognouiſtis qualis ſit deus; qꝛ negatis
eum eſſe trinum. ego aūt noui eum ex reuelatio
ne eius mihi facta ꝑ chriſtū eius filiū. et ſi dixero
quia non noui eū: ero ſimilis vobis mēdax. quia
ꝓ certo ſcio eum ⁊ ſermonē eius ſeruo quē man
dauit i lege ſua ſancta. modo ad argumētū clara
eſt reſponſio: quia Abraham pater veſter ſecun
dum carnē nō ſecundū fidem licet mortuus fue-
rit cum alijs ꝓphetis ꝗ̄tum ad corpus: tamen
ꝗ̄tum ad aīam viuit in eternum propter rectam
fidē quā habuit de deo. nec fuit Mahumeticus
religiōe vt vos falſo ei imponitis: ſed potius ex-
ultauit vt videret diē meū.i. claritatē legis ⁊ reli-
gionis mee. nam certe vidit eam ⁊ gauiſus eſt qꝛ
credidit eūdē deū quē ego credo: ⁊ fuit chriſtian9
ſicut ego ſū. cui dicto irriſorie cōtradixerūt ſarra
ceni dicētes. quinquaginta annos nondū habes
⁊ quomodo Abrahā videre potuiſti vel ipſe te: vt
eſſet de lege tua et chriſtianus ſicut tu: et intelli-
gunt arguētes ꝑ quinquaginta annos totidem
generatiōes in diſcurſu eccleſie que requireren-
tur ⁊ eo plures ad hoc ꝙ Abraham vidiſſet chri-
ſtum aut ſtatum romani pōtificis: ⁊ ꝑconſequēs
ad hoc vt fuiſſet chriſtianus. cum enim tunc cur-
reret generatio.29. eccleſie a principio eius: ab
Abraham autē vſqꝫ ad principium eccleſie fluxe
runt generationes.42. ſecundum enumeratio-
nem Matthei euangeliſte. ergo in etate illa cur-
rebat generatio.71. a tempore Abrahe. quare in
tendunt arguentes inferre ꝙ ad hoc ꝙ Abrahā
fuiſſet chriſtianus: debuiſſent in eccleſia dei cur-
rere iam plures ꝗ̄ quinquaginta generationes.
Quibus reſpondēs p̄latus dixit eis. amē amen
dico vobis: anteꝗ̄ Abraham fieret ego ſum ſcili
cet reuelatus et declaratus ſanctis patriarchis
duarum p̄marum etatum: quibus miſteria chri-
ſti ⁊ ſue eccleſie reuelata ſunt. vt patet in deſpō-
ſatione Adā ⁊ Eue de q̄bus apoſtolus Ephe.5.
ait. hoc dico magnū ſacramētū in chriſto ⁊ eccl̄ia.
item arca Noe eccleſiam chriſti figurauit vt apo
ſtolus Petrus dicit: ergo ipſe Noe rector arce
fuit figura romani pontificis. qui eſt rector eccle-
ſie. et ſic de alijs. potuerunt ergo Abraham et
alij ſancti patriarche ac prophete ante aduen-
tum chriſti habere fidem de eo ac perinde eſſe
chriſtiani: dato ꝙ diſcurſus eccleſie nondum ha-
beat quinquaginta generatiōes. nam apoſtolus
1. Cor.10. ꝓbat de Moyſe ⁊ alijs hebreis ſanctis
ꝙ fuerunt chriſtiani: dicens ꝙ oēs in mari rubro

baptizati ſunt ſicut nos. oēs eandē ſpūalem eſcā euchariſtie manducauerunt quā ꝛ nos manducamus. ꝛc. Huic reſponſioni neſcientes cōtradicere ſarracenorū doctores: ad pſecutionē bellicā diuerterunt. tulerunt ergo lapides. i. lapideos et duriſſimos homines bellatores vt iacerēt in ro. pon. quando Romā obſiderunt vt deſtruerent ſtatum eius. Sed ipſe non valēs eis reſiſtere armis corporalibus: abſcondit ſe fugiēs a Roma ꝛ exiuit de tēplo apoſtoloꝝ Petri ꝛ Pauli vbi ē palatium eius: ꝛ venit in Galliā petiturus adiutoriū imperatoris Lodouici. ꝛc.

Moralitas.

¶ Moraliter prelatus cuiuſlibet dioceſ i hac quadrageſima pdicat fidelibus bonā ꝛ ſalutarē doctrinam: quam q̄ bene ſeruauerit mortē non guſtabit eternam: et reprehendēs obſtinatos peccatores ait. ſi veritatem dico vobis quare non creditis mihi? ꝛc. contradictores eius ſunt hoīes mundani detrahentes doctrine eius vt patuit in euangelio. 3. dominice. in fine lapidare volunt ipſum p infamationes aut alias pſecutiones: a quibus ipſe prudēter declinās abſcondit ſe p vitam bonam: et exit de templo ceſſando ad tempus a predicatione ꝛ reprehenſione que tūc paruum faceret fructum propter maliciam hoīm. Poſſet etiā dici q̄ mali chriſtiani hoc nr̄o tēpore faciūt lapides in ieſum ſaluatorē noſtrum dicēdo multas blaſphemias ꝯtra deū ꝛ faciēdo multas iiurias ꝓximis: ꝓpter quod mirum non eſt ſi abſcondat ſe a nobis et exeat de templo noſtro. i. ſi ſubtrahat a nobis auxiliū ſuū ꝛ nolit audire orōnes nr̄as. ꝛc.

Offertorium.

¶ Cantus offertorij: Confitebor tibi domine. ꝛc. ex pſalmo. 118. eſt profeſſio populi chriſtiani: qua ꝯfitetur ſe toto corde obſeruaturū legem chriſti ꝛ omnes ſermones eius mediante gratia ſua viuificante. Verſus: Beati immaculati in via. ꝛc. principium eiuſdē pſalmi: laudat obſeruatores legis chriſti predicans eos beatos in hac vita p ſpem in alia ſecūdum rei veritatem: quia multa bona poſſidebūt digniora his que promittit lex Mahumetica. Secretā oratio: Hec munera domine ꝛc. offert deo munera euchariſtie moraliter orando pro ieiunantibus: vt deus abſoluat eos a peccatis ꝛ faciat participes gratie.

Communio.

¶ Cōmunio: Hoc corpus quod. ꝛc. Luce. 22. et. 1. Corint. 11. eſt vox chriſti comēdantis fidelibus ſacramentū euchariſtie: quod multum valet ad ſuam defenſionem ab infidelibus: ꝛ ad hoc vt illuminentur in lege dei: et caueant errores peſſime ſecte Mahumetis. Comendat etiam eis vnitatem corporis myſtici quod eſt eccleſia: ne diſcedant ab ea per errores ꝛ ſectas varias. Finalis oratio: Adeſto nobis. ꝛc. applicat ſpecialiter ad ieiunantes petendo ꝓ eis defenſionē a demonibꝰ ex virtute euchariſtie ſuſcepte in altari chriſti.

## ¶ Caput quinquageſimū

quintum de feria ſecunda quinte hebdomadis quadrageſime: que trigeſimā eccleſie chriſti generationem annotat: et ieiunantium mores rectificat. ꝛc.

Argumētū officij ab anno chriſti 870. vſq̄ 900.



Rigeſima generatio eccleſie chriſtiane ſub romanis pōtificibus Ioāne octauo / Martino / Adriano / Stephano / Formoſo / Bonifacio / Stephano / Romano / ꝛ Theodoro. ac duobus Carolis imperatoribus latinis ſcilicet ſecūdo ꝛ tertio. In qua etate eccleſia chriſti nō tā ab infidelibus ꝛ extraneis: q̄ꝫ a chriſtianis malis maxime a romanis pontificibus malo titulo electis / ꝛ ab imperatoribꝰ tyrannis impugnabatur. nam Formoſus papa qui priꝰ a Ioanne. 8. fuerat degradatus ꝛ dignitate eccleſiaſtica priuatus: poſtea a Martino fuit reſtitutus: atq̄ꝫ poſt Martinum Adrianum et Stephanū: ad dignitatem papalē largitiōe potius q̄ꝫ virtute (vt aiunt) aſſumptus eſt: licet non ſine contradictione aliquorū: ꝛ nihil fere laude dignum egit in ſuo pōtificatu quo dignus non erat. poſt eum Stephanus ſextus factus papa: omnia Formoſi decreta reuocauit: et cum multa rabie corpus eius extumulauit / veſtibus pontificalibus exuit / et laicali habitu induit / atq̄ꝫ cum laicis ſepeliri mandauit. deinde ſucceſſores eius Romanus et Theodorus contra Stephanum in fauorem Formoſi egerunt. retractātes omnia geſta Stehani / ꝛ Formoſum reſtituētes: ꝛ ita horum pontificum vita ſeditioſa in alieni nominis ac dignitatis extinctionem tota erat intenta: non in zelo diuini cultus ac ſalutis animarum. Romani etiam in hac etate propterea q̄ Ioannes papa Carolum fratrē predicti Lodouici ſecundi imperatorem fecerat / ꝛ nō aliquē ex filijs Lodouici: ipſum papam in vincula coniecerunt: ac duo filij Lodouici cum multo exercitu Italiam aggredientes ipſam vexauerunt: donec mortuo Carolo ſecundo ex venenata potione coactus fuerit papa coronare Carolum tertiū filium Lodouici ſecūdi in imperatorem: qui potius voluiſſet coronare Lodouicum filium pdicti Caroli ſecundi. hic tamē Carolus tertius poſtq̄ꝫ decē annis imperaſſet: adeo mēte ꝛ corpore debilitatꝰ fuit vt ab optimatibꝰ imperio p̄uaretur tanq̄ꝫ inutilis. q̄ deiecto q̄dā Lōgobardus imperiū inuaſit apđ Rauēnā: qua de cauſa multiplicata ſūt mala apđ chriſtianos tā in Gallia q̄ꝫ i Italia atq̄ꝫ Germania. qbꝰ auditis ſarraceni iterato cū ingēti claſſe in Italiā venerūt / ꝛ ipſam bonis oībꝰ ſpoliauerūt. Officiū itaq̄ꝫ hodiernū (p̄ter miſteria paſſiōis chriſti) cōmemorat etiā miſerias. 30. ge. ecclie varijs modis. ideo introitꝰ:

Introitꝰ miſſe.

Miſerere mihi dn̄e. ꝛc. ps. 55. ex pſona ecclie afflicte ꝓponit q̄rellā ꝯtra aduerſarios ſuos eā tribulātes ſiue chriſtianos ſiue infideles: orās vt deus auertat illa mala a ſua ecclia. miſere inq̄t mei liberādo me ab inimicis. q̄m ꝯculcauit ſeu maculauit me hō iſte peſſimꝰ Mahumetꝰ / vl' etiā malus papa / vel impator. nā tota die. i. ꝯtinue i hac etate bellās armis corporeis vl' malis moribꝰ tribulauit me. i. ad modū tribuli oppſſit me. Verſus: Cō



culcauerūt. ꝛc. ex eodē pſal. addit maiorē cauſam ſue petitiōis: q2 multi inimici / imo multiplices. ſ. fideles / ꝛ ifideles / eccliaſtici / ꝛ ſeculares / ꝛ alij diuerſoꝝ ſtatuū mali hoies conculcauerūt me tota die: ꝛ multi bellātes iſurrexerūt aduerſū me.

Oratio.

Orō: Sācifica dn̄e. ꝛc. applicat dictā petitionē ad ieiunātes orās vt deꝰ eos liberet ab ipugnatiōe peccatoꝝ p gratiā ſuam ſanctificantem.

Epiſtole argumentum.

¶ Epiſtola: Factum eſt verbū dn̄i ad Ionā. ꝛc. Ione. 3. ſatis aperte facit mentionē de paſſiōe chriſti: maxime quātum ad fructū quē fecit chriſtus poſt ſuā reſurrectionē in gētilitate ſignificata p Niniuē. ꝛc. nam hanc figuram Ione chriſtus ad ſe ptinere declarauit Mat. 12. dicēs ſicut fuit Ionas. ꝛc. Similiter hec hiſtoria ſignificat ecclie paſſionē (q̄ ē chriſtus figuralis) quā ſarraceni i hac etate ꝓcurabant: ſed miſericordia dei eam liberauit. habet epla tres partes. Prima mittit p̄dicatorem. Secunda ibi: ꝛ crediderūt. ꝛc. addit populi humiliationē. Tertia ibi: ꝛ vidit dn̄s. ꝛc. concedit diuinam miſerationē.

Prima ps eple.

Quia v̄o in p̄cedente generatiōe ſarraceni mare tranſeūtes totā fere Italiam ꝛ Siciliam vexauerunt: contra q̄s p̄cedentis dn̄ice officium diſputauit: in hac quoq̄ꝫ generatiōe iterum idem Mauritani in Italiam tranſierunt: vt p̄diximus propter peccata chriſtianoꝝ: ideo hec epla oſtendit remediū tali tribulatiōi adhibitum. In diebus inquit illis. 30. ge. factū eſt verbū dn̄i. i. inſpiratio ad Ionam. i. columbā dei que eſt ecclia. ſecūdo. i. in ſcđo introitu ſarracenoꝝ in Italiam dicens p̄lato aut p̄dicatori bono: ſurge a torpore tue negligētie: ꝛ vade ad p̄dicandū in Niniuē (q̄ ſpecioſa d2) ciuitatē magnā. i. in totam chriſtianitatem: ꝛ p̄dica in ea p̄dicationē pn̄ie quā ego loquor ad te. i. docui te in ſacris lr̄is. nam pn̄ia chriſtianoꝝ ē potiſſima via ad liberādū eos a poteſtate ſarracenoꝝ. Et ſurrexit Ionas p̄dictꝰ. i. p̄dicator: q̄ etiā d2 filiꝰ Amathi. i. veritatis: ꝛ abijt in Niniuē iuxta verbum dn̄i. i. ſicut p̄ceperat ei deꝰ. Niniue aūt. i. ecclia chriſtianoꝝ erat tunc ciuitas magna numero populoꝝ potius q̄ꝫ meritoꝝ. vel magna in gratijs et priuilegijs ſuper oēs alios populos. itinere dierum triū: quia ambulabat in fide trinitatis / et trino pn̄ie actu ad deum conuertitur. Cepit ergo Ionas introire in ciuitatem ad p̄dicandū: ꝛ p̄dicauit primo itinere vnius diei. i. incitauit hoies ad cōtritionē de peccatis ſuis: q̄ eſt p̄ma ꝛ potiſſima pars pn̄ie: ꝛ illa ſufficit ad impetrandā dei miām: ad quā incitationē meliꝰ peragendam clamauit ꝛ dixit in p̄dicatione ſua. adhuc quadraginta dies. i. vſq̄ꝫ ad quadraginta dies Niniue ſubuertetur. q. d. tot ꝛ tāta ſunt peccata chriſtianorum vt vix mereātur exſpectari a deo per quadraginta dies: qui eſt numerus penitentie vt declaratū eſt in prima dominica quadrageſime: imo meretur ſtati ſubuerti ſub abyſſo et voragine ſarracenorum.

Scđa ps epiſtole.

Hoc verbum comcōminatoriū p̄dicatoris fuit tāte efficacie vt inde chriſtiani ꝯtererētur de peccatis / ꝛ conuerterentur ad penitentiā: ꝛ crediderunt viri Niniuite in domino timentes verbum predicatoris: atq̄ꝫ predicauerunt prelati ieiunium in populis. ꝛ veſtiti ſunt ſaccis. i. operibus penitētie exterioris a maiore vſq̄ꝫ ad minorem. nam peruenit hoc verbum predicationis ad regē Niniue. i. ad ſummū pontificem qui regit eccleſiam dei: vel ad imperatorem: et ſurrexit de ſolio ſuo: abiectiſq̄ꝫ veſtimentiſ pontificale aut imperiale a ſe: ꝛ indutus eſt ſacco religionis aſpere: ꝛ ſedit in cinere penitentie. legimus enim q̄ Stephanus ſextus in generatione illa papatui renunciauerit ꝛ penitētiam acturus religionem ingreſſus fuerit. Imperator etiā Carolus tertius ab imperio eiectus ad religionē ſe cōtraxit. ꝛ ibi poſitus pontifex vel imperator clamauit ꝛ dixit ad omnes chriſtianos: homines ſapientes: ꝛ iumenta. i. ſimplices: boues. i. prelati: ꝛ pecora. i. ſubditi non guſtēt quicquam mundane delectationis: nec paſcantur lucris diuitiarum: ꝛ aquam vanitatis ſeculi non bibāt: quia turbida eſt: ſed operiantur ſaccis penitētie: ꝛ clamēt orationibus ad dominum in fortitudine. i. vehemēti affectione. ꝛ conuertatur vnuſquiſq̄ꝫ a via ſua mala: et ꝓ ideſt ab iniquitate que eſt in manibꝰ. i. operibus ſuis. nam p hanc poterimus obtinere miſericordiam dei. quis ſcit. i. forte ſi conuertatur deꝰ a vindicta ad miſericordiam: ꝛ ignoſcat nobis peccata noſtra: ꝛ reuertat̃ a furore ire ſue. i. ab iſta pſecutione ſarracenorū quā iratus miſit ad nos: ꝛ ſic nō peribimus ſi penitentiā egerimus. hec dicebant boni prelati / religioſi ſancti / ac p̄dicatores deuoti in generatione illa: vnde ꝛ multi principes illius etatis monaſteria plurima erexerunt: ad que fideles concurrebant fugientes a mundi vanitatibus: vt ibi penitētiam agentes ꝛ deum gemitibus exorantes: eius miſericordiam inuenirent. quod ꝛ factum eſt.

Tertia ps epiſtole.

Nam vidit deus acceptatiue opera eorum bona: quia conuerſi ſunt de via ſua mala: ꝛ ideo miſertus ē populo ſuo dominus deꝰ eorum liberando chriſtianos a poteſtate ſarracenorum. nam Ioānes papa multorū principū chriſtianorum fretus auxilijs exercitum miſit: et p dei gratiā ſarracenos ab Italia ꝛ Sicilia non ſine multoꝝ ſuorum cede expulit victorioſe. ꝛc. Moralis expoſitio huius epiſtole eſt de exercitio ieiunantiū ꝛ penitētiū in hac quadrageſima. vbi p Ionam predicatorem intelligimus: per Niniuem plebem fidelem cui predicat. ꝛc.

Graduale

¶ Cantus gradualis: Deus exaudi orationem. ꝛc. ex pſalmo. 53. vox eſt populi chriſtiani ad penitentiā conuerſi in etate illa: et orationes ad deū dirigentis pro liberatiōe eccleſie a tribulatiōe infideliū. ideo petit vt orationes eoꝝ deus exaudiat. Verſus: Deus i nomine tuo. ꝛc. principium eiuſdem pſalmi: petitionem explicat ſcilicet vt ſaluet deus populum ſuum ab infidelium oppreſſione.

Tractus.

¶ Tractus: Per ſignum crucis. ꝛc. editus eſt ab eccleſia pro diebus ferialibꝰ iſtarū duarum hebdomadū paſſionis dn̄i: vt petant fideles miſericordiam a deo p virtutem paſſionis filij ſui que ad crucē terminata eſt. et continet tres verſus qui debēt diſtribui per ſingulas ferias. facit etiam iſte tractus pro. 30. generatiōe

in qua fideles deferebant vexillũ crucis in plio
contra ſarracenos. vnde ⁊ tertius verſus petitio-
nem explicat. ſ. defende nos dñe. ſ. p paſſionem ⁊
crucẽ tuam cõtra ſeua iacula inimicoꝝ ſarraceno-
rum. ⁊c. ¶ Euangeliũ: Miſerunt principes mini-
Euangelij argumentum. ſtros. ⁊c. Joan. 7. ſarracenoꝝ ſeuiciam contra ro.
pon. explicat: ⁊ diuinã ꝓtectionem qua ab eis li-
beratus eſt. Et habet tres partes. Prima eſt in-
fidelium obuiatio. Secunda ibi: dixerũt ergo. ⁊c.
eſt eoꝝ admiratio. Tertia ibi: in nouiſſimo autẽ
⁊c. eſt chriſti exhortatio. Ad ꝓpoſitũ autẽ de paſ-
ſione chriſti quã celebrat eccl'ia: introducitur chri-
ſtus loquẽs nobis ꝙ pauco tẽpore nobiſcũ ma-
nebit: eo ꝙ p mortẽ vadit ad patrẽ. vnde ad ſili-
tudinẽ Jone ꝓijcietur in mari ⁊ poſt triduũ ap-
Prima ps euangelij. parebit in littore glie. ⁊c. Sed ad noſtrũ ꝓpoſitũ
in illo tẽpore ge. 30. eccleſie / miſerũt pncipes ſar-
racenorũ ⁊ phariſei. i. ſacerdotes eorũ apparẽter
religioſi ac ſancti. miſerunt miniſtros ſuos mili-
tes armatos cõtra Italiam vt apprehenderẽt ie-
ſum. i. ro. pon. cum populo ſuo latino: quatenus
eum vel occiderẽt vel ad ſectã ſuam p violentiã
conuerterẽt: ⁊ ſic chriſtianitatẽ omnino delerent.
ad hoc ꝓpoſitum ſarraceni totiens in Italiam
tranſierunt: ſed nihil tale pficere potuerunt ꝓte-
gente deo miraculoſe eccleſiam romanã: in qua
nomen ⁊ religio chriſti obſeruat̃ et colitur. Dixit
ergo eis romanus pontifex confidẽs de diuino
auxilio ⁊ ꝓtectiõe. adhuc modicum tempus mi-
hi ⁊ populo meo cõceſſum ex gr̃a / ſum pſeuerãs
in ſtatu meo vobiſcum. i. in pñtia veſtra: vt nõ
poſſitis me delere (etiã ſi millies attentetis) do-
nec veniat hora mea que erit tempus ãtichriſti: ⁊
tunc vadam ad eum qui miſit me tranſlatus ab
hac miſeria ad gloriã. vos autem ad tartarea tor-
menta: ⁊ tunc p anguſtia ſpiritus gemẽtes que-
retis me doctorẽ audire: quẽ modo contemnitis:
ſed non me inuenietis: quia ibi nõ erit locus nec
tempus penitẽdi aut doctrinã ſalutarẽ inuenien-
di. Interim aũt durante hoc modico tẽpore meo:
vbi ego ſum in hac ſede romana vos nõ poteſtis
venire ad regnandum in ea: quia hoc deus non
pmittet propter gloriam ⁊ honorem nominis ſui
Secũda ps euangelij. quod ibi colitur. Hoc audito iudei. i. pſecutores
chriſti myſtici ſarraceni dixerunt admirantes de
tanta cõfidentia romani pon. quo hic iturus eſt
q2 dicit ꝙ non inueniemus eum: et ꝙ non poſſu-
mus venire vbi ipſe eſt: nũquid iturus eſt in diſ-
perſionem gentium: i. ad gẽtes barbaras diſper-
ſas vt Scitas / Sauromatas: ⁊ alias huiuſmodi
gẽtes vt doceat eas ⁊ predicet eis legẽ ſuam: q. d.
certe nos eo non ibimus poſt eum: quia illa non
eſt bona patria maxime ꝓ nobis: qui vinum nõ
bibim9 / ⁊ nõ bene viueremus in terra tã frigida:
ſed cõtra Italiam et Romaniam (que eſt patria
calida et temperata) libẽter venim9 vbi ipſe mo-
ratur: et ibi queremus eum et forte inueniemus
Tertia ps euangelij. etiam eo nolente. Quia ergo ſarraceni carnales
dictum romani pontificis carnaliter intellexe-
runt ⁊ non ad ſenſum eius: ideo eis dimiſſis con-
uertit ſermonem ſuum ad ſimplices populos. in
nouiſſimo. i. vſq3 ad nouiſſimum diem hui9 ma-
gne feſtiuitatis. i. pacis eccleſie ſibi cõceſſe ex gra-
tia: ſtabat pontifex romanus firmus ⁊ ſecurus in
ſtatu ſuo: et p multas generationes clamabat p
ſuos pdicatores dicẽs ad turbas fidelium ⁊ etiã
infidelium inter fideles cõmorãtium. ſi quis ve-
ſtrum ſitit aquã bone doctrine ac religionis ſan-
cte: veniat ad me audiendum et bibat. i. recipiat
doctrinã meam deuote. nam dicit ſcriptura Pro-
uerbiorum. 5. de talibus. qui credit in me verum
deum a meis platis pdicatum: flumina aque vi-
ue. i. doctrine vitalis fluẽt per os de vẽtre memo-
rie eius. i. ipſe etiam erit pdicator ſancte religio-
nis ⁊ ab eo tanq3 a fonte procedet multiplex do-
ctrina etiam ſi eam nõ didiſcerit ab hominibus:
quia deus p gratiam ſuam inſpirabit ſibi ſapien-
tiam: et exponẽs romanus põtifex addit: hoc au-
tẽ allegatum ex Prouerbijs dixit deus de ſpiri-
tuſancto: quem accepturi erant credẽtes in eum.
Ergo ex diuina promiſſiõe certus ſit vnuſquiſq3
veſtrum: ꝙ ſi voluerit obediẽter audire doctrinã
chriſti quam ego pdico: ipſe in ſe ipſo experietur
ſpũm dei inſpirantẽ ac reuelantẽ multa q̃ nõ di-
diſcerat ab hoibus. ¶ Moraliter vo hoc euange-
lium loquitur cõtra impenitẽtes: q̃ nondũ volue- Moralitas.
runt confiteri p totam quadrageſimam. ⁊ platus
monet eos dicens: ecce modicũ tẽpus vobiſcum
ſum in exercitio quadrageſimali: quia modicum
durabit quadrageſima. q̃ elapſa queretis me ad
confeſſiones: et non inuenietis me libẽter audiẽ-
tem eas / quia tunc nõ erit tempus plangẽdi: ſed
gaudẽdi / ⁊ exultandi in dño. et vos pſeuerantes
in peccatis non poteſtis venire ad ſolẽnitatem
paſchalẽ: quo ego vado cum deuotis meis peni-
tentibus iã purificatis. nã cũ tota quadrageſima
ſit velut feſtiuitas tabernaculorum ſeu. 42. mã-
ſionum de qua loquitur hoc euangelium: in no-
uiſſimo die ⁊ valde magno huius feſtiuitatis. ſ.
in Paſchate inuitabit nos prelatus ad commu-
nionem euchariſtie dicẽs: ſi quis ſitit aut eſurit:
veniat ad me: et accipiet copioſum mun9 gratie
ſpirituſſancti: impenitẽtes vero reijciẽtur a men-
ſa domini ſicut canes immundi. ⁊c. ¶ Offertorij Offertorium.
cantus: Domine cõuertere. ⁊c. pſal. 6. eſt oratio fi-
delis populi et prelati: qua petit ab infidelibus
inuadẽtibus liberari per miſericordiã dei nõ ſuis
meritis. Secreta oratio: Sacrificia queſum9 do-
mine. ⁊c. offert deo ſacrificium euchariſtie pro ie-
iunantibus: applicans eis petitionem offertorij
. ſ. vt liberentur ab hoſtibus anime. ¶ Cõmunio:
Dominus virtutum. ⁊c. pſal. 23. eſt conſolatio fi- Communio.
delium qua gaudent ſe habere deum potentiſſi-
mum ad liberandum eos ab inimicis. ſ. quia eſt
dominus virtutum. i. exercituum angelorum et
rex glorioſe victorie. Finalis oratio: Sacramenti
tui. ⁊c. petit a deo pro ieiunantibus purificationẽ
⁊ medelam a peccatis ex virtute ſacramẽti ſuſce-
pti. Sup populum: Benedictio q̃s dñe. ⁊c. bene-
dictionem copioſam . i. multorum bonorum do-
nationem petit fidelibus: q̃ ſe humiliant ad ſer-
uiendum deo deuotis cordibus.



## ¶ Caput quinquageſimũ ſextum de tertia feria: que generationẽ eccleſie trigeſimãprimam enarrat: ⁊ ieiunantes ordinat.

Argumẽtũ officij ab anno chriſti 900. vſq3 930.

TRigeſimapma
generatio eccleſie chriſtiane
fuit ſub Romanis pontifici-
bus Joãne / Benedicto / Le-
one / Chriſtophero / Sergio /
Anaſtaſio / Landone / Joan-
ne / Leone / ⁊ Stephano / im-
perantibus tunc in latina eccl'ia vltimis Galloꝝ
Arnulpho / ⁊ Lodouico: ac primis Germanorũ
Berẽgario / ⁊ Hẽrico. Et fuit etas ſatis obſcura
et turbulẽta tum propter roma. pon. vanitates:
tum propter imperatoꝝ ſeditiones: tũ ꝓpter vn-
garoꝝ direptiones: tum deniq3 ꝓpter ſarraceno-
rum inuaſiões. nam Joannes non9 cõcilio cele-
brato rauẽne facta Stephani ſexti reprobauit / ⁊
Formoſi acta approbauit: ecõtra vero Sergius
Formoſum reprobauit: adeo vt iterũ corpus eius
extumularet ⁊ in ſede papali capite trũcaret / ac
in tyberim corpus truncum miſerit. ⁊ ita veteres
q̃rellas renouãtes mali põtifices ſcandala plu-
rima ſeminarũt inter fideles. Joannes item deci-
mus expeditionẽ facere volẽs contra ſarracenos
Italiam depdãtes: Albricũ marchionẽ Ethru-
rie in auxilium vocauit ⁊ de ſarracenis triũpha-
uit. ſed quia predicto Albrico ingratus fuit: Al-
bricus Vngaros in Italiam adduxit: qui pro-
uinciam ingreſſi plus calamitatis Italie intule-
re q̃3 antea Sarraceni. nam ab eis plurime vr-
bes in ſolitudinem redacte ſunt: alie expoliate.
fuerunt namq3 tẽpora illa infeliciſſima romano-
rum pontificum ambitione ⁊ ſeua eorum tyran-
nide: qui poſtpoſito dei timore atq3 neglecto di-
uino cultu inimicitias non minus q̃3 ſi eſſent
tyranni crudeles inter ſeſe exercebant. Impera-
tores vo ignauie dediti ab induſtria ⁊ imperato-
rij nois dignitate defecerãt. nã Arnulphus in ſe-
nectute ita ſe voluptatib9 immerſit: vt nõ multũ
a ſuo cognomẽto diſtaret. vnde ⁊ omnibus pſer-
tim eccleſiaſticis contumax ⁊ rebellis eſſe cepit.
quare iuſto dei iudicio miſerabili morte deletus
eſt. Lodouicus vero contradicẽtib9 romanis ad
imperij coronam nõ potuit puenire: cõfuſo tunc
exiſtente iure imperij inter reges Francie ⁊ Ger-
manie. ſed tandẽ apud Veronam a Berẽgario
duce Foroliuiano captus ⁊ occiſus eſt. ⁊ ſic im-
perium romanũ quod annis fere. 110. Francorũ
reges poſſederant: ad alios tranſijt. quia Beren-
garius pdictus qui a Longobardis regib9 ori-
ginem duxit: ſuperato Lodouico tertio Franco-
rum rege imperium inuaſit: ⁊ multis Italie no-
bilibus tyrannice interfectis paruo tempore im-
perauit ⁊ mala morte ſublatus ẽ. ſimiliter ⁊ Be-
rengarius ſecundus filius ei9 parũ in imperio
ꝓfecit. grauiſſima quippe bella iter Italos Ger-
manoſq3 / ac Francos fuere tũc ꝓ imperij poſſeſ-
ſione: q̃ ſine multoꝝ hoim interitu ac multarum
ꝓuinciarum incõmodo extingui non potuerũt.
tandem circa finem huius generatiõis miracu-
loſe i Genua vrbe maritima ſãguinis fons ema-
nauit ⁊ largiſſime p diem integrũ effluxit: q̃ fu-
ture calamitatis in eadẽ vrbe et in tota Ethru-
ria indicium extitit. nam pauloposſt ſarraceni ex
Affrica in Italiam tranſierunt: ⁊ totam prouin-
ciam depopulantes etiam Genuam ipſam gra-
ui obſidione pſſam vi acceperunt / diripuerunt / ⁊
in pdam dederunt. Hec igitur ⁊ alia mala com-
memorans hodiernũ officium ſimul cum miſte-
rijs paſſiõis chriſti: in miſſe introitu. ſ. Exſpecta Introitꝰ miſſe.
dñm. ⁊c. ex pſal. 26. introducit deuotum pdicato-
rem illi9 tẽporis (quales fuerunt quidã abbates
ſancti reformatores religionis ſancti Benedicti
in cluniacẽſi cenobio) exhortantẽ et confortantẽ
eccleſiam dei vndiq3 afflictam ne deficeret inter
aduerſa. expecta inquit dñm protectorem tuum
o eccleſia dei: viriliter age cõtra hoſtes tuos tã
domeſticos q̃3 extraneos: confortetur et non defi-
ciat cor tuum: et ſuſtine dñm te flagellãtem. quia
ipſe eſt qui vulnerat ⁊ medetur: pcutit et manus
eius ſanabit. Verſus: Domin9 illuminatio mea
⁊c. principium eiuſdem pſal. eſt reſponſio eccle-
ſie ad exhortationẽ pdictã affirmatiue. q. d. con-
fortabor quia domin9 eſt illuminatio mea in te-
nebris peccatorum: et ſalus mea in aduerſitati-
bus malorum. quem ergo timebo ex hominib9
ſi deus eſt mecũ adiutor. Oratio: Noſtra tibi dñe Oratio.
⁊c. applicat eandẽ ſententiam ad ieiunantes pe-
tendo eis gratiam vt expientur a peccatis: et fiãt
digni ſeruicio dei: habeantq3 remedium in ſuis
neceſſitatibus. ¶ Epiſtola: Cõgregati ſunt Ba-
byl. ⁊c. Daniel. 14. hiſtoriã pſecutiõis ⁊ liberatio- Epiſtole argumentum.
nis Danielis ꝓphete in Babylone applicat ad
paſſionẽ ⁊ reſurrectionẽ chriſti: deinde ad pſecutio-
nẽ ⁊ liberationẽ eccl'ie a furia ſarracenorũ: q̃ imi-
nebat latinis circa. 31. ge. Et habet ep'la tres ptes.
In pma innocẽtis traditio notatur. In ſcda ibi:
erat aũt. ⁊c. viſitantis conſolatio additur. In ter-
tia ibi: venit ergo. ⁊c. deſiderantis liberatio decla-
ratur. Pro primo ſenſu clara eſt applicatio epi-
ſtole nam babylonij pſecutores iuſti: fuerunt iu-
deorum principales cõfuſione pleni contra chri-
ſtum. leones fuerũt gentiles quibus traditus eſt
chriſtus a iudeis: exiuit Daniel de lacu leonum:
quando reſurrexit chriſtus a mortuis: ⁊ poſt aſcẽ-
ſionem ſuã iudei a gentilibus deuorati ſunt. ⁊c.
Ad ſenſum noſtrũ p babylonios intelligam9 ſar-
racenos. p Danielẽ ro. pon. p regem imperatorẽ / Prima pars epiſtole.
p lacũ leonũ exercitũ inimicoꝝ. Ergo in diebus
illis ge. 31. cõgregati ſũt babylonij. i. ſarraceni cõ-
fuſione pleni aduerſus regẽ. i. rectorẽ chriſtianoꝝ
romanũ imperatorẽ ⁊ dixerunt ei. trade nobis ad
perdẽdum Danielẽ. i. iudiciũ dei. hoc eſt ro. pon.
qui ex parte dei iudicat alios chriſtianos. q2 iſte
ſtatus deſtruxit Bel. i. vetuſtatẽ ydolatrie: ⁊ inter-
fecit drachonẽ. i. diabolũ ꝓhibẽdo ei9 dñium ſup
hoies. nos ergo q̃b9 de9 tradit mõ dominiũ vni-
uerſe t're: volum9 inter alia habere ſub ditiõe nr̃a
hũc ſtatũ tã vtuoſũ. ꝙ ſi eũ nõ tradas nobis libẽ

ter: alioquin ꝑ violentiā belli accipiemus ipſum
⁊ interficiemꝰ te ⁊ domū tuā Italiā.ſ.in qua ha-
bitas. Vidit itaqꝫ imperatoꝛ ꝙ ſarraceni irrue-
rent i eum vehemēter: ideo neceſſitate cōpulſus
tradidit eis pro parte ſtatum romani pon. quia
non potēs eis reſiſtere ꝑmiſit ꝙ intrarent Italiā
⁊ eam homicidijs ac rapinis affligerent. Sarra-
ceni ergo miſerunt Danielē ꝑdictum in lacū leo
num.i.militū ſuoꝝ furentiū: ⁊ erāt ibi ſex diebꝰ:
ꝑ quos tot mēſes aut annos aut etiam genera-
tiones intelligere poſſumꝰ.⁊ dicuntur dies pro-
ſpere fortune ſarracenoꝝ i Italia licet cum ma-
gno laboꝛe belloꝝ: quod numerus ſenarius de-
notat Exodi.20.ſex diebus inquit laboꝛabis.⁊c.
Poꝛro in lacu.i.exercitu ſarracenoꝝ erant ſeptē
leones.i.vniuerſitas raptoꝝ militū: ⁊ anteqꝫ ve-
nirent in Italiam dabātur eis quotidie duo coꝛ
poꝛa ciuitatum/et due oues humiliū regionū: qꝛ
quotidie i Aſia ⁊ Affrica ſolebāt inuadere ⁊ ac-
quirere ciuitates ⁊ regiones chꝛiſtianoꝛum/⁊ de-
uoꝛabant eas. ſed poſtqꝫ ingreſſi ſunt in Euro-
pam: tunc non data ſunt eis illa ſpolia: quia ro-
buſtioꝛes iſti chꝛiſtiani magis reſiſtebāt ſarrace-
nis: vt prius dictū eſt de exercitu Caroli magni
⁊ alioꝛum imperatoꝝ. quare diuerterunt in Ita-
liam vt deuoꝛarēt Danielē.i. ſtatum roma.pon.
Secūda ps epiſtole. Sed conſtituta Italia in illa anguſtia ſarrace-
noꝝ: prouidit deus de aliquo remedio. nam erat
tūc Albꝛicus Marchio Ethrurie Abachuch .i.
luctatoꝛ ſeu bellatoꝛ foꝛtis: ⁊ propheta domini.i.
chꝛiſtianꝰ deuotus deo: in iudea.i.confeſſione fi-
dei catholice. ⁊ ipſe coxerat pulmētum.i. fecerat
magnam prouiſionem victualiū in terra ſua/et
intriuerat panes.i.frumenta multa in alueolo.i.
granario ſuo ad ꝓuiſionē gentis ſue. iſte Mar-
chio ibat frequēter in campum certaminis con-
tra hoſtes ſuos vt ferret victualia meſſoꝛibꝰ ſuis
.i.cōmilitonibus qui defendebant terram ſuam
ab hoſtibus. dixit ergo angelus domini ro.pon.
Joannes decimus ad Abachuc.i. luctatoꝛē iſtū
Albꝛicum. fer prādium quod habes.i. paratum
exercitum extra terram tuā in Babilonē.i: cōtra
confuſionem ſarracenoꝝ in adiutoꝛium Danie-
li qui eſt oppꝛeſſus in lacu leonum.i.in exercitu
ſarracenoꝝ. ſed Abacuch timēs exire extra terrā
ſuam dixit ei. domine Babylonē ⁊ lacum neſcio
.i.nōdum expertus ſum bellum cum ſarracenis:
ideo timeo eoꝛum furiam maxime extra terram
meam. angelus autē domini ꝑdictus appꝛehen
dit eum in vertice eius.i. confoꝛtauit eum ex par
te chꝛiſti capitis ſui ꝓmittēdo ei auxilium de ce-
lo. ⁊ poꝛtauit eum capillo capitis ſui.i.ſpe conce-
pta de auxilio dei: poſuitqꝫ eū ad bellandū cōtra
babilonē.i.ꝯfuſionē ſarracenoꝝ: ⁊ irruit ſuꝑ lacū
.i.exercitum eoꝝ in impetu ſpūs ſui. ⁊ habita de
eis victoꝛia clamauit iſte Abacuch dicēs ad ro.
pon. Daniel ſerue dei tolle pꝛandium.i. refectio-
nem aut conſolationē quam miſit tibi deus per
manum meam liberando ſtatum tuum ab op-
pꝛeſſione infidelium. Cui reſpondens papa: de-
dit gratias deo dicens. recoꝛdatus es mei domi-
ne deus meus ⁊ nō dereliquiſti me ⁊ alios fide-
les diligētes te. ſurgenſqꝫ ab illa pꝛeſſura come
dit pacifice in ſede ſua. poꝛro angelus domini ꝑ
dictus confeſtim reſtituit.i. remiſit dictum Aba-
chuc i locum ſuum. i. in Ethꝛuriam ⁊ ianuam.
Rex vero ſeu imperatoꝛ (qui interim fuerat occu Tertia ps epiſtole.
patus in bellis chꝛiſtianoꝝ ſuꝑ poſſeſſiōe impe
rialis dignitatis) venit ad pontificē die ſeptima
in tēpoꝛe pacis poſt bellū ſarracenoꝝ: ⁊ putans
ꝙ multa mala paſſus fuerit ab eis: venit vt luge
ret Danielem.i. condoleret ei: ⁊ veniēs ad lacum
.i.exercitum ſarracenoꝝ non inuenit ipſum quia
iam fugati erāt: ⁊ introſpexit vt videret qualiter
ſe habebat romanus pontifex: ⁊ ecce ipſe erat ſe-
dens.i. quietus/pacatus/ ⁊ ſecurꝰ in medio leo-
num.i.infidelium: q̄ eo dimiſſo ad regiones cir-
cūſtantes ſe diuerterant: vt dictum eſt de ianua
expoliata ab eis. Per leones etiā poſſunt intel
ligi Vngari Italiam lacerātes ſed pontificē nō
inuadentes. Et exclamauit rex ꝑ admiratiōe li-
berationis roma. ponti. voce magna dicēs. ma-
gnus es domine deus Daniel tu rex gloꝛie chꝛi-
ſte: qui ita miraculoſe liberas ſeruos tuos ab in-
fideliū poteſtate. ⁊ ſic rex extraxit eum.i. extractū
reperit de lacu pꝛedicto. poꝛro illos babilonios
ſarracenos: qui fuerāt cauſa ꝓcuratiua perditio
nis ro.pon. intromiſit in lacum.i. fugauit vſqꝫ ad
mare: ⁊ deuoꝛati ſunt: qꝛ ſubmerſi i aquis in mo
mento coꝛam eo. ac demum rex ait: paueant ha-
bitantes vniuerſam terrā deum Daniel.i. chꝛiſtū
ieſum. qꝛ ipſe eſt liberatoꝛ ⁊ ſaluatoꝛ ſeruoꝝ ſuo-
rum faciēs mirabilia in celo ⁊ in terra: qđ ex eo
patet qꝛ miraculoſe liberauit Danielē.i.ro. pon.
de lacu leonū ꝑdictoꝝ. ¶ Moꝛaliter babylonij Moꝛalitas.
demones ſignificāt. Daniel eſt vir iuſtus quem
ꝑſequuntur vt damnetur. Rex eſt ꝑlatus rectoꝛ
aiarum qui valde eū diligit. ſed ꝑmittēte deo de
mones incitant multas tribulationes hoim ma
loꝝ qui ſunt leones pſal.21. cōtra virum iuſtum.
conſolatur ⁊ cōfoꝛtat eum ꝑdicatoꝛ vel pater ſpi
ritualis cōfeſſoꝛ. ⁊ tandē vincēs tentationē ꝑ pa-
tiētiam liberatur a lacu leonū: ⁊ babilonij dam-
nantur. ⁊c. ¶ Cantus gradualis: Diſcerne cauſā Graduale
meam. ⁊c. ex pſal.42. eſt vox roma .pon. ad deū
clamantis vt diſcernat vel ſeparet ipſum ab hac
peſſima gente ſarracenoꝝ: ⁊ ab illo homine ini-
quo ⁊ doloſo quē ipſi ſequūtur decepti. Verſus:
Emitte lucem tuā. ⁊c. ex eodem pſal. oꝛat illumi
nari a deo ꝑ grām vt recte ſentiat in lege ſua. ⁊c.
¶ Euangelium: Ambulabat ieſus. ⁊c. Joan.7. Euangelij argumentum.
ad vanitatē ⁊ malam vitā romanoꝝ pontificum
illius etatis ꝑtinet: quos arguit ⁊ tempus cōdi-
gne punitionis eoꝝ exſpectat. habet tres partes.
In pꝛima explicatur vanitas ꝑlatoꝝ. In ſecūda
ibi: dixit ergo eis. ⁊c. apponit repꝛehēſio eoꝝ. In ter
tia ibi: iudei ergo q̄rebant. ⁊c. declaratur ꝑſecu-
tio bonoꝛum. Ad ſenſum hiſtoꝛie paſſiōis chꝛiſti Pꝛima ps euangelij.
manifeſte hoc euangelium redarguit maliciam
pꝛelatoꝛum veteris legis: qui ſollicite q̄rebāt ie-
ſum interficere/⁊ dicebāt vbi eſt ille. ⁊c. Ad ſen-
ſum ꝟo hiſtoꝛie.31. generatiōis eccl'e. redarguit



Pꝛima ps euangelij. vanitatem ꝑlatoꝛum noue legis. In illo inquit
tēpoꝛe ambulabat ieſus.i. oꝛdo monaſticus ſan-
cti Benedicti ab Italia in Galliam: quod ſonat
Galilea.i. trāſmigratio. nā ſarraceni Italiā totā
deꝑdantes monaſteriū a ſancto Benedicto ere-
ctum in mōte Caſſino oīno euerterūt: ⁊ alia mul
ta eiuſdē religiōis cenobia deſtruxerūt. ideo ille
oꝛdo nō volebat in Judea.i. Italia (q̄ reſpondet
tribui Juda) ambulare: quia nō ſolum infideles
Sarraceni ſed etiā Judei.i. chꝛiſtiani maxime ſa
cerdotes inuidētes q̄rebant eū interficere ꝓpter
tēpoꝛalia bona ſibi donata a dn̄is tēpoꝛalibus.
erat autē in eccleſia dei in pꝛoximo.i. appꝛopin-
quabat iam dies feſtus iudeoꝝ.i. tempus deuo-
tum chꝛiſtianoꝝ ⁊ pacificū dictū ſcenophegia.i.
tabernaculoꝝ: hoc eſt religionū mēdicantiū: que
ſūt q̄dā tabernacula.i. domicilia exigua viatoꝝ.
⁊ he religiones inceperūt poſt annū dn̄i.1200.a
quo tēpoꝛe vſqꝫ ad nos fuit maxia quies et pax
in eccl'ia dei q̄tum ad bella hereticoꝝ: q̄ ꝑturba
bant eccl'iam dei. vnde ⁊ tale tempus dr̄ dies fe-
ſtus chꝛiſtianoꝝ: qđ dicebat appꝛopinq̄re in hac
ge.31. qꝛ deſiderabatur in fauoꝛē oꝛdinis mona-
choꝝ q̄ tunc erant q̄ſi deſpecti a mūdanis. Dixe-
runt autē ſacerdotes ſeculares fr̄es dicti oꝛdinis
monachoꝝ in officio ſacerdotali: ad eū vt ꝓmo-
uerent monachos ad vanitates mūdanas. trāſi
hinc.i. exi a tua obſeruātia/⁊ vade in Judeam.i.
ꝑ chꝛiſtianitatē ad ꝑdicādū vt diſcipuli tui.i. de-
uoti ſeculares ad tuā religionē videāt opera tua
bona.i. vitā ſanctam in publico. nemo. n. ex ſecu-
laribus in occulto aliquid boni facit: ſed q̄rit in
palā eſſe propter honoꝛē ⁊ gl'iam hominū. ſi er-
go tu religioſe hec facis.i. ſi vera ſūt ea q̄ de tua
ſanctitate dicuntur: manifeſta teipſū mūdo ⁊ ha
bebis maioꝛē honoꝛē ab hoībus. hoc dicebāt qꝛ
erant vani ⁊ mūdani ſacerdotes/⁊ cōtemnebant
religioſos: ideo nō credebāt in illū oꝛdinē mona
Secūda ps euangelij. choꝛum ꝙ eſſet ſanctꝰ ⁊ bonꝰ. Ergo qꝛ repꝛehenſi-
biles erant dixit reſpōdēdo eis monaſticus oꝛdo
ieſus.i. ſaluatoꝛ aīarum. tēpus meū.i. mei fauo-
ris in eccleſia dei nōdum aduenit: quouſqꝫ oꝛiā-
tur q̄dā alie religiones/⁊ multiplicētur religioſi:
tempus ꝟo veſtrū.i. veſtri fauoꝛis in rebus mun
danis ſemꝑ eſt paratū: qꝛ in omni tēpoꝛe ꝑlati ⁊
ſacerdotes ſeculares habēt magnos redditus ⁊
ſequuntur pompā huius mundi. ideo nō poteſt
mūdus odiſſe vos: qꝛ ei eſtis cōfoꝛmes. me autē
odit q̄ſi pauperē ⁊ deſpectū: qꝛ ego in ꝑdicatione
teſtimonium ꝑhibeo de illo dicēdo ꝙ opera eiꝰ
mala ſunt. vos ergo qui habetis nunc fauoꝛem
mundanoꝝ aſcēdite ad diē feſtū hunc.i. creſcite ⁊
ꝓſperamini in hac veſtra feſtiuitate ſiue ꝓſperi
tate mundana. ego aūt pauper religioſus nunc
nō aſcendam ad tale feſtum: qꝛ non eſt feſtū dei
ſed hominū. ⁊ qꝛ tempus meū.i. mee humiliatio
nis i eccleſia dei nōdum impletū eſt. Hec itaqꝫ
cum dixiſſet oꝛdo ſancti Benedicti: manſit ꝑ ali
quot annos in Galilea.i. tranſmigratiōe Gallia
rum ſeparatꝰ a curia romana ꝑlatoꝝ ⁊ ſacerdo-
tum ſecularium. vt autem.i. poſtqꝫ aſcēderunt fra
tres eius.i. ꝓſperati ſunt nimis in honoꝛibus et
dignitatibus eccleſie dei: tunc impleto tempoꝛe
clericoꝝ aſcendit ⁊ ipſe oꝛdo religioſoꝝ ad eaſdē
dignitates eccleſie: ⁊ venit tempus feſti ſui q̄ndo
iam conſumabatur feſtum clericoꝝ. ⁊ aſcēdit re-
ligioſus ad ꝑlatias ⁊ dignitates nō manifeſte.i.
ꝑ fauoꝛes ⁊ munera: ſed quaſi in occulto.i. ꝑ hu-
militatem ⁊ ſanctitatē aſſumebatur ad honoꝛes
eccl'iaſticos. Sed iſtud feſtum religioſoꝝ nōdum Tertia ps euangelij.
venerat in hac.31. ge. imo erat adhuc feſtum cle-
ricoꝛum: q̄ in ſuo feſto q̄rebāt monachoꝝ oꝛdinē
ad ꝑdēdum in tota Italia. ⁊ dicebāt vbi eſt ille:
quare fugit a nobis: vbi ſunt tot monaſteria ⁊ tā
dītata que nuper apparebāt in Italia: ⁊c. et erat
murmur multū de eo in turba ſeculariū. quidā
enim eoꝝ videntes bonā vitam religioſoꝝ dice-
bant: quia bonꝰ eſt iſte oꝛdo. alij autem decepti
a clericis ſecularibꝰ dicebāt: nō eſt bonꝰ imo ſe-
ducit turbas populoꝝ ꝑ ſuā ypochꝛiſim. nemo
tn̄ eoꝝ q̄ laudabat oꝛdinē monachoꝝ palam lo-
quebatur de illo in fauoꝛē ꝓpter metū ꝑlatoꝝ: q̄
oppoſitā opinionē ſeq̄bantur. Patet ergo quā-
ta erat paſſio eccleſie chꝛiſtiane in etate illa. nam
ex duobꝰ capitulis ꝑcedentibꝰ cōſtat paſſio ꝑla
toꝝ ⁊ ſacerdotū ſecularium a ſarracenis. in hoc
Rigeſimaſepti-ma generatio eccl'ie chriſtia-ne fuit ſub Ro. pon. Grego-rio ſeptimo Victore / Vrba-no / Paſchali: ac imꝑatoribꝰ Hērico tertio / ⁊ q̄rto. Et cor-reſpōdet Joachaz ſecundo fi-lio Joſie regi iuda: qui tñ ꝓpter ſcelera ſua tribꝰ tātū mēſibꝰ regnauit in Hieruſalē: ⁊ poſtea a re-ge egypti cōprehēſus ⁊ ductꝰ eſt in egyptū. ⁊ po-ſuit Jeconiā fratrē eiꝰ maiorē regē iuda: vt eſſet ei tributariꝰ. Et ſil'r in hac gn̄atiōe. 37. q: Gregoriꝰ fuit electꝰ in papā ſine cōſenſu imꝑatoris: cōpre-hēſus fuit ab Hērico tertio ⁊ ductus Salernū. in cuius locū idē imꝑator aliū vocatū ab eo Clemē-tē antipapā erexit. Et eſt hic notādū q̄ oēs impe-ratores latini a Carolo magno vſq₃ ad hāc. 37. ge. regibus egypti aſſimilati ſunt: ſequētes vero imꝑatores regibꝰ babylonis cōparabunt̄. nā or-do iſtoꝝ regnoꝝ mirabiliter mutatꝰ eſt tā in ve. q̄₃ in no. teſtamento. in veteri eñ lege p̄mo regnū egypti ſuꝑauit / ac vicit regnū babylonis: deinde regnū Jſrael regnū egypti ſuꝑauit. ſ₃ poſtea acci-dit e cōuerſo: q: regnū iſrael ſuꝑatū ē ab egyptijs: ⁊ deinde regnū egypti a regno babylonis: q̄d etiā ſuꝑauit deniq₃ regnū iſrael. ſil'r in noua lege p̄mo fidelis ppl's ꝑ chriſtū de tenebris pc̄toꝝ / ⁊ erroꝝ fuit eductꝰ ⁊ trāſlatꝰ ad lucē vere doctrine / ac ſc̄te vite: ſed circa finē mūdi idem populus vice verſa de luce trāſit ad tenebras appropinquāte iam fi-lio ꝑditionis qui ſeducet multos. egyptus q̄ppe tenebra interpretat̄: babilon confuſio: ſicut iſrael viſio dei. iſta itaq₃ tria regna in eccl'ia chriſtiana moribꝰ diſtincta ſunt: nō locis / aut religiōe. quis eñ nō videat tātū diſtare inter hoies fideles p̄mi et vltimi tp̄is eccl'ie: quātū diſtabāt regna egypti et babylonis / ⁊ iter ſe ⁊ a regno Jſrael: cū hoc tñ ſtat q̄ ⁊ p̄ora tp̄a eccl'ie habuerūt multos malos: et poſteriora multos bonos habebunt: ſicut in Hieruſalem erāt aliqui mali ⁊ in babilone / atq₃ egypto aliq̄ boni. ſed nos hic de generalitate lo-quimur. Vnde ſicut ppl's Jſrael q̄ prius regna-bat in Hieruſalē: poſtea traditus eſt in manus egypti / ⁊ vltimo in babylonem: ſic ppl's chriſtia-nus qui tp̄e magni Conſtantini pace ⁊ libertate eccl'iaſtica fruebat̄: in hac etate appropinquante iam fine mūdi ſub tenebris peccatoꝝ perdita li-bertate ꝓpter tyrānidem maloꝝ imperatoꝝ mul-tas cōfuſiones ⁊ diſcrimina patitur: q̄d ſonat ba-bylonis nomē. Jn ſc̄do etiā ſigillo. ve. le. cui hec feria correſpondet: cananeoꝝ ⁊ aliorū gentilium bella cōtra iſrael continentur: quot quot a diebꝰ Joſue vſq₃ ad Dauid regem in libris Joſue ⁊ iu-dicum ſcripta ſunt ad laudem victorie iudeorū: q̄ regna illa obtinuerūt. Jn ſecūda etiam apertio-ne noui teſtamenti cōtigerunt ingentia martyrū chriſtianoꝝ certamina atq₃ victorie: que in genti-litate geſta ſunt: poſt primos illos chriſti ⁊ ſuorū diſcipuloꝝ conflictus cum iudeis. et durauit hec apertio vt diximus vſq₃ ad tempora magni cō-ſtantini: quādo ſpiritualis iheruſalē que eſt chri-ſti eccleſia regali eſt coronata faſtigio: maxime Romana ſedes petri apoſtoli. ſicut in fine ſc̄di ſigilli terreſtris Hieruſalē inter multas iudeorū vrbes a rege dauid electa eſt in caput regni ⁊ ſa-cerdotij. tribus eñ iuda: vt alias ſepe diximꝰ in hac quadrageſima: concordat latine eccl'ie: ſicut regnum iſrael reſpicit eccleſiā orientalē grecorū et aliorū: et Jeruſalem correſpōdet Roma: ſicut Samarie / Conſtātinopolis. et inter multas lati-norum eccleſias quarū alie alijs ſunt digniores: vexillū regni Romane eccleſie ſolemniter eſt at-tributū. Propter hanc ergo rationē duplicem. ſ. ge. 37. et ſecundi ſignaculi aut ſue apertionis q̄ ad honorē regni terminatur: huiꝰ ferie officiū vi-ctoriā ⁊ honorē reſonat / ⁊ paſſionem in miſſa nō admittit: q̄uis corporaliter eccleſia multa mala tūc paſſa fuerit a tyrānis. Jn hac inſuper genera-tiōe ciuitas ſancta Jeruſalē recuperata eſt a chri-ſtianis cum alijs multis vrbibus terre ſancte: oc-ciſſis multis millibus Sarracenorū ⁊ iterū ere-cta eſt in caput regni chriſtianorū cuiꝰ primꝰ rex fuit Gothfredꝰ de bullō ⁊c. Tūc etiā in anthio-chia lācea chriſti fuit reperta ex reuelatiōe ſancti Andree: ⁊ cū ea chriſtiani preliantes ſarracenos multipliciter vicerunt. Deniq₃ ſtatꝰ monachorū in hac genera. 37. fuit ſublimatꝰ ⁊ ab infeſtatio-ne clericorū liberatꝰ: nā tūc ex ordine ſanti Bn̄di-cti ortꝰ eſt ordo ciſtercienſis. et oēs tunc Ro. pon. monachi fuere ⁊ ſancti viri: eccleſiam dei refor-mantes et concilia generalia frequentantes ad bonum eius regimen. ¶Talem igitur tempo-ris conditionē hodiernum officium repreſentās in miſſe introitu. ſ. Judica domine nocētes ⁊c. ex pſal. 34. populum chriſtianum vel ordinem mo-naſticū introducit (qui eſt chriſtus myſticus) po-ſtulantē a deo victoriā de inimicis: iudica inq̄t. i. condēna nocētes me: expugna mecū impugnā-tes me ⁊c. Verſus. Effūde frameā ⁊c. ex. ps. 34. addit p̄dicte petitiōi alia verba eiuſdē ſentētie. ſ. vt deꝰ euaginet gladiū chriſtianorum vt omnino concludantur aduerſarij deuicti. quod ita factum eſt. Oratio. Da queſumus oīps deus ⁊c. applicat moraliter ad ieiunātes eandem petitionē: vt per paſſionem chriſti cui configurantur in ſua peni-tētia valeāt vincere hoſtes aie. ¶Ep'la: Dn̄s deꝰ aperuit mihi ⁊c. Eſa. 50. eſt congratulatio chriſti veri aut myſtici de victoria cōtra ſuos inimicos ꝑ

Introitꝰ miſſe.

Oratio.

Ep'le ar-gumentū.



auxilium ſpeciale gratie dei. Vbi p̄mo explica-tur modus ſue p̄terite tribulatiōis. Secundo ibi: dominus deus auxiliator. ⁊c. allegatur locus ſue defenſionis. Tertio ibi: ecce oēs. ⁊c. concluditur

Prima ps ep'le.

reatus aduerſe condēnationis. Sed dimiſſo ſen-ſu de paſſione chriſti veri omnibꝰ notiſſimo: Jn diebus illis. 37. ge. dixit Eſaias. i. ſalus dn̄i p̄la-tus eccleſie vel religionis. dominus deus cui ſer-uio aperuit ꝑ inſpirationē ſuam aurem cordis docēdo me quid agere debeam in aduerſitatibꝰ meis. ego autē obediens ei nō contradico. i. con-trafacio. retrorſum non abij in via dei quā ince-peram propter quecunq₃ mala me retrahentia. imo corpus meum myſticū: cuiꝰ ego ſum caput: hoc eſt populū vel conuētum meū dedi ꝑcutien-dum inimicis ꝑcutientibꝰ: ⁊ genas meas. i. p̄dica-tores expoſui vellentibus tyrannis faciē meam. i. p̄ſentiam non auerti pre timore ab increpanti-bus ⁊ conſpuētibus. i. maledicentibus in me. q: in omnibꝰ his tribulationibꝰ patientiam ſerua-ui nec me abſcondi ab inimicis. Et hoc nimirū

Sc̄da ps epiſtole.

q̄ potuerim ſuſtinere: quia dn̄s deus fuit ſemper auxiliator meus ſpeciali quodā modo ſuꝑ mo-dum cōmunem alioꝝ tempoꝝ. ⁊ ideo nō fui con-fuſus. i. ſuperatus ab inimicis. ideo etiam poſui faciē meam cōtra eos vt petram duriſſimam ad reſiſtendum. ex hac experiētia auxilij diuini ſcio q̄ non cōfundar in futurum: quia iuxta me eſt q̄ iuſtificat. i. iuſtum me declarat deꝰ meus: ⁊ ꝑcon-ſequēs iniuſtos eē inimicos meos qui me ſine culpa ꝑſequūtur. quis ergo iuſte cōtradicet. i. con-traueniet mihi? q. d. nullus niſi malus ⁊ ꝑuerſus. ſtemus itaq₃ ſimul ad iudiciū rectum ſuper iſta cauſa. quis eſt meus aduerſarius? accedat ad me. i. mecum ad contentionē de iure. nam allegabo ei ad meam defenſionē teſtimonium dei. ecce do-minus deꝰ auxiliator meus eſt: ⁊ in hoc dat teſti-moniū iuſticie mee: quis eſt iudex tam iniquus

Tertia ps epiſtole.

qui condēnet me? Reſtat ergo vt iuſte condēnen-tur aduerſarij mei quaſi iniuſte agentes contra me. ⁊ poſt condēnationē punientur. ecce omnes ipſi cōterentur quaſi veſtimētum quod p̄ nimia vetuſtate rumpitur ⁊ non habet virtutē reſiſtēdi ⁊ tinea inuidie ſue comedet eos demeritorie: q: deus propter illud peccatum conſumet eos. Et couertit finaliter p̄latꝰ ſermonem ſuum ad fide-les ſubditos ſuos: vt cōfirmet eos in bono. quis inquit ex vobis eſt timens deum filialiter: ſit au-diens vocē. i. exhortationē ſerui eius p̄lati veſtri: qui ex parte dei loquitur ad vos. quis vnq̄₃ ex ta-libus ambulauit in tenebris aduerſe fortune: et non eſt ortum ei lumē diuini adiutorij? q. d. nul-lus reperiet̄. q: vt apoſtolus dicit: fidelis eſt deus ſeruis ſuis ⁊ facit cum tētatione ꝓuentum. ſperet ergo quilibet fidelis ī nomine dn̄i ieſu quod ſo-nat ſaluationē: ⁊ innitatur. i. firmet ſe ſuꝑ domi-num deum ſuum ꝓmittentē ei ſaluationē a pe-riculis: quia pro certo liberabitur vt patet in hac noſtra. 37. ge. vt p̄diximus. Similem exhortatio-nem debet facere p̄latus bonus in hac quadra-geſima ieiunantibꝰ ⁊ penitētiam agentibꝰ: quia pro certo vincent ſuos ſpirituales aduerſarios. ¶Cantus gradualis: Exurge dn̄e ⁊ intende. ⁊c. ex pſal. 34. eſt oratio fidelis populi ex premiſſa exhortatione concitati in magnam ſpem diuini auxilij. exurge (inquit) domine in adiutoriū meū ⁊ intende ad iudicium meum. i. cauſam meā de-clarandam contra aduerſarios meos. Verſus: Effunde frameam. ⁊c. ſuperius eſt declaratus ad idem propoſitum in introitu. ¶Euangeliū: An-te ſex dies Paſche. ⁊c. Joannis. 12. hiſtoriam re-ceptionis chriſti in Bethania ⁊ cene ibidē facte ſibi: applicat ad ge. 37. eccleſie in qua iterum ter-ram ſanctā recuperauerūt chriſtiani: ⁊ cathedrā apoſtolicā honorifice poſſederūt religioſi mona-chi. Habet ergo tres partes. Prima eſt circūſtan-tia cene. Secunda ibi: Maria ergo. ⁊c. eſt diligē-tia Magdalene. Tertia ibi: cognouit ergo. ⁊c. eſt concurrentia turbe. vel aliter. Prima eſt recupe-ratio terre ſancte. Secūda eſt deuotio religionis monaſtice. Tertia concurſio fidelis turbe. Jn illo itaq₃ tēpore ge. 37. ante ſex dies. i. generationes paſche. i. tranſitus hominum ad religiones mē-dicantium in eccleſia dei. hoc ē ſexta gen̄atione ante ortum religionum mēdicantium in eccleſia dei: venit ieſus. i. monaſticus ordo Bethaniam. i. domum obediētie eccleſiam. hoc ē venit ad regē-dum eam vt ſummus pōtifex cui obediatur. vbi etiā fuerat Lazarus. i. p̄nceps ſecularis mortuus pc̄to vel anathemate: quē tamen ipſe monachus ſuis p̄dicationibus ſuſcitauit ab illa morte. fece-runt autem clerici ei cenam. i. refectionē ſpiritua-lem quia iocūde miniſtrabant ei: ⁊ Martha acti-ua. i. plebs laicorum miniſtrabat ei temporalia bona ad ſuam ſuſtētationē. Lazarus vero. i. prin-ceps populi ſecularis vnus erat ex diſcumbēti-bus. i. congaudentibus cum eo. quia placebat ei talis pontificis creatio ⁊ fauebat ei. Si autē ad recuperationē terre ſancte hoc referamus: ieſus. i. fidelis populus tunc venit in Bethaniā quan-do fecit ſibi ſubiectam terrā ſanctam: in qua p̄us erat princeps infidelis ⁊ in hac gen̄atione eo eie-cto ſuſcitatus eſt rex fidelis in Hieruſalē. ⁊ fide-les ibidem cōmorantes iocunde receperūt occci-dētales chriſtianos ad eam veniētes: ſed plebs infidelium miniſtrabat. i. manſit ſerua. i. manſit facta ſerua fidelium ⁊ miniſtrabat eis. Lazarus vero. i. princeps chriſtianus cū populo ſuo in ea regiōe diſcumbebat. i. quiete ⁊ pacifice reſidebat. Sed maria contēplatiua. i. religio ſacerdotū aut monachorum contēplationi dedita ⁊ dicata tūc temporis accepit libram vnguēti. i. iuſtam lauda-tionē dei. ꝑ libram enim iuſticiam. ꝑ vnguētum laudem intelligimus q̄ demulcet. q. d. viſa tanta dei gratia fidelibus facta: clerici de recuperatiōe terre ſancte / ⁊ religioſi de ſua ſublimitate ⁊ bono eccleſie regimine ceperūt laudes deo decantare: enarrantes magnifica eius ad ſeruos ſuos. dici-tur autē vnguēti nardi piſtici precioſi. ⁊c. nardus herba odorifera eſt. piſtis grece: fides eſt latine. vt ſit ſenſus: accepit libram vnguēti p̄cioſi. i. ma-gni precij aut valoris q: erat ex nardo odorifera

Graduale

Euange-lij argu-mentum.

Prima ps euan-gelij.

Secunda ps euan-gelij.

ſidele ⁊ purum nihil habens adulterine mixtu-
re. ⁊ in ꝓpoſito ſignificat officium ſacerdotum ⁊
religioſorum illius generationis valde deuotum
⁊ p̄cioſum coram deo: quod ꝑtinebat ad magnā
iuſticiam ⁊ fidē bene olentem. ⁊ illa ſacra contio
tunc vnxit pedes ieſu: quia bene viuēdo veſtigia
domini ſequebatur. extersit capillis: q̄ ſuperflua
bonoꝝ tēporaliū pauperib⁹ diſtribuit: q̄ ſunt pe-
des eccleſie. i. infimus fideliū ſtatus. ex q̄ opere
tota domus dei (que eſt eccl'ia) impleta eſt odore
illius vnguenti. i. bona fama ſacerdotū ⁊ religio-
ſorum. ⁊ quia alij euangeliſte de eadem cena lo-
quētes non tantū pedes ſed etiam caput domi-
ni referunt vnxiſſe Mariam: in hoc ꝑfecta eccle-
ſiaſticorum illius tēporis monſtratur iuſticia er-
ga deum ⁊ homines. nam caput eccl'ie deus eſt:
pedes ſūt pauperes. quia tamē apoſtolus de ta-
libus loquēs ait. chriſti bonus odor ſumus alijs
ad vitam alijs ad mortem: non defuerūt in tem-
pore illo aliq̄ mali qui ex p̄dicto vnguēto offen-
derētur etiam ſi eſſent chriſtiani. forte greci q̄ in-
uidentes victorie latinoꝝ: aut ſacerdotes ſecula-
res q̄ inuidētes exaltatiōi religioſoꝝ: non appro-
babant q̄ facta erant in tēpore illo apud fideles.
dixit ergo vnus populus vel cetus hominū: ex
diſcipulis eius. i. chriſtianis: ⁊ vocabatur Judas
. i. confeſſor fidei catholice: ſed Scarioth. i. vir oc-
caſionis aut mortis: ideo ſic dictus quia erat tra-
diturus ad mortem / vel occaſionē peſſimam ali-
cuius periculi chriſtum myſticum: dixit (inquā)
quare hoc vnguentū. i. laudatio huius facti non
venijt ſeu vēdita eſt chriſtianis a vobis laudato-
ribus trecētis denarijs. i. multis pecunijs: ⁊ illud
precium datum fuiſſet egenis. q. d. quare vos ſa-
cerdotes aut religioſi laudatores huius rei non
ꝓcuraſtis a multis annis retroactis: vt collige-
rentur a fidelibus pecunie ⁊ eleemoſine pro re-
demptione captiuoꝝ de terris ſarracenoꝝ: ⁊ fuiſ-
ſet melius q̄ꝫ exponere tot milia hominum ⁊ pe-
cuniarum ꝑditione ꝓ recuperatiōe terre ſancte.
hoc autē dixit non q̄ ex pietate moueretur erga
pauperes captiuos / aut ꝑtineret ad eum cura de
illis: ſed quia fur erat aliene fame ⁊ laudis: ⁊ ha-
bēs loculos argumētationum inuidie (eſt enim
locus ſedes argumenti vt logici dicūt: vnde ⁊ lo-
culus ſedes debilis argumēti) ⁊ portabat. i. fura-
batur verbis ſuis ea que in laudem alioꝝ mitte-
bātur a deuotis. Dixit ergo ieſus. i. p̄latus roma-
nus reſpondēs calumnie maloꝝ: ſinite nunc il-
lam. i. ſacerdotum religioſoꝝ contionē deuotam
agere officium laudis diuine: vt ſeruet tale vn-
guētum vſq; in diem ſepulture mee. i. vſq; ad fi-
nem huius ſtatus mei: quia durante tēpore pro-
fectus latinoꝝ ⁊ religioſorum in eccleſia dei: ve-
ſtra inuidia non poterit eis impedire officiū eo-
rum. pauperes enim de quibus locuti eſtis ſem-
per habebitis apud vos: quib⁹ quotidie poteſtis
benefacere dādo eleemoſinas ꝓ eis: me autem
bene regentē eccleſiam dei cū tanto bonorum et
deuotoꝝ cetu non ſemꝑ habebitis: quia venient
dies in quib⁹ deſiderabitis videre vnū diem ex

iſtis ⁊ non poteritis inualeſcente ꝑſecutione an-
tichriſti. non ergo fuit dimittenda nunc hui⁹ bo-
ni tēporis oportunitas propter illas fictas elee-
moſinas veſtras. Hoc idem teſtatur totius fere
populi fidelis deuotio. nam vt cognouit turba fi-
delium quia illic. ſ. in terra ꝓmiſſionis eſt exerci-
tus latinorum: ⁊ in gubernatiōe eccl'ie ſtatus re-
ligioſorum: venerunt cum magno gaudio vide-
re hoc miraculum vt fauerent ei. ⁊ non ſolū pro-
pter ieſum myſticum: ſed etiam vt viderent La-
zarum. i. principem terre ſācte aut eccleſie roma-
ne: quem ſuſcitauit deus a mortuis quando ab-
iecto malo aut infideli principe ſubſtituit aliū
bonum loco eius. Hucuſq; ⁊ non vlterius pro-
cedit euangelium romani miſſalis: licet alie ec-
cleſie adiungant totū illū textum quem ꝓ euan-
gelio precedentis ſabbati expoſuimus de gene-
ratione .35. eccleſie. nam eadem ſententia con-
ueniret etiam huic ge. 37. quādo monaſticus or-
do in eccleſia honorifice ſuſceptus eſt: ⁊ ſimiliter
populus chriſtianus in terra ſancta. ⁊c. ¶ Mora-
litas huius euangelij pro fidelibus ieiunantib⁹
⁊ penitentiam agentibus in hac quadrageſima
faciliter adaptatur ex ſenſu hiſtorico. ¶ Offerto-
rium: Eripe me de inimicis meis. ⁊c. pſal'. 142.
oratio eſt fidelis populi ad deum ꝓ ſua directio-
ne in agendis: vt liber ab inimicis poſſit quiete
habitare in terra ꝓmiſſionis / ac ꝑmanere in regi-
mine bonorum p̄latorum. ⁊c. nam inimicos vo-
cat tā malos p̄latos q̄ꝫ ſarracenos. Secreta ora-
tio: Reſpice dn̄e. ⁊c. offert deo munera euchari-
ſtie ꝓ ieiunantibus petēs eis dari auxiliū gratie
ad perueniendum ad terrā ꝓmiſſionis celeſtem.
¶ Cōmunio: Erubeſcant ⁊ reuereantur. ⁊c. pſal'.
.69. Imprecatio eccleſie eſt cōtra deriſores eius
ſignificatos ꝑ Judam Scarioth in euangelio: vt
deus eos humiliet in tantum ꝙ induantur pu-
dore ac erubeſcant. ⁊c. Finalis oratio: Prebeant
nobis domine. ⁊c. petit dari ieiunātibus feruorē
deuotiōis: ⁊ ſaporem in ſacramētis maxime eu-
chariſtie. Super populū: Reminiſcere. ⁊c. cōmē-
dat fidelem populum ſub ꝓtectiōe grē dei que
ex merito paſſionis chriſti ꝓcedit.

Tertia ꝑs euāgelij.

Moralitas.

Offertorium.

Communio.

## ¶ Caput ſexageſimumtertium de feria tertia: cuius officiū ad. 38. generationem eccl'ie ꝑtinet: penitenteſq; paſſioni chriſti configurat.

TRigeſimaocta-
ua generatio eccleſie chriſtia-
ne cucurrit ſub ro. pontifici-
bus Paſchali / Gelaſio / Ca-
lixto / Honorio / et Innocen-
tio ſecūdo: imperantibus tūc
Hērico quarto / ⁊ Lothario /
et correſpondet Joachin vel Jeconie p̄mo filio
Joſie regi iuda in ve. le. quem cū rex Egypti po-
ſuiſſet regem in Hieruſalē: aſcēdit rex Babylo-
nis contra eum: ⁊ ipſe p̄ timore factus eſt ei tri-
butarius / ꝑmanſitq; in eius obediētia annis tri-

Argumētū officij ab anno chriſti 1110. vſq; 1140.



bus: poſtea rebellauit contra eum ⁊ adheſit iterū
regi Egypti. quare iratus rex Babylonis venit
ſecundo ꝯtra eum: eoq; interfecto ⁊ in Sterquili-
nio dehoneſte ſepulto extra Hieruſalē poſuit fi-
lium eius Joachim regem ꝓ eo ⁊ abijt. Simili-
ter in hac generatione Henricus imperator ve-
nit Romā cōtra pontificē Paſchalē ⁊ comp̄hen-
dit eum cum multis alijs p̄latis i eccleſia ſancti
Petri: ⁊ tā diu eos i cuſtodia tenuit / donec con-
cederent ei inueſtiturā eccleſiarum epiſcopaliū
cum priuilegio. quo obtento receſſit ⁊ ſoluit eos.
Sed Paſchalis cōſilio ſuꝑ hoc celebrato fregit
pactum ⁊ p̄uilegiū: quod nec ipſe nec eccl'ia tol-
lerare debuit: imo imperatorem ſuꝑ hoc excōica-
uit. quare Hēricus iratus Paſchalem depoſuit
⁊ quendam Antipapā contra eum erexit. ⁊ po-
ſtea Paſchali defuncto aliud ſimile ſciſma ex ea-
dem cauſa contra Gelaſium papam ſuſcitauit.
Claruerūt nihilominus in hac etate viri ſapiē-
tia / religione / ⁊ ſanctimonia p̄ſtantes: vt ſanctus
Bernardus circa ortū ciſterſienſis ordinis. Hu-
go de ſancto Victore canonicus regularis. Ri-
chardus ſimiliter de ſancto Victore. duo Anſel-
mi alter lucenſis alter cātuarienſis antiſtites: et
alij plures. In tertio quoq; ſignaculo ve. leg. cui
hec adaptatur feria: ſciſum eſt iudeorum regnū
in duo regna: quoꝝ capita erāt Hieruſalē ⁊ Sa-
maria. vnde orta ſunt in eis multa bella quibus
ſeſe vaſtabāt mutuis interfectionibus. paſſi ſunt
etiam ab extraneis infidelibus multa mala. ſ. re-
gnum Iſrael ab Aſſirijs: regnum iuda a Phili-
ſteis ⁊ alijs circūiacentibus iuxta illud Eſaie. 9.
Vertam Syriam ab oriente ⁊ Philiſtin ab oc-
cidente: ⁊ deuorabūt Iſraelem toto ore. ⁊c. Et ſi-
militer in tertia apparitiōe no. le. factū eſt ſciſma
grecorum ⁊ latinoꝝ in eccleſia dei. nā grecoꝝ ec-
cleſie receſſerunt ab obedientia romani ponti. ſ.
Petri apoſtoli ⁊ ſucceſſoꝝ eius: ⁊ conſtituerunt
ſibi caput Conſtātinopolitanū epiſcopum: ſicut
latinorum eſt caput roman⁹ pontifex. itaq; ma-
net Conſtātinopolis ſub typpo Samarie. ⁊ Ro-
ma eſt velut Hieruſalem. vnde ſecuta ſunt mul-
ta bella inter chriſtianos / ⁊ paſſa ē multipliciter
eccleſia dei a ſuis. paſſa eſt ⁊ ab extraneis infide-
libus. nam deus propter peccata grecoꝝ ſuſcita-
uit contra eos Perſas / Gothos / et Tartaros: et
contra latinos incitauit Vandalos / Longobar-
dos / ⁊ alios: q̄ ſunt velut Philiſtin. Fuerūt nihi-
lominus ſub tertio ſigillo viri ſancti tā in ve. le.
q̄ꝫ in no. le. ibi enim claruerunt in regno Sama-
rie Helias / Heliſeus ⁊ alij dicti filij prophetarū.
hic autē in eccl'ia grecorū ſancti illi Heremicole
Machari⁹ / Arſenius / Benedictus / Maurus / et
alij multi diſcipuli eorum: Quare nō immerito
in hoc officio cantatur paſſio domini: ad rep̄ſen-
tandam paſſionē eccl'ie in p̄dictis temporibus.
¶ Introitus vero miſſe: Nos aūt gloriari opor-
tet. ⁊c. ex traditione eccleſie cōformiter ad verba
apoſtoli Pauli ad Gala. 6. proponit fideles chri-
ſti gloriantes de victoria cōtra ſarracenos in ter-
ra ſancta ꝑ virtutē crucis qua oēs ibant ſignati:

Introit⁹ miſſe.

vel gloriantes de tollerantia tribulationū quas
patiebantur tunc propter chriſtum quaſi cōfigu-
rati cruci ⁊ paſſioni eius. Verſus: Deus miſerea-
tur noſtri. ⁊c. ps. 66. addit oratione vt ſubueniat
eis deus in tribulationib⁹ / ⁊ adiuuet eos ad vlte-
rius procedendū proſpere in victoria malorum.
Oratio omnipotēs ſem. deus. ⁊c. applicat dictam
ſententiam ad ieiunantes ⁊ alios fideles myſte-
ria paſſiōis chriſti recolētes in hac hebdomade.
¶ Epiſtola: Dn̄e demonſtraſti mihi. ⁊c. Hiere. 11.
p̄ter myſterium paſſionis chriſti veri p̄figurati in
ipſo Hieremia: demonſtrat populum chriſtianū
valde tribulatum ⁊ ab infidelib⁹ ſarracenis / ⁊ a
tyrannis imperatoribus chriſtianis. in hac ſiqui-
dem. 38. ge. defunctis iam duob⁹ chriſtianis
regibus Hieruſalē: terti⁹ poſt multa certamina
ſtrenue geſta cum ſarracenis: a rege Partho-
rum ſuperatus ē ⁊ captiu⁹ ductus: ſicut ⁊ roma-
nus pontifex eodē tempore ab imperatore fue-
rat comp̄henſus: ſed ex dei miſericordia poſtmo-
dum vterq; fuit liberatus. In hac igitur ep'la ſe-
cūdum hiſtoricū ſenſum quilibet iſtorum intro-
ducitur ad deum clamās p̄ nimia tribulatione.
Ubi primo oſtēditur chriſtiani principis innocē-
tia. Secundo ibi: et non cognoui. ⁊c. declarat ad-
uerſarioꝝ malicia. Tertio ibi: tu autē domine. ⁊c.
imprecatur contra eos dei iuſticia. In diebus er-
go illis. 38. ge. Dixit Hieremias. i. princeps eccle-
ſie ſiue papa ſiue rex ad deū clamās. O domine
tu demonſtraſti mihi et te docēte cognoui quod
ꝑ meipſum attingere non poterā. oſtēdiſti enim
mihi qualia eſſēt ſtudia inimicoꝝ meorum erga
me: quia mala ⁊ iniqua moliebantur ſub ſpecie
boni: quare ego deceptus ſimulata eorum ami-
citia fui duct⁹ ⁊ comp̄hēſus ab eis quaſi agnus
innocens ⁊ manſuetus. i. pacificus qui portatur
ad victimā: vt ſine vlla reſiſtētia occidat vel ton-
deat ad libitū trahētis. Sed āteq; tu me doceres
nō cognoui qđ poſtea experiētia didici. ſ. q̄ cogi-
tauerunt ſuꝑ me conſilia maligna dicentes. mit-
tamus lignū toxicatū in panē eius vt cōmedēs
illum moriatur. hoc eſt fraudulēter ſub ſpecie bo-
ne amicitie tractemus eū quaſi inimicum: inſtar
eorum qui ſub ſpecie boni cibi venenum porri-
gūt. Legitur enim de Hērico imperatore ꝙ pro-
miſit ſe intraturum Romā pacifice ⁊ ꝙ nihil le-
deret in ea: cum tamen cogitaret papam ⁊ alios
p̄latos comp̄hendere ac ſpoliare: vt rei probauit
euētus. Et dixerunt ſarraceni de rege Hieruſalē
erradamus. i. erradicemus ⁊ extirpem⁹ eum de
terra viuentium: ita vt nomē eius non memore-
tur amplius in terra ſancta: que iſto tēpore dicit
regem habere chriſtianum. faciam⁹ ergo ſi poſſu-
mus vt amplius nō nominetur in ea rex chriſtia-
nus. Verūtamē deus hoc nō ꝑmittet: ideo tu do-
mine ſabaoth. i. exercituū ⁊ p̄liorum: q̄ das victo-
riam quibus oportet iuxta cōſiliū volūtatis tue:
⁊ iudicas hoīes iuſte. i. ſecundū ꝙ exigūt eoꝝ mē-
rita aut demerita: quia ꝓbas. i. ſcrutaris renes ⁊
corda. i. affectiones et cogitationes hoim quam
ſint bone aut male: fac obſecro vt ego videam

Oratio.

Epiſtole argumentum.

Prima pars epiſtole.

Secūda ꝑs euangelij.

Tertia ꝑs euangelij.

vltionē tuam.i.punitionē in eis:quia hoc meren tur eorum male cogitationes ꝛ mala opera. tibi enim reuelaui ꝛ remiſi cauſam meā quia iniuſte patior ab eis:ſed nolo me vindicare niſi p tuam iuſtam punitionē:cuius cognitionē tibi relinquo qui es iuſtus iudex. Propter hanc itaqꝫ humilē iuſtificationē principis chriſtiani deus fuit auxiliator eius ꝛ liberauit eum a captiuitate ſua iniuſta vt p̄diximus. Eadē petitio aut querella poteſt intelligi de bono prelato huius tēporis clamante ad deum pro ſuo populo ieiunante ac penitēte: vt liberetur a captiuitate ſpirituali demonum qui ſemper cogitant mala contra eos.ꝛc.

Alia ep̄la

Sed p̄ter hanc epiſtolā quedam eccl'ie legūt hodie illud Sapiētie.2. Dixerūt impij venite circūueniamus iuſtum.ꝛc.vſqꝫ:nec iudicauerūt honorem animarum ſanctarū.et eſt fere eadē ſentētia cum p̄cedēte:licet iſta clarius ꝓcedat q̄ȝ illa. Ubi primo mali allegant plures rationes pſecutiōis contra iuſtum. Secūdo ibi:videam⁹ ergo.ꝛc.determinant ignominioſū gen⁹ mortis.ꝛc. Tertio ibi:hec cogitauerunt.ꝛc.princeps eccl'ie declarat cauſas erroris eoꝝ. Ex p̄ma parte elici poſſūt.12. rōnes maloꝝ q̄bus ſibi pſuadent hanc iuſti perſecutionē. Ex ſecunda notatur emolumētum et tormētū. Ex t̄tia colligit̄ error/ cauſa/ ꝛ deceptio maloꝝ.q̄ oīa egregie declarat Robert⁹ Holcot i ſua lectura ſup librū ſapiētie de chriſto vo:ꝛ facile applicantur chriſto myſtico.i.pon.ro. aut regi Hieroſolymitano:ꝛc.

Graduale

¶Cantus gradualis:Ego aūt dū mihi.ꝛc.ex ps.34.eſt allegatio p̄dicti p̄ncipis eccleſie i captiuitate poſiti:qua ſuā hūilitatem ꝛ penitētiam ꝓfert:vt p eam mereretur liberationē a captiuitate. Uerſus: Judica dn̄e nocētes.ꝛc. eſt principiū eiuſdē pſalmi quo petit vindictam inimicoꝝ vt deuicti humilientur ſub ditiōe ſua p adiutorium dei.

Euangelij argumentum.

¶Euangelium huius ferie p̄ter paſſionē ſecundū Marcum q̄ legitur in officio miſſe:ponitur a quibuſdam in matutinis illud Joan.13. Nō eſt ſeruus maior dn̄o ſuo.ꝛc. vſqꝫ qui me miſit. in quo ſummus pōtifex alloquitur fideles et ſubditos/vel rex Hieruſalē ſuos vaſallos chriſtianos cōfortando eos in tempore tribulationis.ꝛ primo p ſuimet exemplū. Secundo ibi:non de oībus.ꝛc.p inimici maleficiū. Tertio ibi:amē amē dico.ꝛc.p dei obſequium.

Prima ps euangelij.

Cum itaqꝫ in hac.38.ge.p̄ceps eccleſie in captiuitate poſitus videret ſubditos ſuos deſolatos ꝛ timidos:in illo tēpore dixit eis.amē amē.i. certiſſime dico vobis ꝙ tam apud deū q̄ȝ apud hoīes nullus ſeruus.i.ſubditus aut vaſallus ē maior.i.magis exemptus ꝛ priuilegiatus dn̄o ſuo principe. quare neqꝫ apoſtolus.i.nūcius ab eo miſſus vel officiarius ei⁹ debet eſſe maior eo p̄lato qui miſit illum.hoc dico vobis vt ſciatis eſſe parati ad patienter ac fortiter ſuſtinendū pſecutiones maiorum:quia ſi me pſecuti ſunt ꝛ vos pſequentur. et hec mala faciēt vobis propter nomē meum.i. cauſa mei quē odio habēt: q꞉ neſciūt deū qui me miſit regere pplm ſuū.ergo ſi vos:q̄ mea exhortatione hec ſcitis:feceritis q̄ dixi vobis:beati eritis .i.magni meriti apud deum q̄ dicitur beatitudo non rei ſed ſpei. nam propter tale meritum dabit vobis deus in poſterum beatitudinē huius ꝛ alterius vite.

Secunda ps euangelij.

Tamē ab hac beatitudine deficiāt mali chriſtiani ꝓpter peccata ſua:ideo quod dixi nō de oībus vobis intelligo ſed de bonis.ego enī ſcio quos elegerim mihi fideles ꝛ deuotos. tamē p̄mittit deus alios eſſe mihi inobediētes ꝛ infideles/imo proditores:vt impleatur ſcriptura pſal.40.dicēs q̄ manducat mecum panē eucharīſtie in eccleſia dei:vt imp̄ator malus vel etiam antipapa ab eo intruſus:leuauit contra me calcaneum ſuum ad me conculcandū/humiliādū/ ꝛ deſpiciendum. ꝛ ammodo.i.ex nūc dico vobis futura mala ſup vos p̄uſqꝫ fiant ad veſtrā p̄munitionē:vt cum hoc factum videritis:credatis q꞉ ego ſum verax i dictis meis q̄ loquor ex diuina inſpiratiōe.

Tertia ps euangelij.

De bonis aūt amen amē dico vobis ꝙ oīs ille q̄ accipit.i. acceptum habet ꝛ veneratur eum legatum quē ego miſero cū l'ris ꝛ mandatis meis propter bonum cōmune:ille etiā me accipit veneranter obediēdo. qui aūt p̄dicto modo me accipit:non ſolum hoīem veneratur: ſed etiam accipit deum q̄ me miſit ad hunc ſtatum in eccleſia dei.colere aūt deum quanti ſit meriti: ſicut cōtēnere ipſum quāti demeriti:teſtatur ſcriptura.1.Regū.2. Qui honorificauerit me glorificabo eum:ꝛ qui me contēnunt erunt ignobiles.

Moralitas.

¶Moraliter vero eandē exhortationē facit modo p̄latus fidelibus ieiunantibus. cum enī ipſe ſi bonus eſt in hoc tēpore ſit captiuus ſub regula ieiunij ꝛ pen̄ie:nō eſt bonū vt aliqs ſubditorū ſeſe excuſet ab hmōi labore. q꞉ nō ē ſeru⁹ maior dn̄o ſuo.ꝛc. et beati eritis ſi hec feceritis.ꝛc. ſunt tn̄ quidā eoꝝ adeo reprobi ꝛ mali qui nō ſolum nō ieiunāt:ſed etiam p̄latū ꝛ alios ieiunātes cōtēnunt leuātes calcaneū cōtra dominū.boni aūt ſubditi honorant p̄latum ſuū ꝛ in p̄lato deū ſuū ꝛc.

Offertorium.

¶Offertorium: Cuſtodi me dn̄e.ꝛc. pſal.139. eſt oratio fidelis populi parati ad ſuſtinēdū pſecutiones cum ſuo principe:ſed q꞉ non cōfidit de ſuis viribus implorat diuinum auxilium.poteſt etiam hec oratio eſſe principis in captiuitate poſiti:ſic ꝙ primus verſus referatur ad romanum pontificē cupiētem liberari de manu peccatoris .i. Henrici imperatoris.ſecundus autē verſus ad regē Hieruſalē vt liberetur ab hominib⁹ iniquis ſarracenis.ꝛc. Secreta oratio: Fac q̄s.o.deus.ꝛc. offert deo ſacrificiū euchariſtie pro ieiunātibus: petitqꝫ ex virtute paſſionis chriſti ibidē rep̄ſentate eis ꝓuenire remediū:vt liberentur a captiuitate diaboli.

Communio.

¶Cōmunio: Aduerſum me.ꝛc.pſal. 68.eſt alia oratio aut q̄rella eiuſdem populi aut principis chriſtianoꝝ cōtra ſuos aduerſarios:ita vt primus verſus ſit pro papa cōtra imperatorē ꝛ germanos q̄ p magnos hauſtus bibunt vinū: ſecūdus ꝓ rege captiuo cōtra ſarracenos:vbi dicit ſe exſpectare miſericordiā dei in tempore beneplacito ei. Finalis oratio: Repleti dn̄e.ꝛc.applicat eandē orationē ad ieiunātes:vt ex virtute euchariſtie ſuſcepte ꝯſolent̄ a dn̄o in ſuo labore.



Super populum:tua nos miſericordia.ꝛc.p toto fideliū cetu implorat dei miam ſeu gratiam qua renouentur ꝛ a vetuſtate purgentur.ꝛc.

## ¶Caput ſexageſimũquartum

de feria quarta: que correſpōdet generationi.39.eccleſie chriſtiane:ꝛ examinat ordinandos canonice.

Argumētū officij ab anno chriſti 1140.vſqꝫ 1170.

Rigeſimanona generatio eccleſie fuit ſub romanis.pō. Celeſtino/Lucio/ Eugenio/Anaſtaſio/ Adriano/ꝛ Alexandro tertio:imperantib⁹ tūc Conrado/ ꝛ Frederico primo. Et cōcordat regi Jeconie filio p̄dicti Joachin in ve.le.quē cum rex babylonis interfecto p̄re poſuiſſet regē Juda in Hieruſalē:ipe neqꝫ ad deū neqꝫ ad regē babylonis fidē ſeruauit.ideo poſt tres mēſes fere ductus ē captiu⁹ i babylonē cū oīb⁹ nobilib⁹ ꝛ magna parte ppl'i iudeoꝝ: aſportatis etiā vaſis ſacr̄ tēpli i domū dei ſui. Uerū iſto rege amoto poſuit Sedechiā auūculū ſuū ꝛ tertiū Joſie filiū regem in Hieruſalē. Similiter etiam i hac.39.ge. fuerūt ſciſmata in eccleſia dei: nam fauore imperatoris Frederici qui alias barbaroſa dicebatur: contra Innocētiū/ ꝛ Alexandrū pontifices Romanos plures antipape ſurrexerunt:tali modo ꝙ vno papa viuēte ſubſtituebatur alter ꝛ deponebatur ille ab imperatore:quē p̄mus diximus correſpōdere regi babylonis:ſicut papa regi Juda correſpōdet in vrbe Roma q̄ ē Hieruſalē. Et licet i hac etate multiplicit̄ paſſa fuerit eccl'a a tyrānis chriſticolis i Europa/ꝛ a ſarracenis in Aſia contra reges Hieroſolymitanos Balduinum/ꝛ Almericum:tamē ad conſolationē fidelium habuit p̄clariſſimos doctores.ſ. Petrum Lombardum:qui librum dictū magiſtrū ſententiarū theologis edidit/Gratianū/qui poſt ſanctum Iſidorū Hiſpalenſem/ ꝛ Iuonē Beluacenſem antiſtites decretū cōpilauit/ ac deniqꝫ Petrū comeſtorem qui ſcholaſticā hiſtoriam vtriuſqꝫ teſtamēti deſcripſit/ et alios plures. In quarto quoqꝫ ſignaculo ve.le.cui hec feria correſpondet: p̄ualentib⁹ peccatis regni Iſrael ꝛ Samaria ꝯtra cultū dei ſui: q̄ eduxerat eos de Egyptiaca ſeruitute:multiplicatiſqꝫ in penam p̄lijs Aſſyriorum:tandē regnū illud defecit oīno ꝛ hūiliata ē ſupbia Iſrael:ſicqꝫ remanſit ſola tribus Juda ꝛ reliquie Beniamin in ſucceſſiōe legis dei ꝛ terre ſacte: trāſlatis alijs decē tribubus in terras infidelium. Similiter in quarta apertione no.leg. p̄ualentibus peccatis ꝛ erroribus Grecoꝝ ꝛ aliorum orietalium contra honorem Jeſu chriſti:q̄ redemerat eos a ſeruitute ydolatrie:multiplicatiſqꝫ bellis infideliū ſarracenorū contra eos in penā:tandē Grecoꝝ regnū defecit omnino ꝛ humiliata eſt eorum ſuperbia: datis illis magnis eccleſijs in poteſtatē infidelium:q̄ prius patriarchatus gloriabantur honore latinā eccleſiam paruifaciētes. vt impleretur in eis q̄d olim Eſa.8. ꝯtra regnū Iſrael ꝓphetauerat dicens.p eo ꝙ abiecit populus iſte aquas Siloe q̄ vadūt cū ſilentio: adducet domin⁹ ſup eos aquas fluminis fortes ꝛ multas:regē Aſſyriorum.ꝛc. aque Siloe ſunt in Hieruſalē ꝛ ſignificant p̄dicationes/decreta/ꝛ ſanctiones romane eccleſie:q̄ in ſilentio ꝛ pace ꝓponuntur fidelib⁹: has greci ꝛ alij orientales abiecerūt: ideo iuſto dei iudicio dati ſunt in manus infideliū ſarracenorum: cui⁹ fluminis illuuione domus eoꝝ ſup Arenam falſe doctrine edificate corruerūt.ꝛc. Et ſicut olim elōgate ſunt corpore trib⁹ decē Iſrael a tribu Juda p ſuam captiuitatē:ita receſſerunt aīo eccleſie Grecorū a latina ac Romana eccleſia: ideo date ſunt in captiuitatē iuxta illd Apocali.11.atrium.i.partem eccl'ie quod foris eſt.i.extra obediētiam romani pontificis: datum ē gentibus ad conculcandum.ꝛc. Ad has ergo temporum qualitates reſpiciens hodiernum officium legit chriſti paſſionē ſecundum Lucam: propter multiplicē ſue eccleſie paſſionem quam habuit tunc:non tamē vſqꝫ totalem perniciem. nam in ge.39.poſt multos labores ſciſmatum romanus pōtifex obtinuit/ ꝛ imperatorē ſubiugauit ad ſui obediētiā vſqꝫ ad pedū oſcula:cui etiā pedē collo ſuper impoſuit dicēs:ſup aſpidem ꝛ baſiliſcū ambulabis/ cōculcabis leonē et draconē: Eodē modo ſe habuit tunc rex Hieruſalē chriſtianus ꝯtra regē Egypti ſarracenū.

Introitꝰ miſſe.

¶Unde ad hoc deſignandum introitus miſſe: In nomine domini ieſu.ꝛc. Phil.2.adducit eccleſie p̄latum vel principem deo gratias agentē de ſua victoria quam habuit in nomine ieſu. quia dignū eſt vt ei oēs creature obediant ꝛ etiam principi eccleſie ſue q̄ rep̄ſentat chriſtum in terris:ad hoc allegat meritum paſſionis chriſti:q꞉ factus eſt obediēs.ꝛc.allegat ꝛ victoriam eius cōtra diabolum ꝛ omnia mēbra eius:quia dominus ieſus chriſtus in gloria.ꝛc. Uerſus: Dn̄e exaudi orationem meam.ꝛc. pſal.101.eſt clamor eiuſdē principis poſiti in tribulatione:quo deum inuocat ad ſui auxiliū contra hoſtes. In hac feria:propter examē ordinandorum in ſabbato ſequēte:due leguntur lectiones epiſtole:cuius rei cauſa dicta eſt ſupra:ꝛ ideo p̄cedunt due oratiōes.

Prima oratio.

Prima oratio: Preſta q̄s omnipotēs de⁹.ꝛc.applicat eandē petitionē p̄dicti verſus ad ieiunantes ſeu penitētes:vt ꝛ ipſi a demonibus liberentur p chriſti paſſionem:cui ſe conformant etiam in ſua penitētia.

Epiſtole argumentum.

¶Epiſtola prima: Dicite filie ſion.ꝛc. Eſa.62.p̄ter mirabilē victoriam chriſti qua p mortem ſuam de mūdo ꝛ de diabolo triumphauit:admirabilē Alexādri pape victoriā ſup Fredericum imperatorē enarrat. q̄ hoc ordine geſta ē. Cum enim imperator vt diximus faueret ſciſmaticis: obſedit Alexandrum in vrbe Roma. at papa poſt longam obſidionē potentiam eius p̄horreſcēs:depoſito ſuo habitu p̄cioſo/ꝛ accepto ſui coqui veſtimēto vili diſſimulatus aufugit Uenetias:ꝛ ibi in quodam monaſterio velut pauper recept⁹ curam hortuli accepit incognitus p aliquot dies. ſed poſtea

eo reuelato atqꝫ a duce Venetiarū cum toto ſe-
natu honorifice ſuſcepto:fauore ipſoꝝ victoriam
obtinuit contra imperatorē:quouſqꝫ ad ſui obe-
dientiam etiam inuitū ꝓſterneret:ac pro penitē-
tia crucē cōtra ſarracenos Aſiaticos eū accipere
fecerit.ſimilis fere victoria fuit tunctēporis regi
Hieruſalē contra regē Egypti Soldanū ſibi hu-
miliatum:⁊ ad eam etiam hec epiſtola applicari
poteſt.que habet tres partes. Prima eſt exhor-
tatio p̄dicatoris ad fidelem populū.Secūda ibi:
quis ē iſte.⁊c̄.eſt admiratio chriſtianitatis ad p̄n
cipem ſuum.Tertia ibi: miſerationū domini.⁊c̄.

Prima pars epiſtole.

eſt gratiarumactio principis ad deū.Predicator
ergo illiꝰ tēporis viſa mirabili victoria ſui p̄nci-
pis clamabat p̄ gaudio ad populum chriſtianū
⁊ dicebat.hec dicit dn̄s.i.p̄cipit mihi vt reuelem
vobis.dicite filie ſion.i.vrbi Rome aut Hieruſa
lē:ecce parate vos ciues ad honorificā receptio-
nem p̄ncipis veſtri:qꝛ venit cum gloria ſaluator
tuus p̄nceps bonus:⁊ ecce merces eiꝰ .i. laboris
ſui venit cū eo.ſ.victoria de inimicis:⁊ opus bo-
num illius venit coram ipō:quia p̄ceſſit p̄mium.
et eo reſtituto ad ſuam gubernationē vocabunt
ſubditos ſuos ꝙ ſint populus ſanctus.i.mūdus
a vitijs:⁊ ꝙ ſint redēpti a domino de manu ho-
ſtiū ꝑ virtutē principis ſui. tu aūt ciuitas Roma
na aut Hieroſolymitana vocaberis ſub p̄ncipa-
tu eius q̄ſita ciuitas.i.acquiſita ⁊ redempta non
derelicta a deo neqꝫ orbata ſuo bono principe.

Sc̄da pars epiſtole.

Aduenīēte vero principe in ſuā ciuitatē cepit po
pulus clamare p̄ gaudio: quis eſt iſte p̄nceps q̄
venit tam victorioſus de Edon.i.ſanguineo bel
lo:venitqꝫ tinctis veſtibus ſanguine de boſra.i.
tribulatione vel anguſtia:Et licet p̄us lateret in
habitu deſpecto:tamen nunc apparet formoſus
in ſtola.i.veſte ſua:gradiens.i.ꝓficiens de bono
in meliꝰ in multitudine fortitudinis ſue qua de-
uicit inimicos.Quibus admirantibus ipe reſpō
dens ait:ego ſum princeps veſter q̄ loquor iuſti-
ciam.i.in bellis meis non quero niſi quod mihi
iuſte debetur ⁊ hoc ad vtilitatem veſtrā:qꝛ ꝓpu-
gnator ſum ꝯtra hoſtes ad ſaluandū vos.Et illi
rurſum querebant ab eo:ſi tu obtinuiſti victoriā:
quare ergo rubrū.i.maculatum ſanguine ⁊ lace-
rum eſt veſtimentū tuum inſtar hominū laborā
tium ⁊ calcantiū in torculari quorū veſtes fiunt
maculoſe:nam hoc videtur eſſe ſignū victi homi
nis potius q̄ȝ victoris.Ad hoc ipe reſpondit:vere
ego calcaui torcular myſticum quod ē ꝓlium cū
aduerſarijs.⁊ fui ego ſolus ad hunc ſenſū ꝙ nul
lus vir ex gentibꝰ infidelibus fuit mecū in adiu
torium:ſed ſolius dei ⁊ bonoꝝ fideliū fretus au-
xilio:calcaui aduerſarios in furore meo.i.zelo fi-
dei ⁊ eccleſie:⁊ tandē conculcaui eos in ira mea.
quando imperatori vel ſoldano impoſui pedem
ſuꝑ collum.⁊ aſperſus eſt ſanguis eoꝝ cadentiū
in bello ſuꝑ veſtimenta mea:⁊ ſic oīa indumen-
ta mea inquinaui ex eoꝝ ſanguine nō ex meo.
quare hec macula ſanguinolenta potius eſt ſi-
gnum ꝙ ego fui victor q̄ȝ victus.venit enim iam
poſt labores meos dies.i. tempus vltionis: que
erat in corde meo:et annus retributionis.i.puni
tionis mee contra inimicos eccleſie venit. nam
ante hoc tēpus eram in magna tribulatione: qꝛ
p̄ualebant inimici: circūſpexi ꝑ totam chriſtiani
tatē ⁊ nō erat aliquis rex auxiliator meus:queſi-
ui auxilium ab amicis:et non fuit q̄ me adiuua-
ret.ſed tādē ꝑ gratiam dei ſaluauit.i.ſalutem de-
dit mihi brachium meum.i.fortitudo mea:et in-
dignatio mea.i.zelus domus dei auxiliata ē mi-
hi ad vincendū inimicos. ideo bene dixi ꝙ con-
culcaui populos eorum in furore meo ⁊ inebria
ui ideſt impleui eos indignatione .i. punitione
mea.⁊ detraxi.i.ꝓſtraui in terram virtutem eoꝝ.

Tertia pars epiſtole.

Quare de tam mirabili victoria opus ē gratias
deo agere:⁊ ego miſerationū dn̄i quas fecit me-
cum recordabor in tota vita mea.ſ. laudē domi-
ni annunciando ſuꝑ omnibus bonis q̄ reddidit
nobis dn̄s deus noſter.⁊c̄.¶Moraliter eadē epi

Moralitas.

ſtola facit ſatis moderno ꝓlato:q̄ per totam qua
drageſimā laborauit ſuꝑ populum fidelium ie-
iunantiū pugnando contra hoſtes anime.⁊ tan-
dem emendatis ſuis ſubditis ꝑ penitentiam:vi-
ctoriam obtinuit contra demones ꝓ qua laudes
deo refert.Ad ꝓpoſitū vero ordinādorū hec epi-
ſtola annunciat eis venturū epiſcopū in die ſab
bati:qui apparēs formoſus in veſtibꝰ ſacris/ ſal
uabit eos a ſeruitute ſecularis vite:et pro ſtudio
ſuarum litterarum reddet eis mercedē priuilegij
clericalis. ſed ante illū diē oportet ꝙ p̄cedat pu-
gna examinis rigoroſi.⁊c̄.¶Cantus gradualis:

Graduale

Ne auertas faciem.⁊c̄. ex pſalmo.68. eſt oratio
principis eccleſie quando erat in tribulatione
ante victoriam ſuam: ⁊ vocat ſe puerum.i. ſeruū
dei fidelem. Verſus:Saluum me fac.⁊c̄.princi-
pium dicti pſalmi: enumerat mala que patieba
tur tunctemporis .ſ. quia bibebat aquas ama-
ras triſticie/⁊ delectus erat quaſi in luto demer-

Secunda oratio.

ſus ſine adiutorio. Altera orō:Deus q̄ ꝓ nobis
⁊c̄.deſiderat ieiunantibꝰ victoriam contra inimi
cum humani generis diabolum ꝑ virtutē paſſio
nis chriſti:quatenus peracta penitētia cum gau
dio ꝑueniant ad ſanctum Paſcha dn̄ice reſurre
ctionis. ¶Sc̄da epiſtola: Dn̄e quis credidit.⁊c̄.

Secunde ep̄le argumentum.

Eſa.53.ſpecialiter enarrat tribulationem p̄dictā
pape Alexandri q̄ p̄ceſſit eius victoriam.Et pri-
mo p̄dicator declarat ipſū deſtitutū humano fa-
uore.Secundo ibi:vere lāguores noſtros.⁊c̄.de-
ſcribit eum poſitum i magno labore. Tertio ibi:
ſi poſuerit pro.⁊c̄.promittit illum reſurrecturum
cum multo honore. Pro prime partis declara-

Prima pars ep̄le.

tione ſciendum ꝙ licet hec epiſtola in textu by-
blie p̄cedat aliam ꝑ nouem capitula : tamē poſt
eam legitur in officio miſſe.quia p̄ter myſterium
paſſionis chriſti:principalis intentio huius offi-
cij erat cōmemorare victoriā principis eccleſie q̄
in ge.39.facta eſt:⁊ quia illa expreſſe continebat
in p̄dicta epiſtola:ideo prius lecta eſt.ſed quia il
la victoria fuit mirabilis ⁊ non facile credibilis a
fidelibus: additur hec epiſtola declarās cauſam
huius difficultatis ex impotētia ⁊ delectiōe prin-
cipis p̄cedente illam victoriam. nam in diebus



illis dixit Eſaias.i.p̄dicator catholicus.dn̄e deus
quis homo credidit.i.credere potuit auditui no-
ſtro.i.his q̄ a nobis audiuit p̄dicata in ep̄la p̄ce-
dente de victoria romani pontificis pauperrimi
contra potētiſſimū imperatorem quia videbatur
impoſſibile:⁊ brachium fortitudinis dn̄i ad vin-
cendū inimicos:cui pape reuelatum eſt:quia nō
diuiti ſed pauperi ⁊ humano fauore deſtituto.ec-
ce aſcendet ad papatum ſicut virgultum.i.arbor
tenuis corā eo:impatore dico potētiſſimo ſibi ad
uerſario:⁊ ſicut radix tenuis de terra ſitienti:que
nō habet humorē ſufficientē ad ſui nutrimētum
⁊ ſuſtentationē. quia in ſui fauorem nō habebat
niſi cardinales qui eum elegerant : nam roma-
ni omnes cū imperatore fauebāt intruſo antipa
pe a ſolis tribus cardinalibus electo. ideo huic
Alexandro non erat ſpecies neqꝫ decor fauoris
humani:ſicut cōiter ſolet adeſſe alijs pontificibꝰ
romanis.quare p̄ timore impatoris fugiens mā
ſit abſconditus multis diebꝰ. et quādo eum in-
uenimus:vidimus eum deſpectum ⁊ non erat ei
aſpectus pontificis ſed pauperculi ortulani.⁊ de
ſiderauimus eum deſpectū vt haberet honorem
ſibi debitum ab hoībus: quo carebat.⁊ vidimus
eum nouiſſimū.i.infimum viroꝝ in pauꝑtate:cū
tamē reuera eſſet ſummꝰ omniū pontifex. vidi-
muſqꝫ eum virū doloꝝ.i.doloribus plenū:⁊ ſcien
tem infirmitatē.i.pauꝑtatem ⁊ impotētiā.⁊ qua-
ſi abſconditus erat vultus eius ab hominibus:
et deſpectus i vili habitu: vnde nec reputauimꝰ
eum eſſe pontificem ſed plebeum quendā agri-

Sc̄da pars epiſtole.

colam. mirum eſt ergo ꝙ de tali homine credat
victoria p̄dicata contra imperatorē.Quia tamen
ſepiꝰ ꝓ peccato ppl̄i patitur princeps eius. ſicut
ecōtra iuſto dei ſed occulto iudicio:ne credat ali
quis hunc principem p̄dictā tribulationē incur-
riſſe ꝓ peccatis ſuis:dicimus ꝙ vere languores
noſtros.i.peccata q̄ nos fecimus:ipe tulit:penitē
tiam ſuſtinēs ꝓ nobis:⁊ dolores noſtros.i.quos
merebamur pati:ipſe portauit. ⁊ adeo percuſſus
eſt ꝙ nos reputauimus eū poſitum in tali miſe
ria quaſi leproſum cuiꝰ plaga eſt inſanabilis:qꝛ
vidimus eum ꝑcuſſum a deo ⁊ humiliatū.i.deie-
ctū ab honore ſuo.ipe autē vulneratus eſt ꝓpter
iniquitates noſtras non ſuas:attritus eſt.i.tribu
latꝰ ꝓpter ſcelera noſtra. diſciplina.i. caſtigatio
pacis noſtre.i.que neceſſaria nobis erat ad pacā
dum deum:tota poſita ē ſuꝑ eum.⁊ liuore.i.pla-
ga eius ſanati ſumus a tribulatione.oēs.n. nos
quaſi oues ſine paſtore errauimus:⁊ vnuſquiſqꝫ
in viam ſuam declinauit ſine obedientia ad ſu-
periorē .i. vnuſquiſqꝫ ad libitum faciebat qđ vo
lebat:⁊ nō ſumꝰ puniti:ſed dn̄s poſuit in eo ini-
quitates oīm noſtrum.i.punitionē noſtrorū pec-
catorum. et ex nimia ſua charitate ipe oblatꝰ eſt
.i.ſe obtulit libenter ad patienū ꝓ nobis: ⁊ non
aperuit os ſuum ad q̄rellā cōtra deū quaſi iniu-
ſtum iudicem: ſed oīmodam patiētiam ſeruauit:
ſicut ouis quando ducitur ad occiſionem q̄ non
reclamat:⁊ ſicut agnus coram tondente ſe q̄ ob-
muteſcit ⁊ non conqueritur:ſic iſte nō aperuit os
ſuum ad maledicendum deo vel alicui homini:
q̄ȝuis ab imperatore duceretur ad mortem:⁊ ex-
poliaretur bonis ſuis.de tali ergo anguſtia ⁊ iu-
dicio maligno.i. ſententia iniuſta cōtra eū ſubla
tus eſt ꝑ fugam ſuam in magna delectione:cum
tamen eſſet vir magne dignitatis. nam genera-
tionem eius ſpiritualē.i. ſeriem ſuoꝝ p̄deceſſorū
romanorum pontificum quis enarrabit quante
fuerit dignitatis ⁊ excellentie: ⁊ ipſe eis ſucceſſit
in omnibus prerogatiuis ⁊ p̄uilegijs eorum.ſed
imperator non attendēs ad eius dignitatem pſe
quebatur eum:quia abſciſus eſt.i.ſeꝑatus de ter
ra viuētium ad libitū ſuum q̄ eſt Roma:quādo
ꝓpter ſcelus populi mei ꝑcuſſi eū dicit dn̄s: ſed
non vſqꝫ ad totalem eiꝰ ꝑniciem:quia poſtea re-
dijt ad ſuum ſtatū ⁊ honorem.Et tunc dabit im-

Tertia pars epiſtole.

pios aduerſarios ſuos antipapas ⁊ impatorem
ꝓ ſepultura:quia ante eū morietur mala morte:
⁊ diuites eoſdē dabit ꝓ morte ſua quā ipſi pro-
curabant: ⁊ non potuerūt eā videre preoccupati
morte:eo ꝙ ipe peccatum nō fecerat/neqꝫ dolus
fuerat in ore eius:ideo licet dominus voluerit ad
tempus cōterere eū in infirmitate.i.miſeria mul
ta:tamen poſtea dignus fuit ſuꝑuiuere eis ⁊ vi-
dere mortem ⁊ ſepulturam eorum oīm.ſuſtinuit
enim iſte pontifex ſciſmaticos aduerſarios ſuos
ꝑ.17.annos. quibus defunctis ſuꝑuixit vſqꝫ ad
annum.21.pontificatus ſui in pace ⁊ quiete.Et ſi
enim poſuerit ꝓ peccato ſubditorum animam
ſuam.i.vitam in periculo: tamē habebit magnū
premium a deo: quia videbit ſemen filioꝝ ſpiri-
tualium longeuum.i. magnum: hoc eſt multos
fideles ſibi obedientiam ⁊ honorem exhibētes:
⁊ voluntas domini in manu.i.voluntate eius di
rigetur.hoc eſt deus faciet in rebus ſuis q̄cquid
ipe voluerit petere ab eo.⁊ ꝓ eo ꝙ laborauit.i.in
labore ⁊ triſtitia multa fuit aīa eius:videbit mul
ta bona/⁊ ſaturabitur ꝓ eſurie p̄terita.in ſcientia
ſua.i. prudentia magna ipe iuſtus.i.bonus ꝓla-
tus iuſtificabit .i.iuſte gubernabit ſeruos meos
multos:⁊ iniquitates eorum ipe portabit.i.remo
uebit ab eis. ideo ꝓpter multa eius merita di-
ſpertiam ei.i.dabo ei in partē ſeu poſſeſſionē ſuā
plurimos fideles quibus dominetur:⁊ fortiū ad
uerſarioꝝ ſuorum diuidet alijs ſpolia.i.beneficia
⁊ dignitates quas habebāt dabit alijs poſt mor
tem eorum.ꝓ eo merito patientie ſue ꝙ tradidit
vſqꝫ ad mortem excluſiue aīam.i.vitam ſuam in
periculo:⁊ cum ſceleratis reputatꝰ eſt ab aduer-
ſarijs:ideo pſequebantur eum.⁊ tandē ipſe pec-
catum multorum ſubditoꝝ tulit ab eis: et ex ni-
mia charitate orauit pro tranſgreſſoribꝰ.i.pecca-
toribus omnibus tā inimicis q̄ȝ amicis.talis er-
go pontifex merito honoratꝰ fuit a deo poſt mul
tas eius iacturas.¶Moraliter idem dici poteſt

Moralitas.

de bono prelato noſtri temporis:qui in hoc ſa-
cro tēpore quadrageſime multum laborauit pro
ſalute ſpirituali ſuoꝝ ſubditorū vt liberaret eos
a peccatis:pugnando contra demones ⁊ malos
homines:⁊ orando pro eis ad dn̄m. quare deus
dabit ſibi gratiā vt in ſabbato ſancto ordinet bo-

nos clericos ⁊ videat in eis ſemen longeuum.⁊c.
**Tractus.** ¶Tractus: Domine exaudi orõnem.⁊c.pſ.101.
oratio eſt ꝑdicti ꝑlati ad deum vt adiuuet eũ in
ſuis tribulationibus. Verſus: Ne auertas faciē
⁊c.ex eodem pſal. magis explicat petitionē ſuā:
ne derelinquat eum deus quando inciderit in
**Euangelij argumentum.** aliquam tribulationē.¶Euangelium huius fe-
rie i matutinis ponitur a ꝗbuſdā illud Luce.18.
Aſſumpſit ieſus duodecim diſcipulos.⁊c.in quo
ſicut ad litterā paſſio veri chriſti ꝑdicitur/⁊ reſur
rectio: ita ꝑ hiſtoriam ꝑſecutio antichriſti contra
eccleſiam prophetatur:ꝙ in Alexandro papa ter
tio prefigurata eſt.Et habet tres partes. Prima
denunciat eam in genere.Secunda ibi:tradetur
**Prima ps euangelij.** .n.⁊c.explicat ipſam i ſpecie. Tertia ibi:⁊ ipſi ni-
hil.⁊c.laborat in difficultate.Cũ itaqȝ in illo tem
pore.39.ge. quidam eccľie doctores ſuſpicarētur
⁊ publice predicarent proximũ eſſe aduentũ an-
tichriſti:quia inſtabant tēpora periculoſa i eccle-
ſia:aſſumpſit ieſus.i.romanus pontifex duode-
cim diſcipulos ſuos.i.fideles chriſtianos ex duo
decim chriſti apľis propagatos: et ait illis.i. de-
clarauit eis ſignificationē ſue tribulatiõis:ꝙ pro-
tēdebat aliquid ſimile futurũ in toto corpore ec-
cleſie dicens.ecce aſcendimus Hieroſolymā my
ſticam ꝙ eſt vrbs Roma ſedes ſummi pontificis
(qui eſt caput totiꝰ populi chriſtiani ſub chriſto)
vnde ⁊ vrbs illa totā ſignificat eccľiam:ideo an-
teqȝ intremus eam reuertētes a noſtro exilio: vo
lo declarare vobis ꝙ cito in eccleſia dei cõſuma-
buntur.i.cõplebũtur ⁊ operi demandabũtur om
nia mala tēporalia ꝙ ſcripta ſunt.i.prophetata ꝑ
prophetas:maxime in Daniele/⁊ Apoca. Joan-
nis:de populo chriſtiano filio ſpũali hoĩs chriſti.
nam ipſe ſaluator noſter Matth.24.loquens de
fine ciuitatis Hieruſalem:⁊ ſub typpo eiꝰ de to-
ta ſua eccleſia ⁊ fine eius:allegauit Danielē. Cũ
videritis inquit abominationē ꝙ dicta eſt a Da-
niele propheta ſtantē in loco ſancto.⁊c. et poſt
ipſum Jõannes apoſtolus eius ſcripſit Apoca-
lypſim ex mandato chriſti de toto diſcurſu eccľie
**Secũda ps euangelij.** chriſtiane vſqȝ ad finem ſexte etatis.Ex quibus
prophetis magis ad ſpeciem veniēdo haberi po
teſt ꝙ tempore finalis illius ꝑſecutionis ꝑdictus
filius hominis tradetur a ſuis malis ⁊ falſis fra
tribus ſicut chriſtus a Juda.tradetur inquā gen
tibus.i. infidelibus ꝑſecutoribus affligendus.et
tunc illudetur verbis iniurioſis/flagellabitur tor
mentis ignominioſis/⁊ conſpuetur.i.deiicietur a
ſuis gradibus ⁊ honoribꝰ/atqȝ humiliabitur ad
vilia officia:⁊ poſtqȝ infideles flagellauerit mul
tiſqȝ tormētis affecerint populũ chriſtianũ: tan-
dem occidēt eum diuerſo genere mortis.ſ.alios
ferro/ alios igni/alios aqua/ alios beſtijs/alios
ſuſpendio.⁊c. ſed non ſic poterunt in eos pre-
ualere inimici vt omnino deficiat ⁊ conſumatur
populus chriſtianus:qꝛ vt chriſtus dicit Matth.
24. propter electos breuiabuntur dies illiꝰ ꝑſe-
cutionis:vt non pereat tota eccleſia.nam die ter
tia.i. poſt tēpus et tēpora ⁊ dimidiũ tēporis vt dr
Daniel.12.reſurget iterum populus chriſtianus
.i.reſipiſcet tranſacta ꝑſecutione antichriſti/ ⁊ re-
formabitur fides ⁊ tota eccleſia circa finem mũ-
di:quēadmodum vidiſtis nunc in me ꝙ ꝑus fui
ſatis illuſus/ ⁊ deiectus ac humiliatus:⁊ poſtea
iterũ exaltatus ⁊ ad propriam ſedem reſtitutus.
Licet autem ſummus põtifex ⁊ quidam alij do- **Tertia ps euangelij.**
ctores illius tēporis hec ſatis plane ⁊ aperte pre
dicarent fidelibus : ipſi tamen nihil hoꝝ intelle-
maculas: erit maſculus. i. virilis: qꝛ dabit vobis robur ſpūale ad tollerāda aduerſa. erit anniculꝰ. i. anni ꝑdicti laboris eccleſie munitiuus: qꝛ premuniet vos ne cadatis in tempore tribulationis in tentationē illā: que ſuperuētura eſt in vniuerſam terrā Apoc. 3. iuxta quem ritū. i. ad cuius ſimilitudinem ⁊ ꝓportionem: tolletis etiā hedū. i. populū chriſtianum peccatorē. hoc eſt contēplabitis eum ſimiliter fore patiēdum a peccatoribꝰ: ſed non ex ſimili cauſa ſicut chriſtus. qui agnus innocēs ſine culpa ſua pro nobis paſſionē ſuſtinuit: at populus chriſtianus hedus. i. fetidus ꝓpter ſua peccata patietur ad purgationem ſuorū malorum. non tamen ſtatim poſt iſtā predicationem patietur: ſed ſeruabitis eum vſqꝫ ad quartādecimā diem mēſis huius. i. vſqꝫ ad predicationem alicuius magni ſancti ex religioſis: qui in ordine quartuſdecimus velut ſol et dies apparebit ante perſecutionem antichriſti. ad cuius predicationis veſperā. i. finem: etiā ꝓpe finem ſexte apertionis immolabit hedū. i. immolandū exhibebit perſecutoribus vniuerſa multitudo filiorū Iſrael: qui ſunt chriſtiani licet mali. nam in tēpore antichriſti fere vniuerſi chriſtiani peruertētur/ et pauci fideles remanebūt firmi in fidē. et tunc mali tradēt bonos ad mortem etiā frater fratrē/ et pater filium ⁊c̄. quod eſt immolare hedum ad veſperā mundi. Et tunc ſumēt fideles afflicti de ſanguine agni. i. memoriam paſſionis chriſti: ⁊ linient vtrūqꝫ poſtem. i. intellectū ⁊ voluntatē: et in ſuperliminaribus. i. intētionibus que ſupereminent actionibus domorū: in quibus mali chriſtiani comedent illum accuſando ⁊ perſequēdo bonos. Poteſt intelligi per vtrūqꝫ poſtem papa et imperator: et ſupliminaria ſunt alij reges ⁊ prelati quos mali tingēt ſanguine ⁊c̄. Et in nocte. i. perſecutione illa antichriſti: edēt mali carnes bonorum non animas: aſſas. i. afflictas igni tormētorum: et panes azimos. i. innocētes fideles ſine fermento malicie viuētes: cum lactucis agreſtibus. i. multis amaritudinibus preſſos tradēt ad mortem. Vos ergo deuoti fideles in tali ꝑſecutione poſiti non comedetis. i. nō recipietis tanqꝫ martyrem chriſti crudū quid. i. indeuotū hoc eſt hominem carnaliter ſolū morientē in bello more aliorum ſeculariū. neqꝫ coctum aqua feruētis perſecutionis. ſ. hominē qui ſolum mortuus eſt quia fugere non potuit: ſed ſolū quem videritis aſſum igni maxime deuotionis propter zelū dei q. d. non oēs chriſtiani qui patientur ſub tribulatione antichriſti ſaluabuntur: ſed ſoli illi qui ex charitate dei ad mortem ſuſtinēdam libēter venient. ſecus autē de illis qui temeraria audacia vt appareāt fortes: vel timiditate nimia euadere non valentes morietur. Vos aūt mali hoīes ex permiſſione dei caput eccl'ie ſummū pontificem: cum pedibus eius. i. pauperibꝰ laicis: ac inteſtinis ſacerdotibus ⁊ religioſis vorabitis in illa ꝑſecutione: vel corporaliter eos occidēdo/ vel a fide auertēdo. nec tamen deus permittet illā perſecutionem diu durare: qꝛ breuiabūtur dies illi propter electos ſcꝫ vt aliqui electi remaneant in eccleſia dei ſalua fide catholica. nā ſi multū duraret non eſſet ſalua oīs caro: quin perderēt fidē oēs chriſtiani: ideo nō remanebit ex illo malo q̄c q̄ʒ vſqꝫ mane proſperitatis eccleſie: ſed totū conſumabitur in veſpera ſexti ſignaculi. ſi quid tamē perſecutiōis reſiduū fuerit contra electos (qꝛ nullum tēpus huiꝰ vite tranſit ſine tētatione malorū) illud certe exiguū erit ⁊ facile cōburetis igne charitatis que facit oīa aſpera eſſe facilia ⁊ leuia.

Tertia ps epiſtole.

Vſus deniqꝫ bonꝰ ⁊ debitꝰ talis aduerſitatis future erit qui ſequitur. ſic aūt comedetis illū agnū vel hedum immolandū tempore antichriſti. i. tales diſpoſitiones habebitis in illa tribulatiōe vt nō pereatis in illa: q̄ appareatis quaſi poſiti in ꝓcinctu itineris ad trāſeundū a captiuitate in libertatē patrie. Primo renes vr̄os accingetis caſtitate. Scd̄o calciamēta virtutū habebitis in pedibꝰ. i. affectibꝰ veſtris vt libere ambuletis ſecūdum doctrinā euangelij pacis. Tertio eritis tenētes baculos paſtoralis cuſtodie prelatorū in manibus veſtris. hoc eſt deffendetis bonos prelatos veſtros ⁊ iuuabitis eos in tribulatiōe. Quarto comedetis. i. accipietis illam tribulationē feſtinanter: reputādo eam breuē ⁊ cito tranſiturā. eſt enī phaſe. i. tranſitꝰ dn̄i ſuper egyptū vt percutiat oīa ꝑmogenita eiꝰ. i. magnos dn̄os ⁊ ꝑlatos huiꝰ mundi: qui ſuis malis exēplis ſcandalizabāt paruulos ſimpliciter ambulantes in eccleſia dei. vel eſt tranſitus populi dei per anguſtiā tribulationis ab hac miſera vita ad felicitatem celeſtis patrie.

Moralitas ep̄le.

¶ Moraliter he due ep̄le poſſunt eſſe ſermones moderni prelati ad ſuos ſubditos: qui in hac tota quadrageſima ieiunātes penitentiā egerūt. nā prima epiſtola inuitat eos ad cōtemplandū paſſionē chriſti/ ⁊ mentaliter cōpatiendū ei: quia illa eſt medicina ad ſanandū eos ⁊c̄. Scd̄a vero epiſtola per cerimonias cōuiuij agni paſchalis oſtendit conditiones quas debent habere ſumētes ſacramentū corporis chriſti: de quo apoſtolꝰ. 1. Cor. 5. ait q̄ paſcha noſtrū eſt ipſe chriſtus: quē debemꝰ ſumere in azimis conſcientijs ſinceritatis ⁊ veritatis ⁊c̄.

Tractus.

¶ Tractꝰ: Eripe me dn̄e ab hoīe malo ⁊c̄. pſal. 139. orō eſt populi fidelis ad deum. nā audita qualitate illius future tribulationis ꝑ epiſtolā: clamat ad deū vt liberet eū ab illo hoīe malo. i. antichriſto peſſimo: et per alios verſus enarrat maliciā eiꝰ ⁊ ſuorū ſequaciū. poſtea vero in verſu. dixi dn̄o deꝰ meꝰ ⁊c̄. inuocat diuinū auxiliū cōcepta fiducia bonitatis eiꝰ. et tandē concludit q̄ poſt mortē antichriſti iuſti confitebūtur noī tuo ⁊c̄. Hanc orationē didicit eccleſia a chriſto rege ſuo: qui in ſua paſſione ita orabat ad patrem. et quilibet vere penitens illo modo debet orare ad chriſtū ⁊c̄.

Euāgeliū paſſionis chriſti.

¶ Euāgeliū hodiernū eſt paſſio dn̄i noſtri ieſu chriſti ex. 18. et. 19. cap̄lis Joānis. ſed qꝛ in dn̄ica precedēte eadē paſſio ſecūdū mattheū ex cap̄. 26. et. 27. decātata eſt: et feria tertia ſcd̄m Marchū ex cap̄. 14. et. 15. et feria quarta ſcd̄m Lucam ex cap̄. 22. et. 23. nec fuerūt a nobis illa euangelia enarrata: opus eſt vt faciens

tes hodie Monotheſerō.i.vnum euangelium ex quattuoꝛ cū Joāne gerſono cācelario Parriſieñ exponamus ꝓlixius hiſtoꝛiam dñice paſſionis: non quidē ad ſenſum litteralem (quē ſupponimus) ſed hiſtoꝛialiter de paſſiōe ecclie chꝛiſtiane que in hac.41.ge. fuit figurata ⁊ pꝛedicata a religioſis: atqꝫ in fine ſexte apertionis erit exhibita/ſeu executioni de mādata. ⁊ huic ſenſui hiſtoꝛico (moꝛe ſolito) addemꝰ ſenſum moꝛalē pꝛo infoꝛmatione fideliū ieiunātiū/ac penitētium: qui tota quadrageſima poꝛtauerūt crucē poſt Jeſū: crucifigētes carnē ſuā/⁊ occidētes in ea vitia ⁊ cōcupiſcētias mūdanas. ¶Et ꝓpter huius euāgelij pꝛolixitatem faciemus in eo duodecim partes ſuperius explicatas.i.quinqꝫ ante/⁊ ſeptem poſt crucifixionē: et immediate cuilibet earū addemꝰ ſuam moꝛalitatē. Licet ſatis faciliter totū euāgelium potuiſſet moꝛe alioꝝ trifidum fieri. Cuius pꝛima pars eſſet de cōpꝛehenſione/iudicio/⁊ ſententia iniqua. Secūda de crucifixione/irriſione/⁊ pena acerbiſſima. Tertia de depoſitione/vnctione/⁊ ſepultura honoꝛifica. Sciendū tamen ꝙ licet alij tres euāgeliſte ante cōpꝛehenſionem chꝛiſti in hoꝛto (a qua incipit Joānes euāgelium hodiernum) narrent hiſtoꝛiā ſue vltime cene: in qua et agnū paſchalem comedit/⁊ pedes diſcipuloꝝ lauit/⁊ euchariſtie ſacramētum inſtituit/⁊ ſermonem ꝓlixum fecit: qꝛ illa hiſtoꝛia tota ad quintā feriam pꝛecedētem pertinet: vt patet ex epiſtola et euangelio eius que iam expoſita ſunt ad noſtrum pꝛopoſitum: ideo illa hiſtoꝛia dimiſſa incipiemus cum Joāne a myſterijs cōpꝛehenſionis chꝛiſti in hoꝛto. ¶Pꝛo cuius explicatione hiſtoꝛica ſciendum ꝙ in hac.41.gene.eccleſie licet ab Honoꝛio papa fuerint confirmate quattuoꝛ religiones mēdicantiū fratrum.ſ.pꝛedicatoꝛum/minoꝛum/heremitarum/ et carmelitarum: tamen due pꝛioꝛes ſunt alijs excellētioꝛes: ad quas etiā ille reduci poſſunt. quarū altera typū gerens vite contemplatiue tota intētione vacat ſtudio ſapientie/et ſancte pꝛedicationis officio ad illuminandas aīas. vnde et ſanctus dñicus eius inſtitutoꝛ eximius theologus erat/ et cōtra hereticos acerrime diſputabat. Altera vero magis tēdit ad exercitia charitatis ſub typo vite actiue/ et ad inflamādas fidelium volūtates per exēpla ſanctitatis: vnde et ſanctus Franciſcus eius inſtitutoꝛ totus erat deditus feruoꝛi ⁊ amoꝛi dei et ꝓximi. Et ſicut illa religio ſemꝑ excelluit multis doctoꝛibus fidei clariſſimis: qui intellectū ⁊ eius actus valde dignificāt: ita ⁊ iſta ſemper ēffulſit ſanctis deuotiſſimis/et zeloſiſſimis ſalutis animarū: qui volūtatem ⁊ eius actus magnificant: que duo exercitia ſpūalia ſunt maxime neceſſaria in eccleſia dei ad ſaluandas animas.i.ad educendas eas quaſi per manus Moyſi ⁊ Aaron a captiuitate egyptiaca mūdane cōuerſationis. ideo inſpirauit deus in etate illa iſtis duobus religioſorū patribus ſanctiſſimis: vt pꝛedicarēt/et pꝛedicatoꝛes mitterēt per totā chꝛiſtianitatem ad annunciandū fidelibus exitum eoꝝ ab egypto/⁊ tranſitum per deſertum penitētie/laboꝛis/et anguſtie/ atqꝫ introitū eoꝝ in terram ꝓmiſſionis celeſtis. ꝙ ſi voluntariā nollent agere penitentiam: notā eis facerēt vltionem diuinā cito futurā/cōpellente eos exire ab hoc mūdo illo crudeliſſimo Pharaone: cuius coꝛ dñs indurabit cōtra filios iſrael: quouſqꝫ totū ecclie coꝛpus fiat ſuo capiti in paſſione confoꝛme. quare ad hoc magis certificandum deus mirabiliter impꝛeſſit tūc ſancto Franciſco ſeraphico amoꝛe ardenti ſtigmata .i. ſigna paſſionis chꝛiſti in manibus/pedibus/ac latere: vt appareret mūdo nouus homo crucifixus circa finē ſexte etatis: ſicut in Petro apoſtolo oſtēderat circa eiuſdē etatis pꝛimoꝛdia hominē Rome crucifixum ad ſignificandā tyrannoꝛum contra chꝛiſtianos ꝑſecutionē mox futurā. ¶In generatione itaqꝫ. 41. ecclie que eadē eſt pꝛincipiū ſexte apertionis no.le. Egreſſus eſt Jeſus.i. religioſoꝛum pater a mūdana cōuerſatione: et venit cum diſcipulis ſuis extra Hieruſalē ciuitatē terrenam in montē oliuarū.i. altitudinem pinguedinis deuotionis dei: ſed trāſijt pꝛius toꝛrētem.i. amaritudinem penitētie cedron .i. que pꝛeſeruat a coꝛruptiōe tinee coꝛpoꝛa humana: que ſunt veſtes anime. venitqꝫ Jeſus pꝛedictus in villā/aut pꝛediū chꝛiſti vocatū gethſemani.i.vallis olei/ſeu pinguedinis ſacramētoꝛum: que villa eſt eccleſia latina. vbi erat hoꝛtus delitiarū mūdanarum: in quo (ſicut Adam ⁊ Eua) peccabāt hoīes non ſemel/aut bis: ſed frequētiſſime. in hanc ergo villā et in hūc hoꝛtū introiuit pater religioſoꝛum cum diſcipulis ſuis: non vt delitiaretur cū mundanis: ſed vt triſtaretur cū penitentibus. vnde ſubditur cepit cōtriſtari/pauere/tedere / ⁊ meſtus eſſe corā eis.ſ.pꝛopter zelum animarū: qꝛ videbat multas perire ꝓpter huiuſmodi delitias coꝛpoꝛales. Et dixit eis. triſtis eſt anima mea ꝓpter innumera peccata ꝓximoꝛum: que ducēt eos vſqꝫ ad moꝛtē vel gehēne/vel perſecutionis extreme. vel triſtis eſt aīa mea ꝑ doloꝛem penitētie vſqꝫ ad moꝛtē.i. moꝛtificationē carnis que eſt moꝛs vitioꝛum: et hanc triſticiā intēdo fidelibus pꝛedicare. Vel hec triſticia mea non ceſſabit vſqꝫ ad moꝛtē meā coꝛpoꝛalē: poſtea vero erit mihi leticia ſempiterna cum chꝛiſto in gloꝛia. vt etiā per me diſcat populus chꝛiſtianus aſſumere ſalutarē triſticiam: que ſcdm deum eſt: nec ceſſet ab ea vſqꝫ ad moꝛtem antichꝛiſti. poſtea vero erit ei leticia renouata eccleſia ad optimū ſtatum. Vos ergo diſcipuli mei ſuſtinete hic laboꝛem penitētie mecū.i.me imitātes: ⁊ vigilate in ſtudio litterarū/⁊ in actu feruide pꝛedicationis in tota ecclia dei ad lucrādas animas verbo pariter ⁊ exēplo. His dictis ſanctus pater auulſus eſt.i.ſeparatus eſt ab eis ꝑ diſtantiam ſanctitatis ſue quātum iactus eſt lapidis.i. quātū in edificio diſtat lapis fundamentalis/vel angularis a ceteris lapidibus qui non ſunt tam pꝛincipales in eo: tāta fuit differentia ⁊ exceſſus ſanctitatis pꝛimi patris qui oꝛdinē inſtituit a ceteris religioſis poſt eum. Vel auulſus eſt ab eis per moꝛtē cito poſt confirmationē ſue religionis:

Partes duodecim euāgelij.

Notādū.

Pꝛima ps euangelij.



quātum iactus eſt lapidis.i.coꝛpoꝛis ſui in ſepulchꝛum: non autem quātum ad animā receſſit ab eis: dicēs cum apoſtolo Petro: curabo aūt poſt obitū meum frequenter habere vos ⁊c̄. Et pꝛocidit in faciē ſuam ſuꝑ terram ꝑ moꝛtem: vel viuēs ſic oꝛabat deum pꝛo toto populo chꝛiſtiano: vt ſi fieri poſſet ſalua dei pꝛedeſtinatione trāſiret ab eo hoꝛa tribulationis antichꝛiſti dicens: abba ſeu pater celi ⁊ terre dñe Jeſu chꝛiſte: ſcio ꝙ oīa tibi poſſibilia ſunt qꝛ es oīpotēs: ſi poſſibile eſt ſecundū ꝓphetias tuas/⁊ tuoꝝ ſanctoꝝ de fine ſeculi: que ſcripte ſunt Matthei.24. Apoac.20.et Danielis.11.ſi inquā poſſibile eſt ꝙ ſint cōminatoꝛie ſicut ꝓphetia Jone contra Niniuem: obſecro trāſfer calicem .i. amarā potionem illā a tuo populo: ⁊ calix perſecutionis antichꝛiſti trāſeat.i. recedat a nobis et non veniat ſuꝑ eccleſiam: verūtamen ſi ꝓphetie ille ſunt diffinitiue ſententie dei: nō ſicut ego volo fiat abſolute: ſꝫ ſicut tu decreuiſti. ⁊ tunc oꝛo vt trāſeat.ſ.celeriter calix iſte: itaqꝫ non diu duret illa perſecutio. vel tranſeat.i. ſit fidelibꝰ illa tribulatio trāſitꝰ ad pacē et quietē ecclie/aut glie. Qua oꝛone finita venit ſanctꝰ pater ad diſcipulos ſuos.ſ. vel ſuos religioſos deſides/vel ꝑpꝛos quibꝰ p̄dicabat: ⁊ inuenit eos doꝛmiētes.i.i vitijs mūdanis ſopitos: vel negligētes in ope penitētie: vel ſtupefactos pꝛe triſticia auditoꝝ periculoꝝ future ꝑſecutionis antichꝛiſti. ⁊ dixit in pꝛimis Petro.i. Ro. pō.q tenet ſedē beati Petri. Simon.i.ſimoniace p̄late doꝛmis.i.negligis te ⁊ tuos fideles coꝛrigere ⁊ īducere ad penitētiā: non potuiſti vna hac nouiſſima hoꝛa.i.mūdi etate vigilare mecū.i.ſicut ego et mei religioſi vigilamꝰ oꝛando ⁊ p̄dicando. Deinde dixit alijs fidelibus: vigilate ꝑ bona opera penitētie: et oꝛate deum vt liberet vos: ne intretis in tentationē illā que ſuper vētura eſt in totā terram. dicitur aūt perſecutio antichꝛiſti tentatio infidelitatis: qꝛ tota tendet ad hoc vt fides chꝛiſti negeť a fidelibꝰ: qđ eſſet intrare in tentationē: qꝛ tentatio que non vincit hoīem exterius manet. vigilate ergo modo p̄dicto ⁊ oꝛate pꝛo gratia dei habēda: qꝛ licet ſpiritus veſter pꝛōptus ſit ad permanēdum in fide catholica: tamē caro.i.coꝛpꝰ ⁊ ſenſualitas infirma eſt ad ſuſtinēda pondera toꝛmētoꝛum: ſi non fuerit ſpeciali gratia dei roboꝛata. ideo oꝛādus eſt deus vt ſua gr̄a vos adiuuet. Facta hac repꝛehēſione ac monitione ſanctꝰ pater iterū ſecūdo abijt ⁊ oꝛauit pꝛo tota ecclia dei eundē ſermonē dicens. pater mi chꝛiſte ſi nō poteſt hic calix amare perſecutionis trāſire.i. euitari niſi bibam illum: fiat volūtas tua: que etiā eſt volūtas mea rationalis tue cōfoꝛmis. et venit iterum ad diſcipulos ſuos p̄dictos et inuenit eos doꝛmiētes: vt pꝛius dicebatur. erant enī oculi eoꝝ mētales grauati curis ⁊ delicijs huiꝰ ſeculi ⁊ ignoꝛabāt obcecati paſſionibꝰ quid reſpōderēt ei cū effectu: quādo eos arguebat. Et relictis illis ad tempus qꝛ nō ſemper eis pꝛedicabat: iterū abijt ⁊ oꝛauit eundem ſermonē: qꝛ in die pꝛedicabat et in nocte oꝛbat: vel in feſtis populū docebat ⁊ in alijs diebꝰ pꝛo eis oꝛabat. et poſitis ſepius in terrā genibꝰ oꝛabat: pater ſi vis ex tuo beneplacito: transfer calicem iſtū a me: licet exterioꝛe ſigno dixeris hoc malū nobis futurū. ſin aūt tua voluntas beneplaciti confoꝛmis eſt voluntati ſigni: fiat volūtas tua iuſta ⁊ rationabilis: nō mea ſenſualis que ꝓcedit ex humano timoꝛe. Sed cōtra hūc timoꝛem apparuit ei angelus de celo cōfoꝛtans eum vt libenter acceptaret hāc dei oꝛdinationem. vnde inter has duas volūtates rationalem ⁊ ſenſualem factꝰ in agonia ꝓlixius oꝛabat ſanctꝰ ille homo pꝛo toto populo dei. et oꝛationibus addebat flagella ⁊ diſciplinas adeo vt fieret ſudoꝛ eius ſicut gute ſanguinis decurrentis in terrā. Et cū ſurrexiſſet ab oꝛatione ⁊ veniſſet iterū ad diſcipulos ſuos: inuenit eos vt pꝛius doꝛmientes: nō enim poterat eos ſatis perſuadere ad penitēciā. ideo ait illis qđ doꝛmitis in tanto periculo poſiti: et cū ad huc nō euigilarent ait. doꝛmite iā ⁊ requieſcite in hac mūdana requie: que ꝑfecto bꝛeuis eſt: et ſtatim diceť vobis ſufficit: ſurgite a ſomno veſtro: ecce appꝛopinquauit hoꝛa.i.tempꝰ maloꝝ ⁊ poteſtas tenebꝛaꝝ: ⁊ filiꝰ hoīs chꝛiſti populꝰ chꝛiſtianus tradetur pꝛopter ſua peccata affligendus ac tribulādus in manꝰ .i.poteſtatem hoīm peccatoꝝ hoc eſt infidelium ⁊ maloꝝ fidelium. Surgite ergo fratres mei chariſſimi eamus obuiā hoſtibus noſtris cū fiducia: et armati ſpūalibus armis fidei/ſpei/charitatis: et aliarū virtutum maxime humilitatis ⁊ patiētie/ac penitētie. Hec ⁊ alia multa pꝛedicabant in generatione.41.ſancti illi patres religionū mendicātium vocantes homines ad penitētiam: ⁊ licet multos traxerint ad ſequellā ſuā: tamen plures imo plurimi rebelles māſerunt doꝛmientes in delitijs ſuis. Jdeo ꝓpter eoꝛum maxima peccata permiſit deus multas perſecutiones tyrannoꝛum et infideliū in etate illa: vt ſuperius diximus. de quibus textus ꝓſequitur. Adhuc eo loquēte/ſeu pꝛedicāte ecce Judas vnus ex diſcipulis.i.tyrānus imperatoꝛ vnus ex latinis ſubditis pape: cū accepiſſet cohoꝛtem militū armatoꝛum contra Romanū pontificē ⁊ totum clerū: accepit etiā miniſtros ſibi quoſdā eccleſiaſticos ei cōſentientes a quibuſdam pontificibus phariſeis.i.diuiſis ab vnitate ecclie: venit illuc.i.in Jtaliam et vrbem Romā: cū laternis facibus ⁊ armis.i.latēter ſimulās amoꝛem ⁊ deuotionē ad eccleſiā/et lumen fidei ſe habere: armatus venit vt noceret. dederat autē ꝓditoꝛ ille ſuis militibus ſignū dicens: quēcūqꝫ oſculatus fuero pedibus eius humiliatus/⁊ petēs ab eo meā coꝛonationē ⁊ benedictionem: ipſe eſt quē perſequoꝛ ad perdendum eum: tenete eū ne fugiat manus veſtras: ⁊ ducite ad me caute.i. ſub ſimulatione pacis/⁊ cōcoꝛdie. ipſe aūt imperatoꝛ ſine armatis comitibus antecedebat eos quos poſt ſe milites armatos ducebat. et appꝛopinquauit Romano ponti. vt oſcularetur pedes eius humiliter/ et cū veniſſet Romam ſtatim acceſſit ad eum et dixit ei ſub doloꝛe: aue rabbi.i.magiſter / ac pater meus: cui teneoꝛ obedire tanqꝫ deuotus diſcipulus et humilis filius. ⁊ oſculatus eſt eum.i. pacē dedit. At Roma

nus pon.poſtq̄ cognouit ꝓditionem eius/⁊ ſenſit rebellionē:dixit ei.o Juda oſculo ſigno pacis tradis ad mortē prelatū:tuū filiū ſpecialē hominis chriſti: qꝛ ſimilitudinem eius gerit in terris. o amice ad quid mali ⁊ ſceleris veniſti ꝓpter iniquitatē tuam deo ꝑmittēte? q.d.neſcis quātum ⁊ quale peccatū fuerit te rebellaſſe ꝓditorie cōtra patrem tuū.Hoc dicto prelatus ſciens oīa mala que vētura erant ſuꝑ eum maxime circa finem mūdi:ſciēs inquā ex predicatione religioſoꝝ: ꝓceſſit obuiā militibus armatis dicēs eis canonica monitione premiſſa : quē queritis.ſ.interficere? q.d. tam ceci eſtis vt nō aduertatis cōtra quē agatis bellum in magnū periculum animarum veſtrarū: qꝛ preter peccatum incurritis penā grauiſſime excōmunicatiōis ⁊ anathematis? Reſpōderunt milites dicētes querimus Jeſum nazarenum.i.ſaluatorē,floridū ſiue ꝓlatum honoratiſſimum totius chriſtianitatis : vt ꝑdamus eum ex mādato imperatoris. quibus ille dixit ego ſum Roma.pon.quē vos queritis a maligno ſpiritu acti.quare ex parte dei precipio vobis ſub pena excōmunicationis vt diſcedatis a me.vt ergo dixit eis ego ſum:abierūt retrorſum et ceciderūt in terrā: qꝛ ab illo die quo papa Innocēti9 Otonē imperatorē cum ſuis fautoribus excōmunicauit/ ac depoſuit : nihil ꝓſpere geſſit ſed in bellis retroceſſit/⁊ cecidit / ac mala morte deceſſit. ſed eo mortuo imperare cepit Fridericus peior priore:⁊ facta ſimili ꝓditione cōtra Honoriū papā : iterū dixit eis Ro.pon. quē queritis? ad ſenſum datū qui ſurgētes cōtra eū dixerunt:querimus Jeſum nazarenū predictum.⁊ ille reſpondens iterū ego ſum:cum excōmunicatione ⁊ depoſitione imperatoris adiecit: ex quo tam indurati eſtis in malo ꝓpoſito:vt nolitis abſtinere ab hoc nephario opere : ſed quotidie mala malis addatis : precipio vobis vt ſi me queritis ꝑſequēdum : ſinatis alios fideles in pace viuere ⁊ abire quo velint libere.ne ſimiliter oēs ꝑſequentes videamini contra chriſtū agere vt infideles et heretici. Sed illi magis obſtinati ſpernētes mandatū pape ꝑ totam Italiā ꝓcedebant deuaſtando oīa:⁊ vaſſallos eccl'ie nimiū vexādo.quod vidētes alij principes chriſtiani qui cū ipſo pōtifice erāt.ſ.ei obedientes ⁊ deuoti:vidētes etiā qđ futurū erat malum in Italia:ſi non reſiſterēt furie imperatoris: dixerunt pape . dn̄e ſi vis ꝑcutimus imperatorē in gladio corporali.i.armata acie militum:quod facilius fiet ſi mādaueris crucem ꝓdicari contra eum tanq̄ hereticū/aut infidelē.Reſpōdit pontifex:ſinite vſq̄ huc.i. ſufficit ad eum coercendum gladius ſpūalis anathematis : quo iam trāſfixū eſt cor eius et cito ducet eum ad ꝑditionem. nec moueat vos quod futurū eſt:ex quo nihil ꝓfecit vſq̄ huc. Uerū inter principes catholicos illius generationis Simon ille Petrus.i.firmus in fide:qui erat comes mōtis fortis in Gallia habēs gladium.i.potētiam ſecularē:eduxit eum contra imperatorē ſicut eduxerat cōtra hereticos: ⁊ percuſſit non quidē aciem imperatoris: ſed ſeruum pontificis.i.gentem illoꝝ ꝓlatorum qui erant de fauore imperatoris:⁊ abſcidit ei.i. abſciſſam oſtēdit auriculam dexterā.i.rectā ⁊ ſanam intelligentiam poteſtatis pape:qꝛ non venerabant̄ ipſum vt boni filij patrē ſuū.Et cū ille Simon diutius preliaretur cōtra illos:tādem ꝓhibuit eum Ro.pon. dicens mitte gladiū tuum in vaginā.i.ceſſa iam a prelijs contra chriſtianos quāuis malos: qꝛ in breui tēpore deus humiliabit eos ꝑ maiorē ſuam potentiā. an putas qꝛ non poſſum rogare patrē meum chriſtum / et exhibebit mihi modo pluſq̄.12.legiones angeloꝝ:que ſufficere poſſent ad vincēdum oēs eccl'ie hoſtes in momēto tēporis:ſed hoc faciēdo quomodo implerent̄ ſcripture ꝓphetarū de ꝑſecutionibus: quas paſſura eſt eccl'ia circa finē mundi? an forte tu Simon calicē amarū quē dedit mihi pater ad bibēdum in humilitate ⁊ patientia:non vis vt bibā illum impediēdo hoſtes meos?⁊ ſic impedires bonum obediētie mee:qua teneor implere mandatū dei : vide etiā ne ex bono zelo indiſcrete agas ꝑcutiēdo iuſtos cū impijs: ⁊ reus efficiaris ſanguinis ꝓximoꝝ.oēs eñ qui gladio occiderint hoīes iniuſte: et ipſi gladio peribunt / vel corporali/vel ſpūali que eſt pena gehēne.aut ſaltem gladio ſui peccati qđ iugulat animā teſte Salomone: romphea inquit bis acuta oīs iniquitas: plage illius non eſt ſanitas.dimitte ergo illos qꝛ aliquando forte perſuaſi conuertētur a malicia ſua. Quod ꝓbauit rei euētus.nam cū Ro.pon.facto cōcilio lateranēſi tetigiſſet auriculam illoꝝ chriſtianoꝝ tum hereticoꝝ/tum prelatoꝝ rebellium/tum etiam et ſuoꝝ miniſtrorū ſanauit eam ab erroribus ſuis: qꝛ illi oēs viſa determinatiōe ſacri ꝯcilij cōſenſerūt ei ⁊ cōuerſi ſunt ab errorib9 ſuis ⁊c̄.Hic finē facimus prime parti euāgelij : q̄ directi9 reſpicit ge.41. cui hec dies correſpōdet:⁊ eſt principium ſexte apertionis laborioſiſſime: et qꝛ vt diximus hec feria ſexta etiā totum ſextū ſignaculū cū ſua apertione repreſentat : in cuius principio prima duaꝝ tribulationū eccl'ie figurata in hiſtoria Judith euenit:ſub ꝑſecutione Turcaꝝ/Sarracenorum/⁊ tyrānorum chriſtianorū que narrate ſunt. poſt illā vero iubēte dn̄o miſit populus chriſtianus gladium ſuū in vaginā dato ſibi aliquanto ſpacio pacis:vt reformaret̄ eccl'ia tum predicatione nouoꝝ religioſoꝝ:tum etiā editione nouorum decretoꝝ:⁊ ſic reformata ſolidaret̄ in fide/ac confortaretur ad expectādam ſuſtinendāq̄ alteram ⁊ ſecūdā tribulationē antichriſti:ad quā alie huius euangelij partes referentur.

Moralitas.

¶Moraliter in hac quadrageſima bonus prelatus cum diſcipulis ſuis ieiunātibus ⁊ penitētibus egreſſus eſt a mundanoꝝ conſortio dimittēdo vitia: ⁊ tranſiuit per torrētē aque amare penitētie: venitq̄ in mōtem oliuaꝝ per opa miſericordie:introiuit in hortum contēplationis deuoteq̄ orationis: cōtriſtatus eſt ꝑ contritionē recogitando vitā preteritam in amaritudine : receſſit ad orationē cum tribus cōmitibus.ſ.fide/ſpe/et charitate . dedit alijs formam orādi cum quattuor conditionibus:ſedete/



ſuſtinete/vigilate/⁊ orate.Et qꝛ accedens ad ſeruitutem dei debet animā ſuā preparare ad euadēdam tentationē:dixit eis:cauete ne intretis in tētationē Sathane : q̄ expetiuit vos vt cribraret ſicut triticū ⁊c̄ . ſed tūc tentatio a foris pulſabat/ nec eos intrabat. per moroſam vero cogitationē hominē intrat. ſed quādo homo cōſentit ei: tunc homo intrat in eam/⁊ tunc peccat.ideo orandus eſt deus:⁊ ne nos inducas in tentationem. Bonus prelatus recedit ab alijs .i. diſtat ab eis excellentia ſanctitatis:ſed orat iuxta eos vt doceat bonum modū orādi deuote. ſ.flexis duobus genibus:qꝛ hoc ꝓmeruit chriſtus vt ei omne genu flectatur.prelatis aūt eccleſie ⁊ dn̄is tēporalibus ſufficit ꝙ eius ſubditi flectant eis vnum genu. ſ. dextrū prelatis ⁊ ſiniſtrum alijs dn̄is laicis : deo autē vtrūq̄ genu eſt flectēdum tam a prelatis et dn̄is q̄ a ſubditis. imo coram deo totum corpus eſt ꝓſternēdum quouſq̄ facies attingat terram: ſeruata tamen qualitate loci ⁊ tēporis/ac ꝑſonarum. Surgit tamē bonus prelatus ab oratione et quiete contēplationis ſue ſepius/⁊ venit ad diſcipulos:⁊ excitat atq̄ arguit dormiētes in peccatis.In oratione aūt ſua tam pro ſe q̄ pro ſuis facta non petit niſi iuſta ⁊ honeſta que deum dare deceat:⁊ ſi petat bona indifferētia addit cōditionē:ſi poſſibile eſt/ſi expedit/ſi non nocet/ vel fiat volūtas tua non mea ſenſualis.debet aūt maxime orare in tēpore tribulationis/aut neceſſitatis ſiue ſue perſone ſiue ſuorum ſubditoꝝ:docēs eos in talibus caſibus eſſe recurrēdum ad deum nō ad ſupſtitioſos/ac diuinos ⁊c̄.⁊ tunc angelus de celo mittit̄ ad conſolandū ⁊ confortadum tribulatos: ⁊ ad impetrādū dei gratiā ⁊ miſericordiā:⁊ tūc totū ſue eccl'ie corp9 debet ſanguineo ſudore repleri ꝑ diſciplinas penitētium.Poſt contēplationem vero ⁊ actionē/ſeu regimen ſubditoꝝ debet bonus prelatus ſe exponere ad reſiſtendum violētijs tyrannorum:⁊ ſi expedit ponere animā ſuam pro ouibus ſuis.Debet inſuꝑ iudices ſuos monere ⁊ corrigere ne euaginēt gladiū excōmunicatiōis leuiter ⁊ ſine magna cauſa ⁊c̄.

Scđa ps euāgelij.

¶Antichriſti ꝑſecutio cōtra eccleſiā dei omnium aliarū maxima ⁊ periculoſiſſima quadruplex deſcribit̄ a ſanctis:ſcꝫ ꝓpter quattuor genera peccatorum que iam preualēt in chriſtianitate. Primū eſt curioſitas theologorum:qui dimiſſa ſoliditate ſacre ſcripture auidius ſequuntur poetas/ſophiſtas/⁊ alias huiuſmodi vanitates argumentoꝝ ⁊ queſtionū. ⁊ cōtra hoc peccatū veniet antichriſtus in multitudine diſputationis ſophiſtice/ ac rethorice contra fidē ⁊ totam noſtrā theologiā : adeo vt vincat oēs theologos quātūcunq̄ doctos ⁊ magnos ſapiētes Daniel.7. eleuabit̄ ⁊ magnificabitur cōtra omnē deum:⁊ aduerſus deū deorū.ſ. chriſtū/loquet̄ magnifica.ſ.argumēta ⁊ vix ſolubilia theologis. Scđm genus peccati eſt ſupſtitio religioſorū:quia non ſolū laici ⁊ ſeculares recurrunt in rebus ſuis ad diuinos ⁊ necromātes dimiſſa doctrina fidei ⁊ ſciētie naturalis / ac moralis:ſed etiam multi religioſi inuenerunt quaſdam vanas cerimonias orationum ⁊ deuotionum:per quas promittūt multa bona prouētura ſuis ſectatorib9: et cōtra hoc peccatū veniet antichriſtus in multitudine ſuperſticionis ac falſorū miraculorū per necromantiā ⁊ oēs artes vanas. Matthei.24. ſurgēt pſeudochriſti ⁊ dabūt ſigna ⁊ mirabilia ac prodigia magna:ita vt in errorem inducātur etiam electi.i.ſancti ⁊ religioſi. Apoc̄. 13. ſeduxit habitātes in terra propter ſigna magna que data ſunt illi facere.Tertiū gen9 peccati eſt auaritia ciuiū negociatorū: ex qua iam publice exercēt multas vſuras ⁊ fraudes cōtra proximos:quos etiā imitātur eccleſiaſtici ꝑ ſimonias/ iudices/aduocati/⁊ procuratores ꝑ cauſas falſas ⁊c̄.⁊ cōtra hoc peccatū veniet antichriſt9 in multitudine donorū ⁊ largitionū bonorū temporaliū: quibus cōuertat hoīes ad ſe/ ⁊ auertat a chriſto. Danielis.11.dn̄abitur theſaurorū auri ⁊ argēti ⁊ in oīb9 precioſis egypti ⁊c̄.multiplicabit gloriā ⁊ honorē :⁊ dabit eis poteſtatē in multis ⁊ terrā diuidet gratuito.i.ꝓlibito. Quartū gen9 peccati eſt diſcordia ſeu concertatio militū ⁊ dn̄orum tēporaliū : qui mutuis bellis ac diſſenſionib9 ſeſe lacerant ⁊ deſtruūt in magnam reip. perniciem et populorū grauamē.et cōtra hoc peccatum veniet antichriſtus in multitudine exercit9 et vario genere tormētoꝝ:contra eos qui noluerint negare chriſtū nec adherere ei per ſua munera: Matthei.24. erit tunc tanta tribulatio qualis nunq̄ fuit ab initio mūdi nec poſtea fiet:et niſi breuiati fuiſſent dies illi nō fuiſſet ſalua oīs caro:Apo.13. datū eſt illi bellū facere cū ſanctis et vincere illos:dataq̄ eſt ei poteſtas in terra ꝑ mēſes quadraginta duos ⁊c̄.Has q̄tuor antichriſti perſecutiones ꝑmittet imo ⁊ immittet de9 cōtra chriſtianos propter dicta peccata:ut per que peccāt per eadē torqueantur Sapi.11.et.2.Theſſa.2.qꝛ charitatē veritatis non receperūt vt ſalui fierēt:ideo mittet illis de9 operationē erroris:vt credāt mēdacio:et ſic iudicentur qui nō crediderūt veritati ſed cōſenſerūt iniquitati. Ergo quattuor partes hui9 euangelij ſequētes adaptabūtur per ordinem his quattuor dictis perſecutionib9 antichriſti.quarum prima incipit ibi:tunc acceſſerunt ⁊c̄. ita tn̄ ꝙ verba de preterito abſoluātur a tēpore et ſtent indifferenter pro preſenti preterito et futuro ſicut ſepius in Eſaia et alijs partibus ſacre ſcripture.Tūc ergo.i.poſtq̄ popul9 fidelium miſerat gladium ſuū in vaginā per tempus pacis eccleſie cōceſſum:et poſtq̄ eis chriſt9 dixerat dormite iam et requieſcite ꝑ ociū contemplationis/ et pacifice gubernationis fidelium: tandem finito ſomno ait eis : ſurgite ad bellū qꝛ appropinquat hora:vt filius hominis populus chriſtian9 tradatur in manus peccatorum multipliciter affligendus/ cruciandus/ac deridendus.et tunc.i. veniente tempore illius calamitatis acceſſerunt hoſtes ⁊ manus iniecerunt in eum. nam cohors antichriſti/⁊ tribunus.i.princeps militie ei9:⁊ alij cū eis miniſtri iudeorū:qui odio ꝑſequūtur chriſtianos:cōprehēderunt Jeſum myſticū/⁊ tenētes

in carcere ligauerũt eum ad tormēta. Quo viſo
Roma.pon.dixit ad eos: tanq̄ ad latronē.i.ma-
leficum/ꝛ ſeductorē populũ:cum re vera ſit gens
ſancta/populus dei ſanctus acquiſitionis aiaꝝ:
exiſtis cũ gladijs ꝛ fuſtibus.i. cũ magna violētia
et tyrānide:cum nullũ ius habeatis ad regnum
chriſtianoꝝ cōprehendendum.Quid eñ eſt ꝙ in
tēporibus precedētibus:cũ quotidie eſſem apud
vos.i.ꝓpe terras infideliũ potentiſſimoꝝ:ꝛ ſede-
bam in tēplo dei quietus:docēs fideles doctrinā
chriſti: ꝛ non me tenuiſtis.i.nō mouiſtis bellum
cōtra me:nec preualere potuiſtis ad me cōprehē-
dendũ ſicut modo: q.d. hoc ideo fuit q: deus nō
permiſit qui me ꝓtegebat. ſed modo hec eſt ho-
ra veſtra.i.tēpus vobis cōceſſum a deo ad vexan-
dum fideles ꝓpter ſua peccata:et venit iam ſup
terrā poteſtas.i.regnũ tenebrarũ.i.demonũ ꝛ ma
lorum hominũ ſuoꝝ miniſtroꝝ.hoc eñ totũ factũ
eſt ex diuina ꝓuidentia:vt adimplerent̄ ſcriptu-
re ꝓphetarũ maxime Danielis/Chriſti/ et Ioā-
nis apoſtoli in Apocalipſi loquētium de hoc no
uiſſimo maledictionis tēpore. Tunc etiā inſtante
illa ꝑſecutione antichriſti oēs fere diſcipuli Ro.
pon.qui ſunt latini chriſtiani:relicto eo fugerunt
ad antichriſtũ dantes ei obedientiā/et negantes
chriſtũ.ſolum autē ſequebat̄ eum Simon.i.obe-
diēs/ſeu humilis: Petrus.i.firmus in fide:ꝛ qui-
dam alius diſcipulus quē diligebat Ieſus.i. ha-
bens charitatē dei.quia ſola iſta tria genera chri-
ſtianorũ manebunt in fide chriſti.ſ.humiles ple-
bei/ſimplices religioſi/et deuoti ſacerdotes.imo
ex his multi poſiti in preſſura tormentorũ nega-
bunt fidē chriſti:de quibus dicit̄:adoleſcens aũt
quidā.i.ꝓficiens in fide ſequebat̄ eum .i. chriſtũ
amictus ſindone.i.veſte innocentie exterioris:q:
videbat̄ ſanctus ꝛ religioſus in oculis hoim.ſed
q: erat amictus tali veſte ſup nudo aio a virtutũ
habitibꝰ: qñ ꝑſecutores chriſtianoꝝ tenuerũt eũ:
ipſe relicta ſindone ꝑdicta .i. bona cōuerſatione:
oino nudus.i.tā exteriꝰ q̄z interius ꝓfugit ab eis
torquētibus.i.ceſſit eis/ꝛ negauit fidem. Petrus
etiam predictus.i.religioſus/vel ſacerdos ꝛ ſi ſe-
quebat̄ chriſtũ in tēpore illo:non tñ audebat ap-
propinquare ad hoſtes timēs negare fidem: ſed
ſequebat̄ chriſtũ alonge .i. occulte donec videret
finem ꝑſecutionis. Hoſtes itaq̄z cōprehenderunt
Ieſum myſticũ inter anguſtias: et adduxerũt eũ
ad Anam primũ: qui interpretat̄ reſpondēs/vel
humilians/ſeu affligēs: ꝛ ſignificat doctorē falſe
doctrine antichriſti: ad quem prima ꝑſecutio ec-
cleſiā ducet:vt ipſe primũ reſpōdeat ad rationes
et autoritates : in quibꝰ fundat̄ fides noſtra hu-
miliando eas.i.oſtēdendo eas nihil valere.quod
erit affligere chriſtianos ꝑ irriſionē:dicendo eos
eſſe fatuos ꝛ vanos: qui conuincant̄ illis ratio-
nibus ad credendum articulos tam difficiles.et
hic Anas erat ſocer Cayphe : qui dicit̄ inueſti-
gator vel ſagax/aut vomēs ore:q: ex cauta reſpō
ſione qua humiliat̄ alicuius doctrine fundamen
tum: ꝓcedit̄ ſagaciter ad inueſtigandũ rationes
quibus ore ꝓlatis illa totaliter deſtruit̄:ſicut ex
ſocero gener ꝓcedit accepta eius filia in coniu-
gem.vnde ꝛ de Caypha ſubdit̄ ꝙ dederat conſi-
lium ꝑſecutoribus eccl'ie:q: expedit vnũ hominē
chriſtũ mori quātum ad famā/ ꝛ nomen pro po-
pulo chriſtianoꝝ liberādo ab erroribus ſuis. hic
conſiliarius antichriſti erit cetus ſuoꝝ doctoꝝ:de
quo dicit̄ ꝙ erat pontifex anni illius.i.temporis
vltime ꝑſecutionis eccl'ie: quod duodenum feci-
mus:non aũt pōtifex ꝑpetuus/imo ſnec diu per-
manſurus. Apud Anā vero predictũ cōuenerũt
in vnũ oēs ſacerdotes antichriſti / ſcribe.i.docto-
res eius/phariſei.i.religioſi ſui/ et ſeniores regni
ſui ad diſputādum cōtra chriſtianos/ꝛ fidem ca-
tholicam. Pontifex ergo predictus interrogauit
Ieſum.i. Roma.pon.de diſcipulis eius chriſtia-
nis / ꝛ de doctrina eccl'ie que ꝛ qualis eſſet:vt eā
impugnaret ſi poſſet ex cōceſſis ab eo. Sed ipſe
reſpōdit valde prudēter dicens: ego palā loquu-
tus ſum toti mũdo:ideo mea doctrina eſt mani-
feſtiſſima : de qua apoſtolus ad Ro.i. fides vr̄a
annunciat̄ in toto mũdo:quare non eſt dubium
qualis ipſa fuerit/ꝛ quales profeſſores habuerit
in oibus gētibus ꝛ populis terre . ego etiā ſem-
per docui eā in ſinagoga.i.cōgregatione multo-
rum/ꝛ in tēplo cōmuni quo oēs cōueniunt: et in
occulto loquutus ſum nihil more hereticoꝝ:qui
occulte zizania et falſas doctrinas ſupſeminant.
q̄d ergo me interrogas in re tā notoria:interroga
eos qui audierũt que loquutus ſum eis: ecce hi
ſciũt quid dixerim:nam inuenies multitudinem
teſtium approbantiũ doctrinam meā. Verũ hac
reſpōſione cōcluſus aduerſarius eccl'ie: diſputa-
tionem cōuertit in iniuriā maledicēs chriſto pa-
pe ꝛ toti populo chriſtiano. vnde in primis dedit
alapā Ieſu.i.blaſphemauit in chriſtũ negādo di-
uinitatē eius:que ꝑ faciem intelligit̄:ac de hone-
ſte iniuriādo eius humanitatē : quaſi fuerit ma-
lus/ꝛ falſus ꝓpheta:predicator erroris/et ꝑuerſe
doctrine/ꝙ fuerit necromāticus/ꝛ deceptor ꝑ fal-
ſa miracula. Vel hec iniuria erit in ꝑſonam Ro
mani pōtificis vocādo eũ deceptorē hoim ꝓpter
ſuam phantaſiā:qua vult nimis honorari a chri-
ſtianis: cum alioqui ipſe ſit homo vitioſus / ꝛ vi-
liſſimꝰ/ac nullo honore dignus:vel etiā corpora-
liter eum percutiēdo / aut ſeruilibus miniſterijs
ipſum humiliādo: ꝛ dicēdo ei: ſic reſpōdes pon-
tifici nr̄o cũ tanta grauitate ꝛ audacia/ac ſi eſſes
aliquid: Vel dedit alapā Ieſu.i.toti eccl'ie dicen-
do ꝙ populus chriſtianorũ eſt male morigera-
tus/vitioſus/infidelis alijs hoibus: et non bene
inſtitutus in ſuis legibꝰ : ꝓpterea nō eſt dignus
dominari ſed ſeruire alijs populis:ac ꝓinde tra-
ctādus eſt more ſeruoꝝ duris flagellis ꝛ ꝑcuſſio-
nibꝰ. Hac iniuria ſuſcepta reſpōdit Ro.pō. leniē
do iram aduerſarij ꝑ mollia verba dicēs:ſi male
loquutꝰ ſum allegādo oēs gētes in teſtes mee do
ctrine:teſtimoniũ ꝑhibe de me q̄ſi de hoie malo.i.
tracta me male i teſtimoniũ mee male reſpōſio-
nis:ſi aũt bene loquutus ſum:quid me cedis in-
iurijs:q.d. ex quo mea reſponſio fuit honeſta/et
rōnabilis:nō bene agis tu iniuriando me ꝓpter



illam. Tyrānus vero nō curās de illa reſpōſione
miſit eum ligatũ rōnibꝰ inſolubilibꝰ ad Cayphā
pōtificem.i.inueſtigatorē ſagacem: ꝛ tũc violētia
diſputationis ceciderũt multi chriſtiani a fide:li-
cet prius viderent̄ firmi in ea ſicut petra. de qui-
bus ſubdit̄: Sequebat̄ aũt Ieſum Simon Pe-
trus ꝛ alius diſcipulus: de quibꝰ prius diximus
ꝙ ſignificāt tria genera chriſtianoꝝ.nam diſcipu
lus.i.chriſtianꝰ ille quē diligebat Ieſus.i.cui deꝰ
dedit gratiā ſuam: erat notus pōtifici.i.captabat
beniuolētiam eius/ꝛ inuenit gratiā apud eum:ꝛ
introiuit in atriũ pontificis mali ſine periculo:cũ
Ieſu.i. Romano pōtifice affligendo. Petrus au-
tē.i.ille qui firmiter diſpoſuerat ſtare in fide:non
audebat appropiare ad tyrannũ/nec introiuit in
atriũ pōtificis:ſed ſtabat ad hoſtium foris.exiuit
ergo ille diſcipulus qui erat notus pontifici : et
rogauit vt introduceret̄ Petrus pacifice ꝛ dixit
oſtiarie.i.ſynagoge iudeorum ancille :que ſeruit
cum filijs ſuis:vt dicitur Gal'.4.ꝛ vocat̄ oſtiaria:
q: ab ea incipiet illa ꝑſecutio chriſtianoꝝ ꝑ aſtu-
tam diſputationē:nam ipſi alios gentiles incita
bunt ad malũ contra chriſtianos ſicut fecerũt in
tēpore apoſtoloꝝ vt dicit̄ in actibus eorum. Illa
ergo que olim fuerat ancilla ſummi ſacerdotis.i.
pape:nũc vero pōtificis maligni antichriſti:cum
vidiſſet predictũ Petrũ introductum ſedētem ſe-
cure inter aduerſarios eccl'ie ad lumē fidei ſue/ꝛ
calefaciētem ſe igne diuini amoris: illa infidelis
promiſſioni facte de ſecure introducendo Petro:
cepit eum accuſare.dicens ei. ꝛ tu cum Ieſu na-
zareno galileo eras/ſeruans fidē eius/ et adorās
eum/ac fauēs ei cōtra antichriſtum. nũquid ꝛ tu
ex diſcipulis es hoīs iſtius qui tradit̄ affligēdus
ſcʒ Romani pōtificis: deinde ꝑſecutoribus ait:ꝛ
hic cũ illo erat.quare ſimiliter venit affligendus
cũ eo. At ille nimio timore ꝑcuſſus negauit chri-
ſtum coram oibus perſecutoribus dicēs ancille
predicte:que accuſabat eũ.o mulier non noui il-
lum.i.nunq̄z ſeruaui legē eius/neq̄z noui eam.et
non ſum diſcipulus Ro.pon. neq̄z ſcio/neq̄z no-
ui/quid dicas. Stabāt aũt ſerui ꝛ miniſtri mali-
gni pōtificis ad prunas bonoꝝ tēporalium ꝛ ca-
lefacibāt ſe muneribus antichriſti.i.delectationi-
bus ſeculi Prouerb. 25. et Oſee.7. qñ miniſtri
chriſti bonis ſuis ſpoliati laborabāt preſſi angu-
ſtijs. Ratio aũt q̄re mali hoies tunc ſic ſe calefa-
ciebāt exterius in corpore ſubdit̄:q: frigus chari-
tatis.i.carētia eiꝰ erat interiꝰ in mēte.q: vbi defi-
cit amor dei creſcit cupiditas mũdi. Petrus etiā
negata fide chriſti erat cũ eis calefaciēs ſe. et exi-
uit foras a cōgregatione fideliũ ſtans ante atriũ
eccleſie.i.in preſentia chriſtianoꝝ. ꝛ licet gallus.i.
predicator eccl'ie tũc cantauerit.i.alta voce predi-
cauerit fidē chriſti coram infidelibus:tñ Petrus
nō fuit inde perſuaſus:ſed māſit ad tēpus in ſuo
errore. Hactenus de prima ꝑſecutione antichri-
ſti per diſputationē ſagaciſſimā/ꝛ argumēta ma-
gnifica cōtra fidem : que in textu non explicātur
Moralitas. ſed ſubintelligunt̄. ¶ Moraliter vero in quadra
geſima hoſtes anime:qui ſunt demones compre
hendũt fidelē qui nitit̄ ſaluare animā ſuā:ꝛ ideo
dicit̄ Ieſus. ꝛ inducũt ei graues tētatiōes. quare
prelatꝰ monet eos fugere a ſomno negligētie:q:
appropinquat hore tribulatiōis:in qua filiꝰ hois
chriſtianꝰ tradetur ex permiſſione diuina affligē
dus in manꝰ peccoꝝ.i.demonũ ꝛ hoim munda-
norum per tentationes ꝛ irriſiones.adducitur ad
Anā et Cayphā.i.ad iudices accuſandꝰ de crimi
nibꝰ falſo ſibi impoſitis:laceſſitur iniurijs etiam
extra iudicium.et nudatur interdũ veſte bone fa
me/alapizatur iniurioſis verbis vel perſecutiōi-
bus iniquis. Interim vero ꝑlatus repbēdit mũ-
danos in ſuis ſermonibꝰ:ꝙ perſequũtur penitē-
tes tanq̄z ſi eſſent latrones ꝛ malefactores: cum
tamē ſequātur in hoc ſanctos patres antiquos
licet a lōge:q: non adequant virtutes eoꝝ.debet
etiam qui vult ſequi chriſtum in penitētia dimit
tere mundanā veſtē ꝛ maculatā tunicam carna-
lis concupiſcētie.nam qui ſe eis intromittit ſepiꝰ
ſpoliat̄ veſte gr̄e. Qd vero bonꝰ chriſti diſciplus
erat notꝰ pontifici malo : ſignificat ꝙ mali ꝑlati
ſepius ad fauorē ſuũ volunt habere familiarita-
tem cum ſctis ꝛ religioſis viris:vt ipſi videantur
boni.huius exēplum habetur.i. Reg.15. Ancilla
oſtiaria que tentat hoiem ad peccatũ:eſt ſenſua-
litas ſerua rationis.vel eſt mors q̄ habet oſtium
alterius vite / et terret hominem . ꝙ vero ad in-
troitum domꝰ pontificis Petrus negauit chriſtũ:
denotat ꝙ primum malum qđ hoies adiſcunt in
palacijs dñoꝝ eſt mētiri/ blaſphemare/ iurare/
et renegare deũ ac ſanctos.in palacijs etiā dño-
rũ pauci boni morantur:et illi vel cito peruertũ-
tur vt Petrꝰ:vel percutiũtur vt chriſtus.ibi etiā
adulatio ꝑcutit ꝛ ꝑſequit̄ veritatē ſicut miniſter
chriſtum. qui reſpōdens pontifici interroga eos
qui me audierunt ꝛc.denotauit q̄z ille pōtifex nō
multũ curabat de ſermonibꝰ: quales multi ſunt
modo in eccl'ia dei : vnde nimirũ ꝙ ſint mali chri
ſtiani quia fides ex auditu eſt. Ro.10.vnde etiā
elicitur ꝙ quattuor ſunt genera hoim qui vix ſe-
quunt̄ chriſtum.ſ.ꝑlati et eoꝝ comites ꝓpter de-
fectũ ſciētie ꝛ ꝑdicatiōis:patet de Ana ꝛ Caypha
Reges ꝛ pricipes ꝓpter defectũ hũilitatis: pʒ de
Herode ꝛ Pilato. literati et doctores ꝓpter de-
fectũ charitatis : pʒ de ſcribis.deniq̄z diſcoli reli-
gioſi ꝓpter defectũ honeſtatis : pʒ de Phariſeis
ꝛc. ¶ Scđa ꝑſecutio antichriſti cōtra eccl'iā dei Tertia ps euāgelij.
vt diximꝰ:erit ꝑ falſa miracula:de qua in hac ter
tia huiꝰ capituli parte que incipit̄ ibi:et miſit eũ
Anas ligatũ ad Cayphā pontificē.nam poſt di-
ſputationē verboꝝ in practicis ſequitur experiē
tia operũ ad cōfirmandā ſententiā.vnde ſicut in
primitiua eccleſia apoſtoli chriſti veritates fidei
noſtre ab eis predicatas veris miraculis confir-
mabant:ꝛ ſic infideles cōuertebāt ab erroribꝰ ad
veritatē: ita vice verſa circa finem mũdi pſeudo-
apoſtoli antichriſti falſitates ſecte ſue ab eis pre
dicatas falſis miraculis cōfirmabũt:ꝛ ſic fideles
ꝑuertēt a veritate ad errores multos. Et ita mali
miniſtri maloꝝ pontificũ tenētes Ieſum.i.popu
lum chriſtianũ ligatũ multis argumentis duxe-

rūt eū ad Caypha.i.ad inueſtigatorē ſagacē mul
torum modorum ad decipiendū fideles: princi-
pem ſacerdotū antichriſti:vbi.i.in quo nomine ⁊
opere cōuenerant ſcribe.i.ſapiētes eius/ſeniores
.i.iudices/et Phariſei.i.religioſi ſui vt ex oīm il-
lorum cōſilijs ⁊ aſtucijs poſſet ingeniari efficax
modꝰ ad decipiendū. ideo ſubdit princeps autē
ſacerdotū.i.antichriſtꝰ ipſe et oē cōſilium eiꝰ que
rebāt falſum teſtimoniū.i. falſum miraculū in te
ſtimoniū probatiuū ſui erroris.cōtra ieſum chri-
ſtum redemptorē noſtrū.hoc eſt quo probaretur
ipſum non fuiſſe verū deum/ſed purum hoīem:
nō verum ſed falſum prophetā: nō chriſtum ſed
antichriſtum.vt ex tali ꝓbatione eū morti.i.obli-
uioni traderēt inter hoīes.et nō inueniebant mi-
raculum cōuincens chriſtianos: licet multi falſi
teſtes.i.necromātici acceſſiſſent faciētes falſa mi-
racula:⁊ cōueniētia teſtimonia nō erāt ad cōuin-
cēdum fideles:qui ſciūt illa oīa fieri poſſe ex cau-
ſis naturalibus miniſterio demonū. Nouiſſime
vero venerūt duo falſi teſtes aſtutiſſimi ad con-
uincēdum ꝑ ſufficiētem ꝓbationē:⁊ falſum teſti-
moniū.i. argumētum ferebāt contra Jeſum na-
zarenū dicētes. quoniā nos audiuimus eum di-
centē in lege ſua Matthei.24.cū loqueret̃ de fi-
ne ſue eccľie:ego inquit diſſoluā tēplum hoc ma
nufactū.i.hanc eccleſiā humana ordinatione cō-
geſtam:et poſt triduū.i.tres eius ſtatus.vꝫ cōiu-
gatos/clericos/⁊ religioſos:hoc eſt poſtq̄ʒ iſti ſta-
tus regnauerint per vices ſuas: aliud tēplū me-
lius non manufactū.i.alium populū fideliū ma-
gis ſpiritualem/⁊ diuinitus inſtitutum/non hu-
mana inuētione edificabo. hic etiā dixit in Apo-
calipſi loquēs ad ſuū diſcipulū:poſſum deſtrue-
re tēplum dei.ſ.ex hoībus factum hoc eſt tēplum
qui ſunt hoīes a me inſtituti:⁊ poſt triduū reedi-
ficare illud ex melioribus. q.d. ex dictis eius in
duobus locis ſupradictis elicitur hec ſentētia: ꝙ
circa finē mundi ſua eccľia chriſtianoꝝ (que ſolū
humana traditione fuerat ab eo inſtituta) debe-
bat ex diuina prouidentia diſſolui ⁊ deſtrui quia
imperfecta:⁊ iterū inſtitui alia melior eccľia alio-
rum fideliū magis ſpiritualiū/⁊ ꝑfectorum viro-
rū:cū ergo iam preceſſerint/et regnauerint in di-
uerſis tēporibus iſti tres ſtatus:⁊ deſtruatur mo
do ꝓpter peccata chriſtianoꝝ iſta eccľia eorū:cō-
ſequēs eſt vt noſtri ṗncipis eccľia que iam inſti-
tuitur:ſit melior veſtra:vtpote quia diuinitus in-
ſpirata nō humana volūtate ſicut veſtra.ac ꝑin-
de noſtra miracula vera ſunt / non a demonijs
ſed ex virtute dei operata:non ex cauſis natura-
libus/ſed ſupceleſtibus.⁊ econtra veſtri Jeſu na
zareni miracula/⁊ ſuoꝝ apľorum humana erant
et a cauſis naturalibꝰ. Sed hoc argumētum eo-
rum non erat conueniēs teſtimoniū:qꝛ non con-
uincebat doctores chriſtianoꝝ:qui ſciunt eccleſiā
ſuam fuiſſe diuinitus inſtitutam/⁊ ſpiritu ſancto
gubernatā:cuius ſignum certiſſimū eſt:quia hec
potuit idolatriā deſtruere: que per totū mūdum
erat a multis annis diſperſa/⁊ radicata.hoc fieri
non poterat niſi diuina virtute. quare verum eſt
ꝙ chriſtus de ſe ipſe dixit:in hoc apparuit filius
hoīs vt deſtruātur opera diaboli.⁊ de ſuis apľis
ait:cum venerit ſpūſſanctus in vos arguet mun
dum de peccato/de iudicio/⁊ de iuſticia ⁊c̃. Viſo
ergo ꝙ predicta ratio non cōuincebat: eo ꝙ ille
autoritates non dicte erāt ad illū ſenſum: exur-
gēs ille malignus ſummꝰ ſacerdos in medium
cōſilij ſui:excogitauit aliū modū cōuincēdi: et in-
terrogauit Jeſum myſticū vt reſpōderet pro ve-
ro chriſto ſuo dicēs.non reſpōdes quicq̄ʒ ad ea q̃
tibi obijciunt̃ ab his: hoc interrogabat vt ex re-
ſponſione chriſtianoꝝ poſſet aliquid colligere cō
tra eos:quo poſſent cōuinci ſaltem ad hominē/⁊
ſi non ſimpliciter. Ille aūt.i.populus chriſtianus
tacebat/⁊ nihil reſpōdit:tum vt non caperetur in
ſermone: tum quia ſciebat ſe nō poſſe preualere
tūc apud ꝑuerſos ⁊ deprauatos hoīes. Sed rur-
ſus ille malignus pōtifex interrogauit eū ⁊ dixit.
adiuro te ꝑ deum viuū vt dicas nobis aſſertiue:
ſi tu es chriſtus.i.populus cōſecratus ⁊ ſanctus:
filius dei benedicti ꝑ ſpecialem gratiā adoptio-
nis pre omnibus alijs populis terre: Reſpon-
dens fidelis populus dixit ei. tu dixiſti.ſ.verum.
nam reuera ego ſum talis populus qualē tu di-
xiſti. verūtamen licet nūc ego ſim ita humilis/et
deiectus corā vobis:dico.i.affirmo vobis:ꝙ amo-
do videbitis in alio tēpore poſt hanc tribulatio-
nem: filium hūc hoīs chriſti populū vꝫ chriſtia-
nū ſedētē pacifice in regno ſuo a dextris.i. in po
tioribus bonis virtutis dei.i.potentie et honoris
diuinitus cōceſſi: et veniētem ex magna tribula-
tione in nubibus celi.i.altitudine dignitatis ſup
omnes alios populos:vt eos ſubiectos habeat ⁊
iudicet eos ⁊c̃. Tunc ergo princeps ſacerdotū an-
tichriſtus furore repletus cōtra chriſtianos:ſcidit
veſtimēta ſua.i.modeſtiā exteriorē qua ſe coope-
riebat quaſi ſanctus:dimiſit/⁊ in verba iniurioſa
prorupit dicēs:blaſphemauit iſte populus cōtra
deum:qꝛ ſe adequat ei in ſeſſione/ honore/ac di-
gnitate. vel blaſphemauit cōtra me/⁊ ſectatores
meos honoratiſſimos: quibꝰ ſe prefert iſte ppľs
viliſſimus et abiectiſſimus.quid adhuc egemus
teſtibus miraculorum ad conuincendū eos:ecce
nūc audiſtis blaſphemiā que manifeſte oſtendit
chriſtianos eſſe peſſimos hoīes deo / ac hoībus
odioſos.quid ergo vobis videt̃ faciēdum de iſto
ppľo:ex quo habemus eū nūc ſub nr̃a poteſtate:
Et oēs cōſiliatores eius volentes ei placere cō-
dēnauerunt eum dicētes reum eſſe mortis:itaq̄ꝫ
trucidarent̃ oēs chriſtiani/ ⁊ delerētur de terra:vt
non maneret amplius memoria eoꝝ. Tunc ergo
vt verba factis cōprobarent: viri.i.miniſtri anti-
chriſti: qui tenebant populū chriſtianū ſubiectū:
illudebāt ei tāq̄ꝫ vili et abiecto/ atq̄ꝫ blaſphemo:
et expuerūt in faciem eius / cedentes eum cola-
phis/et alapis vel ad litterā:vel reprobantes ſa-
pientiā eiꝰ/q̃ ꝑ ſaliuā ſignificat̃/⁊ opprimētes eū
dura ſeruitute:que eſt iugū graue collo ſuppoſi-
tum:quod eſt colaphizare/atq̄ꝫ dehonorantes eū
verbis iniurioſis in faciē quod eſt alapis cede-
re/ ⁊ velauerūt faciem eiꝰ reputantes eū fatuū/et
inſenſatum:



inſenſatū:⁊ pro irriſione interrogabāt eum dicē-
tes:ex quo ꝓphetaſti de te ꝙ poſt hoc tēpus eris
ſublimatus vſq̄ꝫ ad nubes ⁊c̃. ꝓphetiza nūc quis
eſt iſte noſter princeps qui te percuſſit.i.quā opi-
nionē habes de eo/⁊ quid ſit futurū de eo/et ſuo
exercitu.hec ⁊ alia multa blaſphemātes.i.irridē-
tes/⁊ iniuriātes dicebāt cōtra eum. Quare in tali
perſecutione multi chriſtiani: tum decepti falſis
miraculis:tum ⁊ laceſſiti iniurijs negabāt fidē/⁊
chriſtū:de quibus ſubdit̃. Accēſo aūt igne mūda-
ne ꝓſperitatis in medio atrio .i. in medio eccľie
dei:et circūſedentibus infidelibus ad mēſam an-
tichriſti:erat etiā Petrus.i.chriſtianus qui ꝓmiſe
rat ſe firmiter ꝑmanſurū in fide chriſti: in medio
eoꝝ allectus bonis tēporalibus/ ⁊ territus ꝑſecu
tionibus: et calefaciebat ſe ad ignē.i.concupiſcē-
tiam bonoꝝ huius vite. exeūte ergo illo ianuam
eccľie catholice ad capiēda bona tēporalia:exeū-
te inquā ꝑ ianuam ſenſuū exteriorū: quibus in-
trat cōcupiſcētia in aīam:rurſus cum vidiſſet illū
alia ancilla.i.ſecta paganoꝝ Mahumetica:cepit
dicere circūſtantibus familiaribus antichriſti.qꝛ
hic homo ex illis chriſtianis eſt: et hic erat cum
Jeſu nazareno qꝛ ꝓfitebatur fidē eius: cōpellite
eum ad negādā fidē illam. et poſt puſillū tēpus
ab illa accuſatione ſarracenorū: alius gentilium
populus vidēs.i.cognoſcēs eum dixit ei accuſan
do:⁊ tu de illis es.quod ideo deus ꝑmiſit qꝛ erat
Petrus ſtās ocioſus in bono ope/⁊ calefaciēs ſe
cū mūdanis.i.cōcupiſcēs bona eoꝝ.dixerūt ergo
ei iſti duplices pagani.nūquid ⁊ tu ex diſcipulis
eius es:ſ. Jeſu nazareni.⁊ ipſe Petrus ꝑterritus
iterū negauit ſe eſſe chriſtianum cū iuramēto di-
cens:qꝛ non noui hoīem/ nec volo tenere fidem
eius. Et poſt puſillum tēpus.ſ.facto interuallo:
quaſi hore vnius.i. tertie ꝑſecutionis antichriſti:
quādo vētum eſt ad quartā grauiſſimoꝝ tormen
torum: rurſus multi negauerūt fidē chriſti. nam
ſerui antichriſti qui aſtabant: dicebant Petro.i.
chriſtiano volenti ſe occultare:vere tu ex illis es:
nam et galileꝰ.i.ſectator Jeſu galilei es tu:quod
patet ex loquella tua que manifeſtū te facit ma-
xime in repētinis periculis:qꝛ tunc cruce ſignas
te/⁊ Jeſum inuocas/ac Mariā matrem eius. di-
xit etiam vnus ordo maloꝝ hominum ex ſeruis
pontificis.i.antichriſti: cognatus.i. ꝓpinquus in
errore ei:cuius amputauerat Petrus auriculā.i.
rectā intelligētiam.hoc eſt aliqui peruerſi ex chri
ſtianis facti iam ſerui antichriſti accuſabūt alios
bonos chriſtianos:eo modo quo heretici/vel ſciſ-
matici.41.ge.(cōtra quos Simō comes pugna-
bat)ꝑſequebant̃ ſtatū clericoꝝ:de quibꝰ in prima
huiꝰ capľi ꝑte diximꝰ. ille inq̄ꝫ ſtatꝰ maloꝝ dixit
Petro accuſando eū: nōne ego te vidi ī horto de-
uote orōnis.i.ī eccľia cū illo tuo Jeſu:quē adora-
bas in ſpecie panis/ et vini in miſſa ſacerdotis:
Ille aūt timēs duci ad tormēta grauiſſima cepit
anathematizare ſe.i. maledicere ſibi: et deteſtari
chriſtū/⁊ ſanctos eius:⁊ iurare qꝛ neſcio hominē
iſtum .i. Jeſum nazarenū quē dicitis fuiſſe mihi
deum/et adorādum pro deo, atq̄ꝫ in hunc modū
niſi breuiaſſet dn̄s dies illos: oēs fere chriſtiani
fidem chriſti negaſſent pre timore tormētorum/⁊
mortis corporalis: ſed propter electos breuiabit
dn̄s illam quartā perſecutionem antichriſti per
mortem eius:vnde ſubditur et continuo.i.ſtatim
adhuc loquēte populo chriſtiano.i. anteq̄ꝫ nega-
tionem fidei perficeret:hoc eſt anteq̄ꝫ totaliter fi-
dem negaret:iterum gallus.i.predicator fidei ca-
tholice cantauit .i. publice predicauit fidem: da-
ta iterum libertate eccleſie. nam dominus Jeſus
deus chriſtianorum conuerſus ad eos per ſuam
miſericordiam: qui prius fuerat ab eis auerſus
per iuſticiam: reſpexit oculis miſericordie Pe-
trum.i.populum fideliū: qui diu orauerat in tri-
bulatione clamans: cōuerte domine faciem tuā
et ſalui erimus. et tunc recordatus eſt populus
dei verbi prophetici: quod dixerat ei Jeſus cum
in terris ageret adhuc mortalis Matthei. 24.
Marci.13. Luce. 21. de fine mundi loquens.vbi
inter alia dixit:videte ne quis vos ſeducat. mul-
ti eñ pſeudo chriſti venient/⁊ multos ſeducēt ⁊c̃.
et tunc ſcandalizabuntur multi / et inuicem tra-
dent ſe/et odio habebunt ⁊c̃. qđ ſub alijs verbis
eſt dicere.o popule meus licet videaris eſſe Pe-
trus.i. firmus in fide:tamen circa finem mundi:
priuſq̄ꝫ gallus predicationis cantet bis.i. ſecun-
da vice libertatis eccleſie vltime: ter me nega-
bis .i. in tribus magnis tentationibus antichri-
ſti:hoc eſt in prima/ſecunda/⁊ quarta. Unde ſic
excitatus/⁊ reuocatus fidelium populus a chri-
ſto: egredietur foras.i. a conuentu malorum/ac
perſecutorum: et flebit amare peccata preterita
que cōmiſerat apoſtatando a fide. Sed hec que
dicta ſunt de tertia Petri negatione per antici-
pationem poſuimus nōdum reſeratis alijs dua-
bus vltimis perſecutionibꝰ antichriſti: hoc tamē
fecimus occaſione ſecūde negationis: que ad ſe-
cundā perſecutionē pertinebat.vnde ꝓpter ſimi-
litudinem ſcđe ad tertiā lapſi ſumus in tertiam
negationē. Sed redeamus ad ſecundā eccľie tē-
tationē in domo Cayphe ſignificatā. de qua ſub-
ditur in textu.mane autē facto:vt factus eſt dies
mundanoꝝ/vel perſecutoꝝ eccľie:qui prius late-
bāt / nec cōparere audebāt quaſi in nocte poſiti.
nunc aūt magno fauore antichriſti eleuati:quaſi
luce meridiana illuſtrati:conſilium inierunt om-
nes principes.i.principales ſacerdotum antichri
ſti:et ſeniores idest maiores ſui populi aduerſus
Jeſum dei filium vnigenitum: vt eum morti ci-
uili traderent.i. vt delerent famam / et memo-
riam eius de terra: ⁊ ad hoc faciendum adduxe-
runt eum non in ſe:ſed in ſuis fidelibus. hoc eſt
adduxerum populum chriſtianum in conſilium
ſuum citatum ad reſpōdendum ſuper ſibi obie-
ctis in iudicio criminali:et interrogauerūt eū di-
cētes.ſi tu es chriſtus.i.populus ſanctus dic no-
bis aperte. Et ipſe ait illis.ſi vobis dixero verita-
tem: non credetis mihi: quia eſtis obſtinati in
malo/et non queritis veritatem/ſed occaſionem
perditionis mee:ſi autem vos interrogauero de
neceſſarijs ad ſalutem: non reſpondebitis mihi

ſecundum doctrinam veſtrã: que non curat ſalu-
te anime: ſed tantũ de bonis corporis: neq̃ cõui-
cti in hoc examine dimittetis me pacifice viuere
ſine pſecutione veſtra. ideo ſuperflua eſſet reſpõ-
ſio mea: ſi nulla ex ea ſequeretur vtilitas. verũta
men hoc dicam vobis non interrogatus: ꝙ poſt
hoc tẽpus regni et fauoris vr̃i veniet aliud meũ:
et tunc erit populus filius hoĩs chriſti ſedens a
dextris virtutis dei in magna gloria/⁊ fauore ⁊c̃.
Reſpõderunt oẽs illi pſecutores inferẽdo: tu er-
go es populus filius dei electus ꝑ ſpecialẽ ado-
ptionem ſuꝑ oẽs alios populos? qui ait eis: vos
dicitis verum: q᷑ ego ſum talis: qualem vos me
deſcribitis. ⁊ hoc oſtẽdã vobis quãdo fuero exal-
tatus/⁊ ſedẽs a dextris virtutis dei. Quod verbũ
ipſi reputãtes blaſphemiã vt prius dixerũt: quid
adhuc deſideramus teſtimoniũ ad eiꝰ condẽna-
tionem? ipſi eñ oculares teſtes audiuimꝰ ex ore
eius manifeſtã blaſphemiã qua efficit᷑ reus mor
tis: ita vt non ſit dignus iſte ppl̃s amplius no-
minari in terris: ex quo eſt tam ꝓteruus ꝙ nec
argumẽtis/nec miraculis cõuinci põt vt conſen-
tiat nobis. Hactenus de ſc̃da perſecutione anti-
chriſti ꝑ falſa miracula que tñ in textu nõ expri-
muntur. ¶ Moraliter in hac quadrageſima de-
mones/vel mali hoĩes querunt falſum teſtimo-
nium contra bonũ ꝑlatum/ aut humilẽ peniten-
tem imponẽtes ei falſa crimina/⁊ deridentes eũ
quaſi fatuũ: vt ſupra declaratũ eſt in dñica quin-
quageſime in moralitate euãgelij. Uel põt dici ꝙ
falſi penitẽtes/ſiue hypocrite ſunt falſi teſtes ꝯtra
Jeſum. iniq̃ iudices ſunt ſymoniaci: dãnãt chriſtũ
ad mortẽ auari qui occidũt pauperes. expuũt in
faciẽ chriſti guloſi/⁊ luxurioſi. velãt faciẽ eius in-
uidi/⁊ iracũdi. colaphis eum ꝑcutiunt ſuꝑbi. di-
cunt ei ꝓphetiza ſuperſtitioſi/⁊ qui deum tẽtant
deum negãt heretici. Si autem generaliter qui-
libet peccator deum negare dicat᷑: tres Petri ne-
gationes ſignificãt tres gradus peccati: qui ſunt
cogitatio de re illicita/cõſenſus/⁊ opus. vel ſunt
tria pc̃oꝝ genera. ſ. cogitatio/locutio/oꝑatio. Tẽ-
tatores Petri ſunt demõ/caro/mũdus. ⁊ in mũ-
do ſunt tria. ſ. concupiſcẽtia carnis/concupiſcẽtia
oculoꝝ/⁊ ſuꝑbia vite: que inclinãt hoĩem ad pec-
catũ. Et notãdũ ꝙ hõ paulatim venit ad peccatũ.
nam Petrus primo ſimpliciter negauit. ſecũdo
cũ iuramento. tertio anathematizauit. nã quanto
plus quis pſeuerat in pc̃o: tãto plus negat deũ
et recedit ab eo: ⁊ cũ in ꝓfundum maloꝝ venerit
cotẽnit. Sed ad cõuerſionẽ pc̃oris tria cõcurrũt.
primum eſt cantus predicatoris. ſc̃dm reſpectus
gratie preuenientis. tertium eſt recordatio benefi-
cioꝝ dei Eſa. 62. miſerationũ dñi recordabor ⁊c̃.
Uerũtamẽ duplex eſt galli cãtus: in quoꝝ ſc̃do
nõ in primo recordatus eſt Petrus: q᷑ quidam
ſunt ꝑdicatores mũdani querẽtes ſuã vtilitatem
nõ aĩarũ ſalutẽ: ad quoꝝ cantũ nõ excitat᷑ pc̃or a
ſomno pc̃ti. alij ſunt deuoti ⁊ ſpũales nõ q̃rẽtes q̃
ſua ſunt ſed q̃ Jeſu chriſti: qui ⁊ annũciant popu
lo dei ſcelera eoꝝ: ⁊ iſti ſuſcitãt pc̃ores: quoꝝ vir-
tutẽ admirãs Job ait. 38. quis dedit gallo intel-
ligentiã? Notandũ deniq̃ ꝙ in domibꝰ regũ ⁊ ꝑ-
latoꝝ alioꝝũq̃ dñorum ſeculariũ fere ſemꝑ eſt fri
gus. i. carẽtia dilectiõis dei ⁊ proximi: ideo ibi pe
trꝰ friguit ⁊ chriſtũ negauit. ibi etiã eſt riſus mun
danꝰ: ſed quãdo quis ab eis exit vel recedit eue-
nit ei ſalubris fletus ex memoria peccatorũ q̃ ibi
cõmiſerãt. ¶ Tertia antichriſti perſecutio. ſ. ꝑ lar-
gitiones ⁊ munera bonorũ temporaliũ que alli-
ciant chriſtianos: figurata fuit in domo Herodis
regis: ad quã texendã incipimꝰ ab eo loco vbi
textus ait. et ſurgens oĩs multitudo eorũ. ſ. q̃ per-
ſequebantur chriſtianos: ⁊ vincientes Jeſum. i. fi-
delem populũ ligaturis doloſe fraudis: duxerũt
illum ad Pilatũ: qui interpretatur cõſtrigens. i.
duxerũt illũ ad hoc vt cõſtringeretur alia via ne-
gare fidem chriſti. educẽtes eum a Caypha argu
mẽtatore ſagace in pretoriũ mũdane glorie. Erat
autẽ mane. i. lux et claritas mũdanorũ: licet eſſet
tũc obſcuritas ⁊ afflictio bonorũ: ſed ipſi boni fi-
deles noluerũt intrare in pretoriũ predictũ. i. no-
luerunt honores ⁊ diuicias mũdanorũ: vt non cõ
taminarent᷑ peccatis propter eas: ſed apti eſſent
manducare. i. celebrare deuote paſcha. i. tranſitũ
ad aliã vitam in qua eſt gl̃ia ſanctorũ. Exiuit er-
go ad eos Pilatus. i. conſtrictor antichriſtꝰ pro-
mittens multa bona ſequẽtibus ſe. Jeſus tamẽ
ſtetit firmꝰ in fide ante preſidẽ blandientẽ eos ꝑ
munera: et dixit preſes ad manifeſtos perſecuto
res chriſtianoꝝ iudeos quaſi indignatꝰ cõtra eos.
quã accuſationẽ affertis aduerſus hoĩem hũc chri
ſtianũ? q. d. vos iniq̃ agitis pſequẽdo eũ veſtris
accuſationibꝰ cum ipſe ſit bonꝰ ⁊ iuſtus: ſed hoc
ficte dicebat. Reſponderunt ipſi ⁊ dixerunt ei. ſi
nõ eſſet hic male factor: nõ tradidiſſemꝰ eũ accu-
ſandum ad mortem. ad quos preſes ait: ergo ac-
cipite eũ vos in recto iudicio: et ſc̃dm legem ve-
ſtram iudicate eũ/non ſc̃dm inuidiam perſequẽ-
tes. nam ſi remota omni praua affectione eũ vo-
lueritis recte iudicare: forte inuenietis eum inno
xium in vita ſua. ꝙ ſi culpabilis apparuerit: tũc
condẽnabitis eum. dixerunt iudei ad preſidem:
nobis nõ licet interficere. i. condẽnare ad mortẽ
quenq̃ hoĩem: q᷑ ſubiecti ſumꝰ ⁊ captiui nullam
habentes iuriſdictionem. Et hoc verbum ipſi di
xerũt non a ſe ſed moti a deo: vt impleret᷑ ſermo
ieſu ꝓpheticꝰ quẽ dixerat Matthei. 20. et. Luce.
18. Ecce aſcendimus hieroſolymã ⁊c̃. ſignificans
per illa verba: qua morte eſſet moriturꝰ populus
eius dictus filius hoĩs: q᷑ non erat occidendꝰ a
iudeis ſed ſolũ accuſandus: ⁊ tradendus gentili-
bus paganis ad occidendũ. Ceperũt ergo iudei
accuſare populum chriſtianum coram antichri-
ſto in multis criminibus dicentes: hunc popu-
lum inuenimus retroactis temporibus quando
pacifice regnabat in tota europa: ſubuertentem
gentem noſtram multis dolis et minis/vt con-
uerteret eũ ad legẽ ſuã. Jtẽ ſcimꝰ eũ in hoc tẽpore
regni tui ꝓhibẽre ſuos dare tributa. i. debita ſer
uicia tibi ceſari. i. imperatori maximo. Tertio au-
diuimꝰ eũ dicentẽ ſe chriſtũ. i. ſanctũ dei populũ
⁊ regem totius terre. Et quarto ſecũdum legem

Moralitas.

Quarta pars euangelij.



noſtrã debet mori: q᷑ blaſphemãdo/filiũ dei ſe fe
cit aſſerẽs ſe exaltãdũ in gloriã ſuꝑ oẽs alios po
pulos. Preſes ergo malignus audita hac qua-
dripartita accuſatione: ſolũ examinare voluit ter
tium mẽbrum qđ videbat᷑ tangere dignitatẽ ſuã:
et interrogauit eum dicẽs. nunquid tu es rex iu-
deoꝝ. i. dixiſti te habere dñium ſuper iudeos: qui
forte ideo te pſequunt᷑ odio/⁊ te accuſant? Reſpõ
dẽs fidelis ppl̃s ait: tu dixiſti verꝫ: q᷑ rex ſum ego.
Sed iudex fingẽs ſe beniuolũ chriſtianis: ⁊ pu-
tans ꝙ ppl̃s ille affectaret honores/et diuitias:
q᷑ ſe regẽ iactabat: decreuit ꝑ honores ⁊ mune-
ra illũ ad ſe trahere/et a ſua fide auertere. quare
ſpreta omnino accuſatione inuidorũ cõtra eum:
dixit ad principes ſuoꝝ ſacerdotum/⁊ ad turbas
ſeruorum ſuorũ. nihil inuenio cauſe in hoc hoĩe
propter qđ debeat male tractari. imo videt᷑ mihi
dignus honoribus/⁊ beneficijs. at iudei accuſa-
tores inualeſcebãt clamoribus cõtra chriſtianos
dicẽtes. cõmouit hec gens totũ populũ noſtrum
a fide ſua. docens primo ꝑ vniuerſam iudeã inci
piẽdo a Galilea: et ꝓcedendo ꝑ diuerſas mundi
partes: ⁊ cõtinuãdo predicationẽ ſuam ꝑ multas
generatiões ſue eccl̃ie: deuenit vſq̃ huc. i. ad no-
ſtra tẽpora ſemꝑ decipiẽdo iudeos/⁊ varios gen
tilium populos. Audiẽs vero iudex galileã que
ſonat rotam. i. mũdanam ꝓſperitatẽ volubilem:
interrogauit ſi ille populus eſſet galileus. i. dedi-
tus mundane ꝓſperitati. ⁊ vt cognouit hoc verũ
eſſe pro magna parte illiꝰ ppl̃i: miſit eũ ad He-
rodem: qui mõs glorie dicitur/ vel pellibus glo-
riãs. ⁊ ſignificat aliquẽ regẽ chriſtianũ iam ꝑuer-
ſum/⁊ factũ ꝓcuratorẽ/ aut theſaurariũ antichri-
ſti: qui ꝓpter altitudinem officij ſui mõs gl̃ie/vel
pellibꝰ. i. veſtibꝰ gloriãs interpretat᷑: qui ⁊ ipſe in
illis diebus erat ſimul cũ antichriſto Hieroſoly-
mis. i. in eccl̃ia latina/vel forte in ciuitate Roma-
na: q᷑ ergo cognouit illũ populũ pro magna par
te eſſe de poteſtate Herodis ꝑ cupiditatẽ ſuam:
miſit eũ ad Herodẽ predictũ vt ſatiaret eũ diui-
tijs/⁊ honoribus. Herodes ergo ille viſo Jeſu. i.
ppl̃o chriſtiano veniẽte ad ſe gauiſus eſt valde.
erat eñ ex multo tẽpore cupiens videre eum ex
parte ſua. eo ꝙ audierat multa preclara geſta de
illo que fecerat ad defenſionẽ legis ſue: ⁊ diffide-
bat ſe poſſe attrahere illum ad ſectã ſuam: imo
ſperabat ſe videre fieri aliquod magnũ ſignũ. i.
miraculum ab eo ad conuertẽdum ſequaces an-
tichriſti ad fidem chriſti. interrogabat ergo illum
populum Herodes multis ſermonibus: vt ſi ve-
ra eſſet lex chriſti aliquo miraculo oſtẽderet co-
ram eo. at ipſe nihil ei reſpondebat: quia in tem-
pore illius perſecutionis non ꝑmittet deus chri-
ſtianis facere miracula: cum ſit poteſtas tenebra-
rum: de qua in pſal. 103. poſuiſti tenebras/et fa-
cta eſt nox: in ipſa ꝑtranſibunt oẽs beſtie ſylue. i.
oẽs mali hoĩes: ⁊ catuli leonum. i. tyrannorum vt
rapiant ⁊c̃. quouſq̃ ortus ſit ſol. i. claritas diuini
fauoris ſuper fideles: et tunc leones congregati
ſunt/ et pro. i. in cubilibus ſuis collocabuntur. i.
abſcondentur: et exhibit homo fidelis libere ad
opus ſuũ cultus diuini vſq̃ ad veſperã. i. finem
mũdi. Sed in tẽpore antichriſti ſoli mali/⁊ dece-
ptores faciẽt miracula: nõ ad cõuertendũ: ſed ad
peruertendũ hoĩes a bono in malũ. ideo dicit᷑ ꝙ
tunc Jeſus nihil reſpõdebat fidelibus ſuis: ſed
abſcõdebat faciẽ ſuã ab eis. Stabãt etiã ꝑncipes
ſacerdotũ antichriſti/ ⁊ ſcribe. i. ſapientes iudeoꝝ
cõſtãter accuſantes populũ chriſtianũ. ſed Hero
des viſa impotẽtia illiꝰ populi: ſpreuit illũ quaſi
non valentẽ defendere legẽ ſuam: ⁊ illuſit blan-
ditijs ſuis: indutũ veſte alba honoris mũdani/et
diuitiarũ: ⁊ remiſit illum ad Pilatũ vt ei ſeruiret
iam auerſus a fide chriſti. ⁊ propterea facti ſunt
amici antichriſtus/⁊ ꝓcurator eius in illa die: q᷑
multos ſeruos ei applicabat: nam antea inimici
erant adinuicẽ: ex eo ꝙ nõ ſic decipiebat chriſtia-
nos. Uerũtñ aliqui ex malis chriſtianis q̃ alios
multos incitauerãt ad negãdã fidẽ: videntes ꝙ ꝓ-
pter diuitias/⁊ honores/et largitiones antichriſti
oẽs fere chriſtiani dãnabant᷑ ꝑdentes aĩas ſuas:
cõpuncti ſunt corde tam vehemẽter: vt de ſua ve-
nia deſperarẽt ſuꝑ tam graui ſcelere: de quibus
textus ait. Uidens aũt iudas. i. cõfeſſor chriſti li-
cet malus: qui tradidit populũ ſuum pſuaſione
ſua ad ſectã antichriſti: ꝙ dãnatus eſſet populus
chriſtianus pro magna parte/ ⁊ hoc factum erat
procuratione ſua: penitẽtia ductus. i. penituit eũ
valde de ſua proditione contra chriſtum/⁊ eccle-
ſiam dei. et ideo retulit triginta argenteos. i. diui-
tias ⁊ honores: quos receperat pro illa proditio-
ne: qui numero trigenario ſignificãtur cõſurgẽte
ex ternario ducto in denarium: quia ⁊ fidem tri-
nitatis/⁊ precepta legis dei preuaricatus fuerat:
propter candorem huius miſere vite: qui ſignifi-
catur in argento. ideo dicebat: peccaui grauiſſi-
me contra populũ meum tradens mea perſua-
ſione ad perditionem ſanguinem iuſtum. i. iuſti
hominis chriſti non in ſe: ſed in ſuis fidelibꝰ illo
ſanguine redemptis. hoc eſt feci ꝙ in vanũ effu-
ſus fuerit ille ſanguis. At pagani miniſtri anti-
chriſti quibus hec referebat: dixerunt ei. quid
ad nos de tua penitentia? quia non formamus
conſciẽtiam de chriſtianorum deceptione: tu au-
tem apud deum tuum videris quid mali feciſti/
et quid boni facturus ſis ad emẽdationẽ tuam.
ille autem nimio dolore correptus proiectis a ſe
argenteis. i. maledictis pecunijs ab antichriſto
receptis pro mercede ſue iniquitatis: dedit eas
templo ideſt fabrice eccleſie: ⁊ receſſit a fidelibus
pre verecundia/⁊ abiens in ſolitudinem: laqueo
ſe ſuſpendit ideſt abſorptus a nimia triſticia du-
ctus eſt in deſperationẽ. quod factum certe erit
valde lamentabile apud chriſtianos in tempore
illo: quando preter extrinſecas perſecutiones ty-
rannorum: erunt intrinſece proditiones chriſtia-
norum: ⁊ quod peius eſt: tanta dei iracundia ap-
parebit contra eccleſiam ſuam: vt nec peniten-
tia peccatoribus concedatur: ſed deſperatio loco
penitentie. Principes autem ſacerdotum. i. pre-
lati eccl̃ie viſa pecunia mercede iniquitatis di-
xerũt. non licet eam mittere in corbonã. i. arcam

fabꝛice eccleſie: qꝛ preciū ſanguinis.i.peccati eſt.
q.d. nō eſt iuſtū vt pecunia que pꝛo deſtructione
eccl'ie acquiſita eſt: veniat in eiꝰ edificationē. ha-
bito ergo cōſilio ſup ea in quo expenderet: tandē
decreuerunt emere agrū figuli: qui noua ex luto
vaſa fingit: in ſepulturam pegrinoꝝ.i.pauperum
religioſoꝝ.q.d. dederūt tales pecunias religio-
ſis: vt ex eis noua edificarēt monaſteria/aut no-
uas religiones: in quibus veri pauperes ſpiritu
ſepelirentur.i.abſconderentur a ſeculo neq; : qui
tanq; peregrini in hoc mūdo non habent domū
manentem; ⁊ ꝓpterea ager ille.i.religio vocatur
ager ſanguinis.i.laboꝛis ⁊ penitētie pꝛo peccatis.
conueniēs em̄ erat vt ex pecunia pꝛo peccato ac-
quiſita nō edificaret ſumptuoſa eccl'ia pꝛelatoꝝ/
nec augeret eius patrimoniū: ſed fundaret pau-
perum religio: qui quotidie oꝛarēt/ac ieiunarent
pꝛo alioꝝ delictis. vt impleret dictum Hieremie
qui interpꝛetat celſitudo dei: ⁊ ille fuit chꝛiſtus fi-
lius dei: qui Luce.16. ait facite vobis amicos de
mām̄ona iniquitatis ⁊c. quod eſt dicere: ⁊ accepe
runt triginta argenteos.i.pecuniā male acquiſi-
tam preciū ſanguinis chꝛiſtiani apꝛeciati.i.vēditi:
quod precium apꝛeciauerūt mali chꝛiſtiani a fi-
lijs Iſrael.i.eccl'ie venditis ſua ꝓditione: ⁊ dede-
runt eos in emēdum agrum figuli.i.monaſteriū:
ſicut conſtituit.i.mandauit dn̄s in loco allegato.
Hec de tertia pſecutione antichꝛiſti p largitionē
bonoꝝ tēpoꝛalium/⁊ fauoꝛē mūdanū: dicta ſunt
in generali: ad modū ꝓphetie de futuro que nō
multū deſcendit ad particularia: ſecus aūt de hi-
Moꝛalitas. ſtoꝛia que eſt preteritoꝝ. ¶ Moꝛaliter in quadra
geſima demones/ et mali hoies accuſant humi-
les penitētes imponēdo eis multa crimina fal-
ſa: ſed deus iudex iuſtus vidēs eoꝝ afflictionem
volūtarie acceptam ex charitate: excuſat eos ab
aduerſarijs dicēs: nullam verā cauſam ſue cōdē-
nationis iniurie. ideo remittit eos ad pꝛelatū ec-
cleſie dictum herodē.i. mōtem gloꝛie/ ſiue hono-
ris: vt ipſe bene examinet cōſcientias eoꝝ in ſa-
cramento penitētie. qui tādem interrogās peni-
tētem multis ſermonibus ſcd̄m varias regulas
pꝛeceptoꝛum dei: inuenit eū abſoluendum/et re-
mittit eum iudiciū dei indutum veſte alba inno-
cētie/aut ſaltē penitētie. Mūdani vero alioꝝ accu
ſatoꝛes/ac pſecutoꝛes: qꝛ erāt miniſtri demonis
paulatim de pc̄o in peccatū ꝓcedunt donec ve-
niāt ad foueā deſperationis ⁊ moꝛtis peſſime: cū
videant ſe vacuos bonis operibus/⁊ plenos ſce
leribus. ideo nulla erit eis ſpes ſalutis. Et licet
iſti in articulo moꝛtis ſue videātur penitētia du-
cti facere reſtitutiones/⁊ publice cōfiteri peccata
ſua: tamen illa penitētia ſepius eſt infructuoſa:
ſicut penitentia iude que quadruplicē defectum
habuit. tum qꝛ non cōfeſſus eſt niſi conſoꝛtibus
criminis. tum quia tacuit circūſtātiam finis val-
de neceſſariam. non em̄ dixit quare hoc fecerat.
tum quia non reſtituit quibus obligatus erat. ſ.
virgini et apoſtolis. tum deniq; quia non pꝛo-
ceſſit illa penitētia ex fide/ſpe/⁊ charitate dei: ſed
ex furia paſſiōis. Debet ergo vere penitēs habe-
re fidem de poteſtate clauiū eccleſie et virtute ſa
cramēti penitētie. debet habere ſpē de miſericoꝛ-
dia dei que maioꝛ eſt oibus noſtris peccatis. de-
bet moueri ad penitentiā ex charitate vel amoꝛe
dei ⁊ pꝛopter obedientiam mandatoꝛum eius.
Habent deniq; in hac parte ꝑdicatoꝛes et alij ſer
ui dei optimū documētum: vt in pꝛedicationibꝰ/
⁊ miraculis/vel alijs gratijs ſibi datis non que-
rant laudes aut fauoꝛes hoim: imo eos fugiant
tanq; peſtem: intendentes ſolū placere deo ⁊ ꝓ-
deſſe eccleſie. cum ergo viderint auditoꝛes ſuos
aut dn̄os huius ſeculi curioſos.i.non querentes
ſalutē aiarum ſed pꝛuritum auriū/aut vanitatem
occuloꝝ/ vel foꝛte calūniam contra pꝛedicatoꝛes:
debent tunc ſerui dei tacere/et occultare ſuā do-
ctrinam vel gratiā: reſeruantes eā ad alium locū
⁊ tempus magis opoꝛtunū: ⁊ tūc etiam pꝛopter
iniurias ⁊ perſecutiones nō taceant exēplo chꝛi-
ſti: q coꝛā Ana/ Caypha / et Pilato vbi accuſa-
batur ⁊ deridebatur locutus eſt verba ſalutaria:
ſed coꝛā Herode volēte eum honoꝛare ex curio
ſitate alicuiꝰ miraculi omnino tacuit ⁊ nihil reſ-
pōdit. Iudices etiā tam ſeculares q; eccleſiaſtici
habent hic bonū exemplum: qualiter ſe habere
debeant in cauſa alicuius innocentis: quando ex
malicia teſtium periclitatur vita aut fama eiꝰ ⁊c.
¶ Quarta perſecutio antichꝛiſti erit per imma- Quinta pars euāgelij.
niſſima toꝛmenta: que in domo Pilati ſignifica
ta eſt. nam licet ipſe in exterioꝛe hoie apparere de
beat iudex iuſtꝰ ⁊ ſanctus homo: tamē interius
erit crudeliſſimus ⁊ peſſimꝰ tyꝛānus/ ac plenus
malignitatis ſpiritu. quare anteq; veniat ad toꝛ-
menta chꝛiſtianoꝝ finget ſe velle eos in pace et
iuſticia gubernare: atq; ab iniuſtis emuloꝝ ac-
cuſationibus pꝛo poſſe deffendere. in fine tamē
eos chꝛiſtianos qui tribꝰ vijs pꝛedictis noluerint
peruerti ad ſuā ſectam: condēnabit ad toꝛmenta
et moꝛtes varias exquiſito coloꝛe iuſticie. de quo
textꝰ ait. Pilatus autē poſt remiſſionē ieſu a do-
mo Herodis: videns ꝙ adhuc non oēs chꝛiſtiani
ſeruiebant ei: cōuocatis pꝛincipibus ſuoꝝ ſacer
dotū ⁊ magiſtratibus.i. iudicibꝰ/ et vniuerſa ple
be.i.exercitu ſuo: dixit ad eos: obtuliſtis mihi in
iudicio hoiem hūc chꝛiſtianū.ſ. pp'lum accuſantes
eū quaſi auertentem populū.i.deceptoꝛē hoim ⁊
q̄dā alia crimina ei obijciētes: et ecce ego coꝛam
vobis interrogās nullā cauſam ſue cōdēnationis
ad moꝛtē inueni in eo ex his in quibꝰ eū accuſa
tis: ſed neq; Herodes meꝰ: nā remiſit eū ad nos
poſtq; ego miſi vos ad eū: ⁊ ecce nihil dignū moꝛ
te actū eſt.i.ꝓbatū cōtra eū: ex quo vult nobis in
pace ſeruire ꝓ maioꝛe ſua pte. ſed ſi adhuc vultis
cōtēdere cōtra eos chꝛiſtianos q̄ remanēt: ego iu
ſticiā ſeruās faciā cōparationē inter eos ⁊ Sarra
cenos: q̄ etiā ſe dicūt vniꝰ dei cultoꝛes: vt videa-
mꝰ q̄ illoꝝ ſint cruce aut venia digniores: Eſt aūt
cōſuetudo vobis in palacio meo: vt amoꝛe vr̄i di
mittā liberꝝ vnū ex vinctis in carcere etiā ſi moꝛtē
vel aliā q̄uis penā meruerit ꝓpter delicta ſua: ⁊
hoc in paſchate ꝓpter feſti ſolēnitatē. per diē em̄
ſolēnem ſolebāt antichꝛiſtꝰ dimittere illis vnum



ex vinctis quēcūq; petiſſent. erat aūt eo tempoꝛe
antichꝛiſti pꝛeter populū chꝛiſtianū vnus alius
populus ei non obediēs.ſ. Sarracenus: qui val-
de abhoꝛret idolatriā/⁊ adoꝛationē creature: ⁊ di-
cebatur Barrabas.i.filius patris/vel cōfuſionis:
eo ꝙ ſolam perſonā patris in diuinis adoꝛet: et
legē habeat valde cōfuſam. erat etiā idem Bar-
rabas latro: qꝛ occupabat terras non ſuas violē
tia acceptas a chꝛiſtianis: ⁊ ꝓpter ſeditionē quā-
dam factā in ciuitate dei que eſt eccl'ia catholica:
(fecit em̄ Mahumetes dux eoꝝ ſeditionē in Ro-
mano imperio talē vt Perſe/⁊ Arabes/⁊ multe
alie nationes ab obediētia nō ſolum imperato-
ris chꝛiſtiani: ſed etiā pape/⁊ chꝛiſti diſcederēt) et
pꝛopter homicidiū multiplex in bellis ſuis ꝑpe-
tratum: et ꝓpter multa alia crimina miſſus fue-
rat iuſto dei iudicio in carcerē.i.in poteſtatē anti-
chꝛiſti puniēdus: qꝛ vt dictū eſt: ille iniquus ad-
uerſus omnem deū/et leges oēs cōſurget. Et cū
acceſſiſſet turba ſeruoꝛum ſuoꝝ accuſatura chꝛi-
ſtianos: ipſe applicauit pꝛedictā conſuetudinem
domeſticā ad iudicium publicū. cōgregatis ergo
illis accuſatoꝛibus dixit eis iudex: quē vultis ex
duobus populis dimitti vobis ſine toꝛmētis ꝓ-
pter hoc magnū feſtum noſtre ꝓſperitatis in hoc
mūdo: qꝛ dominamur omnibus populis. vultis
ergo vt dimittā vobis Barrabā.i. Sarracenum:
an Ieſum.i.chꝛiſtianum populū: qui dicitur chꝛi
ſtus.i. vnctus chꝛiſmate: hoc dixit ficte. ſciebat
em̄ ꝙ per inuidiam/ et maliciā tradidiſſent eum
accuſandum ad iudicium: ⁊ ꝙ nullo modo eum
vellent dimittere: ꝓpterea dixit eis vultis ergo
dimittā vobis eum qui ſe dicit regem iudeoꝝ.i.
deum laudantiū: ad quā interrogationē reſpon-
dere volētes pꝛincipes ⁊ ſenioꝛes pſuaſerunt po
pulis/et concitauerūt turbā antichꝛiſti: vt peterēt
Barrabā dimitti liberum: Ieſum vero perderēt
diuerſis toꝛmentis laniatum. clamauerunt ergo
omnes dicētes. non hūc populum dimittas: ſed
Barrabam.i.ſarracenum. pꝛeſes aūt.i.iudex an-
tichꝛiſti. adhuc volens ſe iuſtificare ait illis. quid
ergo faciam de Ieſu? i. quā penam vultis ei da-
ri: qui nihil mali fecit? dicūt omnes: crucifigatur
tanq; publicus malefactoꝛ. et ipſe iudex iterum
locutus eſt ad illos volens.i.ac ſi vellet dimitte-
re Ieſum. at illi magis clamabant dicentes: cru
cifige crucifige eum diuerſis toꝛmentis: ille aūt
tertio dixit ad eos. quid em̄ mali fecit? certe ego
nullam cauſam moꝛtis inuenio in eo. ſed ad pa
cificandū vos: coꝛripiam eum flagellis: ⁊ poſtea
dimittam liberum. hoc em̄ modo foꝛte eritis con
tenti/ ⁊ ceſſabit indignatio veſtra contra iſtū po-
pulum. Tunc ergo appꝛehendit antichꝛiſtus po
pulum chꝛiſtianū in carceribus: ⁊ flagellauit plu
rimos eoꝝ duriſſime tā publice q; pꝛiuate. ⁊ mili
tes eius.i. carnifices ſuſcipiētes Ieſum in pꝛeto-
rio.i.cōſenſu pꝛetoꝛis: cōgregauerunt contra eum
vniuerſam cohoꝛtē militum armatoꝝ/et exuētes
eum veſtimētis ſuis ad flagellandū: chlamidem
coccineā/vel purpuream.i. rubꝛam circūdederūt
ei ex ſanguine defluēte. ⁊ plectētes.i.cōponentes
coꝛonam de ſpinis.i.circulum peccatoꝝ multoꝝ
impoſuerūt capiti eius.i.chꝛiſto dicentes multas
blaſphemias cōtra eū. vel coꝛonā de ſpinis coꝛ-
poꝛalibꝰ poſuerūt ſup caput eius.i. ſup Roma-
num pōtificem in penā/⁊ in deriſum: ⁊ poſuerūt
arūdinem pꝛo ceptro in dextera eius.i.in rege vel
imperatoꝛe: qui eſt dextera/vel bꝛachiū chꝛiſtia-
noꝛum: ⁊ genu flexo ante eum illudebāt et dicen
tes. aue rex iudeoꝝ.i.confitentium ⁊ laudātium
chꝛiſtū. q.d. modo habes honoꝛem regiū tibi de-
bitū: et dabāt ei alapas in faciē.i.iniurias ſacer-
dotibus eccleſie: ⁊ expuerūt in eum irridēdo reli
gioſos ſuos: ⁊ acceperūt arūdinem que eſt vani-
tas/⁊ pcutiebāt caput eius.i.caput pp'li chꝛiſtiani
chꝛiſtum: quia dicebāt chꝛiſtum vanitate ſupſti-
tioſa feciſſe miracula/⁊ decepiſſe homines. et ita
varijs toꝛmētis/ac irriſionibus affectū populum
chꝛiſtianum / ac pꝛincipes eius oſtendere voluit
antichꝛiſtus ex iactātia iudeis: et alijs paganis/
ac ſuis militibus dicens. ecce adduco eum vobis
foꝛas.i.publice punitum: vt cognoſcatis qꝛ nul-
lam cauſam moꝛtis inuenio in eo. q.d. non do ei
maioꝛem penā: quia non inueni maioꝛem culpā
donec amplius ꝓbetis contra eum. hoc dicebat
vt incitaret eos ad magis accuſandum chꝛiſtia-
nos. Exijt ergo eductus publice per vicos/⁊ pla
teas: vt irrideret ab oibus: exijt Ieſus myſticus
poꝛtās coꝛonā ſpineā.i.rotulū ſcriptū multis cri-
minibus falſo ſibi impoſitis: ⁊ poꝛtās purpureū
.i.ſanguineū veſtimētū ex multis toꝛmētis. et di-
xit eis iudex voce ꝑconis: ecce homo malefactoꝛ
et ſceleratꝰ. Cum ergo vidiſſent eū aduerſarij ſic
punitū/ac publicatū: nondū contenti penis illis
clamabāt dicētes ad iudicem: crucifige crucifige
eū.i.condēna eum ad moꝛtē crucis/ ⁊ alioꝝ pati-
buloꝝ: qꝛ ſcd̄m legē iuſtā debet moꝛi: qꝛ filiū dei
ſe fecit: qđ eſt blaſphemare in deū. qui mandauit
tales moꝛte puniri. Et cum iudex quereret ab eo
vt reſpōderet ad accuſationes ſibi obiectas: ipſe
fidelis populus vidēs iudiciū eſſe depꝛauatum
ad querēdam nō veritatē/ſed occaſionē calūnie:
reſponſum non dedit ei. vnde iudex indignatus
dixit ei. mihi non loqueris? q.d. videris me deſpi
cere et hoc male. neſcis quia poteſtatem habeo
tempoꝛalem moꝛtis et vite hominum vt poſſim
crucifigere te /vel dimittere te pꝛo meo arbitrio?
Ad hoc verbum magne iactantie reſpondit po-
pulus chꝛiſtianus humiliter dicens. non habe-
res poteſtatē talem aduerſum me: niſi tibi eſſet
datum deſuper.i.a deo permittente ſic affligi ec-
cleſiam ſuam ad purificandum eam a peccatis
ſuis. ſed licet chꝛiſtianoꝛum afflictio ſit iuſta: ty-
ranni tamen eam perſequentes / et accuſantes
vſq; ad moꝛtem grauiter peccant: et reſtat eis ſe-
ueriſſimum iudicium dei. quod in rege Babylo
nis populum dei captiuante/et affligente ex di-
uina permiſſione fuit notiſſimum. pꝛopterea qui
me tibi tradidit accuſatoꝛ maleuolus maius pec
catum habet: ſed tu non es immunis a pc̄o: qui
hanc tyꝛānidē exſequeris cōtra me. Hac cōmina
tione audita iudex finxit ſe cōpunctum coꝛde: et

exinde querebat colorem:quo oſtenderet ſe velle
dimittere eum liberū:vt non peccaret puniendo
ipſum iniuſte.Sed accuſatores clamabāt dicen-
tes ad iudicē.ſi hūc dimittis nō es amicus Ceſa
ris.i.principis noſtri antichriſti:oīs eñ qui ſe re-
gem facit cōtradicit ei:qui eſt ſummus rex in vni-
uerſa terra.i.videt rebellare cōtra eū/ꝛ cōmittere
crimen leſe maieſtatis dignū morte:quod cū iſte
populus fecerit vt ſupra dictū eſt:ſi tu eū non cō-
demnas ad mortē incurres eius indignationem:
qui te loco ſui iudicē fecit.Iudex ergo cū audiſſet
hos ſermones timēs irā ſui regis magis ꝙ̄ dei:
decreuit chriſtianos ad mortē dānare:ꝛ ſedit pro
tribunali.i.in ſede ſui iudicij ad cōdēnādū eos:in
loco qui grece dicit licoſtratos:hebraice gabata:
latine vero lapidatus / vel lapidibꝰ ſtratus. hoc
ſignificat duriciā cordis/ꝛ crudā ſentētiam eius:
Eratqꝫ tūc tēporis paſceue paſche.i.ſexte etatis
mūdi:que hoies preparat ad ſeptimā ꝑtrāſitum
penitētie:hora quaſi ſexta.i.ſextū tēpus ſexte eta-
tis:qđ eſt dedicatū paſſioni eccl'ie ſup omnia alia
tēpora mūdi.poſtqꝫ ergo in precedētibus tēpori-
bus perſecutores populi chriſtiani varijs modis
illuſerant ei: tādem in ſexto tēpore exuerūt eum
chlamidē honorum/et honorum ſuorū/et indue-
runt eum veſtimētis opprobrij ꝛ penitētie/ac mi
ſerie:et duxerūt eum ad iudiciū criminale: vt ibi
crucifigeretur.i.condēnaretur ad mortem.Iudex
vero antichriſti ſedēs pro tribunali ꝛ vidēs ꝙ ni-
hil proficeret.i.non perſuaderet accuſatores chri-
ſtianorum ad deſiſtendū ab accuſatione:ſed ma-
gis tumultus rebellionis contra eum fieret : ac-
cepta aqua lachrimabilis cōmotionis lauit ma-
nus.i.munda oſtendit ſua opera ab iniuſticia co
ram populo dicēs:innocēs.i.ſine culpa ego ſum
proferens ſine cauſa hāc ſentētiā: a ſanguine.i.a
morte huius iuſti populi:vos autē qui accuſatis
eū videritis conſcientiā veſtrā ꝙ̄ iuſte agatis cō-
tra eū:nā mea conſcientia remurmurat cōtra me
ſup hac ſentētiā. hoc dixit ideo . qꝛ ſedēte eo pro
tribunali:miſit ad eum vxor eius.i. rectitudo iu-
ſticie que eſt vxor iudicis : dicēs.i.dictās ei in cō-
ſciētia:nihil tibi ꝛ iuſto iſti pplo.i.nō te opponas
ei:qꝛ iniuſte ageres:multa eñ paſſa ſum hodie ꝑ
viſum.i.oculū rationis ꝓpter eū.i.multa ſe mihi
obtulerūt ſup cauſa iſta:que ꝓbant illū eſſe iuſtū
populū:tū ex ſanctis ſuis legibus/tū ex modo vi
uēdi ſine iniuria ꝓximoꝝ / tū deniqꝫ ex doctrina
quā ꝑdicat continue ꝛc.Sed his ſtimulis nō ob-
ſtātibus iudex volēs hoſtibꝰ chriſtianoꝝ ſatiſface
re:ne infamarent ipſum apud dñm ſuū antichri-
ſtū:dimiſit eis rogātibus Barrabā populū Sar-
racenoꝝ:ꝛ tradidit eis condēnadū Ieſum myſti-
cū iam alias flagellis.i.tormētis ceſum:vt tandē
crucifigeret. Tunc milites crudeliſſimi ſuſcepe-
rūt eum/ꝛ eduxerūt extra ciuitates ad cāpos:vbi
ſunt loca dānatorū:vt more malefactorū ibi occi-
deretur ignominioſe . et populus chriſtianus ſic
condēnatus ad mortem: ꝛ baiulās.i.deferēs ſibi
crucem in qua pateretur:exiuit in eū locū dāna-
toꝝ ad mortē:qui latine dicit caluarie.i.decalua-

torum hoim:hebraice golgotha vel potiꝰ gulgol
ta.i.decapitatorū.nam gulgolet caput eſt. Et ne
forte euaderet fugiens: cū ducerent eū ad mortē
apprehenderunt Simonē.i.obedientē ſibi popu
lum ruſticorū venientē ad eos de villa:aqua vil
lani vocātur:ſimonem inqꝫ cireneſem parietem
frigidū hoc ē crudelē patrē:Alexādri.i.adiutorij ꝛ
Ruffi.i.ſanguinolēti:Villani eñ ſolēt eſſe crude
les adiutores ad malū/ad cedes/ꝛ ſanguinē.hūc
populum angariauerūt.i.conduxerūt cōtra chri-
ſtianos vt tolleret crucē eius.i. inſtrumētum ſue
paſſionis ꝛ mortis: hoc eſt impoſuerūt illi crucē
portare poſt dānatum fideliū populum. ducebā
tur aūt ꝛ alij duo neqꝫ.i.maloꝝ hoim genera duo
cum eo vt interficerētur iuſte pro ſuis delictis.ſ.
latrones ꝛ homicide:quatenꝰ nulla fieret differē
tia inter chriſtianos ꝛ alios maledictos hoies:ex
quo ſimul paterentur idem genꝰ mortis.Sed ni
chilominꝰ ad faciendā notabilem differentiā in
ter bonos ꝛ malos pariter dānatos: ſequebatur
fidelē populum ſic afflictū multitudo populi et
mulierū que poſtpoſito timore infideliū plange
bant ꝛ lamētabantur eū quaſi iniuſte dānatum.
Conuerſus autē ad illas martyr chriſti dixit:filie
hieruſalē.i.Romane eccleſie nolite flere ſup me:
qui per laborē momētaneum trāſeo ad requiem
ꝛ gloriā ſempiternam:ſed ſuper vos ipas flete ꝛ
ſuper filios veſtros:ꝙ̄ manetis in medio natiōis
peruerſe in magno periculo perdēdi ac negandi
fidem chriſti pre timore tormētorum.quoniā ecce
veniēt dies magne afflictionis ſuper totā eccle-
ſiam dei:in quibꝰ dicēt fideles timidi.beate ſunt
mulieres ſteriles/et ventres que nō genuerūt fi
lios/ et vbera ꝙ̄ non lactauerunt eos:qꝛ ille ſole
nō videbūt plagam crudelitatis in ſuis filijs. et
quādo ꝑſecutio venerit ad perſonas ſuas:tūc in
cipiēt dicere montibꝰ cadite ſuper nos/et collibꝰ
operite nos:vt moriamur anteqꝫ veniamus ad tā
te calamitatis articulum. hoc prophetauit Ioā-
nes Apocal.6.in apertione ſexti ſigilli. ecce in-
quit terremotꝰ factus eſt magnus ex mandato
antichriſti contra chriſtianos. et ſol.i.chriſtus fa-
ctus eſt niger.i.diffamatus a perfidis: tāqꝫ ſaccus
ſilicinus.i.tāqꝫ vilis homo.et luna.i.eccleſia facta
eſt ſicut ſanguis ex tormentis.et ſtelle.i. prelati/
doctores/reges/et pricipes multi de celo.i.de al-
titudine fidei ceciderūt in terram.i.in terrena bo
na acquirenda:et terrena mala euitanda/propte
rea negauerunt fidem chriſti.et ſic ſe habebit tūc
eccleſia ſicut ficus.i.ficulnea:que amittit groſſos
ſuos cum a vento magno mouetur.ventus ma-
gnus erit perſecutio antichriſti.ſequitur.et reges
terre/ꝑncipes/ꝛ tribuni popl'i chriſtiani:diuites ꝛ
fortes/ſeruꝰ/ ꝛ liber aſcōderūt ſe tunc in ſpelūcis
et in petris montiū:et dicent mōtibus cadite ſup
nos:et abſcōdite nos a facie antichriſti ſedētis ſu
per tronū poteſtatis iudiciarie ſuper totā terrā:
qđ procedit ab ira agni.i.chriſti contra eccleſiam
ſuam. quoniā venit iam dies magnus ire ipſo-
rum.ꝛ quis poterit ſtare.i.ſuſtinere tantā tribula
tionē: Addit autē martyr predictus ad mulieres



flentes rationē ꝓbabilē:qm̄ ſi in viridi ligno.i.in
hoie iuſto:qui habet virorem gratie dei:hec mala
fiūt ex dei ꝑmiſſione : qꝛ cū ſceleratis ducitur ad
mortē ignominioſam:in arido aūt.i.in hoie ma-
lo priuato humore gratie: quid fiet punitionis/ꝛ
vindicte:q.d.multomagis ſeuiet i malos ira dei
quā ſup iuſtos.Et ꝑſecutores ducētes chriſtianū
populū ad mortē venerunt extra ciuitatē in locū
predictū golgotha/ſeu caluariā. ibi crucifixerunt
eū ꝛ latrones cū eo a dextris ꝛ a ſiniſtris: ipſum
aūt mediū:ne diſcerneret a latronibus ꝛ homici-
dis. vt impleret ſcriptura Eſa.53.que dicit:et cū
iniquis deputatꝰ eſt populus dei electus ꝓpter
peccata ſua.Hucuſqꝫ de quarta et vltima ꝑſecu-
Moralitas. tione antichriſti ſatis ſummarie dictū ſit.¶Mo-
raliter aūt pro penitētibus/ac ieiunātibꝰ in qua-
drageſima: cū prelatus in ſuis ſermonibꝰ ſuaſe-
rit eos eligere ſibi chriſtū et recedere a diabolo:
nihilominus multi ex ſubditis more iſtoꝝ puer-
ſoꝝ eligerūt ſibi Barrabā/ ꝛ dimiſerūt chriſtum.
improperante eos aplo Petro in actibus cap̄.2.
petiſtis vobis donari homicidā: autorē vero vite
interemiſtis.ſ.in cordibꝰ veſtris. Hodie etiam in
eccl'ia ꝛ in repub.eligunt magni latrones ad offi
cia publica/ꝛ dignitates : deſpiciūturqꝫ humiles
pauperes.hoc malū deteſtat Salomon Eccl'ia-
ſtes.10.vidi(inquit)ſtultū poſitū ꝛc.ꝛ nō ſolū hoc
malū egerunt:ſed etiā multa improperia in chri-
ſtū cōmiſerūt.nā cū populus fidelis ſit veſtis dei
Eſa.49.iſti deprauātes ꝓximos exuerūt chriſtū
veſte ſua cādida/ ꝛ induerunt veſte ſanguinea.i.
peccatrice gēte . in tātum vt ipſe qui olim veſtiri
ſolebat nobilibus ꝑſonis penitētiā agētibus in
quadrageſima:iam a diabolo fuerit ea expoliatꝰ
vt ea indueret/ et chriſtus vix modo induit rudi
pāno plebeorū. Expoliato chriſto veſte ſua mo-
do predicto:ſpineā,coronā ei impoſuit:qui pecca
ta cōtinuant que ſunt ſpine. arūdinē ei dāt vani
ſuꝑſtitioſi.irriſorie ſalutāt eū qui habent fidē ſine
operibꝰ bonis. ꝑcutiūt caput eiꝰ:qui prelatis no-
lunt obedire/qui ſunt capita chriſtianoꝝ. flagel-
lant chriſtū vſqꝫ ad ſanguinem oppreſſores pau
perum/ꝛ humiliū hominum.Iudices etiam ple-
riqꝫ noſtra hac tēpeſtate puniūt acriter leuia de-
licta minorum: vbi diſſimulāt maxima facinora
maiorū. et ſepius abſoluūt malefactores/vel cō-
dēnant innocētes vt placeant nocētibus/vt inde
acquirāt bona tēporalia/vel vt non amittāt offi-
cia ſua ꝛc.ſicut fecit Pilatus abſoluēs Barrabā
latronē et homicidā / ꝛ condēnauit chriſtū inno-
centiſſimum vt placeret iudeis: ꝛ vt non amitte-
ret ſuā prepoſiturā.Ceterum boni ꝛ deuoti peni
tentes plorāt et lamētantur in hoc ſacro die poſt
Ieſum : non pro eo ſed pro ſeipſis:vt lachrimis
lauēt aīas ſuas a peccatis preteritis.Sed nō eſt
obliuioni tradēda chriſti cōminatio cōtra aridos
impenitētes loquētis de hora mortis eoꝝ/vel de
die iudicij.Sciendū etiā ꝙ penitētes portāt crucē
poſt Ieſum Matthei.16.qui vult venire poſt me
ꝛc.ſed non oēs eodē modo.Quidā eñ ſicut chri-
ſtus baiulāt ſibi.i.ad vtilitatē ſuā crucem penitē-

tie:ſed non pro delictis ſuis:vt Ioānes baptiſta/
et quidā alij innocētes. Alij vero eā ferūt cū bo-
no latrone ꝛ ſibi ꝛ pro ſe:vt veri penitētes qui di
cūt nos quidē iuſte patimur/nā digna factis reci
pimꝰ. Alij vt Simon cirenēꝰ relicta villa huius
mūdi.i.pōpa eius aſſumūt crucē.i.habitū penitē-
tie/nec ſibi/nec pro ſe ſed pro alijs vidētibꝰ vt hy-
pocrite.Alij deniqꝫ nō ſibi ſed pro ſe cū malo la-
trone/ꝛ ſunt illi qui indiſcrete ꝛ inutiliter agunt
penitētiā preter apl'i documentū Ro.12.ſit ratio-
nabile obſequiū veſtrū ꝛc. ¶Expeditis iā quat- Sexta ps euāgelij.
tuor perſecutionibus eccl'ie maximis antichriſto
autore:ꝑſequitur euāgeliū noſtrū alias minores
irriſiones ſub eiꝰ imperio chriſtianis illatas ab
alijs : ad quas ſeptē chriſti verba adaptabimus
in reſiduis ſeptē partibus huius capituli: que iā
breuiores erūt predictis.prima incipit ibi. Scri-
pſit autē Pilatus.i.iudex ille qui ꝓtulit ſentētiā
mortis contra eccleſiā dei:titulum cauſe ſue con-
dēnationis: ne iniuſte videretur ſentēciaſſe eā.et
poſuit titulū ſup crucem/ et ſup caput cuiuſlibet
martyris ad maiorē publicationē/ꝛ infamationē
eiꝰ.erat aūt ſuꝑſcriptio illa ſcripta litteris grecis/
latinis/ꝛ hebraicis:qꝛ i oībꝰ mūdi partibꝰ oīnqꝫ
gētiū linguis ꝑſecutio illa deſeuiet i chriſtianos.
ſcriptura erat huiuſmodi.hic eſt Ieſus nazarenꝰ
rex iudeoꝝ.ſenſus eſt.hic quē ꝑſequimur in iſtis
hoibus : eſt ille Ieſus nazarenꝰ ꝙ̄ dixit ſe meſſiā
iudeoꝝ:ꝛ ꝓpterea ꝙ iſti eū adorāt pro deo:cōdē-
nauimꝰ eos ad mortē:qꝛ nr̄a intētio eſt delere no
mē eiꝰ ab hoibus:ne vltra pro deo habeat.pōt ꝛ
alio modo exponi.hic ppl's cōdēnatus eſt Ieſus
.i.ſaluator aiaꝝ:nazarenꝰ.i.floridus gratijs ꝛ pri-
uilegijs dei:rex iudeoꝝ.i.princeps laudātiū/ꝛ cō-
fitētium deū.hoc eſt ꝓpterea eſt cōdēnatus:qꝛ ſe
predicabat talē ſup oēs alios pplos : quaſi cole-
ret meliorē deū quā alij:eſſetqꝫ principalior i vir-
tute religionis qua deus verus colit/ꝛ laudatur.
Hūc ergo titulū multi legerūt iudeorū ꝙ̄ accuſa-
uerāt chriſtianos:qꝛ ꝓpe ciuitatē erat locus mar
tyrij eoꝝ:ꝛ faciliter exire poterāt ad vidēdū mar-
tyres chriſti vt delectarent in tormētis eoꝝ. dice-
bant ergo iudici ꝑfidi iudei:noli dñe ſcribere rex
iudeoꝝ:ſʒ ſcribe ꝙ ipe ſe dixit regē iudeoꝝ ad ſen
ſum predictū.Reſpōdit iudex.qđ ſcripſi ſcripſi.i.
ſcriptū manebit/nec mutabit:qꝛ eadē eſt ſentētia
vt patuit.ꝛ hoc dixit iudex nō a ſe/ſed inſtigatus
a deo:qꝛ re vera ita eſt ꝙ ppl's chriſtianꝰ vere eſt
talis ſup alios pplos:qualē ſignificat ille titulus:
nec vnqꝫ illa dignitas mutabit ab eo ad aliū po
pulū:dicēte Daniele ꝙ regnū chriſti alteri popu
lo nō tradetur.Milites etiā.i.miniſtri executores
gaudebāt de tormētis/ꝛ morte chriſtianoꝝ:nā cū
crucifixiſſent eum: acceperūt veſtimēta eiꝰ/et di-
ſtribuebāt ea ſibipſis ꝑ quattuor mūdi partes.i.
in oriēte/occidēte/ſeptētrione/ꝛ meridie. vel mili
tes.i.iſti dñi tēporales pagani acceperūt in mer-
cedem ab antichriſto oīa bona chriſtianorū que
dicunt veſtes eoꝝ per oēs partes mūdi. Sed inter
alia eorum bona erat quedā tunica inconſutilis
deſup contexta per totū corpus eccl'ie.ſ.charitas

ꝑximoꝝ:quã nõ potuerũt tyrãni auferre ab eis/
nec diuidere inter ſe.⁊ dꝛ incõſutilis:qꝛ non eſt ex
humano ope ſed ex diuino munere : eſt deſuper
contexta.i.ſuper omnes alias virtutes poſita ad
contexẽdum eas in vnũ finem ; iuxta illud apo-
ſtoli ad Coloſ.3. ſup omnia charitatem habete
que eſt vinculum perfectionis.dixerunt ergo ad-
inuicẽ mũdani raptores bonoꝝ corporaliũ: non
ſcindamus eã qꝛ nõ poterimus:ſed ſortiamur de
illa cuius ſit.i.quis poterit in hac virtute chriſtia
nos imitari.qd certe videt̃ impoſſibile:qꝛ cupidi-
tas bonoꝝ tẽporaliũ eſt venenũ charitatis/ et in-
ducit multas diuiſiones inter homines.⁊ milites
quidẽ hec fecerunt vt impleret̃ ſcriptura.ps.21.q̃
dicit:partiti ſunt ſibi hoſtes mei veſtimẽta mea.i.
hec bona tẽporalia: et ſup veſtẽ ſpũalem que eſt
charitas miſerũt ſortẽ . ſed qꝛ in ſorte expectatur
diuinũ iudiciũ ꝓueniẽs ex occultiſſimis meritis:
non euenit eis illa tunica:qꝛ querebant bona tẽ-
poralia. Jeſus aũt.i.Romanus pon.aut quilibet
alius deuotus prelatus chriſtianoꝝ dicebat chri-
ſtianis:vt orarẽt deũ nõ ſolũ ꝓ ſeipſis/⁊ pro alijs
fidelib⁹ : ſed etiã ex pfectione charitatis pro infi-
delibus pſequẽtibus eos: vt in hoc ſe oſtenderẽt
indutos illa veſte inconſutuli/ et inauferibili ab
eis:⁊ dicebat ipſe i p̃mis orãs:o pater celeſtis bo
ne ieſu dimitte illis q̃ nos pſequunt̃ hoc magnũ
peccatũ:ne dãnent̃ tot anime ꝓpter nos ex ceci-
tate.non eñ ſciũt q̃d faciũt:qꝛ excecauit eos ma-
licia antichriſti peſſimi multis deceptionib⁹.adeo
vt in hac pſecutione noſtra arbitrent̃ ſe obſequiũ
preſtare deo.ignorãtia vero peccãtis que aliquo
modo antecedit actũ/⁊ eſt cauſa eius: quãtũcũq;
ſit craſſa iuris/ vel affectata:ſemper diminuit de
culpa/et facit peccatum magis remiſſibile : quia
non eſt tãtum volũtarium ſicut ſi fuiſſet factum
cum ſciẽtie plenitudine. Hanc pij pontificis/aut
populi orationem deus ſic exaudiuit : vt in eo-
dem tempore antichriſti multa turba eorum qui
ſimul aderant ad ſpectaculum martyrum/ et vi-
debant immania tormenta que fiebant eis: ⁊ cũ
quanta patientia/ et animi equitate illa ſuſtine-
rent chriſtiani:ipſi corde cõpuncti / et percutien-
tes pectora ſua in ſignum penitentie de peccato
cõmiſſo:reuertebantur ad deum petendo miſeri-
cordiam. Verũ oratio illa non fuit exaudita pro
antichriſto/⁊ principibus ſui exercitus/et iudici-
bus malis:qui ex certa ſcientia peccabant perſe-
quentes chriſtianos:nam illi omnes fere in pec-
catis ſuis mortui ſunt : ſed ſolum habuit effectũ
in plebeis ⁊ minoribus: qui ex ignorãtia pecca-
bant ſequendo maiores . nam multi ex talibus
ante mortem penituerunt / et conuerſi ſunt ad
deum. ¶ Moraliter vero titulus penitentie qua- *Moralitas.*
drageſimalis fideliũ eſt ſpes quã habent de deo
ſuo:que ſignificatur per caput cui titulus fuit im
poſitus:⁊ iuxta tria verba in eo poſita denotatur
triplex ſpes . prima eſt ſpes glorie: quia Jeſus.i.
ſaluator hominum eſt deus noſter in gloria cele
ſti. ſecũda eſt ſpes gratie quia nazarenus.i.dans
florem gratie filijs ſuis:que eſt arra glorie/ ⁊ via
certa perueniendi ad eam.tertia eſt ſpes venie.ſ.
peccatorũ: qꝛ rex iudeoꝝ.i. vere cõfitentiũ pecca-
ta ſua corã deo : qꝛ tales ex humilitate efficiũtur
digni venia. Hũc titulũ demones nitũtur vel re
mouere a fidelib⁹ tollendo ſpẽ miſericordie dei/
et inducẽdo eos ad deſperationem:vel corrum-
pere dicentes noli ſcribere rex iudeorũ:qꝛ diabo
lus eſt rex peccatorũ. Job.41. Sed prelatus ⁊ p̃
dicator oſtendit ꝙ eccleſia dei habet firmũ fun-
damentum ſpei ſue: qꝛ fidelis eſt deus qui pro-
miſit veniã peccatoribus/⁊ negare ſeipſum non
poteſt ⁊c. Veſtimẽta etiã chriſti myſtici ſunt pre-
cepta dei ⁊ conſilia euãgelica:de quib⁹ apoſtol⁹
Ro.13.induimini dñm noſtrũ ieſum chriſtũ: hec
diuiſa ſunt in q̃ttuor partes ꝓpter quattuor ſtat⁹
principales populi chriſtiani:et vnicuiq; eorũ cõ-
petunt ſua precepta ſpecialia: ſed decalogus eſt
tunica omnes tegens:que nõ eſt diuidẽda in par
tes:qꝛ qui in vno eorũ offendit:fact⁹ eſt oĩm reus.
duo quippe ſunt ſtatus laicorũ fideliũ: cõiugati
et ſoluti:et duo eccleſiaſticoꝝ clerici ⁊ religioſi: q̃
oẽs comuniter ad decalogũ obligantur : et p̃ter
eum habẽt ſpeciales obligationes ad ea que per
tinent ad vnũquẽq; ſtatũ. et hoc denotãt veſtes
chriſti:quarum alique diuiſe ſunt ſed nõ omnes:
quia non oĩa huius corporis mẽbra eundẽ actũ
habent ⁊c. ¶ Preter iudeos ⁊ milites qui dele-
ctabãtur de penis chriſtianorũ: acceſſerũt quidã *Septima pars euãgelij.*
alij deriſores improperãtes eis ſua tormẽta q̃ſi fa
cinoroſis.de quib⁹ ſubditur.pretereũtes aũt legẽ
⁊ mandata dei : qꝛ non habebãt pedes aĩe fixos
in ea:blaſphemabãt.i.blaſphemias ⁊ maledictio
nes dicebant in populũ dei ſic humiliatũ ad pe-
nas ⁊ tormẽta.et mouẽtes capita ſua in ſignũ ir-
riſionis dicebant ei.vah.i.maledictus tu popule
neq; qui deſtruis tẽplum dei ⁊ in triduo illud re
edificas ad ſenſum dictũ in tertia parte huius. ſi
ergo vera ſunt q̃ predicabas de te.ſ. ꝙ filius dei
es:ſalua nũc teipſum ab hac preſſura tormẽtoꝝ:
et deſcẽde de cruce hac in qua pẽdes moriturus.
Similiter ⁊ principes ſacerdotũ antichriſti cum
ſcribis.i. doctorib⁹ ſuis ⁊ ſenioribus illudẽtes et
dicebant ad alterutrũ de illo.hic populus alios
ſaluos fecit ſecundum iactantiã ſuam.ſ.gentiles
quos ab idolatria reuocauit per multa miracu-
la:⁊ modo ſeipſum ſaluũ facere non poteſt. q.d.
ex hoc ſecũdo ſumitur argumentum contra pri-
mum.ſ. ꝙ falſo ſe iactat de illo. ſi ergo eſt rex. i.
principalis iſrael.i. populorum videntiũ ⁊ colen
tium deum:obtineat a deo ſuo adiutorium vt de-
ſcendat nunc de cruce miraculoſe et ſine huma-
no auxilio:et tunc credem⁹ ei/atq; conuertemur
ad fidem ſuam:qd non facimus quamdiu eum
videmus in tanta miſeria poſitum. ſed qꝛ multũ
confidit in deo ſuo pro quo ſe exponit martyrio:
liberet eum deus ſuus ſi vult vt credam⁹ ei.dixit
enim iſte populus:quia filius dei ſum valde di-
lectus/et pro quo ipſe fecit multa miracula. ſed
modo nulla videmus. quare ſignum eſt quod
iſte populus eſt fatuus et non habet bonum
deũ. Tertio illudebãt ei etiam milites.i.miniſtri



iudicis/⁊ tortores accedẽtes ad quemlibet mar-
tyrem vexãdum/ ⁊ acetum amariſſimũ offeren-
tes ei in ſiti ſua in agonia mortis:et dederunt ei
mirratum vinum bibere cum felle mixtũ ad op-
probriũ.⁊ martir cum guſtaſſet illud non accepit
vł noluit bibere. Quarto idipſum ⁊ latrones ſeu
homicide/ et alij malefactores: qui non propter
fidem et religionem : ſed propter alia ſecularia
crimina crucifixi erant cum eo:improperabant ⁊
cõuitiabãtur ei:nam vnus ex eis ceteris inuere-
cundior blaſphemabat eum dicens.ſi tu es chri
ſtus.i. ſeruus dei ſanctus habẽs multam partẽ
cum eo:ſaluum te fac miraculoſe ab hoc tormẽ-
to:⁊ etiam nos alias putabimus te eſſe tam ma
lum ſicut ſumus nos.⁊ ali⁹ dicebat ei aliã blaſ-
phemiam:⁊ ſic de multis. Sed inter illos latro-
nes damnatos non defuit vnus q̃ aliũ blaſphe-
mũ rephenderet dicens : neq; tu times deum ſi-
cut alij irriſores chriſtianoꝝ:quia in eadem dam
natione peccati es cum eis/ac reus eiuſdem pe-
ne.nam nos quidem iuſte patimur. nam digna
.i.condigna ſupplicia factis noſtris malis recipi
mus a iuſto iudice:⁊ ido ſumus digni etiam irri
ſione multiplici: hic vero chriſtianus nihil mali
geſſit:ſed propter iuſticiam patitur iniuſte: quia
.ſ.non vult negare deum ſuũ ac fidẽ quã ei pro
miſit.quare potius eſſet dignus laude q̃ vitupe
rio. iniuſte ergo agis tu et alij omnes deriſores
eius.tunc conuerſus ad ieſum deum chriſtiano-
rum dicebat in corde ſuo iam illuminatus gra-
tia dei:domine memento mei miſeri peccatoris:
dum veneris ad me vocãdum in regnũ tuum.i.
in die iudicij quãdo glorioſus apparebis veniẽs
ad nos.q.d.oro vt qui nunc ego iuſte damnatus
patior ſimul cum ſeruis tuis iniuſte damnatis:
in illo iudicio ſimul cum eis me recipias p tuam
miſericordiã abſolutum ab oĩbus peccatis meis
⁊ a penis que pro eis merebar. Et quia ꝓpe eſt
deus inuocantibus ſe in veritate:ſtatim dixit illi
ieſus p ſuos fideles ad eum loquentes:amen di
co tibi.i.pro certo affirmo ꝙ non ſolũ in die iudi
cij generalis qui lõge diſtat: ſed hodie in iudicio
tuo pticulari coram deo eris omnino abſolutus:
⁊ eris ſtatim mecum ĩ paradiſo .ſ. ob meritũ tue
contritionis tueq; ſalutifere cõfeſſionis quam in *Moralitas.*
laudẽ dei coram pfidis expreſſiſti. ¶ Moraliter
in hac quadrageſima mali chriſtiani ſunt irriſo-
res chriſti.⁊ horum quidam ex ignorantia craſſa
⁊ culpabili/ vel ex paſſiõe damnabili quaſi mo-
uẽtes capita ſua.i.mẽtes a recto dictamine: pre-
tereunteſq; mãdata dei ⁊ eccleſie nolunt ieiuna
re nec penitere. Alij peccant ex malicia petẽtes
a deo miracula ad ſui conuerſionẽ:quod eſt deũ
irridere. Alij ſũt hypocrite qui nõ ſolũ homines
ſed ⁊ deũ ipſum ſe putant decepturos: ⁊ iſti offe
runt deo nõ vinum.i.charitatem:ſed acetum qd
eſt vinum corruptum.i. ſupbiam ⁊ vanitatem:ac
mirratum vinum cum felle mixtum.i.bona ope
ra ex genere:ſed amara intẽtione. Alij deniq; ve
ri penitentes ſed in diſcreti quaſi crucifixi cũ ie-
ſu:perdũt patientiã et blaſphemant contra deũ:
qui velit delectari in penis hominum.ideo inci-
tant alios vt ceſſent ab illa penitentia: quod eſt
deſcendere de cruce. hos reprehendunt boni et
diſcreti penitentes qui humiliter deo ſe comen-
dant.⁊c. ¶ Inter tortores ac irriſores chriſtiano-
rum aderãt quidam pij ⁊ miſericordes:qui com- *Octaua pars euãgelij.*
patiebantur eis. ideo dicitur ꝙ in illa etate que
erat mundi hora ſexta:ſtabant iuxta crucem.i.tor
mẽtum chriſtianorum:maria mater ieſu:quã ipſi
deuote inuocabant in tormentis: ⁊ alia ſoror ei⁹
.ſ. ſancta mater eccleſia dicta Maria Cleophe.
Maria inquã ab amaritudine vel mari.interpre
tatur enĩ domina maris/vel magiſtra maris/vł
amaritudinis mare. Cleophe vero a gloria om-
nimoda. vt ſit ſenſus: ꝙ martyres chriſti in ſuis
tormentis etiam in mente habebant doctrinam
ſancte matris eccleſie:que ẽ altera dei ſponſa ſi-
cut virgo Maria: ⁊ ꝓpterea dicitur ſoror eius:q̃
cum ſit domina maris .i.ſeculi hui⁹ p patientiã:
⁊ ſit magiſtra amaritudinis.i. mũdane pſecutio-
nis bene tollerande:propter ſpem illius oĩmode
glorie alteri⁹ vite celeſtis:aderat ⁊ Maria mag-
dalene q̃ interp̃tatur turris vel exaltata aut ma-
gnificata:⁊ hec erat iam nõ ſoror ſed ancilla vir-
ginis Marie.ſ.cõgregatio nobilium pſonarum:
que conſolabatur chriſtianos in tormentis/⁊ fa-
ciebat eis aliquas eleemoſinas. Cũ vidiſſet ergo
ieſus matrem ſuam orantem pro martyribus:et
diſcipulum ſuum fidelem populum quem dili-
gebat:ſtantẽ firmiter in tormentis ꝓ ſuſtinenda
fide ſua:dixit matri ſue. Mulier ecce filius tuus
erit iſte populus p adoptionem:quia tibi deuo-
tiſſimus te matrẽ inuocat. ideo eum tibi tanq̃
matri cõmẽdo vt ſis ei adiutrix miſericordiſſima:
eo p̃cipue tempore quando ira dei ſeu flagellũ
ſeuierit in eum: vt habeat in te aliqualem conſo
lationẽ:ne abſorpt⁹ nimia triſtitia deſperet. dein
de dixit diſcipulo.i. fideli populo p inſpirationẽ
vł p ſacram ſcripturã: ecce mater tua ſpiritualis
erit mater mea naturalis:recurre ad eam in tuis
neceſſitatibus:quia pientiſſima eſt ⁊ ipa libenter
ſubueniet tibi deuote eam inuocanti.dicit̃ enim
Job.5. Increpationem dñi.i.flagellũ eius ne re-
probes per impatientiã.⁊c.ſubditur.voca ſi eſt q̃
tibi reſpondeat.ſ.deus placatus. ſin autẽ ad ali-
quem ſanctorũ conuertere:vt intercedat pro te.⁊
in hoc virginis Marie patrocinium maxime pre
ualet.quare ex illa hora magne illius pſecutio-
nis accepit eam populus chriſtianus in ſuã ma
trem deuotius q̃ antea fecereat. ¶ Moraliter in *Moralitas.*
quadrageſima quando veri penitentes ſunt in
magna anguſtia ex tentatione demonum: ſic vt
videãtur derelicti a deo ſibi irato:debent ad vir-
ginẽ Mariã recurrere tanq̃ ad matrẽ.⁊ hoc au-
dere poſſunt ex iure ſibi conceſſo a chriſto in cru
ce: quo in Joanne totum populũ chriſtianũ quẽ
diligebat ſue matri cõmendauit in filiũ adopti-
uum:vt ei ſuccurreret in neceſſitatib⁹ deuote inuo
cata ſimul cum alijs ſanctis:quib⁹ q̃dam ſpecia
les gratie conceſſe ſunt a deo vt inuocentur a fi-
delib⁹.ſ. iſte ſanctus i hoc negotio:ille in illo.⁊c.

ſed ceteris ꝑ partes date ſunt gratie: Marie autē omnes ſimul. ideo vt Hieronymus exponit: merito dicitur gratia plena. ⁊c. debent etiam fideles in hoc ſacro tempore facere opera mīe pauperibus/⁊ tribulatis maxime infirmis ⁊ his qui ducuntur ad mortem: quoniā ex illo facile cōſequētur veniā ſuoꝝ pctōꝝ a deo. Daniel. 4. Peccata tua eleemoſinis redime. ⁊ Luce. 6. Date eleemoſinam et ecce omnia munda ſunt vobis. ⁊c.

Nona ps euangelij. ¶ Tāta vero erit in tempore illo tribulatio cōtra eccleſiam dei: vt a ſexta hora .i. parte etatis ſexte vſqꝫ ad horam. i. partem nonam illius fierēt tenebre peccatorum/ errorū/⁊ ignorātie craſſiſſime in hominibus: ⁊ ſol chriſtianorum. i. honor ⁊ gaudium obſcuratus eſt. vel ſol. i. chriſtus obſcuratus eſt quātum ad famam ſuam. Trenoꝝ. 1. quomodo obſcuratum eſt aurū/ mutatus eſt color optimus. ⁊c. Et inualeſcente ꝑſecutione circa horam nonam ita vt iam fideles non valerent eam ſuſtinēre: clamauit ieſus myſticus voce magna ꝓ anguſtia ad deum dicens hebraice: hely hely lama azabtani: qḋ eſt latine. deus meus deꝰ meus vt quid dereliquiſti me: quia non adiuuiſti me contra aduerſarios meos: ſed abſcondēs faciem tuā a me ꝑmiſiſti eos facere quecūqꝫ vellent contra me. ⁊ quia hoc verbū dictum eſt hebraice: notauit iudeos ꝑſecutores chriſtianorum: de quibꝰ maxime cōqueritur pluſqꝫ de alijs paganis: quibꝰ nulla facta fuerat reuelatio de myſterijs chriſti ⁊ eccleſie ſue. Quidam tamē impiorum ac deriſorum illic ſtantes contra chriſtianos/⁊ audientes hanc vocē cōqueſtionis eorū. dicebant ex irriſione: ecce Heliam vocat ideſt deum dominum in ſui adiutorium: vt liberet eum a manibus noſtris. ſed videamus modo an veniat Helias deꝰ ſuus liberans eum. ⁊ ſtatim ceperunt augere tormenta/⁊ irriſiones chriſtianis. ⁊ currēs vnus ex eis acceptam ſpōgiam. i. linguam ſuam que eſt caro ſpōgioſa: impleuit aceto. i. amaritudine inurioſa: ⁊ impoſuit multa peccata arundini. i. vanitati chriſtianoꝝ: ⁊ dabat eis bibere calicē paſſionis.

Moralitas. ¶ Moraliter aūt iſta ſexta hebdomas q̄drageſime eadē eſt nona ſeptuageſime: et qꝛ iā diu fideles manſerunt in labore penitētie ⁊ tentationis continue: quaſi fatigati clamāt voce magna ad deum: vt quid dereliquiſti nos tāto tempore ſine conſolatione in labore: maxime in hac hebdomade ī qua tenebre facte ſunt ſuper totā eccleſiam: quia nulla ſunt leticie cātica/ ⁊ omnia fere officia fiunt in tenebris. ſed nihilominus mūdani impenitentes irrident bonos ⁊ humiles/⁊ augēt eorum laborem verbis iniurioſis: qḋ eſt potare eos aceto. Similiter chriſtus videns in multis chriſtianoꝝ fruſtrari fructū ſue paſſionis: conqueritur de eis ad patrem dicens: vt quid. i. ad quē finē vel fructū dereliquiſti me. i. ꝑmiſiſti me tantum pati ꝓ ingratis. quod ad magnam eorū condemnationē dicetur: q̄ pro nihilo reputāt beneficiū redēptiōis ſue: qua effecti ſunt de ſancto pplo dei. ⁊c.

Decima pars euangelij. ¶ Poſt dictas irriſiones ⁊ torturas circa finem ꝑſecutiōis antichriſti: ſciens ieſus. i. prelatus vel doctor eccleſie: quia iam conſumata eſſent in populo dei oīa q̄ chriſtus ⁊ ſui apoſtoli ꝓphetauerant de eo circa finem mūdi paſſuro: vt etiā conſumaretur ſacra ſcriptura: que eſt doctrina illius populi. i. vt ꝑfecte ⁊ cōſumate intelligeret a viatoribus: dixit: Sitio. i. deſidero adhuc plenius bibere intelligētiam ſcripturarum ſanctarum: nō tam ſpeculatiue q̄ꝫ practice: vt ſentiam in me experimentum omniū virtutum quas docet. quod verbū nō intelligentes ecclīe hoſtes retorſerūt illud in iniuriam eius: ⁊ hoc ex inſtinctu potius diuino q̄ꝫ humano: vt inde ipſe aliq̄d noui diſceret ex ſacra ſcriptura. vas ergo erat tūc temporis poſitum. i. diſpoſitum a deo in ſalutem fidelium aceto plenum. i. amaritudine ſeu iracūdia: hic erat Hebreorum populus qui degenerauerat a vino bono ſanctorū patrū ſuoꝝ: ⁊ de iniquitate mundi quaſi de pleno vaſe impleti: habentes cor vt ſpongiā cauernoſis latibulis fraudulentū. vnde ſequitur. illi autē ſpongiam. i. linguam ſuam aceto maledictionis plenam: iſopo. i. humili populo chriſtianoꝝ circūponētes quaſi eum circūuenientes: obtulerunt ori eius. i. predicatori vł ꝑlato qui eſt os vel lingua populi. hoc eſt locuti ſunt contra eū amariſſima verba iniuriarū: poſtq̄ꝫ diutius ſimilia dixerant contra ſubditos eiꝰ ſimplices. Ex quo facto doctor ipſe eliꝫcere potuit cōſumatam intelligentiam ſacre ſcripture. nam cū ipſa non ſit aliud q̄ꝫ doctrina viatorum hominū: conſequēs eſt ꝙ ante finē mūdi debeat eſſe totaliter intellecta ab hoībus: ſaltem quoad ſenſum lr̄alem: alias eſſet fruſtra reuelata hominibꝰ: ex quo ꝓ alia vita non eſt neceſſaria. ⁊ quia myſteria in ea cōtenta varia ſunt/nec omnia ſimul implenda/ſed ꝑ ſucceſſiones tēporum ⁊ etatum: ideo nō ſimul eodem tempore ab eiſdem doctoribꝰ fidei fuit ſacra ſcriptura intelligēda totaliter: ſed paulatim ⁊ ꝑ partes. itaqꝫ quilibet doctor ſuo tēpore intelligeret myſteria ad ſuam etatem ꝑtinentia ſimul cum myſterijs temporum ꝓcedentiū q̄ alijs erant iam reuelata: nō autem myſteria futura: quia illa reuelāda erant ſuis ſucceſſoribus: vt expreſſe dixit angelus Danieli cap. 12. Uade inquit Daniel qꝛ clauſi et ſignati ſunt ſermones iſti vſqꝫ ad tempus ꝓfinitū a deo. ⁊c. quia ergo ꝑſecutio antichriſti erit circa finem mundi: et poſt eam pauciſſima reſtabunt myſteria implenda in eccleſia dei: quia cito poſt erit finis mundi: merito doctor vel ꝑlatus illius temporis ſciens quia omnia fere myſteria ecclīe conſumata ſunt vſqꝫ ad tempus ſuum: dicere potuit ſitio. i. deſidero vt iā conſumaretur ſcriptura. ad quod ſciendum ex iudeorū amara ꝑſecutione edoctus eſt: nā de eis dominus loquēs Luc. 21. ait. Amen dico vobis ꝙ non ꝓteribit generatio hec donec omnia fiant myſteria. ſ. eccleſie. ⁊ tunc vt apłs dicit Ro. 11. reliq̄e iſrael. i. pauci iudei q̄ remanebunt conuertentur ad chriſtum. cum ergo videret doctor catholicus ꝙ omnia alia myſteria eſſent conſumata: vt conſumaretur ſcriptura ꝑmittens iudeorum finalē conuerſionem alt-



ex nimio deſiderio. Sitio. i. deſidero hoc iā videre: ſed quia ꝑſecutionis eccleſie tēpus nondum erat impletum: illi adhuc amaro animo contra chriſtianos ſpongiam plenā aceto obtulerūt. ⁊c.

Moralitas. ¶ Moraliter vero ī hac quadrageſima cōſumatur ſacra ſcriptura in officijs eccleſie: quia omnia fere illius myſteria leguntur ⁊ declarantur: maxime in hac feria ⁊ hebdomade ſexta de paſſiōe chriſti: que eſt omnium ſcripturarū cōſumatio: qꝛ oēs ille ſunt de chriſto. Ipſe aūt in hoc ſacro tēpore potius q̄ꝫ in alio totius anni deſiderat aīarum ſalutem ⁊ cōuerſionē ad deū: ⁊ ait ſitio. ſed mundani ⁊ peccatores irridētes eum/ac contēnentes vocem eius dant ei bibere acetum. i. amaritudinem cordis: hoc eſt iram/inuidiam/⁊ rancorē cōtra ꝓximos: nolentes dimittere iniurias propter deum. vnde Trenoꝝ. 3. conqueritur de eis: factus ſum inquit in deriſum omni populo meo: ⁊ canticum eorum tota die repleuit me amaritudinibus/⁊ inebriauit me abſintio. ⁊c. pſal. 68. In ſiti mea potauerūt me aceto. ⁊. Hiere. 23. Ego te plātaui vineam electam: dicit chriſtꝰ eccleſie: ⁊ quomodo ꝯuerſa es mihi in amaritudinē. ⁊c.

Undecima pars euangelij. ¶ Tandem expleta omni ꝑſecutione antichriſti contra eccleſiam dei: omniqꝫ malorum irriſione contra bonos: ⁊ oīm deniqꝫ iudeorum inſultatione contra chriſtianos: que ꝑ aceti potationem ſignificata eſt: cum accepiſſet ꝑlatꝰ eccleſie acetum illud: cognouit illam eſſe vltimā partem tribulationis ecclīe in hac vita: ideo illa trāſacta dixit: Conſumatum eſt. ſ. omne malum culpe ⁊ pene eccleſie chriſtiane: quia deīceps nō exſpectatur niſi magna pax/⁊ tranquillitas fidelium: ac reformatio morū in hominibus: q̄ per ſabbatū ſequēs ſignificatur vt dicemꝰ. Et in hoc verbo ſignificat̄ primo mors antichriſti ⁊ finis ſue ꝑſecutiōis. Secūdo cōplementū ſacre ſcripture modo ꝓdicto. hoc eſt q̄ꝫtum ad intelligentiam ſecretoꝝ/⁊ exhibitionem myſteriorū in executiōe operis. Tertio ſignificatur conſumatio virtutum in viris catholicis: que maxime reſplēduerunt ſicut aurum in medio ignis tante tribulationis: vnde cū Apoc. 20. deſcripſiſſet Ioānes ꝑſecutionē antichriſti: ſubdit in cap. 21. vidi celum nouum. i. clerū renouatum in melius: ⁊ terram nouam. i. plebem laicam reformatam in moribus: vel ꝑ celum intelligitur populus chriſtianus reformatus: ꝑ terram notātur infideles ad fidem conuerſi. et in hoc genus humanū erit conſumatum: quando erit vnū ouile ⁊ vnus paſtor/vnus rex chriſtus ⁊ vna lex veritatis in omnibus.

Moralitas. ¶ Moraliter in hac feria videtur eſſe conſumatus ſeu finitus omnis laborꝫ penitentium: qui ꝑ totam quadrageſimā fleuerunt propter peccata ſua: hodie vero ꝓpter cōpaſſionem chriſti ⁊ virginis Marie: ac alioꝝ diſcipulorum eius: quaſi portantes crucem poſt ieſum: qḋ eſt facere penitentiam ſuam heroicā ex applicatione ad paſſionē chriſti. Unde nō reſtant ex doctrina eccleſie iam alie lachryme fidelibꝰ in hac quadrageſima: ideo dicit eis ꝑlatus: conſumatū eſt hodie totū exercitiū ſācte obſeruatiōis ieiunij et penīe veſtre. deinceps ꝓ ſo ſuccedet ſabbatū. i. reqes a laboribꝰ. ſuccedet ⁊ ſeptima hebdomas Paſchalis plena gaudijs ⁊ ꝯſolatiōe ſpūali. nec āpliꝰ legeẗ ī officio ecclīaſtico aliq̄d doloroſū. ⁊c.

Duodecima pars euangelij. ¶ Sicut de chriſto ꝓ ſo dicitur in euāgelio Matthei ⁊ Luce ꝙ cōſumata omni tentatione reliq̄t eum diabolus/⁊ acceſſerūt angeli ⁊ miniſtrabāt ei: ita de chriſto myſtico vere dicetur poſt tribulationem antichriſti: quando ꝑlatus dixerit conſumatum eſt: ꝙ conſumata omni ꝑſecutione relinquet eum diſcedetqꝫ ab eo tētator homo malus: accedētqꝫ angeli pacis. i. boni homines/⁊ miniſtrabūt fidelibus neceſſaria: ⁊ tūc ipſe Ieſus de celo clamās voce magna ſup pplm ſuū dicet ad patrem orans: pater in manus tuas. i. in tuā protectionem cōmendo ſpiritum meum. i. populum meum chriſtianorū: de q̄ apoſtolus ait: ꝙ qui adheret deo vnus ſpiritus ē cum deo. eum ergo tibi cōmendo: ne amplius in eum ꝓualeat inimicus tribulans ipſum. ⁊ hec dicens inclinato capite. i. diuina ſua virtute ad eccleſiā: quia vt apoſtolus ait caput chriſti deus eſt: emiſit ſpūm ſuū bonum ad conſolandū fideles tali conſolatione vt amplius non eſſet memoria tribulationū ꝓcedentium. Et ecce ſubito ī paruoqꝫ tēpore: velum templi. i. impedimentum claritatis ecclīe dei: qḋ erat exercitus ꝑſecutorum: ſciſum eſt. i. deturbatum virtute diuina/ac debilitatum a ſummo capite eorum antichriſto vſqꝫ deorſum. i. ad ſeruos eius minimos. vel poteſt dici velum obſcuritas cognitionis myſteriorum ſacre ſcripture: que illo tempore tolletur: vt appareant oīa interiora myſteria eius reuelata fidelibus: a ſummo myſterio trinitatis vel incarnationis: vſqꝫ deorſum ad minimum alicuius hoīs vel ecclīe particularis. vel a ſummo. i. a pricipio mūdi ⁊ creatione rerū: vſqꝫ deorſum. i. ad finē mundi ⁊ reſurrectionē mortuorum. Tūc etiam terra mota eſt. i. terrena vita remota ab hoībus: ⁊ petre. i. duricies cordium malorum ſciſe ſunt ꝑ contritionē ad penitentiam: ⁊ monumenta plena putredine. i. aīe plene peccatis: aperte ſunt ꝑ confeſſionem peccatorū. vel petre ſciſe ſignificant conuerſionē iudeorū. monumenta aperta conuerſionē ſarracenoꝝ ad fidem noſtram. iudei enim indurati ſūt modo ſicut petre: ſarraceni immūdi ſicut ſepulchra fetida. Inſup illo tempore multa corpora ſanctorū. i. exempla bonorum operū q̄ dormierant. i. oblita erant inter chriſtianos: reſurrexerūt ꝑ nouam aſſuetudinem. ait enim Beda in Homelia exponens illud chriſti dictum: ſi oculus tuus fuerit ſimplex totum corpus tuū lucidum erit. ⁊c. corpus quippe dicit opera q̄ palam cunctis apparent: oculū vero ipſam mentis intentionem qua homo operatur. ⁊c. in tempore ergo illo renouabuntur in eccleſia dei ſanctorum patrum mortuoꝝ exēpla ſanctitatis ⁊ omniū bonaꝝ virtutū. ⁊ poſt reſurrectionem chriſti myſtici a miſeria ad felicitatem/ a culpa ad ſanctitatem: ſancti antiqui exeuntes de ſuis monumentis. i. receptaculis aīarum: venient ī ſanctā ciuitatem. i. ad eccleſiam dei refor-

mandos. nam pie credi poteſt ꝙ apl̃i Petrus/ ⁊ Paulus apparebunt clericis: ſanctus Benedictus/Bernardus/ ⁊ Baſilius monachis: ſanctus Dominicus/Franciſcus ⁊ alij mendicantibꝰ ⁊c̃. Imperator etiam chriſtianorũ:qui multa bella ⁊ ſeditiones fecerat contra romanũ pontificẽ ⁊ totum clerum: tunc conuertetur: ⁊ penitẽtiam aget cum toto ſuo exercitu. de quo dicitur. Centurio autem.i.princeps belli ⁊ qui cũ eo erant in fauorẽ:alij principes ⁊ reges chriſtiani cuſtodientes ieſum.i. romanum põtificẽ ⁊ totum clerum: viſo terremotu p̃dicto in hominibus:q̃ dicit̃ mutatio dextere excelſi.et viſis his miraculis q̃ fiebãt ĩ eccleſia dei: ⁊ audiẽs ꝙ ieſus ſic clamãs in fauorẽ ſue eccl̃ie exſpiraſſet.i.miſiſſet de nouo ſpiritumſanctum in ſuos clericos:timuerunt valde iudicium dei dicentes. vere iſte homo romanus pontifex quẽ ꝑſequebamur:filius dei erat ꝑ ſpecialem poteſtatẽ ſpũalem ſup alios homines:et nos hoc non aduertebamus. inter eos maxime Centurio.i. imperator glorificauit deum.i. dedit honorem deo dicẽs de ſuo generali vicario:vere hic homo iuſtus erat.i.iuſte defendebat ſuam preeminẽtiam contra me.⁊ conſequenter omnis turba eorum militum q̃ ſimul aderant cũ imperatore in ſuo exercitu ad videndum ſpectaculum iſtud.i.renouationẽ eccleſie:⁊ videbant miracula q̃ fiebant apud eccl̃iaſticos : ꝑcutientes pectora ſua ex penitentia reuertebãtur ad deũ/ ⁊ prõptã exhibebãt obediẽtiam ſacerdotibꝰ.Stabant aũt oẽs noti eius.i.amici romani pontificis minores populi fidelium:q̃ ei ſemper fuerãt obediẽtes:a longe aſpicientes eum tum q̃ ob reuerẽtiã eius non audebant ei appropinquare:tum quia non poterant p̃ multitudine principũ ⁊ p̃latoꝝ qui ei de proximo ſeruiebãt.Erant autẽ ibi etiam mulieres.i. religiones vel ad l̃ram mulieres ſancte vt moniales virgines ⁊ vidue multe de lõge aſpiciẽtes magnã autoritatẽ eiꝰ in ſuo honore. Inter quas nominatim erat Maria magdalene.i.religio:cõtemplatiua monachorum:⁊ Maria mater Jacobi minoris.i.religio ſancti Franciſci humilis:⁊ Maria Joſeph.i.religio fratrũ p̃dicatorum creſcens in ſciẽtia dei mater omnis bone doctrine:vel mater.i. prima mẽdicãtium: ⁊ Salome.i. pacifica religio cartuſienſiũ:⁊ mater filiorũ Zebedei.i.religioſorũ actiuorum q̃ intendunt ad redimendum captiuos: vel ad debellandũ hoſtes fidei.nam tales religiones oportet eſſe bene dotatas ĩ bonis tẽporalibus:quod ſonat Zebedeꝰ .i.dos ſiue dotatus aut fluctus vehemẽs. He.n. omnes religiones ſequebãtur romanũ pontificem ꝑ obedientiã:cum eſſet in Galilea.i.rota mũdane proſperitatis ante ꝑſecutionẽ antichriſti.et miniſtrabant.i.ſeruiebant ei:⁊ alie multe diuerſitates bonorum hominũ:q̃ ſimul cum eo aſcẽderant ab humilitate ꝑſecutiõis Hieroſolymam q̃ eſt viſio pacis.i.ad pacificũ ſtatũ eccleſie finalis.

Moralitas. ¶ Moraliter bonus p̃latus in hac quadrageſima vidẽs diabolũ ex gratia chriſti victum a bonis chriſtianis:orat ꝓ eorum pacificatione dicẽs deo:pater in manus tuas cõmendo ppl̃m meũ. Quilibet etiam verus penitens poſt ſuã cõfeſſionem ⁊ ſatiſfactionẽ diuturnam in eleemoſinis/ ieiunijs/⁊ orationibus:in Paſchate accedet ad ſacram cõionem dicẽs deuote:domine ieſu chriſte nõ ſum dignus.⁊c̃.in manus tuas cõmendo ſpiritum meum iam vt pie credo liberatũ a poteſtate demonum. Ex miraculis etiam poſt mortem chriſti enarratis ⁊ moraliter expoſitis:apparent nimium rep̃henſibiles multi chriſtiani ſaxis duriores ⁊ in peccatis ſuis obſtinati.in quibus non ſcinditur velum cecitatis ⁊ ignorantie poſitũ ſup corda eoꝝ: quod impedit eos a cognitione veritatis vite moralis. ⁊ inter alios maxĩe velati ſunt/inuidi/iracundi/ et luxurioſi. Anima etiã peccatoris eſt ſicut terra arida ſine aqua gratie dei q̃ non eſt mota ad penitentiã in tota quadrageſima/neq; in hac feria ſexta:tales maxime ſunt auari/⁊ ſupbi qui nõ timẽt dei iudicium.cor inſup eorum induratum ẽ quaſi lapis quod nõ ſcinditur ꝑ contritionem cogitando mala q̃ fecerat:vt ſunt plerique homicide/⁊ tyranni. Conſcientia inſup talium fetida ad modum ſepulchri pleni oſſibus mortuoꝝ.i.peccatorũ non aperitur ad confeſſionem.neq; reſurgunt ad nouam vitã virtuoſam cũ chriſto reſurgente: vt appareant multis in exemplũ ſanctitatis in ſancta ciuitate q̃ eſt dei eccleſia.⁊c̃. Hec aũt oĩa miracula operat̃ deꝰ in veris penitentibꝰ:q̃ fuerunt humiles ⁊ obediẽtes mãdatis dei ⁊ eccleſie ac ſui p̃lati in hac ſancta quadrageſima.⁊c̃. Hactenus de euangelio paſſionis chriſti quantum ꝑtinet ad myſteria repreſentata in hac ſexta feria:quod vero ſequitur de ſepultura chriſti:licet hodie cantetur:tamẽ exponendum relinquimus ꝓ ſabbato ſequẽte:qđ ꝓprie pertinet ad quietem chriſti in ſepulchro.

Offertorium. ¶ Poſt euangeliũ hodie ſancta mater eccl̃ia loco offertorij : orat alta voce ꝓ toto populo chriſtiano ⁊ omnibus ſtatibus eius.ſ.ꝓ papa ⁊ omnibus epiſcopis ac toto clero:ꝓ imperatore ⁊ regibus ac ceteris dominis tẽporalibus: ꝓ cathecuminis/infirmis/captiuis/aut aliter tribulatis: ꝓ hereticis iudeis ⁊ paganis: ⁊ tandem ꝓ fidelibus defunctis: tenendo modũ penitus eundem quẽ quotidie ſacerdos miſſam celebrans obſeruat in ſuo memento ſecreto:de quo latius dicemus in tertio libro huius editionis ſup canone miſſe. Hoc autẽ facit eccl̃ia ꝓpter alteram duarum rationum.ſ.vel moraliter:vt eo die oſtendat ſe maxime miſericordẽ : quo recolit maximã ſui ſpõſi miſericordiã omnibus ſtatibus hominum factam:vnde ⁊ tunc maxime audet mĩam dei ꝓ omnibus inuocare:vel hyſtorice ad ſignificandã maximam charitatem eccl̃ie fidelium:q̃ remanebit poſt ꝑſecutionem antichriſti/ ⁊ deuote orabit ad deum ſuum ꝓ reformatione omniũ ſtatuum ſuoꝝ/⁊ ꝓ conuerſione omniũ infidelium vt tandem fiat vnum ouile omniũ hominum ſub vno paſtore chriſto:quatenus ꝑ veram eius fidem et doctrinam tranſeant ad ſeptimam illam etatem in qua erit quies animarum ſanctarum. Finitis



orationibus p̃dictis ad idem ꝓpoſitum.ſ.offertorij p̃latus ꝓponit fidelibus crucem adorandã deuote:tum in gr̃arumactionẽ deo ſuo ꝓ beneficio redemptionis:tum ad ſignificandum cõuerſionẽ omniũ hominũ in fine mundi:quãdo poſt blaſphemias ⁊ opprobria facta chriſto ⁊ populo chriſtiano:iterũ eleuabitur in honorẽ corã omnibus crux eiꝰ:⁊ reuerẽter adorabitur ab eis. Verũ ante adorationem crucis p̃latus facit quaſdam deuotas cerimonias. nam diaconus eius reuerenter eleuat eam de loco vbi iacebat in terra:⁊ coopertam pallio nigro tenens eam in manibꝰ ipſe cum alio ſocio incipit dicere: quaſi ex ꝑſona chriſti pendentis in cruce hãc querellã: Popule meus quid feci tibi.⁊c̃. ſequitur:quia eduxi te de terra Egypti:paraſti crucem ſaluatori tuo. Et reſpõdẽs populus valde contritus grece agyos otheos .⁊c̃. et latine ſanctus deus .⁊c̃. petit ſibi ignoſci dicens miſerere nobis. Inter reſpondendum vero diaconus qui tenet crucem:accedens ad altare diſcooperit vnum brachiũ eius. et finita illa reſponſione: iterum ait ex perſona chriſti ad populum: Quia traduxi te ꝑ deſertum .⁊c̃.ſequitur:paraſti crucem ſaluatori tuo.cui iterum ⁊ ſecundo reſpondet populus eadem verba grece ⁊ latine petens miſericordiã dei. Et interim diaconus magis appropians ad altare diſcooperit aliud brachium crucis. Tertio vero finita populi reſponſione iterum ex perſona chriſti ait.quid vltra debui facere tibi.⁊c̃.ſeq̃tur. aceto ſitim meã potaſti/⁊ lancea perforaſti latus ſaluatori tuo.et ſilr̃ populus r̃ndet/ ⁊ ſe hũiliat ad veniã vt prius. atq; interim diaconꝰ diſcooperit crucẽ totaliter ⁊ corã altari eleuat eã dans illã p̃lato vel presbytero exiſtẽti in altari. q̃ eleuãs crucẽ diſcooꝑtã alta voce dicit ad oẽs: Ecce lignũ crucis:in q̃ ſalus mũdi pependit venite adoremꝰ.⁊ tunc accedunt oẽs ꝑ ordinẽ ⁊ deuote ſe in terrã ꝓſternẽtes adorant crucẽ:offerũtq; munera ſua deo.inter adorãdum xp̃o chorus ſacerdotũ cãtat plures deuotiones de laudibꝰ crucis ab eccl̃ia ordinatas. Dicte cerimonie ⁊ deuotiões ad l̃ram ꝑſonãt q̃rellam chriſti meſſie iudeoꝝ cõtra ppl̃m illum: q̃ maxĩa cũ ingratitudine beneficiorũ ab eo receptoꝝ tradidit eum ad mortẽ:ſed poſtea ꝑ p̃dicationẽ apoſtolorũ ꝓ magna parte ppl̃s ille contritus petijt veniã:⁊ fidẽ chriſti recipiẽs deuote crucẽ eiꝰ adorauit eleuatã in honorẽ:q̃ prius erat deſpecta ab hoibus q̃ſi iacẽs in terra:vel cooperta dedecore. Per hiſtoriã vero ꝑtinẽt iſta ad finẽ mundi poſt ꝑſecutionẽ antichriſti.nã tunc p̃latus chriſtianoꝝ noie chriſti ꝓponet q̃rellã cõtra ꝑſecutores eccleſie:quoꝝ plurimi fuerãt chriſtiani educti a chriſto a ſeruitute Egyptiaca diaboli:⁊ traducti ꝑ deſertum gẽtilitatis q̃draginta annis.i.generationibꝰ eccleſie predictis: atq; cibati manna euchariſtie ⁊ aliorum ſacramentorũ: ac deniq; introducti in terram ꝓmiſſionis optimã:que ẽ eccl̃a dei:q̃ etiã ad modum optime vinee plantata/ cultaq; fuerat a chriſto vt faceret vinũ bonum:ipſi xp̃o ingratiſſimi ꝑſecuti ſunt chriſtum in ſuis mẽbris parando eis crucẽ/acetũ/clauos/⁊ lanceam ⁊ ceteratormẽtorum genera prius expoſita.ſed tandẽ poſtea ad fidẽ conuerſi deuote:adorabunt crucẽ chriſti eis reuelatam ⁊ eleuatam a delectiõe ſua. Moraliter etiã conq̃ritur p̃latus de malis chriſtianis rurſus crucifigẽtibꝰ ipſum ſuis peccatis ⁊ eũ deſpectui habẽtibꝰ: ⁊ cõmemorat beneficia eis p̃ſtita in q̃drageſima.vbi ꝑ quadraginta annos debent intelligi dies huius quadrageſime: poſt eductionẽ ab Egypto.i.carnali tẽpore. Manna in quadrageſima fuit p̃dicatio verbi dei frequentiſſima.introductio in terram promiſſionis eſt feſtum Paſchatis proximum.⁊c̃. Sed populus ex tali quermonia contritus:reſpondere debet:ſanctus deus.⁊c̃.miſerere nobis.⁊ hoc ſimul cum vera emendatione vite : vnde ad hoc proteſtandum proſternit ſe ad crucem adorandã.⁊c̃. Tandem adorata cruce reuerẽter:eleuatur ĩ magno honore cum hoc laudis cantico ab ecleſia edito: Super omnia ligna cedrorũ.⁊c̃. quod facile erit ad tres ſenſus predictos adaptare: poſt conuerſionem malorum:ſiue:iudeorum in principio eccleſie:ſiue antichriſtianorum in fine mũdi : ſiue peccatorum in fine quadrageſime. Alie huius miſſe partes poſt predictum offertorium vacant:eo ꝙ hodie vt diximus euchariſtia non conſecratur:ſed ſolus ſacerdos ſumit hoſtiam in precedente quinta feria conſecratam : cum vino non conſercato hodie in calice poſito. Quare ſacerdos reuerenter accipiẽs hoſtiam reſeruatam de loco ſacro in quo abſcondita fuerat : adducit eam ad altare:⁊ facta cõfeſſione generali:dictaq; oratione dominica.ſ. oremus preceptis ſalutaribus moniti.⁊c̃. poſt fractionem hoſtie ait: domine nõ ſum dignus.⁊c̃.⁊ ſumit euchariſtiam:ſicq; ſine certo fine miſſa illa dimittitur quaſi imperfecta.ſed loco finis apponuntur ei veſperi lamẽtabiliter decantati.⁊c̃. Cuius expoſitionem hiſtoricam in principio huius capituli diximus.

## ¶ Caput ſexageſimũſeptimũ de ſabbato ſãcto dñice ſepulture:quo generatio.42.eccleſie ſignificatur: ⁊ finis quadrageſime/ieiunio/⁊ pen̄ie fideliũ in pace concluditur.



Quadrageſima ſecũda eccleſie chriſtiane generatio viguit ſub romanis põtificibus Gregorio nono/ Celeſtino tertio/Innocentio quarto/ Alexãdro/Urbano/ Clemente/⁊ Gregorio: imperantibꝰ tunc Hẽrico ſexto/Guillelmo/Alphõſo/ ⁊ Richardo. Et correſpondet Zorobabel in ve. leg.qui licet natus in captiuitate babylonica:tñ ex gr̃a dei reductꝰ in libertatẽ effectus ẽ p̃nceps ppl̃i dei:⁊ aſcẽdit in Hieruſalẽ cũ magno fideliũ exercitu:reedificauitq; templũ dñi dicẽte ꝓpheta Zacharia:manꝰ Zorobabel fundauerũt domũ iſtã:⁊ manus eius ꝑficient eam:aſcenderunt et cum eo Jeſus filiꝰ Joſedech ſacerdos ⁊ pon-

Argumẽtũ officij ab anno chriſti 1250. vſq; 1260.

tifex maximus:atq; Heſdras ſcriba in lege do-
ctiſſimus. ꝓphetaruntq; tunc tēporis de chriſto
Ageus/et Zacharias. Similiter in hac ge.42.
mortuo Friderico ſecūdo liberata eſt eccl'ia a ca-
ptiuitate tyrannoꝝ imperatorum vacāte:ꝑ mul-
tos annos imperio. nam illi quos imperatores
noīauimus viuente Friderico contra eum fuere
electi.tunc etiam papa Gregorius nonus velut
alter Heſdras decretaliū librū cōpilauit ad bo-
num regimē eccleſie:⁊ Urbanus quartus vt al-
ter Zorobabel.i. alienus a cōfuſione eccleſiā la-
tinam ⁊ romanam q̄ eſt Hieruſalem ab oppſſio
ne liberauit ſarracenorū: quos Manfredus rex
Neapolitanus introduxerat: atq; feſtum corpo-
ris chriſti ꝓ reedificatione eccleſie ⁊ fidei ſolēni-
ter inſtituit: motus forte propter magnum illud
miraculū quod tunc deus oſtendit in ſex hoſtijs
cōſecratis: q̄ndo Hiſpani aragonēſes aduerſus
ſarracenos pugnarūt prope Ualentiā:quod di-
citur miraculum ſanctorū corporaliū: ⁊ vſq; ho-
die reſeruatur atq; oſtenditur reuerenter in opi-
do Daroca dioceſ cesarauguſtane (que ē patria
mea) apd̄ celtiberos populos. Poſſet etiam pa
pa Gregorius decim⁹ dici Jeſus ſacerdos ⁊ pō-
tifex maximus: qui cōcilium Lugdunenſe pau-
lopoſt celebrauit ꝓ reformatione eccleſie ⁊ dam
natione hereſum. In hac etiam generatiōe mul-
ti ſancti viri ⁊ doctores theologi magni clarue-
rūt in ſpū ⁊ virtute ac typo antiquorum ꝓphe-
tarum.ſ. Alexāder de Hales/Thomas de Aqui
no/Bona ventura/Hugo cardinalis/Antonius
de Padua/ Raymundus cōpilator decretaliū:
⁊ plures alij religioſi mēdicātes. Septimū quoq;
legis ve.ſignaculū: cui hoc ſabbatum correſpon
det:incepit poſt reedificationem tēpli ⁊ ciuitatis
Hieruſalem:in quo data eſt iam requies popu-
lo dei ꝑ multos annos a prelijs nationum:data
eſt ⁊ requies prophetis a labore ſcribendorū li-
brorum ſacre ſcripture:in quibus fieret ſpecialis
mētio de viris iuſtis illius populi : qualis facta
fuerat in ſex tēporib⁹ laborioſis p̄cedentibus in
ve.le. Nam ſicut populo dei a captiuitate Egy-
ptiaca exeunti ⁊ panem celi.i. manna in deſerto
comedēti: p̄cepit deus q̄ die ſexto cuiuſlibet heb
domadis colligerēt duplicē mēſuram manne ꝑ
ſingula capita.ſ.pro ſexto ⁊ ſeptimo die:ī quo nō
licebat laborare:ſed erat ſabbatū.i. requies do-
mini:ita nimirum in ſexto tempore ve.le.gemi-
nata ſūt myſteria ſigilloꝝ libri clauſi.ſ.bella po-
puli dei:vt dictum eſt de duab⁹ hiſtorijs Judith
⁊ Heſter: duplicati ſunt etiam prophete ſcripto-
res ſacroꝝ librorum: quia bini ⁊ bini miſſi ſūt:vt
Eſayas/⁊ Hieremias:Ezechiel/⁊ Daniel:Age⁹/
⁊ Zacharias.⁊c. quatenus in ſeptimo tempore
quod datum eſt illi populo in ſabbatū: vt alias
diximus :quieſcerent a prelijs et a ſcribendis li-
bris:in quib⁹ māna celeſte cibus.ſ.aīarū cōtinet.
In ſeptimo etiā quoq; anno nō licebat eis ſcd̄m
legē arare/ſeminare/aut metere fructus:ſed ſext⁹
annus ꝓferebat duplices fructus pro ſexto ⁊ ſe-
ptimo anno.quouſq; octauus ānus cum nouis

fructibus aduenīſſet:q̄ ſignificabat octauū tem-
pus.ſ.incarnationis chriſti:in q̊ iterum erant co-
lēda noua ſemina verboꝝ dei: dicēte dn̄o Leui.
25.donec naſcātur noua comeditis vetera.come
detis inq̄ vetuſtiſſima veterum: ⁊ nouis ſupue-
nientib⁹ vetera proijcietis.⁊c. eodem modo poſt
ſex tempora laborioſa ve.le.quibus ſemina ſpi-
ritualia in horreis ſacroꝝ librorum collecta ſunt
duplicato etiā ſexti tēporis labore:ſucceſſit ſepti-
mū requietionis tēpus. In ſeptima quoq; aper-
tione no.le.q̄ erit poſt tribulationē antichriſti:ca-
pietur beſtia:vt dicit Joannes in Apoca.cap̄.19.
et pſeudo prophete/⁊ mittentur in ſtagnū ignis:
ceſſabitq; labor ppl'i dei a pſecutiōe tyrānoꝝ:here
ticoꝝ/⁊ infideliū. Unde ex his q̄ ī hac hebdoma
de ſancta dicta ſunt de ſex ſignaculis ⁊ eoꝝ ap-
pertionibus:patere poteſt quo ordine ⁊ profectu
ꝑducit de⁹ opera ſua ⁊ myſteria eccleſie vſq; ad
fines ſeculoꝝ:⁊ q̄ ſicut in ſexto tempore le.ve.tri
bulatio validiſſima geminata eſt propter ſabba
tum ſequēs:in quo laborare non licuit:ita in ſex
to tempore eccleſie ſimilia credenda ſunt ma-
la gemināda:vt poſtea requieſcat in ſeptimo po
pulus dei ab operib⁹ tribulationū. Et ſicut ī ſex-
to die chriſtus verus paſſus ē ⁊ requieuit die ſe-
ptimo in ſepulchro:ſic ⁊ chriſtus myſticus in ſex
to tempore huius no.leg.patietur: vt poſtea ve-
niat ei ſabbatum reqetionis in ſepulchro huius
vite:niſi forte pacem illā aliquantulū interrum-
pat tribulatio talis qualis ſcripta ē in libro Ma
chabeoꝝ ſub peſſimo Anthioco q̄ in ſeptimo tē-
pore ve.le.facta eſt. Purgata ergo eccleſia ī ſuo
ſeptimo tempore ab omni tribulatione:aſcendet
quaſi dux de babylone pōtifex videlicet magn⁹
eccleſie dei quaſi renouate Hieruſalem. aſcēdet
inquā non paſſibus corporis ſed virtute et gra-
tia dei:quia dabitur ei poteſtas ac libertas cōuo
candi eccleſiam chriſtianā/⁊ reformādi eā ꝑ ma-
nifeſtam p̄dicationē veritatis. Incipietq; tūc ite-
rum regnare dn̄s deus exercituū ſup vniuerſam
terram.⁊ non regnabit vltra ſuper fideles chriſti
rex tyrannus/aut ydolorū abominatione pollu-
tus:⁊ enim auaricia ydoloꝝ ſeruitus ē teſte apo-
ſtolo:q̄ etiam de luxurioſis ait:quorum de⁹ ven
ter eſt. Sed redemptor noſter chriſtus regnabit
ſolus in ſua eccleſia contrita iam ſtatua illa qua
drifida.i. contritis auro/argēto/ere/⁊ ferro/ac te-
ſta flagello ātichriſti:deletiſq; omnib⁹ his a qui-
bus paſſa eſt eccleſia. nam p̄dicta omnia ad re-
gnum ꝑtinent babylonis ⁊ beſtie:in quorū deſo
latione vniuerſa hec peribunt: ⁊ poſtea erit ſab-
batum reqetionis ſāctificatum ⁊ benedictum a
deo.⁊ poſt ipſum parum ante diē iudicij vniuer-
ſalis erit reſurrectio chriſti myſtici/ ⁊ aſcēſio eius
in celum: ſedebitq; ad dexterā dei.i.in gloria ei⁹
in eternum:que ſignificabuntur in feſtis ſequen
tibus reſurrectiōis ⁊ aſcenſionis chriſti veri. Has
ergo temporū qualitates hoc eſt.42.ge. eccleſie
⁊ ſeptimi tēporis ſexte etatis repſentat hoc ſabba
tū ſanctū.nā quoad predictam generationē.42.
abſoluuntur ieiunātes a captiuitate totius qua-



drageſime:legūtur hodie multe lectiōes diuerſo-
rum prophetarum ſacre ſcripture:⁊ introducun-
tur cathecumini ad eccleſiam:q̄ eſt Hieruſalē:q̄
antea exulabant ab ea quaſi in captiuitate pe-
nitentie poſiti.⁊ ſimilia geſta ſunt in eccleſia illo
tempore ge.42.vt p̄diximus. Sed quoad ſepti-
mum tempus hoc ſabbatū vacat ab officio miſ-
ſali:quēadmodū ſupra diximus de ſabbato poſt
cineres:quod ad ſignificādum ſabbatum.i.ſepti
mum tempus ve.le.non habebat proprium offi
ciū. vnde ⁊ de ſabbato dn̄ice ſepulture (quā ho-
die cōmemorauim⁹) dicitur Luce.23.q̄ ſancte il-
le mulieres q̄ parauerant aromata:ſabbato qui
dem ſiluerunt ſecundū mādatum.ſabbatizat er-
go.i.ceſſat ⁊ vacat hodie officium eccleſiaſticū fe-
re ꝑ totum:⁊ ſolum habet officium pro nocte ſe-
quente.in qua iam licuit mulierib⁹ aliquid ope-
rari:⁊ ī qua corpus chriſti a ſepulchro reuixit:qd̄
ꝑ totum hunc diem ibi quieuerat:⁊ ſimiliter cor
pus eius myſticū in ſeptimo tempore quieſcet a
laboribus ſuis:reſurgetq; poſtmodum ad nouā
vitam ī nocte p̄ſentis myſterie. Et licet de myſte-
rijs p̄dicti officij multa egregia ſcripſerit autor
libri rationalis in ſexto ſui operis libro ad ſen-
ſum fere litteralē de myſterijs paſſionis ⁊ reſur-
rectionis chriſti:atq; cathecuminis hodie bapti-
zandis:ſupaddam ego ad ſenſum hiſtorialem in
toto hoc opere intentum:q̄dam gloſemata vt ex
vtraq; expoſitione clarior fiat huius officij intelli
gentia. Nam ſicut ille benedictionē noui lumi-
nis ac incenſionē cerei Paſchalis:refert ad pre-
dicationem noue legis in primitiua eccleſia:vel
ad fidem nouiter ſuſceptam a cathecuminis in
hoc ſabbato baptizandis:ita ego idem myſteriū
referā ad illuminationē doctrine.42.ge. in qua
etiam noue leges ꝓuulgate ſunt in eccleſia: vel
ad ſeptimum ſexte etatis tempus:in quo reno-
uabitur doctrina fidei ⁊ moꝝ in eccleſia. Et ſicut
extinctio veteris luminis ante noui incēſionem
⁊ benedictionem ſignificat(vt ille ait)ceſſationē
legalium cerimoniarum:q̄ erant lumē imp̄fectū:
vel ceſſationē vite prioris infidelitatis in cathecu
minis:ita opinor ego eā ſignificare ceſſationem
ſecte antichriſti:⁊ ꝓſperitatis mundane malorū
in predictis temporibus. Et ſicut ornatus eccl'ie
⁊ altarium denotat gloriā reſurrectionis chriſti ⁊
gaudium ſuorum fideliū:vel leticiā baptizando-
rum hui⁹ diei in eccl'ia:ita denotat ſimilē diſpo-
ſitionem ſeptimi temporis quoad honorē chriſti
⁊ fidelis populi:qui ſub ꝑſecutione antichriſti in
ſexto tempore fuerant dehonorati: idem dixim⁹
de ge.42.reſpectu.41. vnde in benedictione ce-
rei fit mentio de victoria noſtri regis:⁊ de ſpolijs
que accepit a ſuis aduerſarijs ſiue demonibus/
ſiue tyrānis/ſiue ātichriſtianis. ¶ Lectiōes vero
ſiue quattuor/ſiue ſex/ſiue duodecim/ſiue etiam
vigintiquattuor:quib⁹ adduntur ſingule oratio-
nes ad modū expoſitionū earum: ⁊ intermiſcen-
tur quattuor cantus chori:⁊ ſi apte applicentur
ad primitiuā eccleſiam:vel ad laudem baptiſmi
cathecuminorū: q̄ ſignificata ſunt in primordijs

*Benedictio cerei paſchalis* (margin, beside "gentia. Nam ſicut ille benedictionē…")

*Lectiōes ⁊ cantus.* (margin, beside "ſiue tyrānis/ſiue ātichriſtianis…")

ſingularum etatum:⁊ ꝓnūciata in oraculis pro-
phetarum:poterunt etiā nō minus apte applica-
ri ad ſeptimum eccleſie tempus: cuius myſteria
q̄ magna p̄figurata ⁊ ꝓphetata fuere ꝑ ſingu-
las mundi etates.nam tunc creabitur noua lux
fidei ⁊ nouus homo ad imaginem dei.⁊c.tunc ꝑ
arcam eccleſie ſaluabuntur fideles a diluuio pec
catorum:tūc Iſaac.i. populus chriſtianus ꝑ an-
gelum liberabitur a tentatione perditionis:tunc
Moyſes.i.prelatus educet populū ſuum a capti
uitate antichriſti ꝑ mare rubrū penitētie: tūc de-
niq; populus fidelium canticū leticie proferens
dicet. Cantemus domino:laudem⁹ deū:glorioſe
enim magnificatus eſt ſuꝑ nos.⁊c.apparebunt ⁊
ꝓphete ſeu p̄dicatores multi clamantes:omnes
ſitientes venite ad aquas.⁊c.audi Iſrael māda-
ta vite.⁊c.⁊ dicet p̄latus facta eſt ſuper me man⁹
domini.⁊c. et apprehendent ſeptē mulieres.i. ſe-
ptiformis gratia ſpūſancti virū vnum.⁊c. ⁊ crea
bit dn̄s ſuꝑ omnem locum mōtis ſion.i. eccleſie
dei/nubem refrigerij ꝑ diem ꝓſperitatis:⁊ ſplen
dorem ignis ꝑ noctem aduerſitatis:eritq; prote-
ctio fidelium a turbine ⁊ a pluuia.⁊c. Cantabit ⁊
tunc tota eccleſia fidelium:vinea facta ē dilecto
meo.⁊c.fiet etiam verbū dn̄i.i.inſpiratio ⁊ reuela
tio ad Ionam.i.p̄dicatorem filiū Amathi.i.verita
tis aut vere doctrine:vt ī eccl'ia dei q̄ eſt Niniue
p̄dicet penitentiā pro peccatis p̄teritis.⁊c. ⁊ con-
ſolans chriſtus fideles dicet eis:nunc ſanctifica-
bo nomen meū in vobis:⁊ congregabo vos.⁊c.
⁊ loquetur Moiſes ꝑ os p̄dicatoris contra ꝓter-
uiam iudeorum inuocando cōtra eos celū ⁊ ter-
ram donec cōuertantur ad fidem:dicens attende
celum ⁊ loquar.⁊c. Tandem conſumetur vt dixi-
mus ſtatua regis babylonis.i.cupiditas tempo
ralium bonoꝝ:liberabitq; angelus dei tres pue
ros.i.filios dei trini:de medio fornacis ignis lu-
xurie ardentis in carne ſua:⁊ faciet medium for
nacis quaſi ventum roris gratie dei refrigeran-
tem.⁊c.⁊ totus populus dicet cāticū hoc:ſicut cer
uus deſiderat ad fontes.⁊c. orabitq; pro eis ſa-
cerdos: Omipotēs ſempiterne deus reſpice propi
tius ad deuotionem populi huius.⁊c. Conuerſis
deniq; ad fidem infidelibus/iudeis/⁊ paganis/
ac ſarracenis:deuote incipient omnes inuocare
trinitatem dicētes: kyrie eleyſon.i. dn̄e miſerere.
pater de celis deus miſerere nobis.⁊c.ad quam
miam impetrandam petent ſanctoꝝ interceſſio-
nem.i.virginis Marie/angeloꝝ/apoſtoloꝝ/mar
tyrum/confeſſoꝝ/⁊ virginum dicētes cuilibet eo-
rum:ora pro nobis: ſicq; totam letaniam ꝑficiēt
laudantes deum:⁊ oēs ſanctos eius quos prius
blaſphemauerant.veniētq; deuote ad babtiſmū
facti iam cathecumini chriſti.⁊c. Poſt baptiſmū
vero non reſtabit niſi vt reſurgāt cum chriſto ad
nouam quandā vitam ſpūalem:in qua nihil ter
renum ſapiant:ſed mortui mūdo viuant deo:ex-
ſpectantes aduētum chriſti ad iudicium :vt cum
ille apparuerit in gloria:appareant ⁊ ipſi glorio
ſi cum eo. ¶ Moraliter vero hec omnia myſteria
ad ieiunātes ꝑtinēt q̄ poſt tribulatiōes ac tenta-

*Letania et baptiſmi.* (margin, beside "tius ad deuotionem populi huius…")

*Moralitas.* (margin, beside "ſi cum eo. Moraliter vero…")

ſiones totius quadrageſime:tranſeūt hodie qua
ſi a captiuitate in libertatem/ a labore ad quie-
tem/accenſa quaſi noua luce iocūditatis in offi-
cio eccleſiaſtico agente iam de gloria dominice
reſurrectionis/abiectis retro lamentis penitētie
⁊ paſſionis.vnde extincto veteri lumine vite p̄te
rite:accenditur et benedicitur nouum lumē vite
quiete dicente apoſtolo Ro.6. ſicut chriſtus re-
ſurrexit a mortuis p gloriam patris:ita ⁊ nos in
nouitate vite ambulemꝰ.ſ. p gratiam ſuam quā
nobis inſinuauit reſurrectio nr̄i ſaluatoris. Ce-
reus q̄ hodie conſecratur eſt verus penitēs deo
dicatus:cuius virtuoſa vita ⁊ ſancta conuerſatio
lucet in populo dei.nam cera candida ē caro pu
rificata ⁊ caſta: lignium ē anima ſācta charitate
plena:lumen conuerſatio honeſta ⁊ fructuoſa.le-
ctiones multiplices huius officij eque bene poſ
ſunt adaptari ad declarandas virtutes ſacramē-
ti penitētie ſicut baptiſmi p figuras ⁊ ꝓphetias.
Cantus ſunt gratiarū actiones humilium peni-
tentiū de hoc ꝙ deus pduxit eos p totam qua-
drageſimam ad portum tam amenū ſine offen-
ſione notabili:nauigantibus eni nobis in huius
mundi pelago valde ptimeſcēdum erat:ne nauē
noſtram.i.animā aut ꝓcella tempeſtatis arripe
ret/aut fluctꝰ abſorbere/ aut ſcopulus quateret/
aut i eternam p̄dam pirata crudelis abduceret.
ideo cum puenimus ad portum incolumes:ma-
gnas deo gratias agere debemus.Denicꝫ cū le-
tania.i.ꝓceſſione aut rogatiōe multiplici ad deū
⁊ virginem Mariam/ac omnes ſanctorū ordines
veniendum erat penitentibus ad piſcinam gra-
tie ⁊ mīe dei vt abluat ac mundet eos a ſordibꝰ
peccatoꝝ:⁊ induat candidis veſtibus virtutū.⁊c̄.

De ſepultura chriſti euan-

¶ Sed anteq̄ʒ miſſale officium huiꝰ ſācte noctis
aggrediamur:declarandum eſt myſterium dn̄ice
ſepulture procedēdo p textum monoteſeron vt
prediximus in paſſione.hoc enim ſolum reliqui-
mus ex euangelio precedentis ferie quaſi valde
accōmodum hodierno myſterio dominice ſepul
ture.quod etiam ad ſepulturam eccleſie moralē
ptinet. Habet hoc euangelium more ſolito tres
partes. Prima eſt de lateris apertura. Secūda
ibi:cum ſero factum eſſet.⁊c̄.de corporis depoſi-
tura.Tertia ibi:acceperūt ergo corpus.⁊c̄.de ſal-
uatoris ſepultura.

Prima ps euangelij.

Ergo peractis myſterijs paſ-
ſionis chriſti myſtici tā in ge.41.q̄ʒ in ſexto tem-
pore eccleſie:de q̄bus in cap̄. p̄cedēte:iudei quo-
niam Paraſceue erat.⁊c̄.i. tēpus quo iā p̄para-
batur requies eccleſie dei i hac vita. hoc eſt quia
erat finis ſexti temporis in quo facta eſt p̄para-
tio purgatoria chriſtianorum a peccatis ꝓ ſepti
mo tempore mundo ⁊ pacato: iudei accuſatores
inuidi:vt non remanerent corpora occiſorum in
cruce vſq̄ʒ ad ſabbatum.i. tempus ſeptimū (erat
enim magnus.i. ſolēniſſimus ille dies ſabbati:
in quo iam nō erit futura crux ſeu pſecutio chri-
ſtianoꝝ)incitati ſūt a ſpūſancto rogauerūt Pila
tum.i.iudicē antichriſti q̄ cōdēnabat eos ad mor
tem:vt frangerētur chriſtianoꝝ crura.i.ſuſtētamē
ta.q̄ ſunt milites bellicoſi:⁊ tollerētur de medio.
nam ſic oēs chriſtiani deficerent nec remanerēt
aliq̄ ad ſolēnizādū tēpus ſeptimū glorioſū.q̄ʒuis
enim iudei ſint mali hoīes ⁊ ſceleratiſſimi:tamē
p eos multa myſteria opatus eſt deꝰ q̄ ipſi non
intendebāt.In ꝓpoſito ergo iudei hoc rogantes
iudicē intēdebāt oīno delere chriſtianos de terra:
deꝰ aūt intendebat vt tota pſecutio ecclīe tūc fi-
niretur/ ⁊ non remanerent ꝓ ſeptimo tēpore ali
qui fideles cruciandi: ideo incitauit eos ad ꝓcu
randum cōſumationē martyrij chriſtianoꝝ.vene
rūt ergo milites iudicis:q̄ acquieuit annuitq̄ʒ pe
titioni eoꝝ:ad cōſumandū martyrium fideliū: et
ne viderentur iniuſte aut malicioſe agere contra
chriſtianos:fregerūt aliorum dānatorū crura ad
ſenſum datum:anteq̄ʒ chriſtianoꝝ. ad ieſum aūt
.i.populum chriſtianum cū veniſſēt vt ei ſimilia
facerent:viderunt eum iam mortuū.i.oīno perdi
tum ⁊ delectū ſine fauore ⁊ robore belli : ideo nō
fregerunt eius crura.i.non curarunt magis pſe-
qui milites ⁊ robuſtos chriſtianoꝝ:ſed pmitten-
te deo vnus militū antichriſti.i.in vna parte ter-
re : lancea ſue pſecutionis aperuit latus populi
chriſtiani.q.d. cum eccleſie cor ſit Roma et Ita-
lia:q̄ habet quaſi latera ſua Germaniā ⁊ Unga
riam:in aliqua earū fiet tam ſeua pſecutio con-
tra chriſtianos:vt cor eccleſie videatur apertum
⁊ ſine ꝓtectione relictum: quo facto continuo.i.
ſtatim exiuit ſanguis martyrum i magna abun-
dantia ex Roma ⁊ Italia: exiuit ⁊ aqua lachry-
marū populi dei afflicti: ⁊ ipſe ſaluator noſter q̄
hoc malum vidit ꝓphetice dum i terris ageret:
teſtimonium phibuit Matthei.24. ⁊ verū.i.veri
ficatum eſt teſtimoniū eius in ſexto tēpore eccle
ſie p operis exſecutionem. ⁊ ille ſcit quia vera.di
cit/⁊ vera facit dicta ſua ad experientiam:vt vos
ſic experti credatis ei in omnibꝰ alijs.Facta ſunt
autem hec myſteria in eccleſia dei ſexto tempore
vt ſcriptura ꝓphetica chriſti impleretur in dicto
cap̄. Matthei:q̄ hoc in ſentētia cōtinet:os nō cō-
minuetis vos pſecutores ex eo .ſ. populo fideli.
cuius oſſa virtutes ſunt:⁊ ille licet fuerint cōtur-
bate in pſecutione antichriſti: non tamē fuerunt
cōminute aut fracte : q̄ propter electos breuia-
buntur dies illi mali ne totaliter frangantur ad
uerſitate ⁊ ſuccūbāt in ea. ⁊ iterū alia ſcriptura.ſ.
Apoc.cap̄.21.dicit de ſeptimo tēpore ecclīe i ſen-
tentia:videbūt hoſtes chriſtianorum populū dei
quē ipſi pupugerunt vl' trāſfixerūt: eleuatum in
magnam gloriā ⁊ habentem poteſtatē ſup eos.
ideo admirātes turbabūtur timore horribili.⁊c̄.

Moralitas.

¶ Moraliter hec lateris chriſti corporalis aper-
tura:q̄ etiam cor eius fuit apertum:ſignificat pe
nitētis cordis aperturā affectualem q̄ triplex eſſe
poteſt.prima p cōtritionē/ſecunda p cōpaſſionē/
tertia p dilectionē. contritio.n. aperit cor vt inde
exeat ſanies peccati:vnde etiā aperit os ad con-
feſſionem/ ⁊ manus ad ſatiſfactionē. compaſſio
quoq̄ʒ ad proximū miſeriā patientē aperit cor vt
exeat inde viſceroſa pietas:vnde etiam aperit os
ad conſolationē eius/⁊ manus ad ſubuētionē.di-
lectio inſup ad deū aperit cor hoīs vt inde exeat





fluuius amoris:vnde etiam aperit os ad dei lau
dem/⁊ manus ad religioſam actionē. prima iſta
rum apertionū fit cum dolore/ſecunda cū teneri
tudine/tertia cum delectatione.per p̄mā cor eua-
cuatur/per ſecundam dilatatur/per tertiā adim-
pletur.q̄ homo p primam ſentit ſeipſum/per ſe-
cūdam etiā proximum/ per tertiā ieſum chriſtū/
propter primā monumenta aperta ſunt/propter
ſecundam petre ſciſe ſunt/propter tertiam velū
templi ſciſſum eſt.in prima Job ſaniē vlcerū te-
ſta radebat/in ſecūda canes lambūt Lazari pau
peris plagas/in tertia cor deuotū recipit vulnera
chriſti dicens:ego.n.ſtigmata dn̄i mei ieſu chriſti
in corpore meo porto.adeo vt in apertura lateris
chriſti ⁊ infixuris clauoꝝ aīa velut colūba in ni-
do requeſcat in foraminibꝰ petre ⁊ i cauerna ma-
cerie:petra aūt erat chriſtus:i quo deuoti ſabba-
tizant conſepulti ei per meditationem.⁊c̄.

Secūda ps euangelij.

Cum
autem ſero.i.finis ſexti temporis laborioſi factū
eſſet: q̄ vt diximus erat paraſceue.i.preparatiuū
chriſtianoꝝ qđ eſt ante ſabbatū quietiſſimi tēpo-
ris ſeptimi:decreuit deꝰ finē laboribꝰ imponere:
ideo ex inſpiratione diuina venit ad fideliū con-
ſolationē.homo quidā .i. humanus aut beniuo-
lus princeps:diues in mīa/vel diues in pecunia
ad faciendas largas eleemoſinas.nobilis gene-
re ſed nobilior virtute:quia bonus in ſe:⁊ iuſtus
ad proximos:decurio.i.decalogi obſeruator: no-
mine Joſeph quod eſt augmentum vel ꝓfectus
vite ſpiritualis:oriūdus ab Arimathia q̄ interp̄-
tatur lux mortis dn̄i:q̄ deuotꝰ ad paſſionē chri-
ſti.⁊ diſcipulus erat ieſu.i.chriſtianus ſed occultꝰ
ꝓpter metū tyrannoꝝ q̄ vigebāt in ſexto tēpore.
hic non conſenſerat conſilio ⁊ actibus ⁊ eorum
cōtra chriſtianos:qui etiā exſpectabat regnū dei
.i. ſeptimū tēpus i quo iterū regnaret chriſtꝰ ſup
terrā.q.d. poſt mortē antichriſti inſurget i fauorē
chriſtianoꝝ aliq̄s magnꝰ p̄nceps i p̄ncipio ſepti
mi tēporis:vel poſt mortē Friderici tyrāni inſur-
rexit in ge.42.alius bonus impator in fauorem
ecclīaſticorū:vel poſt vitia clericorū inſurrexit in
eadem generatiōe nouus pon.romanꝰ q̄ eos re-
formaret ſanctis ordinationibus/⁊ faueret bonis
religioſis q̄ tunc incipiebāt florere in ecclīa dei.
Poteſt quarto p ipſum Joſeph ſignificari ſtatꝰ
nouoꝝ religioſoꝝ : q̄ magno zelo ⁊ deuotiōe pu-
gnans cōtra hereticos pacauit ecclīam dei vt fi-
des catholica ſabbatizaret.i.ceſſaret a prelijs he-
reticoꝝ.⁊ de quolibet eoꝝ ſuo modo poteſt intel
ligi qđ ſequitur.⁊ ille p̄ceps audacter introiuit
ad Pilatū.i. iudicē qui hoc facere poterat: ⁊ pe-
tijt donari ſibi corpus myſticū ieſu quod eſt ppl's
chriſtianus:vt frueretur aliquātula pace ⁊ liber-
tate. Pilatus autē p̄dictus audita petiōne mira
batur ſi iam obijſſet pſecutor chriſtianoꝝ tā cito:
q̄ propter electos breuiabit dn̄s dies illius pſe
cutionis.⁊ acceſito Centurione.i. principe mili-
tie illius pſecutoris interrogauit eum ſi iam mor
tuus eſſet dn̄s eius: ⁊ cum cognouiſſet hoc ita ſe
habere: donauit libertati corpus myſticum ieſu:
iuſſitq̄ʒ ſibi.i.Joſepho reddi qđ petebat; ſicq̄ʒ da-
ta eſt libertas ecclīe et ceſſauit pſecutio malorū.
Joſeph autē.i.princeps p̄dictus mercatus Sin-
donē.i.mundā fideliū cōuerſationē/ac deponens
eum a cruce pſecutionis ſeu miſerie inuoluit to-
tum corpus ecclīe Sindone munda: reformatis
oībus ſtatibꝰ fideliū. venit etiā cū Joſepho.i.p̄n-
cipe vel prelato predicto Nichodemus.i.victoria
populi:qui etiam erat religioſus:hoc ē venit bo-
nus prelatus religionis vel ſtatus religioſorū:q̄
primū.i. in priore tēpore eccleſie ſub ſancto Be-
nedicto ⁊ alijs patribus venerat ad ieſum nocte
.i.in obſcuritate vel deiectione. hoc eſt anteq̄ʒ re-
ligioſi haberēt claritatē ⁊ fauorē in ecclīa dei. hic
ergo ſtatus hoīm venit iterū in claritate ad p̄nci
pem vel p̄latū ecclīe ferēs mixturā mirre ⁊ aloes
.i.regulā vere penīe q̄ preſeruat a putrefactione/
⁊ amara ē ſicut mirra/⁊ cōfortat mētē ſicut aloes
corpus. in q̄ regula religioſorū ē multa mixtura
p̄ceptoꝝ ⁊ conſilioꝝ bonoꝝ.p̄latꝰ ergo cū religio
ſis acceperūt corpus eccleſie ⁊ ligauerunt illud
lintheis ſtatutoꝝ ſāctoꝝ: vel ex mādato ſupioris
vel ex ꝓprio voto:cū aromatibꝰ bonoꝝ exēploꝝ
vite ſue/⁊ alioꝝ ſanctoꝝ:ſicut mos ē iudeis.i.chri
ſti cōfeſſoribꝰ ſepelire.i. claudere ⁊ quietare eos
qui ſue gubernationi ſubditi ſūt.

Moralitas.

¶ Ex dictis er-
go in hac ſcđa parte conſtat diſpoſitio ecclīe dei
q̄lis fuit in ge.42.⁊ qualis erit in ſeptimo tēpo-
re ecclīe.ſ.ꝙ fauore ⁊ diligētia bonoꝝ p̄ncipū vel
pōtificū/ac etiā religioſoꝝ ipa liberabitur a labo
ribꝰ pſecutoꝝ ⁊ reformabit in moribꝰ quoad oēs
hoīm ſtatus : remoto ab ea omni malo culpe/et
pene. Sicut etiā moderni p̄lati/vel curati/ac etiā
p̄dicatores hodie finē imponētes ieiunio/ac p̄mo
nibꝰ de penīa liberāt fideles a laboribus q̄dra-
geſime:⁊ inuitādo eos ad deuotē cōſcandū refor
māt in moribꝰ vt ſint parati reſurgere cū chriſto
in Paſchate ad nouitatē vite ſpūalis.

Tertia ps euāgelij.

Erat autē
in loco vbi chriſtus crucifixus eſt.i.in memoria
paſſionis eiꝰ:erat fidelibꝰ.42.ge.vl' ſeptimi tem
poris:hortus ameniſſimus.ſ.ſacra ſcriptura tam
no.q̄ʒ ve.teſtamēti q̄ tota eſt de chriſto:ideo dr̄ ꝙ
in horto illo erat edificatū monumētum nouū.i.
memoriale mortis ⁊ ſepulture chriſti: qđ fideles
renouat quādo mētaliter ſepeliūtur in eo p deuo
tam meditationē.q.d. exercitium ſāctoꝝ.42.ge.
⁊ ſeptimi temporis eccleſie totum fuit ⁊ erit ſtu-
diū ſacre ſcripture:q̄ eſt hortus cōtinens monu-
mentū chriſti Job.5.effodiētes theſaurū.ſ.ſapiē
tie gaudēt cū inuenerint ſepulchrū.Joſeph itaq̄ʒ
.i.bonꝰ p̄latꝰ ecclīe cū Nichodemo.i.religioſo ſta
tu poſuit corpꝰ ieſu myſticū in monumento ſuo
nouo:qđ ipſe labore p̄dicatiōis/⁊ vomere lingue
ſue excidit in petra indurati cordis obſtinati pec
catoris: in quo ſepulchro nōdum poſitus fuerat
quiſquā mundanoꝝ vſq̄ʒ ad tēpus dicte reforma
tionis: in quo multi ad deum cōuerſi effecti ſunt
magni ꝯtemplatiui paſſiōis chriſti ⁊ alioꝝ myſte
rioꝝ nr̄e reparationis:quaſi abſconditi in ſepul-
chro chriſti a pturbationibꝰ ſeculi.ibi ergo ꝓpter
Paraſceuē iudeoꝝ p̄teritā:⁊ q̄ iuxta.i.ꝓpe erat
futurum monumētum totiꝰ mundi.i.finis ſeculi

et breuis hominum vita:poſuerſit ieſum.i.popu
lum chriſtianum boni p̄lati ꝛ religioſi:quatenus
in hoc ſepulchro cuſtodiretur illeſus a turbine/ꝛ
a pluuia:que ſunt mundane tentationes.Et ad-
uoluit Joſeph ſaxum magnū.i.pōdus penarum
eccleſiaſticarū contra trāgreſſores: q̄ taxantur in
magno volumine decretalium: ad hoſtium mo-
numenti legis dei:ꝛ abijt.i. deceſſit ī pace eccl'ie.
Maria aūt magdalene/ꝛ Maria Joſeph/ ꝛ alie
mulieres.i.religiōes ſācte de quibus ſupra:aſpi-
ciebāt deuote vbi ꝛ quomodo poneretur.i.diſpo
neretur corpus eccleſie in hoc tēpore magni ſab
bati ei9. ꝛ erant ſedētes.i.quiete contēplātes con
tra ſepulchrum chriſti:vt p deuotas meditatiōes
ibi ſepelirentur cum eo ꝛ celebrarēt inquiete hoc
ſanctum ſabbatū. Unde ſubditur.ſubſecute aūt
mulieres.i. deuote anime q̄ venerāt de Galilea
.i.rota mundi:viderunt monumētum:ꝛ quemad
modum erat poſitum corpus ieſu:ad ſenſum da
tum. ꝛ reuertentes ad cor ſuum parauerunt aro
mata orationum:ꝛ vnguēta deuotionum. ꝛ ſab-
bato quidē ſiluerunt a curis ſeculi ſecundū man
datum regule religionis ſue. Altera vero die q̄
eſt poſt Paraſceuē.i.in ſabbato vl' quiete eccl'ie:
conuenerunt p̄ncipes ſacerdotum.i. p̄lati eccl'ie.
ꝛ phariſei.i.religioſi ad Pilatum.i.principē ſecu
larem:qui armis tenetur eccl'iam dei defendere:
dicētes ei: domine recordati ſumus ī otio noſtre
contēplationis;de malis p̄teritis in perſcutione
chriſtianorum/vel ſub antichriſto/vel ſub imp̄a-
tore tyranno:quando ille hominum ſeductor in-
ter cetera dixit adhuc viuēs: poſt tres dies.i. ge-
nerationes reſurgam.ſ.ad p̄ſequēdum iterū chri
ſtianos:iube ergo cuſtodiri hoc ſepulchrum chri
ſti morale:quod ē populus chriſtianus: armata
acie contra hoſtes fidei noſtre:vſq; in diē tertium
.i.generationē tertiam ab iſta.42.vl' tēpus aliud
poſt iſtud pacificum in fine mundi:ne forte iterū
veniant contra nos diſcipuli.i.ſectatores eius:et
furentur vi armorum regnum chriſti in terra: et
dicant plebi laicorum ignorātium q̄ ſurrexit a
mortuis:ꝛ ſi hoc eueniat:erit nouiſſimus error.i.
vltia p̄ſecutio eccl'ie peior p̄ore. patuit hoc dictū
in cōcilio Lugdunēſi ſub Gregorio decimo: vbi
ad defenſionē eccleſie a tyrānide Friderici imp̄a
toris ꝛ aliorum electus eſt Rodolphus impera
tor:quatenus error Friderici iam mortui iterum
non reſurgeret contra eccleſiam dei. ꝛ ſimile ali
quid futurum credimus in ſeptimo eccleſie tem-
pore:vt prouideant fideles de aliquo bono prin
cipe ad tuendum eccleſie ne forte iterum reſur-
gat p̄ſecutio antichriſti vel alia ei ſimilis. Prin-
ceps ergo taliter inſtitutus ait ſecurādo eccleſia
ſticos:habetis bonam cuſtodiam : ite ad officia
veſtra eccleſiaſtica/ꝛ agite ſicut ſcitis vt boni pre
lati ac religioſi.Illi aūt abeuntes a concilio gene
rali ad p̄prias eccleſias:munierūt ſepulchrū mo
rale p̄dictū ſanctis legib9 ac decretis:ſignātes in
eo lapidē p̄dictū.i.librū decretaliū publice legen
dū in vniuerſitatib9:cū cuſtodib9.i. doctorib9 de-
cretoꝝ:q̄ ſuis gloſis defēdāt ab impugnationib9
ꝛ cōtrarijs ſingula decreta.p̄lati etiam vl' iudices
dicūtur cuſtodes legū cōtra earū tranſgreſſores.
¶ Moraliter omnes deuote cōmunicantes vel *Moralitas.*
euchariſtiam recipientes ſepelliunt chriſtum in
anima ſua:q̄ efficitur ſepulchrum eius.ideo ipſa
debet habere conditiones ſignificatas in ſepul-
chro materiali corporis chriſti: quod fuit alienū
ſed hominis iuſti/fuit nouū ſed in horto/fuit ex-
ciſum in petra/fuit lapide grandi clauſum/ꝛ ani
ma recipiēs digne euchariſtiam debet eſſe iuſta:
nam ī ſola tali requieſcit chriſtus. ſit ergo iuſta:
ad deum p religionem:ad proximum p pietatē/
obſeruantiā/ꝛ reſtitutionē:ad ſe p debitam ſen-
ſualitatis gubernationem.debet eſſe noua vl' re-
nouata abiecta vetuſtate carnalium pc̄torum/et
inſertis floribus virtutum ad modum horti ame
niſſimi.debet eſſe in ea exciſa duricies p̄teruie ꝛ
obſtinatiōis. debet eē clauſa mūdo ꝛ diabolo ne
eorum tentationes intrent in eam.clauſura eius
ſit vna ex quattuor:vel pudor hominum/vel do-
lor preteritorum/vel timor penarum inferni/vel
amor glorie paradiſi. nam cōmuniter homines
p̄pter has cauſas cauent peccata. Fuit autē ſe-
pultus chriſtus in ſindone munda.i. conſcientia
pura a turpibus cogitationibus/ꝛ affectionibus/
cum aromatibus deuotarum orationū. fuit vn-
ctum corpus eius vnguēto mirre.i. amare peni-
tentie p̄cedentis/ꝛ aloes.i.charitatis intēſe cōco-
mitantis ꝛ ſubſequētis.fuit ligatum lintheis:pre
ceptorum dei ꝛ eccleſie.vt nō audeat ea trāſgre-
di.ꝛc̄. ¶ Expeditis miſterijs hui9 diei veniam9
iam ad officiū miſſale huius ſancte noctis:qd̄ ſi-
mul reſpicit nouiter baptizatos/ꝛ p̄mordia reſur
rectionis chriſti ad litteram:vt patet in rationali
ſatis bene.per hiſtoriam vero more noſtro ad ge
nerationem.42. eccleſie referetur. Huius miſſe *Introit9 miſſe vacat.*
introit9 nullus eſt:ſed more antiquo eccleſie miſ
ſa incipit a kyrie eleyſon. ad denotandam refor-
mationem eccleſie factam in generatiōe.42. ſe-
cundum antiqua ſtatuta ſanctorum patrum.ſo-
lum ergo pro introitu miſſe dicunt cātores: Ac-
cendite tribus vicibus:vt incitent alios ad accē-
dendas candelas ſuas in miſſa hac ſolēni ꝛ gau
dioſa:ꝛ illa accenſio luminarium ſignificat ma-
gnam illuminationē ſapiētum ꝛ doctorum eccle
ſie .ge.42.vt p̄diximus. deīde per kyrie eleyſon:
petit eccleſia miſericordiam ſeu gratiam dei fide
libus tūc reformatis quātum ad omnes fere ſta-
tus hominum. Additur gloria in excelſis.ꝛc̄.can
ticum angelorum:ad inſinuandum nouum chri
ſti aduentum in mundum per ſupradictam re-
formationē:deq̄ etiam letati ſunt angeli in celo:
quia gaudium eſt angelis/ penitentia/emenda
tio/ꝛ reformatio peccatoris. Oratio:De9 qui hāc *Oratio.*
ſacratiſſimam noctem.ꝛc̄.moraliter adaptat my-
ſterium reſurrectionis chriſti ad nouitatem vite
penitētium fideliū: petens eis vel dari vel con-
ſeruari ſpiritum adoptiōis iam datū:q̄ adoptati
ſunt ī filios dei ac ſi eſſent nūc baptizati:vt p tale
donū renouati in actib9 tā exteriorib9 q̄ȝ interio-
ribus puram deo exhibeant ſeruitutem in feſtis



paſchalibus. Quāuis eadē orō poſſet exponi de
reformatis in.42.gen̄atiōe: vel ī ſeptimo tēpore
¶ Epiſtola: Si c̄ſurrexiſtis cū chriſto.ꝛc̄.Coloſ. *Epiſtole argumentum.*
3.doctrina eſt p̄lati ſiue ge.42.ſiue ſeptimi tem
poris/ſiue etiam huius noſtre etatis in hoc Pa-
ſchali feſto:hortantis fideles ſubditos ad modū
viuendi ſpiritualē cum reformatiōe/aut renoua-
tione ſignificata in reſurrectione chriſti:ꝛ in ree-
dificatiōe templi ac ciuitatis Hieruſalem in ge.
42.veteris legis.Diuiditur in tres partes. Pri-
ma eſt p̄dicta doctrina. Secūda ibi:mortui.n.ꝛc̄.
eſt doctrine cauſa.Tertia ibi:cum enim.ꝛc̄.p̄mit
tit premia. Poſtq̄ȝ igitur vt diximus prelat9 ſuo *Prima ps ep'le.*
tempore reformauerat ſuam eccleſiā ſanctis qui
buſdam ſanctionibus;quibus imp̄fecti homines
poſſent grauari quaſi violenter ſubiugati nouis
legibus : nititur eos p̄ſuadere ad bonum vt vo-
luntarie ſubiaceant p̄dictis regulis:ꝛ ſic nō erūt
eis penales ſed delectabiles:quia bone ꝛ hone-
ſte.vnde adducens eis exēplar dn̄ice reſurrectio
nis ait.fratres mei in dn̄o chariſſimi:ſi pro quia:
ſurrexiſtis moraliter a morte peccati ad vitā gra
tie:cum chriſto.i.ſicut chriſt9 ſurrexit corporaliter
a morte nature ad vitam glorie.q.d.quia ex gra-
tia dei meruiſtis fieri ſimiles chriſto principi ve-
ſtro in reſurrectione a morte ad vitam:oro vos q̄
ſurſum ſunt .i. bona ſpiritualia celeſtia querite
vobis:vbi chriſtus eſt.i.que bona chriſtus poſſi-
det p ſuam reſurectionē:in dextera dei.i.in potio
ribus bonis glorie dei:ſedens pacifice et quiete
in eternū: hoc eſt p̄curate vobis deuote illa bo-
na poſſidere p veſtrā reſurrectionē:q̄ chriſtus ac-
quiſiuit ſibi p ſuā reſurrectionem:licet ipſe tanq̄ȝ
p̄mogenit9 in multis fratrib9 q̄ ſunt filij dei:ma
iora bona conſecutus fuerit q̄ȝ alij: ꝛ p̄pterea di
catur ſedere ad dexterā dei.iterum dico vobis q̄
ſurſum ſunt ſapite.i. guſtate vt ſapiant vobis et
ſaporem ī eis habeatis cū delectatione: nō que
rentes hec bona caduca q̄ ſup terram.i.q̄ ſūt ter
rena ꝛ amara. ſi enim poſſetis guſtare dulcedi-
nem bonoꝝ ſpūaliū gratie ꝛ glorie dei:deſiperēt
p̄fecto vobis oīa q̄ habentur in terris:q2 amara
et cito peritura. nam Gregorius dicit q̄ guſtato
ſpū deſipit omnis caro. Cum ergo ſanctiones ꝛ
decreta nr̄a non alioꝛſum tendāt niſi vt p obſer-
uantiam eorum homines acquirant bona ſpiri-
tualia:nō debetis eis grauari:imo gratis ſuſcipe
re ꝛ deuote obſeruare. Ratio huius eſt:quia per *Scd̄a ps epiſtole.*
hanc noſtrā reformationē vos facti eſtis mortui
mundo.i. mortificati in paſſionib9 ſenſualitatis
carnalis:vt mortificato corpore viuat ſpiſ.ꝛ illa
vita ſpūs veſtri licet modo nō videat̄ oculis cor
poreis:q2 abſcondita eſt quaſi ſepulta cū chriſto
in deo.i.coram deo:tamen pater tuus q̄ videt in
abſcōdito reddet tibi p̄miū p tuo labore.Utrūq;
ergo verū eſt: q̄ reformatio veſtra eſt reſurrectio
ꝛ vita q̄ȝtum ad aiam:ſed ē mortificatio ꝛ ſepul-
tura q̄ȝtum ad corpus:ad ſilitudinē huius noctis
q̄ recolit ſimul ꝛ ſepulturam ꝛ reſurrectionē chri
ſti veri:vt ſimile intelligatur de chriſto myſtico.
Et ſi vos hac nr̄a exhortatiōe p̄ſuaſi feceritis q̄ *Tertia ps epiſtole.*
diximus vobis:cū poſtea in octaua etate ſignifi-
cata in octauo die hui9 hebdomadis:q̄ erit dies
dominice reſurrectionis .ſ. craſtinus dies:appa-
ruerit chriſtus glorioſus : q̄ eſt vita veſtra effecti
ue.i.q̄ dat vitā gr̄e vobis in hoc ſeculo:tūc ꝛ vos
apparebitis cū ipſo in gloria reſurrectiōis rece-
pturi mercedem p̄ his laboribus q̄bus ex man
dato noſtro ſubiacetis.ꝛ tunc vita veſtri ſpūs nō
erit abſcondita:ſed declarabitur in gl'ia corporis
q̄ redundabit p̄cedetq; ex gloria aie. Poteſt ea
dem ep'la intelligi de religionibus mendicanti-
bus:q̄ florere incipiebant in ge.42. ac ſi p̄latus
religionis alicuius eadē verba diceret cōuerſis
ſue religionis:qui reliquerant mundū: eo modo
quo in p̄mitiua eccleſia p̄latus laicoꝝ p̄dicabat
iſta neophitis.i.nouiter baptizatis: quaten9 eos
conſolaretur ſuper labore noue vite quam incē-
perant. Poſt epiſtolam hec miſſa nō habet gra
duale: cum ſit ſolum doctrina incipientiū:ꝛ gra-
duale p̄tinet ad p̄ficiētes:ſed ponitur aleluia cū *Aleluia.*
verſu:Confitemini dn̄o.ꝛc̄.pſal'.117. ad denotan
dam leticiā ſubditoꝝ qua p̄ſuaſi ex doctrīa ep'le
laudant deū de gr̄a ſue reformatiōis dicētes ad
ſeipſos:o fratres cōfitemini dn̄o.i.laudate deum
q̄m bonus eſt ſeruis ſuis:ꝛ in ſeculū.i.ſemp ma-
net mīa eius ad benefaciēdū eis. Sed quia iſta
leticia eſt incipiētium:q̄ adhuc ſentiunt difficul-
tatem paſſionū in op̄e virtuoſo:additur tractus:
Laudate dn̄m.ꝛc̄.pſal'.121.q̄ depreſſa ꝛ lamenta *Tractus.*
bili voce cantatur ad ſignificandū leticiam eoꝝ
eſſe p̄mixtam triſticie ſalubri:eo modo quo reedi
ficantes templum in Hieruſalem ge.42.ve.le.
ſe habebant de q̄bus dicitur.1.Heſdre.4. q̄ per
mixte erant voces flentium ꝛ gaudentium.ꝛc̄. et
hoc requirit qualitas huius noctis in qua fletus
ſepulture chriſti admiſcetur gaudio reſurrectio-
nis:q̄ etiam ſignificat ſeptimā mundi etatē:in q̄
ſancti hoīes fruentes gloria angeloꝝ q̄ȝtum ad
aīas: patiūtur adhuc corruptionē q̄ȝtum ad cor-
pora in terra exiſtentia:vt dicitur Apoc.7. q̄ da-
tē ſunt eis ſtole ſingule.i.gloria aīe ſolum.Et ha
bet iſte tractus eandem ſententiam cū predicto
aleluia:licet ſub alijs v̄bis vt conſtat manifeſte.
¶ Euangelium:Ueſpere autē ſabbati.ꝛc̄.Mat- *Euangelij argumentum.*
thei.28.finem ſeptimi temporis eccleſie pacatiſ-
ſimi:cui proxima eſt reſurrectio mortuorū ꝛ dies
iudicij:deſcribit ſub typo reſurrectionis chriſti.et
poteſt etiam referri ad generationē.42. vtriuſq;
legis: in qua templum dei reedificatum eſt mo-
dis p̄dictis ac ſi a morte reſurrexiſſet.Habet tres
partes. Primo enim declarat̄ temporis opor-
tunitas.Secūdo ibi:ꝛ ecce terremotus.ꝛc̄. oſten-
ditur orbis mutabilitas.Tertio ibi:reſpondens
autem .ꝛc̄. pronunciatur reſurrectionis propin- *Prima ps euangelij.*
quitas. Tempus vero reſurrectionis corporis
chriſti myſtici:ſiue in exitu a captiuitate babylo-
nica: ſiue in reformatione eccleſie ſibi correſpon-
dente in generotiōe.42.ſiue in fine mūdi a mor
te de terra: oſtenditur eſſe conueniens in veſpe-
re.i.fine ſabbati.i.temporis pacifici ſignificati p
noctē hui9 ſabbati. q̄ veſpera luceſſit p fauorem

gloꝛiam ⁊ honoꝛem populi dei:in pꝛima ſabba-
ti.i.in octauo die vel tempoꝛe:quia.ſ.finis huius
coniūgitur pꝛincipio illius.ac ſi diceret quādo ve
nit finis ſabbati/ et pꝛincipium ſequentis diei:
tunc opoꝛtuit cōſumari myſteria eccleſie vt reſur
gat ad ſuā gloꝛiā:ſicut chꝛiſtus caput eiꝰ in tali tē-
poꝛe reſurrexit ab inferis.⁊ tunc venit ex diuina
inſpiratione Maria magdalene.i. religio cōtem
platiua/⁊ altera Maria ꝗ eſt religio actiua:vide
re ſepulchꝛū:qḋ idem eſt coꝛpus chꝛiſti myſticū:
vt ei deſeruirent ⁊ ꝓlatos ad bonū eius regimen
adiuuarent:ad conſumationē ſanctoꝝ inedifica-
tionē coꝛpoꝛis chꝛiſti vt apl's ait. quod maxime
neceſſariū erat circa finē mūdi:ꝓpter magnā re-
rum mutationē tūc imminentē:de qua ſubditur
Secūda ps euāgelij. Et ecce ſubito terremotus factus ē magnꝰ:vt iu-
bente deo terra daret moꝛtuos ſuos.angelus.n.
dn̄i deſcendit de celo vocare moꝛtuos vt ſurgant
ad iudicium:⁊ accedēs ad terram reuoluit lapi-
dē a ſepulchꝛis: ⁊ ſedebat ſup eū ad colligēdum
oſſa ⁊ cineres moꝛtuoꝝ:q̄ſi miniſtrās deo in ope
reſurrectiōis moꝛtuoꝝ.erat autē aſpectꝰ eius ſplē
didus ſicut fulgur.i.radius ſolis: ⁊ veſtimēta eiꝰ
alba ſicut nix.ad ſignificandā ſtolā gloꝛie coꝛpo
rū beatoꝝ. Poteſt iſte āgelus intelligi ipſe chꝛi-
ſtus veniēs ad iudiciū:ꝗ in pꝛimo aduentu dictꝰ
eſt angelus teſtamēti Mala.3. Pꝛe timoꝛe autē
eius venientis in tanta gloꝛie maieſtate exterriti
ſunt non ſolum homines ſed etiā angeli eoꝛum
cuſtodes: quaſi ſint reddituri rationē de hoibus
eis commiſſis:⁊ facti ſunt velut moꝛtui.i.ſtupidi
non valētes iudici reſpōdere. Si tamē hec pars
exponēda ſit de.42.ge.vtriuſqꝫ legis:terremotus
fuit publicum edictum ⁊ congregatio concilij fi-
delium ad reedificandum tēplum dei. angelus
domini cuius aduentu factus eſt terremotus ꝑ-
dictus:fuit vł rex Cirus ſeu Darius:vel Roma-
nus pontifex Gregoꝛius: iſte reuoluit lapidē vł
materialē:vel volumē decretaliū:quo reedifican
dum erat tēplum dei.vnde habitus ē in tāta glo
ria quaſi ſol refulgens in tēplo dei:ꝙ pꝛe timoꝛe
maieſtatis eius exterriti ſūt cuſtodes.i. minoꝛes
ꝓlati ⁊ curati cuſtodes gregis dn̄i:⁊ facti ſunt ve
lut moꝛtui nō valētes ei reſiſtere ꝑcipienti reedi-
Tertia ps euāgelij. ficari domum dei. Reſpondēs aūt angelus pꝛe
dictus ad timoꝛē ſubditoꝛum cōſolando eos:di-
xit mulieribus.i.ſanctis religionibꝰ vel alijs de-
uotis ꝑſonis:nolite timere vos:qui bene ſeruitis
deo et eccl'ie dei. licet foꝛte alij multi timere de-
beant qui male agūt:ait enim apoſtolus vis nō
timere poteſtatem.i.iudicem: fac bonum.⁊c.ſcio
enim ꝙ in omnibꝰ ꝗ agitis ꝗritis ieſum.i.ſalua-
tionem populi dei: qui in ꝑcedentibus tēpoꝛibꝰ
crucifixus ē a ꝑſecutoꝛibus.non eſt hic.i.talis iā.
ſurrexit enim ab illis malis/⁊ quiete viuit in li-
bertate ſicut dixit.i. pꝛophetauit anteqꝫ eueniret
hoc bonum ſibi:cum dixit:ammodo videbitis fi
lium hominis venientem in nubibus celi.⁊c.ad
ſenſum datum in cap̄.ꝑcedente parte tertia.Ue-
nite ergo iam ſecuri ⁊ videre locū ⁊ tēpus quietis
vbi poſitus erat dn̄s noſter ieſus chꝛiſtus in pꝛi-
mitiua eccleſia: ⁊ in quibuſdam alijs tēpoꝛibus
pacis eccleſie:q2 tale tempus eſt nūc. Ergo cito
euntes ad pꝛedicandū per mundum dicite diſci
pulis eiꝰ chꝛiſtianis q2 ſurrexit chꝛiſtus in mem-
bꝛis ſuis a miſeria pꝛeterita: ⁊ ecce pꝛecedet vos
q̄ſi bonus dux ppl'i in pace vſqꝫ in Galileā.i.trā-
ſitum ad aliā vitā. ibi enim eum videbitis facie
ad faciem in gloꝛia paradiſi. ecce pꝛedixi vobis
hec oīa vt diligēter ea faciatis ꝓpter ſpē magni
pꝛemij.Si vero hec pars exponatur de finali iu
dicio:itaqꝫ angelus dei reſpondens mulieribus
.i.deuotis ac ſanctis ꝑſonis vocatis ab eo ad iu-
diciū:dicet illis nolite timere vos boni ſerui dei:
ſcio enim ꝙ ieſum redemptoꝛē veſtrum ſemper
queſiuiſtis ſequentes eum crucifixum: ⁊ poꝛtan
tes crucem poſt eum : nunc aūt iam non eſt hic
.i.talis.ſurrexit enim ⁊ moꝛs illi vltra non domi
nabitur: neqꝫ opoꝛtet vos ſequi eū p penitentiā:
quia iam nō erit luctus neqꝫ vllus doloꝛ ſanctis
eius:venite ergo benedicti patris mei ⁊ videre lo
cum gloꝛie vbi poſitꝰ erat dominus ueſter a die
ſue aſcenſionis vſqꝫ modo: ⁊ cito eūtes dicite di-
ſcipulis eius qui ſunt in purgatoꝛio:quia ſurre-
xit chꝛiſtus cum toto regno ſuo a miſerijs ſeculi:
ecce pꝛecedet vos liberatos a penis omnibus in
Galileam celeſtem: ibi eū videbitis pacati ⁊ ſe-
curi i eternum.ecce ꝑdixi vobis cum adhuc eſſe-
tis pegrini ⁊ viatoꝛes in ſeculo.¶Moꝛaliter hoc Moꝛalitas.
euangelium denotat finem quadrageſime que
in hac nocte terminatur:que eſt ueſpera ſabbati
coniuncta pꝛincipio diei paſchalis: et venit iam
Maria magdalene.i.deuota anima fidelis con-
templatiua vt religioſi:⁊ altera Maria.i. anima
actiua vt laici: videre ſepulchꝛum.i. hanc quietē
ſpūalē i chꝛiſto deuote volētes celebꝛare feſta pa-
ſchalia:⁊ ecce magnꝰ trenoꝝ bonoꝝ motꝰ.i.mu-
tatio ꝙtū ad cibos:q2 iā incipiūt mactari aues ⁊
greges aialium terreſtriū ꝓ cōſolatiōe fideliū ꝗ
diu ieiunauerant:angelus.n. dn̄i bonus ꝓlatus
attulit nouum bonū de celo ꝑdicans iā reſurre-
ctionē dn̄i:⁊ abſoluens penitētes a laboꝛe peñie:
⁊ accedens benigne ad ſubditos ſuos:reuoluit.i.
remouit ab eis lapidē pōderoſum ieiunij q̄dra-
geſimalis:⁊ ſedebat.i.ſupſedebat a ꝑdicatiōe ſu-
per eum.i.de eo.erat autem aſpectus eiꝰ in eccle
ſia gloꝛioſus ⁊ reſplendens ſicut fulgur in veſti-
mētis ſericeis ⁊ aureis ꝑcioſis:⁊ veſtimēta linea
alba/⁊ munda ſicut nix.pꝛe timoꝛe autem eiꝰ ve
niētis cū tāta victoꝛia de vitijs: exterriti ſunt cu-
ſtodes .i.demones ⁊ mali hoīes mundani:qui p
totam q̄drageſimā cuſtodiebāt .i. obſeruabāt eū
cū ſuo populo:vt facerēt eū cadere a virtute ⁊ mur
murabant contra eū:vt viſum eſt in multis euā-
gelijs:⁊ ſic exterriti ꝙ facti ſunt velut moꝛtui nō
valentes iam quicquam mali agere aut loqui.
Sed pꝛelatꝰ licet malis aparuerit terribilis:bo-
nis ſeſe oſtendit affabilem dicens: nolite timere
vos/aut flere iam:ſcio enim ꝙ deuote queſiuiſtis
ieſum qui crucifixus erat ſecundum eccleſie re-
pꝛeſentationē:ſed iam non eſt.i. non repꝛeſenta-
tur talis.ſurrexit eni ſicut dixit : ideo debetis cū
eo gaudere ſpūalit. vn̄ venite ad eccl'iam ⁊ videte



locum ſacrum vbi poſitꝰ erat dn̄s in euchariſtie
ſacramento:⁊ comedite cū eo in menſa ecleſie.⁊
cito euntes p eccleſias ad indulgentias ſummo
diluculo: dicite diſcipulis eius.i.ſanctis illarum
patronis p deuotas oꝛatiōes:dicite eis quia ſur-
rexit dn̄s:⁊ ideo ꝓpter tāti feſti ſacramentū ſpe-
cialꝰ ſint vobis aduocati coꝛam deo. ⁊ ecce ipſe
ieſus ꝑcedet vos ſic peregrinantes in Galileam
.i.rotam vel circulum eccleſiarum:ibi eū videbi-
tis.i.viſitabitis in qualibet eccl'ia.ecce ꝑdixi vo-
bis in hac ſancta vigilia Paſchatis vt paretis
vos ad talē deuotionē:ꝗ certe bona ⁊ laudabilis
eſt ire cum ſanctis illis mulieribus ꝗ dn̄m ſum-
mo diluculo ꝗrebant in die ſue reſurrectionis.
Offertoꝛiū vacat. ¶Offertoꝛium et alij cantus choꝛi vacāt in hac
miſſa:ꝗ(vt diximus) celebꝛatur moꝛe āt̄iquo pꝛi
mitiue eccl'ie:quando tales cantus nondū erant
inſtituti.⁊ beatus Gregoꝛius ſcienter omiſit ta-
les cātus in hac miſſa edere pꝛeter aleluia ⁊ tra-
ctum.ſ ad repꝛeſentandam eccleſie renouationē/
refoꝛmationem/⁊ reductionē/ad ſuum pꝛincipiū
in tempoꝛibꝰ hoc ſabbato ſignificat( vt patet ex
dictis. Secreta oꝛatio: Suſcipe q̄s dn̄e.⁊c.offert
deo hoſtias ⁊ ꝑces deuoti populi:petēs eis gra-
tiā ad digne celebꝛanda feſta Paſchalia:ꝗ iam
incipiuntur:quatenus p talia merita vitā eternā
Communio vacat. conſequātur.Finalis oꝛo:Spūm nobis tue cha-
ritatis.⁊c:fere idem petit alijs ꝟbis.ſ.vt ꝗ per ſa
cerdotem deuote ſacramentū euchariſtie recepe
runt:per eius virtutē mereātur recipere infuſio-
nem charitatis/⁊ aliarum virtutū: quibꝰ colitur
deus in pace ⁊ concoꝛdia fidelium ſimul cōlcan
tiū.⁊c.¶Ex pꝛedictis a dn̄ica ſeptuageſime vſqꝫ
ad hunc diem:qui ē finis quinquageſime/ac to-
tius tempoꝛis deuiationis/ vel ꝑuaricationis in
ꝟtia parte libꝛi miſſalis:clare patet diſcurſus fere
totꝰ generalis hiſtoꝛie a pꝛincipio mūdi vſqꝫ ad
oꝛtum religionū mēdicantiū: in quo etiam finis
mundi ꝑnunciatus eſt.

## ¶Oꝛdo officioꝛum qua- drageſimalium in ſenſu moꝛali.

Cum ad duos ſenſus retulerimꝰ
officia miſſalia in.40.oꝛdo eoꝝ
in ſenſu hiſtoꝛico ſatis declaratꝰ
eſt iuxta oꝛdinem hiſtoꝛiarū ve.⁊
no.le.ſed ipſoꝛum oꝛdinē ⁊ con-
ſequentiā in ſenſu moꝛali nō ſa-
tis ibi explicatū:hic breui epilo-
logo trademus pꝛecipue ꝙtum ad euangelia et
epl'as.In quattuoꝛ igitur ferijs ꝗ dicuntur in ca
pite ieiunij:eſt ſermo vniuerſalis de peñia ⁊ exer
citijs eiꝰ in tota.40.in alijs vero hebdomabibꝰ
deſcēditur ad ſpecialia p ſingulas peñie partes:
¶Igitur i feria.4.cinerū epl'a Joel.2. ſub meta
phoꝛa tube vocātis milites ad ꝓliū:ꝓclamat q̄ſi
voce ꝑconia oēs fideliū ſtatꝰ ad exercitia peñie/
⁊ ad audiendā doctrinā ſcte mr̄is eccl'ie.euange
liū aūt Mat.6. dirigit intētionē penitētiū ad de-
bitū finē.ſ.celeſtē ⁊ nō terrenū ſub enigmate the
ſauri duplicis. In feria.5. poſt cineres declarat
fructꝰ bone peñie p exēpla ſacre ſcripture.quoꝝ
alterū eſt de ſanitate regis Ezechie Eſaie.38.al-
terū in euangelio de ſanitate ſerui Centurionis
Mat.8. In feria ſexta poſt cineres: tres partes
peñie diſtinguit⁊ q̄litates/earū determinat.epl'a
quidē Eſa.58.de ieiunio.euangeliū aūt Mat.5.
et.6.de elemoſina ⁊ oꝛone. Sabbato ſequenti
ethimologiā noīs ſabbati aduertens ꝓmittit in
epl'a Eſa.58.magnū ſabbatū.i.requiē penitētibꝰ
ablata pctoꝝ catena. in euangelio Marci.6.ſub
tropo nauicule periclitātis mirabilem liberatio
nē a naufragio ſpūali penitētibus pꝛomittit.
¶Dn̄ica ꝑma i.40.ſpecialꝰ agit de ꝑma parte
peñie ꝗ eſt ieiuniū:⁊ hoc p totā hebdo.⁊ in ꝑmis
epl'a iſta.2.Coꝛin.6. declarat opa fideliū in hoc
ſacro tēpoꝛe ieiunij q̄drageſimalis. euangelium
Mat.4. adducit exēplar de ieiunio chꝛiſti/⁊ de
vincēda tētatione multiplici : ꝗ occurrit ieiunāti
bus. In feria ſcd̄a.q2 ſimul cū ieiunio q̄drageſi-
mali eccl'ia ꝑcipit cōfeſſionē ſacramētalē: que eſt
ſecreta ꝗdam audientia iudicialis:declarat epl'a
hoc iudiciū ſub enigmate paſtoꝛalis diligētie in
cura ſuarum ouiū. Ezechiel.34. euāgelium ꝟo
Mat.25.parabolā explicās:ſub eiſdē fere noībꝰ
paſtoꝛis ⁊ ouiū foꝛmā iudicij penitētialis decla-
rat. Feria tertia ad cōfeſſionē etiā ꝑtinet.nā epl'a
Eſa.55.inuitat ad ꝯfeſſionē. euangeliū Mat.21.
ſub tropo emūdationis tēpli coꝛpoꝛalis agit de
emundatiōe cōſciētie p cōfeſſionē. Feria quarta
adducit ieiuniū Moyſi in ꝑma epl'a Exodi.24.
⁊ ieiuniū Helie in ſcd̄a epl'a.3.Reg.19. euāgeliū
ꝟo.Mat.12.redarguēs īpenitētibꝰ mundanis/
atqꝫ recidiuantibꝰ in pctm:allicit veros peniten
tes/ac ieiunantes ad dei amicitiā. Feria quinta
in epl'a Ezechiel.18.ꝓbat peñiam debere fieri de
pctis ꝓpꝛijs/nō de alienis.in euāgelio Roma-
no Mat.15.de Cananea.⁊ in Toletano Joan.8.
declarat magnū emolumētū vere peñie.ſ.ꝙ libe
ratur homo p eam ab opꝑſſione ⁊ ſeruitute dia-
boli.Feria ſexta addit epl'e ꝑcedenti finē eiuſdē
cap̄.Ezechiel.euāgeliū vero Joan.5. cōparat ſa-
cramentū peñie Piſcine in ꝗ lauātur aīe ⁊ ſanā
tur ab omni infirmitate pcti. Sabbatum in offi
cio ſuo pꝛincipaliter reſpicit clericos oꝛdinādos.
vnde ꝑma lectio Deute.26.dicit eos eſſe electos
⁊ mancipatos ad ſeruicium dei. Secūda lectio
Deute.11. ꝓmittit eis multa bona a deo:ſi bene
ſeruent leges ſui ſtatus.Tertia lectio:2.Macha-
beoꝝ.1.oꝛat ꝓ nouis clericis:vt deꝰ det eis grām
bn̄ miniſtrādi i tēplo dei.Quarta lectio Eccl'iaſtici
26.eſt alia oꝛo nouoꝝ clericoꝝ ꝓ vincēda tētatio
ne inimicoꝝ ſpūaliū.Quinta lectio Daniel.3.ſub
metaphoꝛa ignis ⁊ foꝛnacis explicat examē oꝛdi
nandoꝝ.⁊ facili trāſitu iſte lectiōes adaptātur ie-
iunātibꝰ/ ⁊ vere penitētibꝰ.epl'a.1. Theſſa.5.offi-
cia clericoꝝ in eccl'ia dei deſcribit:ꝗ etiā ad peni-
tētes/⁊ ieiunātes trāſferri poſſūt. euāgeliū Mat-
thei.17. ſub tropo tranſfigurationis chꝛiſti docet
tranſfigurationē moꝛalē nouoꝛum clericoꝛum/ ⁊
etiā penitentiū.Inſup in q̄drageſima tranſfigu-
ratur chꝛiſtus inter legē ⁊ ꝓphetas:et dealbātur

veſtes eius.i.populi ſuoꝝ fidelium per penitentiam: reſplēdet facies chriſti in p̄dicationibꝰ.⁊c̄.

¶Dominica ſecunda in.40.cū tota hebdomada ſua. principalius agit de oratione que eſt altera pars ſatiſfactionis penitētialis.i epiſtola.1. Theſſal.4. repetita doctria epiſtole.1. dominice comendat ieiunantibus mundiciam cordis a luxuria ⁊ auaricia: quia illa eſt neceſſaria deuote orationi. euangelium Romanū repetit doctrinā de trāſfiguratione morali populi dei. Toletanū Matthei.15. ſub typo mulieris Cananee notat conditiones deuote oratiōis.ſ.ꝙ petebat neceſſaria humiliter/conſtanter.⁊c̄. Feria ſecunda ꝓponitur in epiſtola Danielis.9. oratio Danielis cū tribus cōditionibꝰ bonis. euangeliū vero Joannis.8. inuehit cōtra mūdanos ⁊ incredulos doctrine eccleſie in hac.40. Feria tertia in epiſtola.3.Regum.17. inducitur oratio Helie ꝓphete in neceſſitate famis. euāgelium Matthei.23. refellit excuſationem increduloꝝ propter malam vitam p̄latorum temporaliū: ex quo habent magiſtrum perēnem i celo qui eos decipere nō poteſt. Feria quarta i ep̄la Heſter.13. allegatur oratio Mardochei ⁊ bone eius ꝓprietates. euangelium Matthei.20. reuelata chriſti paſſiōe ad inſtructionem penitentiū: reprobat indiſcretā orationem filioꝝ Zebedei/⁊ ſue matris. Feria quinta epiſtola Hieremie.17. ſpem certam i deo orationi neceſſariam cōfirmat ex analogia oppoſiti.ſ. de eo q̄ habet ſpem in mundo. euangeliū Romanū Luce.xvj. de diuite epulone/⁊ de Lazaro paupere ad idē eſt ꝓpoſitū. ſiſr euangeliū Toletanum Joan.5. reprobatis incredulis circa p̄dicationē eccl̄ie q̄ triplici teſtimonio confirmatur: tandē docet ſpem ponēdam eē in deo/⁊ i doctrina ſacre ſcripture. Feria ſexta in ep̄la Gene.37. damnat odium mundanoꝝ cōtra verū penitentem quaſi ſomniatorem: q2 ſpem ſuam in bonis alteriꝰ vite ponit. ſed euangelium Matthei.21. cōparat doctrinā eccl̄ie in hac.40. culture vnius vinee: que eſt ppl̄s dei. q̄re rep̄henduntur mundani eam cōtemnentes ⁊ bona huius vite q̄rentes: atq3 ſubinde ſeruos dei pſequentes. Sabbato ſub parabola duoꝝ filioꝝ eiuſdē patris (quoꝝ maior reprobus fuit ⁊ minor a patre benedictus atq3 feſtiue honoratus) ponit ep̄la Geneſis.27.⁊ euangelium Luce.15. differētiam inter inpenitentes q̄ ⁊ maiores in ſeculo: ⁊ inter humiles penitentes qui ſunt cōmuniter minores in honoribus ⁊ diuitijs huius ſeculi.

¶Dn̄ica tertia in.40. cum tota fere hebdomade p̄ncipalius agit de ſacramēto vocalis cōfeſſionis. vnde epiſtola huius diei. Ephe.5. videtur recolligere epiſtolas duarum dn̄icarum precedentium vt pſuadeat fidelibus mundiciam/⁊ abſtrahat a vitijs luxurie/ auaricie/ et vaniloquij: doceatq3 eos recte loqui in confeſſione. euāgelium Luce.11. idem docet ſub enigmate muti a chriſto mirabilit̄ ſanati ⁊ a demonio liberati. vnde ⁊ ob latrantes contra hoc ſacramentum multipliciter redarguit/ ⁊ penam cōminatur. Feria ſecunda in epiſtola.4.Regum.5. per emūdationem leproſi in iordane: qui fluuius iudicij dicitur: mirabilem virtutem huius ſacramenti (qꝺ iudicium ſecretū eſt) declarat. euangelium Luce.4. probat ꝙ mali/⁊ ingrati priuantur fructu huius ſacramenti. Feria tertia in epiſtola.4.Regum.4. penitentie iniunctionē a confeſſore in operibus miſericordie per oleum ſignificatis p̄cipuam eſſe declarat ad ſatiſfaciendum ꝓ debito peccatorum. euangelium Matthei.18. poteſtatem ſpūalem ligandi atq3 ſoluendi animas confeſſoribus a chriſto datam: etiam toties quoties reiterari hoc ſacramentum oportuerit: manifeſtis verbis chriſti demōſtrat. Feria quarta in epiſtola Exodi.20. ſuadet honorem eſſe exhibēdū patri ſpūali qui eſt confeſſor/⁊ p̄dicatori qui publicas voces ⁊ tonitrua emittit in eccleſia dei. euangelium Matth.15. eos qui hmōi patrē non honorant: ſed penitentes ab eo auertunt: exprobrat ⁊ nō veros chriſtianos appellat. Feria quinta in epiſtola Hieremie.7. reprobat eos qui putant ſecuritatē anime ſe habere ſine cōfeſſione: dūmodo ſint alias deuoti in eccleſia/⁊ miſſas audiant. euāgelium Romanū ē de ſocru Petri Luc.4. que ſignificauit confeſſionē que fit ad pedes ſacerdotis. euangelium Toletanū Joannis.6. conſonat epiſtole contra eos q̄ non credunt articulū de virtute ſacramenti confeſſionis contenti: ſolo pane verbi dei in predicatione continua eccleſie. Feria ſexta in epiſtola Numeroꝝ.20. ſub typo aque educte de petra deſerti que chriſtum figurabat: virtutem huius ſacramenti cōfeſſiōis a chriſto deriuatam ad conterendam duriciam humani cordis/⁊ lachrymarum aquam educēdam pſuadere vult. euangelium vero Joannis.4. per hiſtoriam putei Jacob ꝓfunditatem humani cordis declarat: cuius aquā etiā vſq3 ad feces ſitula confeſſiōis euacuat: ⁊ aqua gratie dei que ſitim extinguit: ipſum implet vt ſaliat in vitam eternā. ob cuius miraculi euidentiam multi ad confeſſorem concurrūt. Sabbato in epiſtola hiſtoriam Suſanne Daniel.13. de adulterio accuſate: ſed a Daniele liberate.⁊ ſiſr in euangelio Joannis.8. alteram adulteram a phariſeis accuſatam ſed a chriſto abſolutam: adaptat eccleſia ad ſacramētum cōfeſſiōis: in quo anime peccatrices ⁊ ſponſe deo adultere humiliter veniā petentes abſoluuntur/⁊ liberantur ꝑ confeſſorē ab omni accuſatione demonum contra eas.

¶Dominica quarta in.40. cum tota ſeptimana facit differentiam inter bonos ⁊ malos eccleſie filios. quia eorum quidam doctrinam eiꝰ ſequentes ieiunant/penitent/et peccata confitentur i hoc ſacro tempore quadrageſime: alij vero eam rident ⁊ ſpernunt. vnde epiſtola huius diei ad Galat.4. adducit ⁊ exponit hiſtoriam duorū filiorum Abrahe ex duabus vxoribus quorum alter.ſ. malus fuit eiectus a domo ⁊ paterna hereditate: alter manſit in domo et fuit heres benedictionis paterne. euangelium vero Joannis.6. miraculoſam panum multiplicationem:



qua chriſtus tot milia hominum ſatiauit: refert ad bonorum filiorū refectionē ex pane doctrine eccleſie in hac.40. Feria ſecunda ad idē ꝓpoſitum in epiſtola.3.Regū.3. adducit hiſtoriam de duabꝰ matribus ⁊ de duobꝰ earum filijs: quorū alter erat viuus ⁊ nutritꝰ lacte matris: alter mānſit mortuus ex incuria. in euangelio Joannis.2. hiſtoriam electiōis malorum a templo dei ſimili ratione inducit. Feria tertia in ep̄la Exodi.32. aſſimilat malos filios eccleſie illis q̄ adorauerūt vitulum in deſerto: pro quibus tamē eccleſia nō ceſſat orare ad dominū. in euāgelio Joannis.7. probat doctrinam eccleſie in hac quadrageſima eſſe a deo: c̄uis maliſ filij eiꝰ ei aduerſentur. Feria quarta propter ſcrutiniū baptizandorum in ſabbato ſancto: in epiſtola.1. Ezechiel.36. ꝓmittit eis aquam que eos mundabit/et renouabit c̄tum ad animas. in ſecūda epiſtola: Eſaye primo loquitur ad penitentes ⁊ ieiunātes filios eccleſie de ſua emundatione ac lotione a peccatis. in euangelio Joānis.9. ſub metaphora ceci ſanati a chriſto ꝑ lotionē in aqua Siloe: deſignat illuminationē cathecuminorum ꝑ fidem i aqua baptiſmi.⁊ ſimiliter illuminationē peccatoris in lotione ſacramēti penitētie. Feria quinta in epiſtola.4.Regum.4. adducit myraculū quo Eliſeus reſuſcitauit filium ſunamitis hoſpite ſue: vt inde ſignificet ꝙ filium eccleſie chriſtus reſuſcitat ꝑ miniſterium ſacerdotis ſui in ſacramēto penitentie. euangelium Romanum ad idem propoſitum adducit myraculum ſimile Luce.7. de filio mulieris vidue a chriſto reſuſcitato. euangelium vero Toletanum Joannis.5. probat poteſtatem datam ſacerdotibus eccleſie a chriſto ad moraliter reſuſcitādum mortuos/et iudicādum peccatores in ſacramēto confeſſionis: cui tamen doctrine maliſ filij eccleſie cōtradicunt. Feria ſexta i epiſtola.3.Regum.17. recitatur miraculum quo Helias reſuſcitari fecit filium vidue Sareptane. ⁊ in euangelio Joannis.11. miraculoſam Lazari reſuſcitationem a chriſto: et hoc vt eccleſia magis declaret virtutem ſacramēti penitentie/⁊ poteſtatem ſacerdotibꝰ euangelicis datam ſuper animas peccatorum. Sabbato i epiſtola Eſaie.49. vel Eſaie.55. eſt ſermo ad baptizandos in ſabbato ſancto: quo inuitātur ad fontem aquarum / ⁊ ad ſequēdum chriſtū ducem ⁊ preceptorem gentibus. Poteſt etiam referri ad penitētes vt veniāt ad aquas cōfeſſionis/⁊ ſequantur prelatum eorum ducem/ et preceptorem. in euangelio. Joannis.8. ſi ad baptizandos loquatur probat chriſti doctrinam euangelicā eſſe vniuerſalem/clariſſimam lucem/⁊ valde vtilem omnibus hominibus: cui tamē infideles contradicunt. idem fere erit ſenſus ſi ad penitētes ſermo dirigatur/⁊ loquatur de doctrina boni prelati in hac.40. Hactenus ergo de ſermonibꝰ eccl̄ie ad ieiuniū/penitentiā/⁊ ꝯfeſſionē pctoꝝ ptinētibus.

¶Dn̄ica quinta in.40.⁊ deinceps ꝑ duas hebdomades officia eccl̄ie ſe trāſferunt ad myſteria paſſiōis chriſti pie celebrāda: q̄tenus vel ex hac conſideratione fideles moueantur ad agendam penitentiam de peccatis. in epiſtola huius diei ad Hebre.9. vtilitas ſeu fructus paſſionis chriſti declaratur ex figura de pōtifice ve.le. q̄ ſemel in anno.i. in feſto expiatiōis intrabat in ſancta ſanctoꝝ cū incenſo ⁊ ſanguine ſacrificij ꝓ expiādis peccatis totius populi. in euangelio Joan.8. agitur de cauſa inferiori paſſionis chriſti.i. de odio ⁊ malicia iudeoꝝ quā cōceperunt ex vite eius ſanctitate/⁊ ex doctrine veritate. Feria ſcd̄a i epiſtola Jone.3. introducit figura de Jona: quā chriſtꝰ ad deſignandā paſſionē ⁊ reſurrectionem ſuam ſibi adaptauerat Matthei.12. in euāgelio Joan.7. mōſtratur effectus exterior malicie iudeorum ad ꝓducēdum in effectum paſſionē eius: quod tamen p̄ficere non potuerūt: q2 ipſe nō ꝑmiſit ſe capi. Feria tertia in epiſtola Danielis.14. inducitur figura de Daniele miſſo a babylonijs.i. iudeis in manus leonū.i. gentiliū: ſed tādem poſt glorioſam reſurrectionē chriſti iudei ab eiſdē leonibꝰ deuorati ſunt. in euāgelio Joan.7. declaratur pſecutio iudeoꝝ ꝯtra chriſtū nō ſolū ab extraneis ſed etiam ab amicis ⁊ cōſanguineis. Feria q̄rta in ep̄la Leui.19. opponit iudeis lex Moyſi: que ꝓhibet expreſſe peccata eorum grauiſſima: q̄ ipſi contra chriſtum cōmittebant ſtantes cōtra ſanguinem eius: ⁊ ſimul cū odio in corde loquebantur ei verba pacifica in ore. hoc expreſſe notat euangeliū Joan.10. vbi volebāt eū capere in ſmone: vt ꝓbauit exitꝰ: q2 voluerūt eū lapidare. Feria quinta in ep̄la Daniel.3. declaratur pena iudeoꝝ quā nūc habēt i captiuitate ſine rege/ſine ꝓpheta/ſine tēplo/ſine ſacrificio: c̄uis remaneat eis ſpes ſalutis in fine mūdi ꝑ ſacficiū ſpūale in aīo cōtrito. in euangelio Romano Luc.7. de Magdalena: ⁊ i Toletano Joan.7. declarat ꝙ nō oēs iudei cōcorditer peccauerūt in paſſione chriſti: ſed erat diſſēſio inter eos ſuꝑ hac re. Feria ſexta in ep̄la Hiere.17. ponitur querimonia chriſti innocentis coram deo: qua petit vindictam de iudeis volentibus eum occidere. quod patet ex euāgelio Joan.11. de cōſilio iudeoꝝ quo eū ad mortē cōdemnauerūt. Sabbato in ep̄la Hiere.18. repetitur alijs verbis conſiliū iudeorū: ⁊ additur q̄rimonia chriſti contra eos inprecādo eis penas condignas. euāgeliū Romanū Joan.12. enarrata honorifica chriſti receptiōe i Hieruſalē: additur iterū conſiliū iudeoꝝ contra chriſtū ſuper morte eius/⁊ declaratur fructus paſſiōis ſue maxime in gentilibus. euangelium Toletanum Joannis.6. poſt tot ſermones de penitentia additur ſmo de euchariſtia: q̄ eſt memoriale paſſionis chriſti ⁊ declaratur proditio Jude Scarioti qui chriſtum vendidit ⁊ tradidit ad paſſionem.

¶Dominica ſexta i ramis Palmarum propinquius accedit ad pertractandam hiſtoriam paſſionis chriſti iā definite apud iudeos. vnde premiſſa benedictione ramorum: ⁊ euāgelio de aduentu ſpontaneo chriſti ad paſſionem: additur epiſtola: Philipenſ.2. de qualitate perſone chriſti et de maxima eius humilitate in paſſiōe qua

pꝛomeruit exaltari ad gloꝛiam reſurrectionis.
Feria ſecunda in epiſtola Eſaye.50.declarat ſi-
mul innocentiam chꝛiſti et ſpõtaneam eius ob-
lationem ad paſſionem: quam non merebatur:
euangelium Joãnis.12.loquitur de cena Betha
nie de facto Magdalene:que ſuo vnguento figu
rauit chꝛiſti ſepulturã. ſed Toletana eccleſia le-
git hodie fere totum illud capitulũ:⁊ ita includit
Euangelium Romanũ ſabbati p̃cedẽtis.Feria
tertia in ep̃la Hiere.11.ponitur alia q̃rella chꝛiſti
ad deũ:qua deſcribitur modus paſſionis eius/et
pena aduerſarioꝝ.Alie eccl̃ie legunt hodie illud
Sapientie.2.Uenite circũueniamus iuſtũ.⁊c̃.de
machinatione iudeoꝝ cõtra chꝛiſtũ.Feria quar-
ta in pꝛima epiſtola Eſa.62.et.63. declaratur vi-
ctoꝛia chꝛiſti ꝑ ſuã paſſionẽ de mũdo ⁊ de diabo
lo. in ſecunda epiſtola Eſa.53. eſt ſermo clarus
de modo paſſionis chꝛiſti in humilitate/ ⁊ cũ op
pꝛobꝛio magno:de cauſa paſſionis ꝓpter pecca-
ta nr̃a:⁊ magno merito ac p̃mio chꝛiſti patiẽtis.
Feria quinta in cena dñi:⁊ alie due ſequẽtes q̃d
pꝛetendant in ſuis officijs:clarũ eſt.quia res ge-
ſtas a chꝛiſto in illis diebus.

Secunda pars ſecũde partis libꝛi miſſa
lis ⁊ alioꝝ officioꝝ eccleſie: de ſecunda
viſitatione qua chꝛiſtus mundum viſi-
tauit poſt ſuam reſurrectionem.Et con
tinet hec pars officia reſurrectionis/aſcenſionis/
et penthecoſtes.

## Caput ſexageſimũocta

uum de ſacratiſſimo die ac feſto Paſchali ſeu
dñice reſurrectionis: cuius officium p̃ter myſte-
rium litterale reſurrectiõis chꝛiſti ſaluatoꝛis no-
ſtri: reſurrectionẽ eccleſie ⁊ hiſtoꝛice et moꝛaliter
annotat.



Argumẽ-
tũ officij
generale.

Iam vero poſt p̃
dicta:tempus viſitationis ſeu
recõciliatiõis mundi diligen-
tius ꝓſequamur:hoc eſt tem-
pus reſurrectionis dominice:
quo redẽptoꝛ noſter ieſus chꝛi
ſtus cum nouitate vite incoꝛ-
ruptibilis ad ſuos rediens impleuit q̃d ante eis
ꝓmiſerat Joan.16.dicẽs:iteꝝ videbo ⁊ gaudebit
iterum coꝛ veſtrũ.⁊c̃.tali videlicet gaudio vt poſt
lachꝛymas et laboꝛes mundi quieſcatis in deo
ſabbatizantes. Unde ſicut poſt ſex dies laboꝛis
creationis ſucceſſit ſeptim⁹ in quo deus requie-
uit:et poſt ſex mundi etates laboꝛis fidelium:ſe-
quetur ſeptima beatitudinis: in qua erit ſabba-
tiſmus populo dei : ita poſt ſex hebdomades
laboꝛioſas quadrageſimalis ieiunij ac peniten-
tie:aduenit hec ſeptima ĩ officio eccl̃iaſtico plena
gaudij et quietis. quaten⁹ etiã ex hoc ſignificari
valeat ſucceſſus tempoꝛũ eccleſie dei in hac ſex-
ta mundi etate:qua poſt ſex hebdomades gene
rationũ:hoc eſt.42.generatiões a natiuitate chꝛi
ſti ſatis quidem laboꝛioſas omnib⁹ chꝛiſtianis:
ſuccederet aliud ſeptimũ tempus pacatiſſimum:
quale eſſe poteſt in hac miſera peregrinatiõe vi-
te moꝛtalis: maxime ꝗtum ad ſtatũ fidei/et reli
gionis/ac q̃tũ ad diuinum cultum ĩ templo dei
a fidelibus celebꝛandum: Hoc tempus ſepti-
mũ claruit in eccleſia dei ab oꝛtu religionũ men
dicantium vſq̃ ad nos:⁊ adhuc non eſt finitum.
quia vt diximus in feria ſexta precedẽte:hec no-
ſtra etas media ẽ inter duas grauiſſimas tribu-
lationes figuratas ĩ libꝛis Judith/⁊ Heſter:qua
rum altera iam preceſſit in generatiõe.41.eccle-
ſie:altera vero nondum venit:licet iam a religio
ſis dei nuncijs ꝓ̃dicata fuerit quaſi de pꝛoximo
futura: vt patet ſupꝛa ĩ expoſitiõe paſſiõis chꝛiſti
ad ſenſum hiſtoꝛicum.Hec itaq̃ hebdomas letiſ
ſima:imo ⁊ totum tempus reſurrectionis (quod
ſupꝛa dicebatur quinquageſima leticie ⁊ gratie
ab hoc die vſq̃ ad Penthecoſten)in officijs ſuis
repꝛeſentare intendit in ſenſu hiſtoꝛico(quẽ pꝛin
cipaliter querimus in hoc opere)ſtatum eccleſie
chꝛiſtiane ſub refoꝛmatione religionum: nam ꝑ
talem refoꝛmationem chꝛiſtus myſticus a moꝛ-
tuis reſurrexit.ſ. moꝛaliter ⁊ ſecundum modum
viuẽdi melioꝛem in lege chꝛiſti: Nam ante oꝛtũ
religionum mẽdicãtium eccleſia dei quaſi moꝛ-
tua iacebat in moꝛibus:quia carebat ſenſu ſcien
tie dei:carebat et motu dilectionis pꝛoximi:vt in
expoſitiõe lamẽtationum Hieremie diximus in
feria quinta p̃cedente.Pꝛedicantibus vero ſan-
ctis religioſis excitatus eſt ad vocem dei popu-
lus chꝛiſtianus: et pꝛopterea dicitur reſurrexiſſe
moꝛaliter a moꝛte ignoꝛantie : quia eoꝛum do-
ctrinis tã ſcriptis q̃ vocalibus ſopite ſunt om-
nes hereſes: adeo vt a trecentis iam annis nul
la ſit memoꝛia earum in eccleſia dei:iuxta iura-
mentum angeli: quem Joannes in Apocalipſi
cap̃.17. dicitur audiuiſſe dicentem ꝙ tempus .ſ.
hereticoꝛum nõ erit amplius. Secreta etiam le-
gis dei ⁊ ſanctarum ſcripturarũ/ac officioꝝ eccle
ſiaſticoꝛum pamplius ⁊ perfectius q̃ antea de-
tecta ſunt a viris religioſis in hac pace eccleſie:
qua fides catholica a pꝛelijs hereticoꝛum vacat
et ſabbatizat: Surrexit etiã populus dei a moꝛ-
te culpe excitatus ſanctis exemplis ⁊ miraculis
religioſoꝛum: qui ignem diuini amoꝛis venerũt
mittere in terram:vt arderent homines inflama
ti charitate : ac ſi iterum chꝛiſtus in die reſurre-
ctionis ſue aperuiſſet fidelibus ſenſum vt intelli
gerent ſcripturas:diceretq̃ inſufflans in eos:ac-
cipite ſpũmſanctũ.⁊c̃.Joã.20.Quare nõ immeri
to talis tempoꝛis qualitas a quibuſdam dicta
eſt tertia lex ſpirituſſancti : per comparationẽ.ſ.
ad legem veterem:que fuit lex patris per quan-
dam appꝛopꝛiationẽ: et ad legem euangelicam
in pꝛimis ſuis.42.gẽationib⁹: que ſimiliter di-
cta ẽ lex filij per appꝛopꝛiationẽ:Sed quia in di-
ctis ſex hebdomadibus generationum eccleſie
fides fuit multiplicibus bellis oppugnata ab
infidelib⁹/ab hereticis/⁊ a tyꝛãnis:nõ cõcedeba-
tur ppl̃o dei quies ad pacifice colẽdũ deũ in ſin-
ceritate coꝛdis ꝑ fidem/ſpem/ ⁊ charitatem tam
firma ⁊ diuturna: ſicut modo apparet a trecẽtis

Tertia lex
ſpũſſancti.



iam annis:hoc eſt ab oꝛtu religionum mẽdican-
tium. Jdeo licet populus dei nõ mutauerit legẽ
aut ſacramẽta: ſed in lege chꝛiſti ſeruiat deo(que
etiã duratura eſt vſq̃ ad finẽ mundi)mutauit ta-
men modũ ſeruãdi eãdem legem et precepta/ac
ſacramẽta chꝛiſti:purius.ſ.melius ⁊ ſpiritualius:
quã antea pꝛopter abũdantioꝛem gratiam ſpiri-
tuſſancti. nimirũ ergo ſi hoc reſiduum tẽpus ec-
cleſie chꝛiſtiane dicat lex ſpirituſſancti ꝑ appꝛo-
pꝛiationẽ. Et quãq̃ ĩ p̃mitiua eccl̃ia fuerint aliq̃
fideles valde ſpũales/⁊ in quibus abundãs gr̃a
ſpũſſancti faceret eos valde ſpũaliter ſentire de
lege dei/ac pꝛeceptis ⁊ ſacramẽtis: tamen illa ꝑ-
fectio fuit rara/et in paucis hoibus eccl̃ie dei: in
hac vero poſterioꝛe etate de qua loquimur:eadẽ
gratie abundãtia fuit valde multis cõmunicata:
vt impleretur illud Joel.2.in nouiſſimis diebus
effundã de ſpiritu meo ſuꝑ oẽm carnẽ ⁊c̃. ⁊ illud
pſalmi.39.Annũciaui ⁊ locutus ſum multiplica-
ti ſunt ſuꝑ numerum.ſ.religioſi in eccl̃ia dei:qui
appꝛopꝛiate dicuntur ꝓfeſſoꝛes tertie legis ſpiri-
tuſſancti:ſicut cõiugati dicuntur ꝓfeſſoꝛes pꝛime
legis p̃ris:⁊ clerici ſunt ꝓfeſſoꝛes ſcd̃e legis filij:
ſcʒ ſcd̃m appꝛopꝛiationes ſuas:de quibus alias
operoſius locuti ſumus. Sed aduertẽdũ ꝙ ſi-
cut ſpũſſanctus ꝓcedit a duobus patre.ſ. ⁊ filio:
ita religioſoꝛũ ſtatus ꝓcedit a ſtatu coniugatoꝛũ
per naturalẽ generationẽ:⁊ a ſtatu clericoꝝ ꝑ ap-
pꝛobationẽ/et cõfirmationẽ religionum.Habuit
etiam duo tẽpoꝛa in mũdo.ſ.ante aduẽtum chꝛi-
ſti in lege patris: vt conſtat de Helia Heliſeo/et
alijs: ⁊ poſt aduẽtũ ei⁹ in lege filij.in qua etiã du
pliciter ſe habuerũt religioſi: vno modo ante oꝛ-
tum mẽdicãtiũ:alio modo poſt earũ oꝛtum. Cu-
ius diuerſitatis declaratio põt dari ꝑ typũ dua-
rum pꝛincipaliũ vxoꝛum Jacob.ſ.Lie/⁊ Rachel.
nam ſicut Lia/ et Rachel fuerũt ſimul eidẽ viro
matrimonialiter cõiũcte:ita eccl̃ia clericoꝝ/⁊ reli-
gio monachoꝝ fuere due ſpõſe dei. Et ſicut pre-
ceſſit tẽpus parĩedi in Lia multis annis:et tan-
dem peperit et Rachel:ita in eccleſia chꝛiſti et ſi
oꝛdo monaſticus a tempoꝛe ſancti Benedicti ſi-
mul claruiſſe videat cum ſtatu clericoꝛũ : tamen
pꝛius multo tẽpoꝛe fructificauit in regimine ani
marum oꝛdo clericoꝝ per multiplicem verbi dei
pꝛedicationẽ/⁊ liberoꝝ editionem/ac ſacroꝝ offi-
cioꝛum eccl̃ie inſtitutionẽ : oꝛdine monachoꝛum
adhuc in vita ſua contẽplatiua manẽte quaſi ſte
rili .ſ.in cõparatione ad ꝓximoꝛũ gubernationẽ
ſalutiferã. Peracto igitur tẽpoꝛe ſterilitatis Ra-
chel in ſex pꝛedictis generationum hebdomadi-
bus:que fecũditati Lye dicate erãt : ſucceſſit hoc
ſeptimum tẽpus eccleſie pacatiſſimũ:quo mona
ſticus oꝛdo fructificare debuit in regimine eccl̃ie/
et ꝓcurando aiarum ſalutẽ verbo/ ⁊ exẽplo/atq̃
ſcriptura multiplicis doctrine libꝛoꝝ.Hec etiam
diuerſitas figurata eſt in duobus chꝛiſti apoſto-
lis pꝛincipalib⁹ Petro.ſ. et Joãne. nam Petro
ſub typo clericoꝛũ dixit chꝛiſtus:ſeq̃re me.ſ.in la
boꝛe ⁊ paſſiõe:quã ſignificãt ſex hebdomade ge-
nerationũ:ſed de Joãne typũ a gente religioſoꝝ
ait: ſic eum volo manere donec veniã.ſ.ad iudi-
cium. hoc eſt volo eũ ſine laboꝛe viuere in q̃ete
ſue cõtemplationis vſq̃ ad finalem eccleſie eta
tem:in qua etiam pacifice reget eccleſiã dei ceſ-
ſantibus iam pꝛeſſijs maloꝛũ contra fidem ⁊ reli
gionem chꝛiſtianã.Facit ad hoc alia figura ve.le.
nam ſicut filij iſrael poſt exitũ ſuum a captiuita
te egypti:quadraginta annis laboꝛauerũt in de
ſerto: et tandẽ duce Joſue intrarũt terrã pꝛomiſ-
ſionis:qui eã diuiſit eis in duodecim partes aut
ſoꝛtes:ita populus chꝛiſtianoꝛũ:qui ſunt filij ſpi-
rituales veri iſrael.ſ.chꝛiſti:poſt exitũ ſuum a ca-
ptiuitate cecitatis iudaice laboꝛauit in deſerto gẽ
tilitatis per.40.ge.que cũ alijs duabus pꝛioꝛib⁹
quibus laboꝛauerat in iudea:faciũt.42.ge.pꝛedi
ctas.laboꝛauit inq̃ docendo/ pꝛedicando/ſacra-
menta miniſtrãdo ⁊ animas cõuertendo ad deũ.
Ergo poſt deſertũ gẽtilitatis intrãdũ fuit in req̃
em ꝓmiſſam vite religioſe ac refoꝛmatiõis eccle
ſie:que in.12. ſoꝛtes dicit fuiſſe diuiſa: q2 licet idẽ
ſit ſpũſſanct⁹ cui oẽs religiões appꝛopꝛiate ſunt:
tamen diuiſiones gratiarũ pꝛocedunt ab eo vt fi
ant diuerſe religiões:quarũ pꝛincipalioꝛes duo-
decim cõputantur:etiã figurate in duobus pꝛedi
ctis apoſtolis chꝛiſti.quoꝝ pꝛioꝛ petr⁹ ad quinq̃/
ſecund⁹ Joãnes ad ſeptẽ eccl̃ias ſcripſerũt:quẽ-
admodũ etiã quinq̃ trib⁹ iſrael pꝛi⁹ acceperunt
ſoꝛtes ſuas:et poſtea alie ſeptẽ.nã quinq̃ ille ec-
cleſie ad quas petrus ſcripſit:pꝛeceſſerũt in fide ⁊
religiõe chꝛiſtiana alias ſeptẽ ad q̃s Joãnes ſcri
pſit. Hac itaq̃ ſumpta imaginatiõe ꝓcedem⁹
in expoſitione diuinoꝛũ officioꝝ eccleſie:q̃ ſecun
tur in tẽpoꝛe paſchali:q̃d alias dicitur tẽp⁹ reſur-
rectionis vel viſitationis: numerãdo generatio-
nes per tertiã legem ſpũſſancti vel regni religio-
ſoꝛum:ſeoꝛſum ⁊ ſeparatim a generationib⁹ ſecũ
de legis filij vel regni clericoꝛũ:quas etiã cõpara
uimus ad generationes pꝛime legis patris/⁊ re
gni coniugatoꝛũ in ve.le. Uerum q2 in hac quin
quagena leticie ⁊ gr̃e que hodie incipit : nõ ſunt
edita officia miſſalia pꝛo qualibet die ſicut in q̃n
quagena precedente:que fuit triſticie ſeu penitẽ-
tie:ſed ſolum in hac ocdoade.ſ.octauario reſurre-
ctionis ( vbi nulla ſanctoꝛũ admittuntur feſta )
quelibet feria habet pꝛopꝛiũ officium:poſtea ve-
ro ſoli dies dñici pꝛopꝛijs officijs decoꝛati ſunt/di
miſſis ferijs infra hebdomadas : accepim⁹ inde
motiuũ exponendi per hiſtoꝛiã valde curioſe hec
octo pꝛioꝛa officia ſcʒ adaptãdo ea ad octo p̃mas
generationes tertie legis: quas etiã trigenarias
facientes perueniemus cum eis vſq̃ ad dies no
ſtros:hoc eſt ad annos chꝛiſti dñi fere.1500.Nec
tamen has generationes vt hactenus compara
bim⁹ ad generationes ve.le:in cuius libꝛis poſt
Zoꝛobabel nulla fit mẽtio de patrib⁹ linee chꝛi
ſti:q2 vt in cap̃. precedente notauimus:poſt ree-
dificationẽ templi hieroſolymitani ſabbatizarũt
ſacroꝛum libꝛoꝛum ſcriptoꝛes/⁊ nullam de alijs
patribus nobis mentionẽ fecerunt vſq̃ ad euan
geliſtas chꝛiſti Mattheum et Lucã. Eſt etiã alia
ratio : quia in generationibus legis oĩno ſpiri-

Notanda
ſunt hec
omnia.

Aliud ar-
gumentũ
ſpeciale.

tualis religioſoꝝ nihil erat admiſcēdum de car
nali illa lege coniugatoꝝ: ſed per ignem de celo
miſſum: ſicut olim in ſacrificio Helie ꝓphete re-
ligioſi: conſumēde erāt carnes / ligna / et lapides
ve. le. ſimul etiā cum aqua ſecūde legis clericoꝝ:
in qua eccl'iaſtica officia continētur. ⁊ loquoꝛ de
cōſummatione que eſt per / ſpiritualē intelligen-
tiam omniū precedentiū: ſpiritualēqꝫ viuēdi mo-
dum in eis figuratū: qꝛ tamen in ſabbato ſequē-
te incipiet tertia quinquageſima gloꝛie / ⁊ termi-
nabitur in ſabbato poſt penthecoſtē: e t ita ficnt
iſte due quadrageſime cōmunicātes in. 43. die-
bus: ideo in exponendis huiuſmodi officijs hoc
modo ꝓcedemus: quia pꝛima ſeptē inſinuabūt
reſurrectionē chꝛiſti / ⁊ noſtrā moꝛalē in hac ſexta
etate: alia vero oīa citra feſtū pēthecoſtes reſona
bunt ſimul reſurrectionē chꝛiſti / et noſtrā gloꝛio-
ſam in octaua etate. Vltima deniqꝫ ſeptē officia
in hebdomade pēthecoſtes ſolū modo pertinēt
ad generalē noſtrā reſurrectionē in octaua etate.
hoc dico q̄ꝫtum ad ſenſum hiſtoꝛicū noſtre pꝛin-
cipalis intētionis in hoc libꝛo: ſecus aūt de ſen-
ſu litterali quo ptractanꝫ myſteria chꝛiſti filij dei /
et ſpūſſancti. Secꝰ etiā de ſenſu moꝛali pꝛo noui-
ter baptizatis confirmatis / aut clericis oꝛdinatis
Ab anno vt in ſuis locis dicemꝰ. ¶ Pꝛima itaqꝫ generatio
chꝛi. 1260 tēpoꝛis religioſoꝝ ſeoꝛſum a regno clericoꝛū fuit
vſqꝫ. 1290. ſub Romanis pōtificibus: Gregoꝛio decimo / In-
nocētio quinto / Adriano quinto / Joanne vigeſi-
mopꝛimo / Nicolao tertio / Martino quarto / Ho-
noꝛio quarto / et Nicolao quarto: imperāte tunc
Rodolpho viro vtiqꝫ laudatiſſimo / ac Romane
eccl'ie zelātiſſimo. Et licet ante hanc generationē
inceperint oꝛdines religioſoꝝ mendicantium vt
viſum eſt: tū ab hac generatione incepit eoꝛū re-
gnum in eccleſia dei: nam Innocentius quin-
tus ex oꝛdine fratrū pꝛedicatoꝝ / ⁊ Nicolaꝰ quar
tus ex oꝛdine fratrum minoꝛum ad pōtificatum
aſſumpti fuerūt. Adde etiā ꝙ eo tempoꝛe claruit
ingēs multitudo doctoꝝ ex religionibus mendi-
cātium: qui ſuis doctrinis nō minus q̄ꝫ alij auto
ritate regiminis eccleſiā dei refoꝛmātes feliciter
gubernarūt. Non licebat deniqꝫ ante finē regni
clericoꝝ (qui. 42. generationibꝰ a natiuitate chꝛi
ſti regnaturi pꝛeuiſi erāt in Daniele / et euāgelio
Matthei) regnū incipere religioſoꝝ: ne ſacer ille
numerus. 42. laboꝛis eccleſie: de quo in pꝛima
dñica quadrageſime diſputauimus: diminutus
vel impfectus mācuſue remaneret. In hac itaqꝫ
religioſoꝛū pꝛima generatione claruit Albertus
magnus cū magna diſcipuloꝛū turba ex oꝛdine
pꝛedicatoꝝ: inter quos pꝛimatum tenuerūt Tho
mas de aquino doctoꝛ ſanctus / et Petrus tarā-
taſius: qui ⁊ papa Innocētius. Claruit ⁊ Alexā-
der de hales / ſanctus Bonauētura / Guillelmus
parriſiēſis / Joānes gualēſis / et alij plures de oꝛ-
dine minoꝛum. Claruit tūc etiā Egidius roma-
nus / Hugolinus / Auguſtinus de iterano / et alij
multi de oꝛdine heremitarum ſancti Auguſtini.
Claruit deniqꝫ Guillemꝰ de ſamuco / Nicolaus
gallꝰ ⁊ alij quidā de oꝛdine carmelitaꝝ: quatenꝰ
ex tātoꝝ doctoꝝ religioſa ſapiētia illuſtrareꝫ / re-
nouareꝫ / ac refoꝛmaretur eccl'ia dei: ac ſi reſurge-
ret a moꝛte ignoꝛātie / toꝛpoꝛis / ⁊ negligētie: reue-
lāte deo per eos fidelibus noua myſteria / ⁊ abdi
tiſſima ſue eccl'ie ſacramēta: que pꝛius latuerant
quaſi ſepulta. Vnde in hac generatione editus
eſt liber ille diuinus / ⁊ peregregius: qui diciꝫ ra-
tionale diuinoꝝ officioꝝ a Guillelmo durādi vi-
ro vtiqꝫ religioſiſſimo pariter ⁊ ſapiētiſſimo: qui
alias ſpeculatoꝛ dictus eſt: qꝛ fecit ſpeculū iuris
et alia quedam opera magna eruditione plena.
Tunc etiā ſub Gregoꝛio papa factū eſt cōcilium
Lugdunēſe pꝛo fidei declaratione / ⁊ hereſum re-
pꝛobatione. ⁊ hoc maxime ꝑ ſapiētiā religioſoꝝ.
Talē itaqꝫ tp̄is qualitatem hodierne feſtiuitatis
officiū denotat: quod totū reſonat leticiā ſpiritua
lem / ⁊ nouā gratiā vite immoꝛtalis / ac beatifice:
que in chꝛiſto capite noſtro reſurgēte pꝛemōſtra-
ta eſt. Nam in matutinali officio euangeliū cum Matuti-
ſua homelia tribꝰ tm̄ lectionibꝰ cū tribus reſpōſo ni.
rijs decātaꝫ: ob releuamen laboꝛis pꝛeteriti qua-
drageſimalis: vt inde ſignificetur tēpus quietis
eccl'ie tūc incipiētis. Eadē ſignificatio ꝓcedit in
hoꝛis diurnis que oēs ſimili modo leticiā / ⁊ bre-
uitatē habēt. Miſſale etiā huius diei officiū: licet
ad litterā decantet gloꝛiam dñice reſurrectionis:
tamen per hiſtoꝛiā referꝫ ad pꝛedictā reſurrectio-
nem ſpūalem populi chꝛiſtiani: que facta eſt vir-
tute diuina per miniſteriū religionū mēdicantiū.
¶ Vnde introitus: Reſurrexi ⁊ adhuc ⁊c̄. ex pſ. Introit9
138. eſt gratiarūactio populi chꝛiſtiani ad deum miſſe.
de tāto beneficio. reſurrexi inquit per gratiā tuā
a moꝛte culpe / et multiplicis pene / ac tribulatio-
nis coꝛpoꝛalis: que pꝛo ea iuſte mihi infligebaꝫ.
cata eſſent cauſa future mortis / ſeu perditionis
totius populi dei: petierunt a Pylato.i.tyranno
vel ab infideli homine/vel etiā a demone: vt in
terficerēt eum corporaliter/ vel ſpiritualiter in fi
de ⁊ moribus.cūqꝫ conſumaſſent in tempore cle
ricoꝝ omnia mala que de eo.i. populo chriſtia
no ſcripta erant in Apocalypſi ⁊ alias:deponen
tes eum de ligno.i.ceſſantes a tormento/ et per
ſecutione eius circa finem temporis clericoꝝ:
poſuerunt in monumento.i.in tenebris obliuio
nis / et cum his quoꝝ non eſt memoria am
plius ſaltem quo ad opinionem perſequentium:
ſecus aūt quantum ad dei prouidentiam ⁊ miſe
Scd'a ps epiſtole. ricordiam ſuper ſuos fideles. Nam cū venit ple
nitudo temporis: deus ſuſcitauit per viros reli
gioſos populum ſuū a mortuis tertia die.i.tem
pore tertio religioſoꝝ poſt tempus coniuga
toꝝ/⁊ clericoꝝ: qui reſurgens viſus.i.cogni
tus eſt reſurrexiſſe per dies multos eiuſdem ter
tij tēporis:ab his qui ſimul cum religioſis aſcen
derant per vite ſanctitatem de galilea.i.rota/ſeu
volubilitate mundi : in Hieruſalem.i. pacem et
quietem eccleſie/ac conſcientie.qui vſqꝫ nunc te
ſtes ſunt reſurrectionis eius ad plebem laicoꝝ
Tertia ps epiſtole. predicantes ei nouam vitam populi dei . Nos
ergo religioſi annunciamus vobis ex parte dei:
eam repromiſſionem pacis eccleſiaſtice eſſe iam
preſentē:que ad patres noſtros apoſtolos ⁊ do
ctores eccleſie facta erat promiſſio de futuro:qm̄
hanc deus adimpleuit filijs eoꝝ.i.nobis in hoc
tertio tempore:reſuſcitans Jeſum chriſtum dn̄m
noſtrum in ſuis membris a morte tribulationis
et culpe preterite in qua ſepulti iacebāt. Hec de
ſenſu hiſtorico. ſed moraliter pōt exponi ad mo
dum epiſtole precedentis de prelato et ſubditis
ſuis in quadrageſima/et in paſchate ⁊c̄. Poteſt
exponi etiam de quolibet neophito : qui prius
Gradualē. erat mortuus/et iam ſurrexit ⁊c̄. ¶ Cantus gra
dualis: Hec dies quā fecit dominus ⁊c̄.vt prius.
Verſus. Dicant nūc qui redempti ⁊c̄.ex eodem
pſal.117. eſt gratiarūactio fidelis populi ad deū
de predicta ſua reſurrectione.i. liberatione a pre
Aleluia. dictis malis. Aleluia. Angelus domini deſcēdit
⁊c̄.vt prius.vel:Surrexit dominus de ſepulchro
⁊c̄.i.populus chriſtianus a morte predicta ⁊c̄.vel
ex euangelio hodierno: Oportebat chriſtum pa
ti ⁊ reſurgere ⁊c̄.et eadem eſt ſententia cum epi
Euāgelij argumentum. ſtola. ¶ Euāgelium : Stetit Jeſus in medio ⁊c̄.
Luce. 24. apparitionem quintam chriſti in die
ſue reſurrectionis applicat hiſtorie tertie genera
tionis religioſoꝝ:maxime quātum ad ea que
dicta ſunt de papa Joanne reſpectu quorūdam
ſibi rebellium:qui ei non credebant/nec obedie
bant tanqꝫ vicario chriſti. Ubi primo ꝓbat veri
tatē ſue poteſtatis ex euidentia operis. Secūdo
ibi:adhuc autem illis ⁊c̄. ex beniuolētia amoris.
Tertio ibi: tūc aperuit illis ſenſum ⁊c̄. ex intelli
Prima ps euangelij. gentia ſermonis. Suppoſita hic regula data in
precedente euangelio de religioſis bonis/ ⁊ ma
lis:in illo tempore tertie generationis religioſo
rum Jeſus.i. Romanus pontifex vicem agens
Jeſu in terris: ſtetit firmus ad ſe defendēdum a
ſuis aduerſarijs chriſtianis: in medio diſcipulo
rum humilium fidelium faciens congregationē
prelatoꝝ ⁊ ſapientū ad determinādas cauſas fi
dei ⁊ eccleſie : et dixit eis pax vobis.i.ſcitis nunc
eſſe tempus pacis eccleſie quo ad fidē et religio
nem chriſtianā:ideo nolite timere ꝙ in hoc tēpo
re hereſes preualeāt:qꝛ iurauit angelus in Apo
calypſi ꝙ tēpus hereticoꝝ nō erit amplius.i. per
longū tēpus in eccl'ia dei. Ego ſum verus ⁊ indu
bitatus papa vicarius chriſti:cuiꝰ officiū eſt here
ſes dānare/⁊ fidē catholicā cōfirmare:dicēte chri
ſto:⁊ tu cōfirma fratres tuos ⁊c̄. Sed ꝓterui q̄dā
religioſi cōturbati de ſentētijs huiꝰ pōtificis ma
xime in materia de pauptate euāgelica:⁊ cōterri
ti ex nimia eius ſeueritate cōtra eos:exiſtimabāt
ſe videre eum nō verū papā:ſed ſpiritū malignū
qui religioſos perſequeretur . vnde et putabant
eum eſſe hereticū: ⁊ hoc publice dicebāt ꝑ diuer
ſas ꝓuincias chriſtianoꝝ.ſ.ꝙ papa Joānes eſſet
eccl'ie ⁊ fidei cōtrarius. Sed ipſe reſpōdens dixit
eis.quid turbati eſtis de meis ſentētijs:⁊ cogita
tiones male aſcēdunt in corda veſtra:vt ſcribatis
libros cōtra eas quaſi falſas.videte manus meas
.i.cardinales/prelatos/⁊ doctores mihi adheren
tes: quibus tanqꝫ manibꝰ ego oīa facio:⁊ pedes
meos.i.miniſtros ⁊ ſeruos:qꝛ oēs iſti ſunt catho
lici ⁊ honeſti: vt inde cognoſcatis : quia ego ipſe
ſum catholicus: et perinde verus papa : ex quo
fui canonice electus.palpate ⁊ videte/ ſeu guſta
te bene decreta que ego feci : et cognoſcetis ea
eſſe catholica / et ſine errore contra fidem : quia
ſpiritus malignus.i.homo diabolicus/⁊ malam
habens intentionem in his que agit: non habet

carnem.i.exteriorem ſermonem veridicū:et oſſa
.i.interiora ſenſa firma: ſicut me videtis habere
in decretis meis:que neq; in cortice verborū ma
le ſonant:neq; in ſenſibus intrinſecus a veritate
fidei deuiant.Et cum hec dixiſſet eis:oſtēdit ma
nus ⁊ pedes.i.ſuos ſocios ⁊ ſeruos.vt diſputarēt
cum eis de talibus materiis ⁊ verbis ⁊ ſcriptu-
ris:ad conuincendum reuelles ab obedientia pa
pe recedentes. Adhuc tamen illis non creden-
Scda ps euāgelij. tibus pape nec ſuis:et mirantibus de ſua ſcien-
tia quā ſcripſerant cōtra papam:vt patet ex dia-
logis ocham:qđ vere eſt opus peregregium:pre
gaudio fauoris imperatoris ludouici qui eis fa-
uebat:vel pre gaudio noui pape electi cōtra Joā
nem:dixit eis papa Joānes volens eorum pro-
teruiam vincere in bono ⁊ per amorem : ex quo
non poterat per terrorem ⁊ excōmunionem con-
tra eos latam. habetis ( inquit ) hic .i. in libris
veſtris aliquid boni : quod manducetur.i.man-
ducabile ſit animo bene diſpoſito.hoc eſt que ſit
doctrina ſatians et reficiens mentem hominis
catholici:nam ego vobiſcū comedam/vobiſcum
ſentiam in doctrina veſtra:licet vos non recipia
tis meam.At illi obtulerunt ei predictum librū
dialogorum diſputantem per rationes et au-
toritates plurimas de poteſtate papali et impe-
riali.in quo ratio ex aquis humane policie hamo
intellectus accepta ſed feruore paſſionis adapta
ta piſcis aſſus dici poteſt : autoritas vero ſacre
ſcripture adducta fauus mellis non iniuria ap-
pellabitur.Vel pars libri de poteſtate imperato
ris eſt velut piſcis aſſus:q: ex aquis mundano-
rum accepta eſt illa poteſtas:⁊ aſſa multiplici bel
lorum tribulatione.Sed q: hic germanus impe
rator non omnia iura imperij romani habet : vt
olim conſtantinus ⁊ alij : ſed ſolum eſt creatus
latinorum imperator : ideo ſua poteſtas dicitur
pars piſcis et non totus piſcis. Pars vero eiuſ-
dem libri de poteſtate papali eſt velut fau9 mel-
lis.i. mel in cera hoc eſt gratia in natura huma-
na a deo miſericorditer conceſſa.Et cum mandu
caſſet .i. guſtaſſet doctrinam illorum coram eis
tempore non loco:ſumens.i. approbans ea que
catholica erant:dedit eis reliquias .i. reliqua nō
talia attribuit inſipientie ⁊ proteruie eorum.⁊ di-
xit ad illos reprehēſorie ſed cum amore.hec que
ex doctrina veſtra non reiicio: ſunt verba catho-
lica que etiam ego alias locutus ſum ad vos eo
tempore quo adhuc eram vobiſcum in minori-
bus agens.i. ante pontificatū meū vel etiam in
pontificatu meo:ſed ante hanc rebellionem ⁊ di
uiſionem veſtram a me. Sed nimirum ꝙ deus
hoc malum permiſerit in vobis:quoniam neceſ
ſe eſt ex ſuppoſitione diuine preordinationis te
prophetie Apocalypſis. impleri in eccleſia dei
omnia aduerſa et penalia que ſcripta ſunt per
figuram veteris populi in lege Moyſi : et in
prophetis antiquis maxime Hieremie Danie-
lis et aliorum: qui ſpecialiter contra tribum iu-
da ſcripſerunt:per quam ( vt ſepius diximus in
hoc opere ) ſignificabatur eccleſia latina:et in ea
maxime eccleſia Romana.et in pſalmis Dauid
loquentis de regno ſuo:quod etiam figurauit re
gnum chriſti quod eſt eccl'ia chriſtiana.vbi mul-
ta dicit de rebellione malorum contra ſuos ſu-
periores.ſ.in.ps.2.⁊ alijs.et inter ceteros hec quē
videtis ſcripta ſunt de me:ex quo impleta ſunt in
me.His perſuaſionibus factis Romanus pōti- Tertia ps euāgelij.
fex tunc aperuit illis ſenſum catholicū autorita-
tū quas cōtra eū allegabāt aduerſarij : vt poſtea
melius intelligerent ſacras ſcripturas maxime
euāgelicas:que faciebāt pro eo in his que deter
minauerat ſup materia de paupertate chriſti : et
vltra hoc dixit eis de ſtatu totius eccleſie latine.
qm̄ ſic ſcriptum eſt de varijs ſucceſſibus eccl'ie dei
in Apocalypſi.ſ.ꝙ primo oportebat chriſtū myſti
cū:qui eſt fidelis populus:pati in tēpore clerico-
rū:⁊ poſtea reſurgere a mortuis die tertia que eſt
tēpus religioſoꝝ nobis iam preſens.⁊ in eo opor
tebat a religioſis bonis predicari in noīe ei9.i.ex
parte ⁊ mādato chriſti veri:penitētiā et remiſſio-
nē peccatoꝝ in oēs gētes tam fideles chriſtianos
q̄ȝ infideles iudeos/⁊ Sarracenos:vt vel iam ſe-
ro ꝓpe finē mūdi cōuertātur ad dn̄m deum ſuū.
In hoc ergo ſancte predicationis officio debue-
ratis vos aduerſarij mei exercere : potiuſquā in
diſputādis queſtionib9 ſupuacaneis de poteſta-
te eccl'iaſtica/vel laicali.¶Moraliter vero in hoc Moralitas.
paſchali tempore iocundiſſimo prelatus in ſua
eccleſia ſtat: pacem.i.quietē a laboribus preteri-
tis predicans in medio ſuorum diſcipulorum .i.
ſubditorū/vel etiam neophitorum.qui memores
vite ſue preterite vix credere poſſunt tam cito ve-
niam/et pacem ſibi eſſe datam a deo.ſed bonus
prelatus eos conſolatur primo exemplo ſuo di-
cens . videte manus meas et pedes ⁊c̄. palpate
et videte ⁊c̄. ſecundo familiari ſua conuerſatio-
ne/et conuictu dicens: habetis hic aliquid quod
manducemus ⁊c̄. tertio ꝓmiſſione diuina in ſa-
cris ſcripturis dicēs:quoniam ſic ſcriptum eſt ⁊c̄.
Vel dici poteſt ꝙ ſicut chriſtus in hac apparitio-
ne multipliciter probauit ſuam reſurrectionem
veram ſcilicet per miraculoſam ingreſſionē/per
propriam teſtificationem / per occultarum cogi-
tationum reuelationem/per palpationē/per vul
nerum oſtenſionem/per comeſtionem/⁊ per ſcri-
pturarum interpretationem:ita eiſdē modis po-
teſt probari cuiuſlibet hominis ſpūalis/ſeu mo-
ralis reſurrectio.i.conuerſio eius ad deū per pe-
nitentiam/vel baptiſmum. nam miraculoſa in-
greſſio oſtendit quattuor dotes glorie quas ha-
bet: etiā anima exiſtēs in gratia.ſ.claritatem bo-
ne conuerſationis exterioris/ſubtilitatem humi-
litatis/ agilitatem obedientie/ impaſſibilitatem
pacientie. propria teſtificatio debet eſſe teſtimo-
nium bone conſciētie/bone vite/⁊ bone fame.re-
uelatio cogitationū eſt ſeparatio malarum a bo-
nis:vt ille expellantur/et he cuſtodiantur / et fo-
ueant̄. palpatio ſiue tactus eſt reprehenſio itaꝙ
ille eſt ſpiritualiter reſuſcitatus qui permittit ſe
tangi.i. corrigi et reprehendi : non ſicut anima-
lia ferocia que pungūt/ aut mordent tangentes



ſe:vt Hericius/Leo/et Lupus.oſtenſio vulnerū
eſt confeſſio peccatorum.comeſtio eſt deuota cō-
munio.ſcripturarum interpretatio eſt lectio/ vel
Offertorium. oratio ⁊c̄. ¶Cantus offertorij: Intonuit de celo
dominus ⁊c̄.ex pſal.17.gaudium prenotat fide-
lis populi de predicta gratia dei.hoc eſt de pace
tēporis tertij/ ⁊ de multiplici predicatione ⁊ do-
ctrina religioſorum:quia per eos intonuit de ce-
lo dn̄s ⁊c̄. et apparuerunt fontes aquarum.i.do
ctrinarum. ⁊ hoc idem facile adaptatur neophi-
tis nup renatis fonte baptiſmatis. Secreta ora-
tio.Suſcipe domine ⁊c̄.offert deo hoſtias fideliū
iam emundatorum per penitentiam et euchari-
ſtiam:petens eis ampliorem gratiā ad tranſeun
dum ab hac terrena miſeria ad celeſtem gloriā.
Coio. ¶Cōmunio:Si cōſurrexiſtis cum chriſto ⁊c̄.Ad
col.3. eſt predicatorum religioſorū exhortatio ad
ſeipſos/⁊ ad alios deuotos ſeculares:qui per eo-
rum predicationem moraliter reſurrexerunt ad
bonam vitam:vel eſt cōgratulatio veterum chri-
ſtianorum ad neophitos qui per baptiſmum ſur
rexerunt ab infidelitate ſua: exhortās eos ad ſpi
ritualem vitam ⁊ ſaporem myſteriorum chriſti/⁊
eccleſie.Finalis oratio:Concede queſum9 ⁊c̄.pe-
tit fidelibus iam emūdatis/ſiue per baptiſmum
ſiue per penitentiam:gratiam perſeuerantie per
virtutem euchariſtie quā deuote ſuſceperunt.

## ¶Caput ſeptuageſimūpri
mū de quarta feria hebdomade paſchalis : que
correſpōdet quarte religioſorū generationi:⁊ finē
ſexageſime faciēs:ītēdit neophitoꝝ cōſolationi.

Argumētū officij. Ab anno chri.1350. vſq;.1380.



Quarta genera-
tio regni religioſorum viguit
ſub Romanis pōtificib9 In-
nocētio quinto/Vrbano qn-
to/Gregorio vndecimo/⁊ Vr
bano ſexto/ cū Clemēte ſepti
mo:iperante adhuc:Charolo
quarto/⁊ filio ei9 Vinceſlao.Cui9 etatis primor-
dia pacifica fuere:nā tres primi pōtifices pacifici
honeſti/religioſi/optimiq; fuere: i quoꝝ etiā die-
bus noue q̄dā religiones addite ſunt eccl'ie dei.ſ.
ordo ſc'e Brigide in Germania/ ordo ieſuatorū/
ordo canonicorum ſancti ſaluatoris in Italia ſc;
apud ſenā ethrurie vrbem:vbi tunc etiā erat Ka
therina virgo ſanctiſſima de ordine predicatorū:
quarum feminarum vtraq; ſpiritu ꝓphetie cla-
ruit . Fūdatum eſt etiam illo tempore magnum
illud collegiū Bononienſe a cardinali Hiſpano
per magnifico domino Egidio albornozio. Cui
ex proprijs bonis ꝓuentus magnos pro paupe
ribus ſcolaribus hiſpanis perpetuo alēdis aſſi-
gnauit. Et deniq; ſub Gregorio papa curia pa-
palis ex Gallia Romā eſt reducta.Verum ꝓpe
finē huius generationis duo grauiſſima mala/⁊
valde pernitioſa fidelibus ſub ſpecie religionis
emerſere. nā in Praga primaria Bohemie ciui-
tate inſurrexit hereſis Taboritarū qui ad imita-
tionē primitiue eccl'ie apl'oꝝ viuere ſtatuētes oīa
bona ſua in cōmuni habere/⁊ ſe inuicem fratres
appellare ceperunt: ita qđ vt vni deeſſet:ab alijs
eidē adminiſtraret̄ ⁊c̄. ſed eoꝝ breuis feruor cha-
ritatis cito defecit:⁊ cū nō haberēt copiā bonoꝝ
ad viuendū laute/nec paupertatē diligerēt:cepe-
rūt primo p Alemaniā diſcurrere partim mēdi-
cātes/partimq; deprēdātes / ⁊ latrocinia exercē-
tes: et bona ſic cōquiſita ad cōmune adducētes.
quorum latronū capita hoīes perditiſſimi fuere/
Ziſcha/Hiſcra/Axanith/ et alij a q̄b9 fideles ca-
tholici ſepe in prelio victi/ ⁊ ciuitates eoꝝ ſuccēſe
ſunt. ſicq; preualētes in malis moribus hereſes
addiderūt:incipiēdo ab opinione fratricelloꝝ/ſeu
Begardoꝝ:qui negabāt primatū Romani pōti-
ficis ſup alios p̄latos eccl'ie:⁊ inde ꝓcedēdo Ni-
cholaite effecti ſunt:imo Arriani/Manichei/Ne-
ſtoriani/Berēgarij/⁊ alij ex grecis heretici.huius
impietatis autor dicit̄ fuiſſe quidā Joānes hus
bohemus ſectator alteri9 Joānis vuicleph angli
ci.fautor poſt eū extitit Rochezana bohemus po
pulari tumultu in epiſcopū Pragenſem electus
etiā cōtradicēte Romano pontifice a quo dedi-
gnatus eſt cōfirmari.ſed q: vt ſupra diximus in
hac pace eccl'ie heretici nō poſſunt preualere: nō
auſi ſunt taborite extra regnum bohemie exire:
imo nec in toto regno illo ſeſe dilatare : ſed latēt
in quibuſdam mōtibus/ac locis pugnaciſſimis.
Preter hoc malū aliud eo peius in vrbe Roma
tūc emerſit.nam defuncto Gregorio pōtifice:car-
dinalibuſq; in cōclaui poſitis pro alteri9 electio-
ne: factus eſt contra eos romanoꝝ tumultus re-
quirentiū oīno ne papā gallicū eligerēt:ſed Ro-
manum/vel adminus Italicū.quare cardinales
metu cōpulſi Bartholomeū quēdam Neapoli-
tanū barēſem archiepiſcopū elegerūt/⁊ Vrbanū
ſextū vocauerūt. Poſtea vero cognita hoīs arro
gātia ⁊ malicia:qua intollerabilis bonis videbat̄:
cardinales clam extra Romā aliū pontificē ele-
gerūt:quē ⁊ ſeptimū clementē vocauerūt. ⁊ hanc
ſuam electionē per litteras ad oēs chriſtianitatis
principes intimarūt dicētes clemētem nō vrba-
nū eſſe indubitatū ⁊ verū papā.hinc ergo ſciſma
peſſimū in eccl'ia dei ortum eſt:qđ ferme.40.an-
nis perdurauit vſq; ad Martinū papā quintum:
reſidēte vrbano cū ſuis ſucceſſoribus in vrbe: cle
mēte vero cū ſuis in Auinione.Obediebāt Aui-
nionēſi pōtifici Gallia/Hiſpania/ ⁊ Anglia cum
Britania.Romano aūt Italia/Germania/⁊ Vn-
garia cū Bohemia.Sed diuina ꝓuidētia ad hec
mala tēperāda plures viros religioſos omni ſa-
pientia refertiſſimos in eadē generatiōe creauit.
ex quib9 fuere Gerardus ſenēſis/Gerardus ber-
gomēſis/Guillelmus cremonēſis/ Antonius ge
nuēſis/Jacob9 de alta villa/Joānes theutonic9/
Petr9 bretorij/Leonardus de chiſano/ Joānes
boccati9/Petr9 thomas/Symō de caſſia/Gallus
ciſterciēſis/ Matthe9 polon9/Jacob9 de ioſana/
Bernard9 theutonic9/⁊ alij plures.¶Ergo miſ- Introitus miſſe.
ſale hui9 diei officiū pſonās in ſuo introitu gau-
diū reducte curie papalis i vrbē ait:venite bene-
dicti ⁊c̄.ex.25.cap.Matthei.ac ſi papa Gregorius

cardinalibus ⁊ ceteris curialibus diceret: venite
camus ad regnum noſtrũ in Italiam: quod ab
initio eccl'ie chriſtiane ex donatione Conſtãtini ⁊
alioꝝ imperatoꝝ habuimꝰ: additur quadruplex
aleluia ꝓpter liberationẽ curie ab exilio ſuo: qđ
tribꝰ vigenarijs/⁊ vno denario annoꝝ ꝓlongatũ
fuerat. Verſus. Cantate dño ⁊c. ex ps. 97. incitat
curiã ad laudandũ deũ de tãto beneficio ſue re-
ductionis qđ fere miraculoſum fuit. Et põt intel
ligi hoc eſſe dictũ ex pſona Romanoꝝ curiã re-
cipientiũ cum Te deũ laudamus. Ad ſenſum ve
ro moralẽ cũ ſit finis ſexageſime introitꝰ eſt vox
leticie p̄lati ad ſuos neophitos: quos iam filios
regni appellat ex diuina predeſtinatione ab ori-
gine mundi: vnde ⁊ ad laudes diuinas eos inci-
Oratio. tat dicẽs Cantate dño ⁊c. Oratio: Deus qui nos
reſurrectionis ⁊c. adaptat eãdem ſentẽtiã introi-
tus ad alios fideles antiquos: qui iam purifica-
ti ex penitẽtia quadrageſimali digne cõmunica-
uerũt ⁊ paſchalẽ feſtiuitatẽ cum gaudio celebra-
uerũt: regnũ ⁊ victoriã chriſti ſui principis cõme-
morãtes. ideo petit eis a deo gratiã: qua ꝑuenire
Ep'le ar- valeãt ad feſta letiſſima eterne b'titudinis. ¶ Epi
gumẽtũ. ſtola: aperiẽs Petrꝰ os ſuũ ⁊c. Actuũ. 3. cap. videt
pertinere ad materiã ſciſmatis ſubſecuti poſt re-
ductionẽ curie in vrbem. Et qꝛ miſſale romanũ
exponimus: pontifici Romano vrbano: quãuis
malo/⁊ ſatis inurbano adherebimus cũ multis
doctoribus et ſanctis religioſis illiꝰ tẽporis: eo ꝙ
eius electio pacifica/⁊ prior fuit electione Clemẽ
tis ex odio vrbani ꝓcedẽte. nec multũ curamus
ꝙ noſtra catholica Hiſpania cũ chriſtianiſſima
Gallia clemẽti tunc obedierint. Erit ergo epiſto
la in ſenſu hiſtorico predicatio Romani pontifi-
cis vrbani/⁊ cuiuſlibet ſucceſſoris ſui contra fau-
tores clemẽtis/ ⁊ ſuorum ſucceſſorum ad probã-
dum ſe eſſe verum papam / ſeu chriſti vicarium
generalem in toto mũdo. Et primo hoc ꝓbat ex
ſua canonica electione. Scđo ibi: vos autẽ ⁊c. ex
peruerſa alterius intruſione. Tertio ibi: et nunc
fratres ⁊c. excuſat errãtes ex diuina ordinatione.
Prima In diebꝰ ergo illis quarte generationis religio-
ps ep'le. ſorum: aperiẽs Petrus. i. romanus papa tenẽs
ſedẽ Petri: os ſuũ ad predicãdum pro bono pa
cis/⁊ ꝑ extirpatiõe ſciſmatis. hoc eſt mittẽs pre-
dicatores / et legatos dixit ad vniuerſos fideles
maxime ad occidentales fautores antipape. viri
iſraelite. i. chriſtiani: ⁊ qui timetis/vel timere de-
betis deum iudicẽ veſtrum cauẽdo ab omni ma
lo: audite me paſtorẽ veſtrum ex parte dei. Notũ
vobis facio ꝙ deꝰ Abrahã/Iſaac/et Iacob. i. deꝰ
trinus deſignatus in iſtis tribus patriarchis: qui
et idẽ fuit deus patrũ noſtroꝝ. i. apoſtoloꝝ Petri
et Pauli: quorum ſanguine Romana vrbs fuit
conſecrata/et in caput eccleſiarum exaltata: ille
inquã deus verus glorificauit. i. glorioſum ⁊ ho-
noratum fecit filium. i. vicarium ſuum: Ieſum. i.
ſaluatorem animarum miniſterialiter: glorifica-
uit inquã per ſuam canonicam electionẽ: quem
tamen ſic electum vos ſciſmatici cardinales tra-
didiſtis. i. vendidiſtis occulte: et poſtea negaſtis
publice ante faciem Pylati. i. imperatoris/vel re
gis terreni cuiuſlibet: iudicante tamen illo de-
bere dimitti electum iam pontificem manere in
ſede ſue dignitatis: quãuis eſſet alias malus ho
mo: ne oriretur inde materia ſciſmatis: qđ eſt ma
ius malum quã tollerare papã ingratum et in-
vrbanum. Et nõ ſatis vobis fuit illum dolo tra- Scđa ps
dere ⁊ negare eũ ſanctũ. i. firmum in ſede ſua: et epiſtole.
iuſtum. i. iuſte ac iuridice electum: ſed etiam peti
ſtis donari vobis in papam virum alium homi
cidam: qꝛ eius occaſione multi hoĩes corporali-
ter/et plurimi ſpiritualiter ſunt occiſi. autorẽ ve-
ro victe ſpiritualis ſub chriſto verum papam in
teremiſtis ſaltẽ in fama per depoſitionem veſtrã:
quem tamen deus ſuſcitauit ab illa morte decla
rando eum eſſe verũ papam: ꝑ hoc ꝙ altero ele
cto a Roma ⁊ a tota italia ipſe mãſit in ſua poſ-
ſeſſione. Cuius rei nos predicatores ⁊ legati eiꝰ
ſumus teſtes oculares. adeo vt in fide nominis
chriſti cuius ipſe eſt vicarius in terris: hunc Vr-
banũ ſextum: quem vos videtis modo papam:
et noſtis ante eius promotionem: deus confir-
mauit in papali dignitate: non obſtante veſtra
depoſitione eum infirmare volente. nam chriſti
nomen quo ipſe vrbanus denominatur: et fides
que per eum eſt in tota eccleſia: dedit illi inte-
gram ſanitatem. i. confirmationem iſtam in con-
ſpectu oĩm veſtrum. i. contra veſtrum conatum
in oppoſitum. hoc eſt poſſidet papatũ coram fa-
cie veſtra ⁊ vobis inuitis. qđ eſt ſignum diuine
voluntatis eũ adiuuãtis ⁊ confirmãtis. Nunc er Tertia ps
go fratres mei in chriſto deſiſtite obſecro ab hac epiſtole.
ſtulticia. ſcio eñ ꝙ per ignorantiam iuris vel fa-
cti feciſtis hanc diuiſionem in eccleſia dei: ſicut ⁊
principes veſtri cardinales electores antipape.
nã ipſi habuerunt ignorantiam iuris putãtes ꝙ
ſibi eſſet data poteſtas ab eccl'ia ita bene ad de-
ponendum ſicut ad eligendum papam: vos aũt
fautores antipape forte habetis ſimul ignoran-
tiã iuris ⁊ facti: qꝛ forte neſcitis q̃liter mea electio
facta fuerit ⁊ qualiter altera poſt eã. peccatũ aũt
ex ignorãtia procedens (ſi nõ ſit affectata) ſem-
per eſt minoris culpe ⁊ facilioris venie apđ deũ:
quã peccatum ex certa malicia factum. maxime
qꝛ deus qui prenunciauit per os oĩm propheta-
rum (qui de ſtatu eccleſie in hac ſexta etate mul
ta predixerũt ex diuina inſpiratione) debere pa
ti chriſtum ſuum myſticũ maxime durãte regno
clericorum: et etiam aliqualiter ſub regno religio
ſorum: qꝛ huius vite conditio non admittit purã
pacem qualem habet triumphans eccleſia bea
torum. Deus ergo qui preordinauit ſic pati chri-
ſtum ſuum Ro. pon. vel totũ populum chriſtia-
num: vt certam faceret prenunciationem prophe
ticam: permiſſit peccata hereticorum ⁊ ſciſmati-
corum chriſtianorum: et impleuit per eos paſſio
nẽ chriſti myſtici quã predixerãt. vnde videt col-
ligi qđ taliũ hoĩm peccata: ex quo ſunt a deo or-
dinata ad implendũ ꝓphetias ſuas: vel nõ ſint
tã libera ſicut peccata aliorum: vel ſint facilioris
venie apud deum. Vos igit fratres licet fueritis



ſciſmatici: nõ deſperetis de venia: ſed potius pe-
nitemini coram deo/ et conuertimini ad verum
papam: vt ſic faciliter deleãtur per veniam pec-
cata veſtra. Moraliter hec epiſtola adaptari po-
teſt ad hereticos bohemos/ad Neophitos/ ⁊ ad
alios modernos peccatores: qui adhuc noluerũt
confiteri/nec penitentiam agere. ⁊ debet fieri cõ-
paratio chriſti veri ad diabolum quem elegerũt
ſibi peccatores. vel fiat cõparatio Romani pon-
Graduale tificis. ad hereſiarchã bohemorum ⁊c. ¶ Cãtus
gradualis cõſuetus: hec dies quã fecit dñs ⁊c. vo
cat diem redditum papalis curie in vrbẽ: vel pa
pam Vrbanum: cum antipapa Clemens fuerit
nox: vel dies quã non fecit dñs. Verſus. Dexte-
ra domini ⁊c. ex eodẽ pſal. 117. eſt vox pape Vr-
bani laudantis deum de ſua victoria cõtra Cle-
Aleluia. mentẽ. Aleluia. Surrexit dñs vere ⁊c. Luce vlti-
mo: eiuſdẽ eſt ſentẽtie cum graduali. Alij cãtant:
angelus domini deſcẽdit ⁊c. vt prius. Alij dicũt:
cum venerit filius hoĩs ⁊c. ex cap. 25. Matthei:
vnde ſumebat introitus miſſe. ⁊ notant ibi fide-
les quidã a dextris: vt vrbaniani alij a ſiniſtris. i.
Euãgelij ſciſmatici clemẽtiniani. ¶ Euangeliũ: manifeſta
argumen uit ſe iterum ⁊c. Ioãnis. 21. hiſtoriam tertie appa
tum. ritionis/ ſeu tertij diei quo pluribus ſimul diſci-
pulis apparuit Ieſus poſt ſuam reſurrectionem:
adaptat reductioni papalis curie a Gallia in vr-
bem Romã: que in hac quarta religioſorum ge
neratione vt premiſimus facta eſt. Et hoc ordine
proceſſit. cum eñ eo tempore quo papalis curia
ageret in Gallia: patrimonium ſummi põtificis
in Italia egeret gubernatore in abſentia pape:
conſueuerãt pontifices mittere vnum legatum
cardinalem ad agenda negocia Italie. Vnde cũ
in hac generatione iam multi tyrãni inuaſiſſent/
⁊ occupaſſent ciuitates/oppida/⁊ terras eccleſie:
Innocẽtius papa miſit cardinalem Hiſpanum
Egidium predictũ cum magno exercitu militũ
contra tyrãnos Italie: qui vt erat magnanimus
et prudentiſſimus: primo tyrannos ſue ditioni
ſubegit / deinde ad pacem componẽdam eos in
eiſdem terris feudatarios pape inſtituit. et eo in
Galliam reducto Innocẽtius deceſſit ab hac vi-
ta/ſucceſſitq; Vrbanus. qui audiens Italie tu-
multum iterum a tyrannis ſuſcitatum: iterum et
ipſe predictũ Egidium Hiſpanum in Italiam
miſit. ⁊ pacatis vt prius ab eo tyrãnis: papa Vr
banus Italiam / et Romam viſitare voluit: in
Galliam tamen iterum rediturus ad cõmoran-
dum. et hic fuit ſecũdus poſt Clementem quin-
tum: qui Romanis vaſallis ſuis apparuit in vr-
be poſt ſexaginta fere annos. i. in fine ſexageſi-
me ſui exilij: qui reparatis quibuſdam Rome
edificijs ruinoſis: repertiſq; apoſtolorum Petri
et Pauli capitibus iam diu ignotis: ac eis in la
terano reuerenter collocatis: in Galliam rediẽs
Maſſilie defunctus eſt: relicto tñ Egidio hiſpa-
no in Italia: qui etiam paulopoſt Vrbanum ex
hac vita migrauit. Succeſſit vrbano Gregorius:
qui vidẽs patrimoniũ papale ꝓpter eius abſen-
tiam continue labefactari maxime poſt obitum
cardinalis Hiſpani: decreuit omnino ⁊ ipſe ter-
tius Romam viſitare ibidem iam ſemper mora-
turus. ſed timens gallorum furiam ſimulanſq;
ſe aliquid aliud agere velle: paratis in Reno flu
uio vna ⁊ viginti triremibus per mare genuam
primo venit: inde Cornetũ: poſtremoq; Romã
terreſtri itinere peruenit. et ab eo vſq; in hodier-
num diẽ papalis curia (vt decet) in vrbe Roma
permanſit ex diuina ordinatione. cuius ſignum
fuit ꝙ pape palatium Auinionẽſe in Gallia eo-
dem anno fere totum cõbuſtum eſt a caſu. Hac
ergo hiſtoria ſuppoſita euangelium ei applica-
tum facit tria precipua. Primo narrat quedam
antecedentia hanc curie romane reductionem.
Secundo ibi: mane autem iam facto ⁊c. deſcri-
bit concomitantia. Tertio ibi: vt ergo deſcende-
runt ⁊c. annectit quedam ſubſequentia. In illo Prima
itaq; tempore quarto regni religioſorum: Ieſus ps euan-
. i. Romanus pontifex manifeſtauit ſe per ſuam gelij.
preſentiam: iterum et tertio diſcipulis ſuis. i. va-
ſallis Italie/ et Rome: ad mare. i. per mare ve-
niens ad eos. quod iter marinum dicitur Tybe-
riadis. i. bona viſio: quia ſpacioſum ⁊ latum: vel
vmbilicus quia eſt mediterraneum: vel confra-
ctio quia eſt laborioſum ⁊ tempeſtuoſum. Mani
feſtauit autem ſe ſic. i. tali ordine proceſſit a prin-
cipio. erant enim ſimul cõgregati in Italia exer-
citus magnus ad tuendas rex eccleſie. quorum
maximus dux erat Symon petrus. i. Egidius
hiſpanus cardinalis ex mandato et obedientia
pape: quod ſonat Symon: ⁊ fortis animo: quod
ſonat Petrus a petra dictus. vel forte quia erat
legatus apoſtolicus agens vices Petri apoſto-
li. ſub eo erant alij duces belli laici. ſcʒ Thomas
qui dicitur didimus grece: et ſonat abyſſum. i.
conſilium profundum. et Nathanael. i. donum
dei que eſt naturalis habilitas/ſeu robur ad bel
lum. qui erat a chana. i. zelo galilee. i. tranſmigra
tionis bonoꝝ eccleſie a tyrãnis ad papam. ⁊ filij
Zebedei. i. donati vel dotati ſufficiẽti ſtipẽdio ad
bellandum. he eñ tres ſunt bone conditiones ⁊
neceſſarie ducibus belli. ſ. conſiliũ/robur/⁊ pecu-
nia: que eſt neruus belli. et preter laicos milites
erãt in exercitu Egidij alij ex diſcipulis pape vi-
ri eccleſiaſtici duo. i. charitatẽ geminam habẽtes
ad ſuadendũ laicis omne quod bonũ eſt ad ho-
norẽ dei ⁊ ꝓximi vtilitatẽ: qꝛ merito taliũ dat deꝰ
victoriã exercitui. vnde per hos ſeptẽ ſingnifican
tur vniuerſi ad bellũ eccleſie neceſſarij ad victo-
riam habẽdam. Quibus adunatis dixit eis car-
dinalis legatus predictus. ego Symon. i. obe-
diens pape: vado in Italiam piſcari bona eccl'ie
ex aquis mundanorũ reti exercitus bellicoſi. di-
cunt ei alij milites et clerici: venimus et nos li-
benter tecum propter zelum dei / ⁊ honorem ec-
cleſie: dum modo habeamus ſtipendium pecu-
nie ſufficientis. eoq; annuente exierunt ex Gal-
lia: et aſcenderunt in nauem per mare: vt citius
peruenirent in Italiã. ad quã cum perueniſſent:
inuenerunt omnia turbata diſſenſionibus tyrã-
noꝝ: ac ſi eſſet eis obſcuriſſima nox carẽs luce et

ſerenitate pacis/ac religionis: et pꝛocedentes cū legato pꝛedicto:in illa nocte nihil pꝛēdiderunt de bonis eccleſie quod poſſet totaliter auelli de manibus tyꝛannoꝛum:pꝛopter fauoꝛes aliquoꝛum pꝛincipum/⁊ colligantiam eoꝛum inter ſe:egit tamen legatus quod potuit:ſcilicet vt deinceps illa bona tenerent illi tyꝛanni tanꝙ̃ feudatarij ec-
Scđa ps euãgelij.
cleſie:non tanꝙ̃ pꝛopꝛietarij vt antea. Tranſacta vero nocte illa/⁊ pacatis rebus aliqualiter/⁊ facto iam mane.i.elucente aliquãtula tranquilitate in Italia:ſtetit Ieſus.i.Roma.ponti.vꝛbanus in littoꝛe Italie volēs Romā viſitare: ſed qꝛ nolebat in ea diū manere:ſed in Galliam remeare: non cognouerunt diſcipuli.i.vaſſali eius Romani: quia ille papa eſſet Ieſus.i.ſaluatoꝛ eoꝛū ab oppꝛeſſione tyꝛānoꝛum:quod patet ex hoc ꝙ ipſe Urbanus dixit eis.pueri.i.ſerui mei nūquid habetis hic in patria iſta pulētarium .i. ita bonum victum ſicut habemus in gallia omnes ꝓuiſiones neceſſarias noſtre curie in magna abundātia. Reſponderūt magis facto ꝙ̃ verbo ꝙ non:qꝛ oſtēderunt ei paucas illius romanie ꝓuiſiones: quare eis relictis iterū reuerſus eſt in gallias: et vt diximus illico defunctus . vnde et Gregoꝛius ſucceſſoꝛ eiꝰ dixit Romanis vaſallis ſuis.mittite rete exercitus legati mei in dexterā nauigij.i.verſus mare ad occurſum meū:et inuenietis me ad vos redeūtē cū tota curia mea: vt permaneā vobiſcū in vꝛbe. Miſerunt ergo exercitū romani cū gaudio ad recipiēdum ſuū pontificē honoꝛifice.⁊ cū applicuiſſent ei:inuenerūt eum aſſociatū tāta hominū nobiliū turba ex pꝛincipibus Italie: ꝙ iam non valebāt romani trahere ad ſe papam ⁊ exercitū pꝛe multitudine piſciū .i. hoīm coꝛpoꝛalium:qꝛ non habebāt victualia neceſſaria ad eoꝛum ſuſtētationē. Et inter romanos dixit ille diſcipulus.i.vaſallus quē diligebat Ieſus.i.papa pꝛe alijs : qꝛ maioꝛi honoꝛe decoꝛauerat eū. hic erat pꝛetoꝛ vꝛbis Rome ⁊ iudex ſecularis:⁊ dixit Petro.i.cardinali legato/⁊ duci exercitus : hic papa eſt verus dn̄s noſter : quia vult nobiſcū manere et nos defendere a tyꝛānis. Legatus vero cū hoc audiſſet dimiſſis armis bellicis;tunica pacis(que toga dicitur)ſuccinxit ſe:erat eñ antea nudus tali tunica:⁊ in tali habitu miſit ſe in mare ad oſcula pedum ſummi pōtificis volens alios antecedere:anteꝙ̃ papa exiret in terram.alij autem diſcipuli.i. vaſalli pape venerūt moꝛoſius ad eum nauigio.i.itinere marino. non enim longe erant a terra:in qua iam erat papa extra mare quādo ipſi venerunt ad eum: ſed diſtabant quaſi ducētis cubitis ab eo : trahētes ſecum rete piſcium.i.
Tertia ps euãgelij.
nobilium ciuium romanoꝛum . Qui omnes romani cum legato vt deſcenderūt in terram:adorato pontifice:viderunt in Italiam omnia bona aduenniſſe cum pōtifice.ſ.pꝛunas/ſeu ignem charitatis : et piſcem pꝛunis ſuppoſitum.i. iudicem rectum in ſingulis ciuitatibus:et panem doctrine / ſeu pꝛedicationis religioſoꝛum deuotoꝛum. Dixitꝙ̃ ſuis Gregoꝛius pontifex: afferte mihi de piſcibus magnis.i.de tyꝛannis Italie:quos reti exercitus pꝛendidiſtis nūc in meo aduentu: qui immiſit eis omnibus terroꝛem. aſcenditꝙ̃ legatus cardinalis:cui erat.cōmiſſus ille exercicus.et traxit rete in terram plenum magnis piſcibus ꝑdictis numero centū quinquaginta tribꝰ:ꝙ̃ numerus tres quinquagenas et ternariū continet. quelibet etiam quinquagena ex ſeptenario in ſe ducto ⁊ monade cōſtat:vt ſignificentur tres pꝛincipales tyꝛānoꝛū ſpēs in Italia bona eccľie occupātiū:⁊: in q̄libet eaꝝ vniuerſitas maloꝝ hoīm ſub vno pꝛīcipalioꝛe.nā ſeptenariꝰ vniuerſitatē ſignificat.⁊ ille tres factiōes tyꝛānoꝝ erāt in Flaminia/ in Marchia/ac Romania:ꝙ̃ oēs inſtigante mala imperatoꝛe ludouico:in eis bona eccleſie occupauerāt. Et fuit mirū ꝙ cum tanti ⁊ tot eſſent tyrāni debellandi ab exercitu eccľie:non eſt ciſum rete ſed pꝛeualuit aduerſus eos oēs cum diuino adiutoꝛio. His ergo deuictis ac humiliatis papa iam ſedens quietꝰ in vꝛbe dixit ſuis vaſallis Romanis ⁊ alijs ex italia:venite ad me ſecuri:⁊ pꝛandete pacifici in domibꝰ veſtris:qꝛ non vos oppꝛimēt iam tyꝛāni. Et nemo eoꝛū audebat interrogare pontificē dubitans de verbo eiꝰ:vt diceret ei:tu quis es qui talē ſecuritatem nobis pꝛomittis:ſciebant enim quia dn̄s eſt verus ⁊ legitimus illius patrimonij eccleſie: cui tanꝙ̃ indubitato pape oēs pꝛincipes chꝛiſtiani obediūt ⁊ fauent cōtra tyꝛānos.ideo nō erat dubitandum de ſua ſecuritate. Et ita firmata pace ac ſecuritate eoꝛū venit papa ad viſitandū totum patrimoniū ſuum per ſingulas ciuitates et opida: et accepit panē doctrine ⁊ piſcē iuſticie: ⁊ dabat eis omnia neceſſaria ad cultū dei et pacem reip. Hoc ergo iam tertio manifeſtatus eſt papa Gregoꝛius ſuis Romanis vaſallis cū maioꝛe vtilitate ſuoꝝ:quā fecerat vꝛbanus in ſecūdo:vel clemens in pꝛimo: qꝛ per hanc tertiā manifeſtationē viſus eſt papa ſurrexiſſe a moꝛtuis: qui pꝛius in italia videbatur ſepultus:et tyꝛāni italie quaſi moꝛtuo illudebant rapientes bonā eius Sed cū in fine huius generationis factum fuerit ſciſma:mirū eſt quare hoc euangeliū dicit:ꝙ non eſt ſciſum rete. dici poteſt ꝙ tunc nō eſt ſciſum ſed poſtea:vel nō eſt ſciſum in ſpiritualibus bonis fidei ⁊ religionis:ſed ſolum in tēpoꝛalibꝰ dn̄ationibꝰ:vel nō eſt ſciſum realiter ſed apparēter ſolum: vel dicit qđ ſciſma pertinet ad generationem ſequentem non ad iſtam. ¶ Moꝛaliter bonus pꝛelatus ⁊ ſimiliter
Moꝛalitas.
chꝛiſtus ſe manifeſtat in hoc tempoꝛe paſchali ſuis ſubditis ſiue neophitis/ſiue antiquis:ad mare baptiſmi vel pꝛeſentis ſeculi.nam cum in eccleſia dei ſint varij ſtatus fidelium deſignati in illis ſeptem diſcipulis:omneſꝙ̃ intendāt in hoc mundo aliquid piſcari.i.lucrari per actus ſuos ; illi de nocte piſcantur ⁊ ad ſiniſtram mittunt rete ſue negociationis : qui delitias / diuitias / et honoꝛes huius ſeculi querunt : illi vero de die ⁊ ad dexteram qui bona ſpiritualia et gaudia future vite toto mentis conatu deſiderant. Pꝛouer.3. longitudo dierum in dextera eius: in ſiniſtra illius diuitie et gloꝛia.quare illi tota nocte



laboꝛantes nihil capiūt : quia ꝑ moꝛtem omnia acq̄ſita ꝑdunt ps.75.doꝛmierunt .n.ſomnū ſuū ⁊ nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus ſuis. iſti vero ꝓceptum boni pꝛelati faciētes multa merita ⁊ ꝓmia acquirunt : ⁊ ad ſolidum litus alterius vite cum pleno reti ꝑueniūt. Interim vero ꝓlatus inuitat eos ad mēſam chꝛiſti. hoc ē ad euchariſtiam dicēs:venite pꝛandete.vbi offert eis panē exteriꝰ:⁊ piſcē aſſum.i.chꝛiſtū paſſum interius: quia hoc ſacramētum ē memoꝛiale paſſionis eius. Deniꝙ̃ quia hec feria q̄rta ē finis ſexageſime:in qua eccľia fideles inuitauerat ad opa
Offertoꝛium.
mie pꝛoximis exhibēda:hodie oſtēdit ꝓmia illoꝛum operum dicēs:venite benedicti.⁊c.⁊ in euāgelio iſto ſub typo piſcationis miraculoſe declarat ſtatum gloꝛie reſurgentiū. vt Auguſtinus et Gregoꝛius exponunt. ¶ Cantus offertoꝛij: Poꝛtas celi.⁊c. pſal.77. laudat deum de ꝑdicta curie reductiōe i vꝛbē:qua ſubditis pape aperta eſt via ſalutis ⁊ doctrina celeſtis: que eſt manna et panis angeloꝝ. Idem poteſt intelligi de neophitis:vel de alijs chꝛiſtianis qui deuote cōicauerūt in paſchate. Secreta oꝛatio: Suſcipe q̄ſumus.⁊c. offert deo ſacrificiū euchariſtie vt benigne ſuſci-
Communio.
piatur ab eo:ꝓ fidelibus populis. ¶ Cōmunio: Chꝛiſtus reſurgēs ex moꝛtuis.⁊c. Roma.6.gaudet de ꝑdicta pape reſurrectiōe ꝑ ſuum reditum in vꝛbē ad ſemꝑ ibi manendum. Finalis oꝛatio: Ab omni nos.⁊c.adaptat cōmunionem nouiter babtizatis ⁊ alijs fidelibus petens eis gratiā renouationis moꝛalis.⁊c.

## ¶ Caput ſeptuageſimūſecundum de feria quinta hebdo.paſchalis:coꝛreſpondēter ad quintā generationē regni religioſoꝝ:⁊ neophitoꝝ innouationem.

Argumētū officij ab anno chꝛiſti 1380. vſꝙ̃ 1410.


Uinta generatio regni religioſoꝛum viguit ſub Romanis pon. Bonifacio nono/ Innocentio ſeptimo/et Gregoꝛio duodecimo/ cū antipapis Benedicto .13. Inauinione/ Alexādro quinto/⁊ Ioanne.23. Piſis:imperātibus tūc Roberto Bauaro/⁊ Sigiſmundo Ungaro:qui ambo iuſti ⁊ catholici fuere:licet tēpoꝛe ſciſmaticoꝝ pōtificum:eoꝛumꝙ̃ bono zelo: ac diligentia in tempoꝛe ſciſmatis multa mala ſunt ꝓhibita in chꝛiſtianitate.verum vterꝙ̃ non niſi a romano pontifice coꝛonari dignatus eſt:cui fauebat vt ꝑdiximus. Et licet hec gēatio tota ſub ſciſmate peracta ſit: claruit tamen anno iubileo a Bonifacio pontifice celebꝛato:ac quibuſdam religionibus nouis.inter quas religio dicta ſancti Hieronymi ex tertio oꝛdine ſancti Franciſci a quodam nobili viro apud feſulanam Erthurie vꝛbem Innocentio ꝓſulante excitata eſt:⁊ a Gregoꝛio appꝛobata/⁊ cōfirmata ſub regula ſancti Auguſtini:ac inter mendicantes annumerata. Claruit etiā hec generatio multis viris ſapientiſſimis maxīe religioſis.ſ.ſancto Uincētio ꝑdicatoꝛe maximo Nicolao de Goꝛrā doctoꝛe ꝑcipuo/Petro de Candia greco/ Paulo veneto/Henrico oyta theutonico/Thoma germano regulari canonico/Henrico de Conſueldia carthuſienſi:⁊ alijs plurimis theologis. Pꝛeter quos tūc etiam viguere Hemanuel Chꝛiſoloꝛa grecus/⁊ Ioannes Rauennas gramaticus: quoꝛum alter pꝛimus poſt ſeptingentos annos litteras grecas :alter latinas reſtaurauit i Italia:⁊ fere eoſdē diſcipulos multos ⁊ egregios ſucceſſiue docuerūt. Fuere etiam eodem tempoꝛe Nicolaus Floꝛētinus/⁊ Marſilius Patauinus celebꝛes philoſophi et medici. Claruit ⁊ cum eis Baldus peruſinus excellentiſſimus legum interpꝛes cum multa diſcipuloꝛum turba clariſſima. Celebꝛatum eſt etiam tūc cōcilium Piſanum ex cōſenſu vtriuſꝙ̃ pape pꝛo extinctione ſciſmatis.vbi Gregoꝛio ⁊ Benedicto depoſitis : tertius eligitur Petrus de candia:et Alexander quintus vocatus eſt.quare nō ceſſauit ex hoc ſciſma: ſed potiꝰ inualuit moꝛibus ex remedio illo: quia noluerūt illi cōſentire ſue depoſitioni: ⁊ iterum ſe erexerūt vt pꝛius.⁊ ſic manſit ſciſma peius ꝙ̃ antea ſub tribꝰ capitibꝰ. Inter has tamen hominū varietates ſemꝑ fides et religio chꝛiſtiana manſit integra ⁊ indiuiſa.nam quilibet illoꝝ pontificum catholicus erat/ ⁊ eandem fidem cū altero turbatur ꝓpter bonitatem tempoꝛis religioſoꝛum:quod oēs hereſes ſuppeditauit. Econtrario vero in tempoꝛe clericoꝛum oīa fere ſciſmata fuerūt cū diſcrimine fidei:vbi alter pontificum alicui hereſi fauebat. nunc autē excellens ſapientia religioſoꝛum habet victoꝛiā ſuper omnes hereticos. ¶ Quare huiꝰ miſſe in-
Introitꝰ miſſe.
troitus: Uictricem manū tuā.⁊c.ex cap.10. Sapientie:laudat hanc ſapientie victoꝛiam cū tripli ci alleluia : quia ſapientia os fidelium mutum aperuit ad loquendum dei laudes in tripliciliugua.ſ.hebꝛea antiqua/greca nūc adducta/⁊ latina recenter refoꝛmata.⁊ linguas infantiū.i. latinoꝛum qui fari neſciebant docte:fecit diſertas.i. artificioſas i ſermone multiplici. Uerſus: Notū fecit dominus.⁊c.ex pſal.97.addit ꝑdicte ſententie ꝙ deus i hac etate reuelauit ſecreta multa legis ſue hominibus valde ſalutaria/⁊ continētia iuſticiam dei. Facit etiam iſte introitus cum ſuo verſu ad neophitos:quos deus ſua ſapiētia edocuit: eoꝛū os ⁊ linguas aperuit/ eiſꝙ̃ ſua ſecreta ſalutaria reuelauit. vnde ad hoc ꝓpoſitū ſequi-
Oꝛatio.
tur oꝛatio: Deus qui diuerſitatē.⁊c.petēs eis gratiam cōſeruandi vnitatem fidei/ ⁊ religiōis chꝛiſtiane ad quā vocati ſunt. Ad alterum vero ſenſum hec oꝛatio peteret:vt deus qui diuerſitatem linguarum in eccľia latina adunauit ſub hac generatione:cōſeruet vnitatem fidei ⁊ reducat hoc ſciſma ad vnitatem veri ⁊ indubitati pontificis. Poſſet tertio introitus exponi de triplici ſapientia huius generationis.ſ.theologoꝛum in pꝛincipio introitus / medicoꝛū ibi:ſalutare ſuum/⁊ iuri-
Epiſtole argumentum.
dicoꝝ ibi:iuſticiā ſuam. ¶ Epiſtola: Angelus dn̄i ⁊c. Actuum.8.cap.hiſtoꝛiam Philippi diaconi ⁊

Eunuchi baptizati adaptat ſacto Uincētio pre-
dicatori maximo in etate illa ſciſmat.ca:quē de9
miſit cum alijs multis religioſis ad tuendam fi
dem/⁊ religionē in ſua puritate/⁊ vnitate: imo ⁊
ad conuerſionē peccatorum ſiue fideliū/ſiue infi
deliū ad fidem et religionē chriſtianam. Habet
epiſtola tres partes. Prima declarat predicato-
ris miſſionem. Secunda ibi:rogauitq3.⁊c̃. expli-
Prima ps eple. cat ꝑdicationis ſue conditionem. Tertia ibi:⁊ dū
irent.⁊c̃.concludit peccatoris conuerſionē. Ergo
in diebus illis quinte generationis religioſorū:
angelus domini vel exterius apparendo/vel in-
terius inſpirando:locutus eſt ad Philippum q̄
hebraice interpretatur os lampadis:⁊ eſt ꝑdica-
tor religioſus:p quem loquitur de9 ad homines:
ideo ipſe eſt os chriſti:de quo Eſayas.62. Salua
tor eius vt lampas accēdatur.⁊ ꝑ ceteris religio-
ſis illius temporis angelus dñi ſpecialius locu-
tus es ad Uincentiū.nam Philippus grece ſo-
nat victorioſum latine.i.amatorem equoꝝ.⁊ hoc
eſt Uincentius.ad quē locutus eſt angelus dñi:
vt patet in ſua legenda:dicens ei. Surge ab otio
tue contēplationis/⁊ quiete religióis: ⁊ vade ad
ꝑdicandum contra meridiē.i. ardorem mūdane
concupiſcētie:ad viam.i.modū viuēdi mixtum:q̄
ducit bonos prelatos ab Hieruſalem.i. a viſiōe
pacis vite cōtemplatiue:in gazam.i.robuſtam vi
tam actiuam q̄ intendit fortiter ſaluti ⁊ neceſſita
tibus ꝓximorum. Hec via modo ē deſerta a ꝑla
tis querentibus ſolum que ſua ſunt.i.honores ⁊
dignitates eccleſie: non q̄ ieſu chriſti.i. bonū ſue
eccleſie vel gregis chriſti. Et ſurgens ſanctus il-
le predicator Uincentius exiuit vt vinceret here
ticos/infideles/⁊ peccatores alios:de qua victo-
ria meminit introitus miſſe vt ꝑdiximus. ⁊ ecce
occurrit ei auditoriū. hmōi inprimis vir ethiops
.i.denigratus peccatis:eunuchus.i. caſtratus ſi-
ue non potens generare filios ſpūales dño ſuo:
hic erat doctor infidelium iudeoꝝ/vel ſaraceno-
rum.potens.i. principalis gubernator cādacis.i.
poſſidentis contritionē ſinagoge:ſcz regine ethio
pum.i.denigratorum infidelium.q̄ vir erat cōſti-
tutus ſuper omnes gazas.i.diuitias eius: q2 infi
deles principaliter intendunt lucris bonoꝝ tem
poralium maxie iudei.hic populus venerat pri-
mum adorare deū in Hieruſalem.i.durante cur-
ſu veteris legis:ſed ea finita reuertebatur.i.retro
cedebat a lege dei:ſedens ad menſam ſacre ſcri-
pture ſuper currum ſuum.i. maxime intendens
quadrige maioꝝ ꝓphetarum:legenſq3 inprimis
Eſayam ꝓphetam:q̄ multa loquitur de aduētu
meſſie ad redemptionē Iſrael ⁊ omniū gētium.
Hoc auditorio ſic diſpoſito dixit ſpiritus ille qui
prius dictus eſt angelus domini:ꝑdicatori Uin
centio: accede ad ꝑdicandum iudeis: ⁊ adiunge
te ad currum iſtum prophetarum ve.legis: vt ex
conceſſis ab eis arguas ad cōuincēdum eos. ac-
currens autem Philippus ꝑdictus:audiuit illū
doctorem iudeorū legētem Eſayam ꝓphetam.⁊
dixit ꝑdicator iudeo.putaſne intelligis q̄ legis in
ꝓphetis tuis:q.d.credo q᷑ nō intelligas ſcriptu-
ras que loquūtur de chriſto: in quē tu nō credis.
Ille aūt reſpondēs ait. ⁊ quomodo poſſū ꝓphe
tas tā obſcuros intelligere:niſi aliqs vir plenus
ſpū dei oſtēderit.i. declarauerit mihi hec ſecreta?
Et quia videbat iudeus ſāctum Uincentiū eſſe Scda ps epiſtole.
ſapientiſſimum predicatorem/⁊ multa diuinarū
ſcripturarum ſecreta declarātē in ſuis ſermoni-
bus:rogauit eū vt aſcenderet p meditationem in
currum ꝓphetarum:⁊ ſederet ſecū in eadē mēſa
ſcripturarū ad maſticandū ⁊ digerendū panem
animarum. Locus aūt ſcripture ꝓphetice prin-
cipalis : quā legebat ſepius iudeus nec intelli-
gebat:erat hic.ſ.cap̄.53. Eſaye.tanq3 ouis ad occi
ſionem ductus eſt.⁊c̃. vſq3 vita eius.vbi expreſſe
agitur de paſſione chriſti.⁊c̃. Interrogauit ergo
iudeus ꝑdicatorem dicēs.obſecro te dñe:de quo
ꝓpheta Eſayas dicit hoc? de ſe an de aliq̄ alio?
Aperiens aūt Uincentius os ſuum ad ꝑdican
dum/⁊ incipiēs a ſcriptura iſta/ adducenſq3 con
cordantias alioꝝ ꝓphetarum ⁊ figuras legales
euangelizauit illi ieſum chriſtum: ꝓbando q᷑ de
eo intelligebantur ⁊ in eo complete ſunt. Dicēte
eodē chriſto Luce vltimo oportebat impleri ea
q̄ ſcripta ſunt in lege/⁊ in pſalmis/⁊ ꝓphetis de
me. ſpecialiter aūt allegauit hoc Eſaye capitulū
intelligi de ſe dicēs Luce.22. etenim hoc qđ ſcri
ptum eſt oportet impleri in me:⁊ cum ſceleratis
deputat9 eſt : quod ſcribitur Eſaye.53. Et dum
Tertia ps epiſtole. irent ꝑdicator ⁊ iudeus p hāc viam examinatio-
nis ſcripturarum applicando ad myſteria chriſti
et eccleſie:peruenerunt ad quandam aquam de
qua Eſaye.12.haurietis aquas in gaudio de fon
tibus ſaluatoris:⁊ Ezechiel.36. Effundam ſuper
vos aquam mundā/⁊ mundabimini.⁊c̃. que nō
poſſunt intelligi melius q̄3 de ſacramēto babtiſ-
mi.⁊ ait iudeus.ecce aqua ſaluans animas:⁊ qs
ꝓhibet me babtizari?q.d.non ſit mora:quia ego
volo babtizari.dixit Uincentius: ſi credis ex to-
to corde omnes articulos fidei:⁊ fueris prius ca-
thecuminus.i.inſtructus ī fide: licet te babtizari:
alias non. Reſpondit iudeus poſtq3 bene inſtru
ctus eſt a fratre Uincentio: credo firmiter dei fi-
lium eſſe ieſum chriſtum cū alijs articulis fidei
chriſtiane. ⁊ iuſſit ſtare currū ꝓphetarum ad te-
ſtificandum de chriſto:etiam ſecūdū hebraicam
litteram.⁊ ita deſcēderunt vterq3 in aquā babtiſ-
mi.⁊ tandē ꝑdicator babtizauit eum .ſ. in nume-
rum iudeoꝝ ⁊ alioꝝ infidelium populum. Cum
aūt aſcendiſſent neophiti de aqua facti iam chri
ſtiani:ſpiritus dñi rapuit ꝑdicatorē Uincentium
ad ꝑdicandum alijs ciuitatibus/regnis/⁊ genti-
bus:⁊ amplius nō vidit eum iudeus preſentiali-
ter conuerſantē ſecū:memor tamen doctrine ſue
ibat p viam legis dei gaudens ⁊ gratias agens
de tanto beneficio: ⁊ hec iudeorū conuerſio ma-
xime fuit i Hiſpania. Sanctus vero predicator
Uincentius inde tranſiens inuētus eſt in Azo-
to quod interꝑtatur depredatio vl' ignis dilecti:
⁊ ſignificat regnū Francie/ ⁊ Britanie/ ad q̄ po-
ſtea diuertit: eo q᷑ natiōes ille ſeptētrionales bel
la/⁊ latrocinia exercēāt:⁊ ignē carnalis libidinis



diligant. indigebāt ergo bono ꝑdicatore ad con
uertendum eos a peccatis ſuis. ⁊ ſic ꝑtranſiens
de loco ad locū ꝑdicando: euangelizabat nomē
domini ieſu cunctis ciuitatibus:ad quas etiam
veniebant homines ex alijs locis/vicinis/vt au-
dirent ſermones eius.donec finito curſu vite ſue
veniret ceſaream .i. imperialem ciuitatē celi vbi
ſancti habitant in gloria. Facit etiam manifeſte
hec epiſtola ꝓ nouiter babtizatis noſtri tempo-
ris: ⁊ ꝓ vere penitentib9 in hac quadrageſima.
Graduale ¶ Cantus gradualis: Hec dies quam fecit dñs
⁊c̃.vt ſupra. Verſus: Lapidē quē reprobauerunt
⁊c̃.ex eodem pſal.117.laudat deū de ꝑdicta con-
uerſione iudeoꝝ:per quā chriſt9 ab eis prius re-
probatus/nunc eſt honorifice ab eiſdē adoratus:
⁊ factus lapis angularis coniungēs in ſua eccle
ſia duos populos gentilium/ ⁊ iudeorum tanq3
duos parietes principales edificij.quare miran-
tur fideles de tam copioſa ⁊ miraculoſa conuer-
Aleluia. ſione infideliū. Aleluia: vel angelus dñi:vel ſur-
rexit dñs de ſepulchro: vel ſurrexit chriſtus qui
creauit omnia.⁊c̃.gaudet de predicta renouatio-
ne hominum in eccleſia dei:qua videtur iterum
chriſtus reſurrexiſſe ab obliuione ſui:q̄ erat i mē
Euangelij argumentum. tibus hoim tam fidelium q̄3 infideliū. ¶ Euāge-
lium: Maria ſtabat ad monumētū.⁊c̃. Joan.20.
videtur ad materiā ſciſmatis ꝑtinere: et tres pa-
pas illi9 temporis deplorare. Habet igitur tres
partes. Prima duos priores cōmemorat. Scđa
ibi:hec cū dixiſſet.⁊c̃.tertiū Piſanū denotat. Ter-
tia ibi: vade ad fratres meos.⁊c̃.conciliū Cōſtan
Prima ps euangelij. cienſe futurū inſinuat. In illo itaq3 tēpore quin-
te ge. Maria magdalene: q̄ ex ꝑdictis ſepe reli-
gionē cōtēplatiuā ſignificat: ſtabat plorās cala-
mitatē illius tēporis:ad monumētū chriſti qđ eſt
eccleſia:foris.i.extra tumultus ſeculares poſita/
⁊ in ſolitudine deo vacans. dum ergo ſic fleret:
inclinauit ſe ad actionē vt prodeſſet proximis: ⁊
ꝓſpexit i monumentū ꝑdictum.i.eccleſie guber-
nationē attendit.viditq3 duos angelos.i.pontifi
ces ſedētes in cathedra apoſtolica:⁊ indutos al-
bis.i.veſtibus papalib9.vnum coꝝ vidit ſedentē
ad caput.i. Rome q̄ eſt caput mūdi: alterum ad
pedes.i.in Hiſpania q̄ eſt finis Europe.vbi.i.in
qua Europa poſitum fuerat corpus ieſu myſticū
quod eſt eccl'ia.nam extra Europā pauci chriſtia
ni catholici reperiuntur. dicūt ergo illi religioni
ploranti alij fideles:o mulier ſancta q̄ lactas fi-
lios deuotiōe tua:quid.i. propter qđ ploras:q.d.
nulla res tēporalis deberet te mouere ad lachry
mas:q̄ mundū penitus contēpſiſti quaſi vilem.
illa reſpondens dixit ſe non plorare propter res
mūdanas:ſed ꝓpter malū ſpūale/⁊ periculū ani
marum: qđ imminet ex ſciſmate.tulerūt(inquit)
cardinales electores pape.dñm meum verū pa-
pam:et neſcio vbi poſuerunt eum. nam ex duo-
bus iſtis quos poſuerunt in duobus locis neſcio
quis eorum ſit verus papa:cum vtriq3 eorum fa
ueāt magni reges/magni doctores/⁊ ſancte pſo-
ne religioſe.merito ergo eſt dubitandum qs eoꝝ
ſit verus papa:⁊ propterea nō poſſū lachrymas
continere. Hec cum dixiſſet ſancta religio:cōuer- Secūda ps euangelij.
ſa eſt retrorſum:non quidem a ſue vite ꝑfectione
recedens:ſed ab vtriuſq3 pontificis dubitati ve-
neratione abſtinens:eiuſq3 exemplo cardinales
vocato concilio Piſano vtrumq3 papam relin-
quentes aliū tertiū elegerunt:quē Alexandrum
quintum dixerunt. Religio ergo vidit illū ſtan-
tem.i.erigentem ſe ſup alios quaſi depoſitos.ſed
non ſciebat.i. certa non erat : quia ille terti9 eſſet
ieſus.i.verus papa ſaluator hominū a ſciſmate.
verum ipſe gerēs ſe pro vero papa dixit ei:o mu
lier quid ploras iam? quem aliū queris papam
preter me:q.d.ego ſum quē querebas verus pa-
pa ⁊ ideo nō debes iam plorare ablato ſciſmate.
Sed illa exiſtimās ſciſma adhuc manere ⁊ diffi
cilius q̄3 antea: q2 cōciliū Piſanū nō fuerat vni-
uerſale:ſed pauce autoritatis ꝓ tāte rei magnitu
dine diſcutienda:putabat Piſanū illū papā eſſe
hortulanū .i. a paruo fidelium horto ꝓductum/
non a toto eccleſie campo receptum. hoc eſt pu-
tauit eum eſſe particularem quendā ꝑlatum ali
quoꝝ fidelium ſibi obedientiū:non vniuerſalem
toti9 eccleſie.ideo dixit ei : domine ſi tu ſuſtuliſti
.i.vere accepiſti eum.ſ.papatum: dicito mihi vbi
poſuiſti.i.in qua autoritate fundaſti eum: vt verū
ius habeas ad papatum:⁊ hoc cognito:ego eum
tollam.i. exaltabo ſup caput meū ac venerabor.
ipſe vero dixit ei. Maria.i.ſis Maria/vel religio
contēplans res diuinas:⁊ non cures te intromit
tere in examinandis iuribus ꝑlatoꝝ. nam boni
religioſi debent eſſe humiles parati obedire: nō
curioſi volētes inquirere de negotijs mūdi. Con
uerſa illa.i. ꝑſuaſa ex verbis Piſani voluit eum
adorare vt verū papā dicens: Raboni qđ inter-
pretatur magiſter.i. paſtor chriſtianorū. ille vero
cum eſſet bonus religioſus/⁊ vir doctus timens
deū:non ꝑmiſit ſe tūc adorari dicēs:noli me tan
gere pedes oſculando. nōdum enim aſcendi ad
patrē meum apoſtolū Petrū: quia nō poſſideo
ſedem eius in vrbe Roma pacifice.⁊ nullus ali9
Tertia ps euāgelij. debet ſine ſcrupulo ꝓ vero papa adorari. Verū-
tamen ad tollendam omnē ambiguitatē huius
negotij:neceſſarium erit congregari cōciliū gene
rale totius eccleſie adminus omniū latinorum:
ideo tu zelator bone religioſe vade ad frēs meos
alios ꝑlatos/⁊ cardinales/ac etiā reges/et prin-
cipes chriſtianos:⁊ dic eis noīe meo.ego Alexā-
der quintus aſcendo.i.aſcendere parat9 ſum ad
patrem meum et patrē veſtrū ſanctum conciliū:
quod vere eſt ſupra papā ſaltē dubium: vbi etiā
credam adeſſe deum meum ⁊ deū veſtrum ſpiri
tum ſanctū:⁊ ibi reddam rationē iuris mei ſi qđ
habeo:venit ergo religio ſacra nunciās diſcipu-
lis.i.chriſtianis p diuerſas prouincias:quia vidi
dñm inſpirantē pōtificib9 pacem ⁊ vnitatē eccle-
ſie:⁊ hec dixit mihi p os Alexandri volētis con-
gregari conciliū generale pro extinctione huius
ſciſmatis. ¶ Moraliter in hoc tempore paſchali Moralitas.
q̄libet anima fidelis (q̄ deuote cōſcauit) ē ſepul
chrum chriſti: qđ dū clauſū fuerit diabolo ⁊ ſuis
ſuggeſtionibus:corpus dñicum nō creditur inde

ſublatum. quando aĩt ꝑ ſenſus aperitur ad res mundanas: tunc chriſtus inde auferitur. ⁊ in illo tẽpore Maria.i. mater eccl'ia ſtat ad tale monumentũ vacuum foris plorans anime illius ꝑditionem: ⁊ inclinans ſe ad eam reparandã conſolatur a duobus angelis bonis: q̃ eius ſuſcitationem procurant.ſ. a curato ⁊ p̃dicatore. et cõmota anima ad lachrymas penitẽtie ſtatim manifeſtatur chriſtus in ſpecie hortulani volẽtis ab anima illa erradicare malas herbas .i. cogitationes: et plãtare bonas. ſed nõ audeat ſtatim aĩa penitẽs accedere ad chriſti familiarẽ contrectationẽ donec aſcẽdat chriſtus ĩ corde eiꝰ per deuotã contẽplationẽ.ꝛc. Eodem modo applicaretur euãgelium ad neophitos: qui in ſepulchro babtiſmi cũ chriſto fuerãt ſepulti ⁊ poſtea peccant.ꝛc.

*Offertorium.*

¶Cantus offertorij: In die ſolennitatis.ꝛc. Exodi.4.et 13. gaudet de audita conuocatione concilij futuri: in qua ſolennitate tolletur ſciſma ⁊ inducetur pax/⁊ concordia oĩm fidelium ſignificata ꝑ lac ⁊ mel.ꝛc. Secreta orõ: Suſcipe q̃s domine.ꝛc. offert deo ſacrificium pro fidelibus populis maxime pro neophitis petens eis gratiam ꝑſeuerantie: qua perueniant ad beatitudinem paradiſi.

*Communio.*

¶Cõmunio: Populus acquiſitionis.ꝛc. ex.1. libro Regum cap.2. incitat fideles ad laudandũ deum pro beneficio pacis mox future in concilio. vel ꝑtinet ad nouiter baptizatos. Oratio finalis: Exaudi dñe.ꝛc. eandem continet petitionem cum ſecreta oratione ex virtute euchariſtie iã oblate et ſuſcepte.

## ¶Caput ſeptuageſimũtertium

de feria ſexta paſchalis hebdo. que ſextam religioſorum generationem collaudat: ⁊ neophitos confortat.

*Argumẽtũ officij ab anno chriſti 1410. vſq̃ 1440.*



Extageneratio regni religioſorũ clara fuit ſub Ro. pontificibus Martino quinto/⁊ Eugenio quarto cũ Felice quarto: imperãtibus Sigiſmundo/⁊ Alberto. in qua etate tria concilia generalia legimꝰ in eccl'ia latina celebrata: Conſtantienſe/Baſilienſe/⁊ Florentinũ. quorum primum ſciſma trifidum extinxit treſq̃ papas dubios depoſuit.ſ. Gregorium.12. Benedictum.13. ⁊ Joannem.23. quartũq̃ indubitatũ erexit Martinum quintum/⁊ Bohemoꝝ atq̃ alioꝝ hereſes damnauit: etiã combuſtis ibidem duobus eorũ hereſiarchis. Secundũ conciliũ autoritate Eugenij cõgregatum multa bona ꝓ eccleſie reformatione ſtatuit: ſed data occaſione Eugeniũ papã depoſuit/Felicẽq̃ erexit: ſicq̃ ſciſma introduxit. Tertium conciliũ ab Eugenio iam depoſito cõgregatum orientales eccleſias grecoꝝ cũ latina concordare ac confederare voluit: aduocatis ad ipſum vndecim fere chriſtianorum nationibꝰ: vt videretur illud cõciliũ generaliꝰ alijs ac proinde magis autenticũ. ſed illa cõcordia grecoꝝ ⁊ latinorum parũ durauit/⁊ ideo parũ ꝓfuit. Sciſma etiam in Baſilienſi cõcilio ſuſcitatũ ex bonitate Felicis fuit ſtatim extinctum. quare penſatis bñ omnibus ad hanc generationẽ ꝑtinentibꝰ plus habet pacis q̃ litis/plus boni q̃ mali/ideo plus laudanda q̃ vituperanda. maxime quia multis claruit viris ⁊ ſãctitate ⁊ doctrina excellẽtiſſimis. quorum p̃marius fuit Petrus aliacenſis/deinde Joannes dominici/ Nicolaus baiocẽſis/Gaſparinus bergomẽſis/Leonardus aretinus/Pogiꝰ florẽtinꝰ/ſãctus Nicolaꝰ tolẽtinꝰ/Joãnes gerſonus cãcellariꝰ Parriſiẽſis/⁊ hi oẽs theologi. Ex medicis vero Jacobꝰ forliuiẽſis/Hugo ſenẽſis/ Bartholomeus montagna/ Joannes mediolanenſis.ꝛc. Ex iure cõſultis Abbas ſiculus/Bartholomeus de ſalliceto/ Petrus de ancharrano cum alijs Baldi diſcipulis .ꝛc. quorum omniũ doctrinis ⁊ virtutibus eccleſia dei ab erroribus liberata oẽs hereticos oppꝛeſſit.

*Introitus miſſe.*

¶Unde miſſe introitus: Eduxit eos dominus.ꝛc. ex pſal.77. cõmemorat beneficium pacis eccleſiaſtice recuperate in concilio Conſtantienſi: vbi etiam ſciſma finitum eſt. tũc enim eduxit dñs fideles ſuos ab Egypto.i. tenebra ſciſmatis ⁊ hoc ĩ ſpe.i. propter longam ſpem ⁊ patientiã illius concilij: qđ tribꝰ annis ⁊ eo amplius ꝑdurauit expectans gratiã dei ⁊ adiutoriũ eius ad ſciſmatis extinctionem. ideo triplex aleluia cãtatur. ⁊ inimicos eoꝝ hereticos/ bohemos operuit mare tribulationis/vel mare ſacri concilij quod eſt congregatio aquarũ .i. populoꝝ. Verſus: Attendite popule meus.ꝛc. eſt principium eiuſdem pſalmi: quo deus ꝑ ſacrum concilium hortatur ſuos fideles ad cuſtodiam fidei/⁊ mandatoꝝ eius. Pro neophitis vero: Egyptus a quo eos dñs eduxit ẽ infidelitas/mare ẽ baptiſmus/inimici ſunt demones ⁊ peccata.

*Oratio.*

Oratio: Familiã tuã.ꝛc. licet de cõcilio poſſet exponi ex nomine ſui p̃ſidentis: tamen more ſolito de fidelibꝰ modernis/vel de neophitis eſt intelligẽda: vt petat eis auxiliũ dei in hoc tẽpore paſchali: ad hoc vt familia illa educta ab Egypto pctorũ donis celeſtis grẽ repleatur.

*Epiſtole argumentum.*

¶Epiſtola: Chriſtꝰ ſemel pro peccatis.ꝛc.1. Petri.3. de baptiſmo expreſſam facit mentionem ꝓ neophitis: ſed ad propoſitum hiſtorice intelligentie hec epiſtola eſt ſermo p̃lati/vel doctoris in concilio Conſtantiẽſi ad pacẽ cõciliandam/ad fidẽ firmãdam/ad vitam reformandã. Habet tres partes. Prima eſt cõmendatio patiẽtie chriſti. Secũda ibi: in quo his.ꝛc. eſt cõmemoratio figure diluuij. Tertia ibi: quod ⁊ vos.ꝛc. eſt declaratio doctrine concilij.

*Prima ps eple.*

Ait ergo apoſtolus Petrus.i. p̃latus p̃ſidens concilio. Chariſſimi fratres in chriſto: iam ſcitis q̃ in p̃ncipio naſcẽtis eccl'ie chriſtꝰ redemptor ⁊ magiſter noſter ſemel mortuꝰ ẽ in carne: ⁊ hoc nõ pro ſe: quia non habebat peccatum: ſed pro peccatis noſtris.i. pro nobis peccatoribus.ſ. mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis liberãdis a malo: ⁊ promouendis ad bonum. hoc eſt vt nos offerret deo ad ſimilitudinem ſuam.i. mortificatos q̃dem carne: viuificatos autẽ ſpiritu: ſicut et ipſe



chriſtus prius mortuus eſt carne dimittens hãc vitã animalẽ: ⁊ poſtea reſurrexit ad vitã ſpiritualem/celeſtem/⁊ immortalem. eodem modo ⁊ nos moraliter prius mortificemur carne dimittentes paſſiones/ vel affectiões carnales noſtrarũ partialitatum: quas habebamus in ſciſmate: ⁊ poſtea viuificemur ſpirituſancto cuius inſpiratiõe hoc ſanctum concilium cõgregatum eſt: ⁊ totum eccleſie corpꝰ ab eo vnitur/viuificatur/⁊ regitur. Accẽdamur ergo fratres bono zelo pacis/ ⁊ vnitatis eccleſiaſtice: quod ẽ viuificari ſpiritu dimiſſa mortalitate carnis.

*Scda ps epiſtole.*

In quo ſpirituſancto ipſe chriſtus ſpũaliter veniens hoc tẽpore ad nos p̃dicauit: modo per ſuos p̃latos/ ⁊ viros religioſos: his qui in carne erant.i. ſapiebãt de rebus eccleſie carnaliter ſequentes proprias affectiones/et vtilitates. qui ⁊ increduli.i. proterui fuerãt aliquãdo: ſed modo ꝑ gratiam dei iã ſunt ꝑſuaſi: vt dimiſſis ſuis phantaſijs querant bonum cõmune totius eccleſie: ⁊ ſubmittant ſe iudicio ⁊ ſententie huius ſancte Sinodi. Erant inquã aliquãdo increduli.ſ. quando exſpectabant dei patientiam: q̃ ſuſtinebat eos quãuis malos. ſicut accidit in diebus Noe cum fabricaretur arca: quia erant tunc multi peccatores nolentes conuerti ad p̃dicationẽ Noe/expectanteſq̃ dei patientiã quouſq̃ ꝑficeretur arca ex multis lignis compacta: in qua pauci homines q̃ egerunt penitentiã .i. octo aĩe ſalue facte ſũt ꝑ arcam ab aquis diluuij: ſubmerſis alijs obſtinatis. ita modo hoc ſacrũ conciliũ arca eſt ex multis fidelibus collectum: in quo ſoli illi ſaluantur: qui dimiſſis partialitatibus conuertuntur ad bonum cõmune eccl'ie/⁊ ſignificãtur octonario euangelice ꝑfectiõis: qui eſtis vos hic congregati.

*Tertia ps epiſtole.*

Quod baptiſma ſimilis forme.i. ſimile diluuiũ congregatoꝝ hominũ ſaluos vos fecit ꝑ hanc arcam a ꝑditione animarũ veſtrarũ cum alijs ſciſmaticis qui perierũt. ſaluos inquã fecit vos: non ſolum depoſitio ſordium carnis.i. dimiſſio carnalium affectionũ: ſed etiam interrogatio conſcientie bone in deũ.i. erga deum ⁊ ſuã eccleſiam: ꝑ reſurrectionẽ moralem chriſti myſtici: que facta eſt ſub hoc regno religioſoꝝ.q.d. iuuit vos bonitas huius temporis: quod ex gratia dei eſt cõceſſum eccl'ie in pacẽ eius ex quo ipſa ſurrexit a mortuis. ⁊ eſt in dextera dei que fuerat prius in ſiniſtra miſerie.

*Graduale*

¶Cantus gradualis: Hec dies quã. Verſus: Benedictus q̃ venit.ꝛc. ex eodem pſamo.117. p̃notat magnũ gaudium concilij Cõſtantiẽſis ſup electiõe Martini pontificis indubitati depoſitis ſciſmaticis: ⁊ hoc attribuit gratie dei non humane prudẽtie: quia deus dominꝰ ⁊ illuxit nobis.ꝛc.

*Aleluia.*

Aleluia: Angelus dñi ꝛc. vel: Dicite in gẽtibus.ꝛc. ex pſal.97. publicat victoriam ſacri concilij ſup ſciſmaticos: ⁊ q̃ oẽs fideles iam nouo pontifici obediũt ſup quos regnat: vel data ẽ mihi omnis poteſtas.ꝛc. ex euãgelio hodierno. et eſt vox Martini pape.ꝛc.

*Euangelij argumentum.*

¶Euãgelium: Undecim diſcipuli.ꝛc. Mat.28. expreſſe deſcribit conciliũ Florentinũ ab Eugenio pontifice cõgregatum: cui ⁊ ipſe preſidebat. Habet tres partes. Prima notat Sinodi cõgregationem. Secunda ibi: et accedens Jeſus.ꝛc. põtificis elocutionem. Tertia ibi: et ecce ego.ꝛc. vnitatis eccleſiaſtice confirmationẽ.

*Prima ps euangelij.*

In illo tempore ſexte generatiõis religioſoꝝ: vndecim diſcipuli.i. chriſtianorum nationes abierunt in Galileam.i. tranſmigrationem: ⁊ ad litteram creditur q̃ i ciuitatẽ Nazareth: q̃ intepretatur flos: ꝑ quã Florentia ciuitas denotatur: in mõtem maxime dignitatis/⁊ poteſtatis eccleſie .ſ. ad conciliũ. ſicut conſtituerat.i. mãdauerat illis Jeſus.i. romanus pontifex Eugenius: quãdo vocauit eos ad concilium. Et poſtq̃ cõgregati ſunt videntes põtificem preſidere: adorauerunt eũ tanq̃ verum papam. quidam chriſtianorum dubitauerunt de hoc eo q̃ depoſitus eſſet a concilio Baſilienſi.

*Secũda ps euangelij.*

Et accedens ipſe Eugenius locutus eſt ad eos confirmando ſe eſſe verum papam. data eſt inq̃t mihi omnis poteſtas eccleſiaſtici regiminis i toto orbe: ⁊ in celo .i. ad aperiendum celũ hoibus: ⁊ in terra.i. ad regendum ⁊ iudicandũ eos in hac vita. ego enim ſum verꝰ ſucceſſor eiꝰ cui dñs ait: tibi dabo claues regni celorum.ꝛc. Vos ergo ſacerdotes clerici/ aut religioſi euntes ex mãdato ⁊ noĩe meo: docete omnes gentes ſup quas ego ſum p̃latus tam grecos q̃ latinos/ ⁊ quoſcunq̃ alios. docete inquã verã fidem chriſtianã: ⁊ vnitatem eccleſiaſticã: vt omnes chriſtiani vbiq̃ terrarum idem dicant/idem credant. baptizãtes.i. lauantes eos a peccatis ſuis ꝑ ſacramẽta eccleſie: In noĩe.p.⁊.f.⁊.ſſ. ideſt ex parte dei trini cuiꝰ vos eſtis miniſtri. docete etiam preter fidem ⁊ ſacramenta ſeruare mãdata dei: ⁊ quecunq̃ ego mandaui vobis.i. mandata eccl'ie. ⁊ hoc in ipſo concilio inchoatum eſt. nã ibi docti Greci/⁊ Jacobite/ Georgiani: ⁊ alij orientales chriſtiani quoſdã articulos fidei inquibꝰ a latinis diſcordabant.ſ. de ſpirituſancto/de purgatorio/de primatu romani pontificis/⁊ de quibuſdam alijs. ⁊ omnes ſimul idem fidei ſymbolũ ibidem cãtauerunt.

*Tertia ps euangelij.*

Quibus geſtis ipſe romanus pon. ait omnibus fidelibꝰ ſimul. ecce ite ad ꝓpria loca ĩ pace ⁊ cũ bñdictione mea. ⁊ ego deinceps in me ⁊ ſucceſſoribꝰ meis romanis pon. vobiſcũ ſum tanq̃ vnicus paſtor vnici gregis ad vos regendum ſalubriter: oĩbus diebus huius vite vſq̃ ad cõſumationem ſeculi. nam dato q̃ aliquando inſurgãt alij pſeudopape/⁊ faciant ſciſmata in eccl'ia: tamẽ ſedes romani põtificis eſt a deo firmata ĩ hac papali dignitate: vt nunq̃ vacare debeat vſq̃ ad finẽ mundi.

*Moralitas.*

¶Moraliter vero ꝓ neophitis intimatur hic ſacramenti baptiſmi inſtitutio cum multis gratijs ⁊ ꝓuilegijs: ⁊ inter alia fit ibi ꝓfeſſio ſeruandi fidem catholicam/⁊ mandata dei ꝑ totã vitã perſeueranter vſq̃ ad mortem. Pro alijs etiã chriſtians in hoc euangelio p̃cipitur q̃ eant in Galileam.i. tranſmigrẽt a mala vita ad bona: q̃ vniãtur in eccleſia ad vidẽdum ⁊ adorandũ deũ ſuũ maxime in hoc tempore paſchali: bonꝰ etiã p̃latus ꝓteſtatur ſe magnã poteſtatẽ accepiſſe a deo ſup ſubditos: ⁊ p̃cipue in hac feſtiuitate paſchali

quando eos videt a peccatis mũdatos ⁊ deo de-
ditos. dat eis mandatum edificandi ⁊ lauandi
alios proximos ex parte dei: ⁊ deniq; ꝑ ſeueran-
tiam eis cõmendat vſq; ad cõſumationẽ vite in

*Offertorium.*

bona vita quã iſto tempore inchoarunt. ¶ Can-
tus offertorij: Erit vobis hec dies. ⁊c. ex .12. cap̃.
Exodi. addit ex nomine pontificis Eugenij co-
mendationem cõcilij Florentini/ ⁊ fidei declara-
te in eo. dicentis maxime ad grecos ⁊ alios oriẽ
tales chriſtianos i ſuo receſſu: erit vobis hic dies
⁊c. i. habebitis memoriam huius Sinodi ⁊ eoꝝ
q̃ didiciſtis i ea: ⁊ hoc pactum cũ eccleſia latina
factum hodie ſeruabitis in generationibus vr̃is
ſemꝑ: et tandiu erit deus vobiſcum ꝓtegens ab
impugnatione Turcarũ: q̃diu hoc feceritis. Se-
creta oratio: Hoſtias q̃s dñe. ⁊c. offert deo ſacrifi
cium ꝓ nouiter baptizatis: petens eis expiatio-
nem a peccatis/ ⁊ auxilium gr̃e celeſtis: q̃ petitio

*Communio.*

etiã poteſt intelligi de alijs chriſtianis. ¶ Cõmu
nio: Data eſt mihi omnis poteſtas. ⁊c. ex euange
lio hodierno. repetit Eugenius, ea que dicta ſũt
in ſecunda parte euangelij: timens ne forte non
ſint bene ꝑſuaſi de ſua iuſticia in pontificali di-
gnitate. Finalis oratio: Reſpice dñe: ⁊c. petit neo
phitis abſolutionẽ a culpis ꝑ virtutẽ euchariſtie
oblate: quod idem ꝓ alijs debet intelligi.

## ¶ Caput ſeptuageſimum

quartum de ſabbato i albis: q̃ eſt ⁊ finis ſeptua
geſime/ ⁊ principiũ tertie quiquageſime: correſpõ
detq; ſeptime religioſoꝝ generationi: ac intendit
neophitorum expeditioni.

*Argumẽtũ officij ab anno chriſti 1440. vſq; 1470.*



Eptima religio
ſorum generatio claruit ſub
Romanis pontificibus Ni-
colao quinto/ Calixto tertio/
Pio ſecũdo/ ⁊ Paulo ſc̃do:
imperante tunc Friderico ter
tio. fuitq; etas illa pacatiſſi-
ma in eccleſia ꝗ ſignificata ꝑ ſabbatum: ſicut p̃ce-
dens fuerat laborioſa vt ſexta feria. maxie quia
hodie cõpletur ſeptuageſima laborioſa: incipitq;
tertia quinquageſima glie ſignificatiua ⁊ q̃etis:
q̃ ad ſeptuageſimã ſe habet ſicut octauus dies
ad ſeptimũ. quare data eccl̃ie trãquillitate: apud
latinos viguerunt omnes bone lr̃e ⁊ religiones.
nam tũc magna ſanctitate pollẽs ſanctus Ber-
nardinus reformationẽ ſue religionis inchoauit
reducendo eam ad priorem obſeruantiã. Anto-
nius etiã archiepiſcopus florentinꝰ/ Nicolaꝰ de
cuſa/ Joannes de turre cremata/ Beſariõ cardi-
nalis grecus/ Joannes de Segouia in curia ro-
mana maxia tunc ſapiẽtia theologica claruerũt.
Jtem Nicolaus dorbelli/ Robertus delicio p̃di-
catores. Deniq; inſignes oratores Nicolaus pe-
rottus/ Franciſcus philelfus ⁊ alij. Dominicus
calderinus magnus in iure. quid plura? Theſau
rus magnus oĩs ſapiẽtie ars impmendi libros
in hac generatiõe apud germanos primũ/ deide
apud Venetos ⁊ inuẽta ⁊ augmẽtata eſt. Fuitq;
magnꝰ Rome iubileus ãno chriſti. 1450. Vnũ
tñ maximũ malũ habuit hec gen̄atio: q i ea totũ
imperium grecoꝝ ſimul cũ imperatore/ ac ciuita
te imperiali Cõſtãtinopolitana i manꝰ infideliũ
Turcarũ deuenerũt: oibꝰ eccleſijs/ imaginibus/
ac reliquijs/ ⁊ ſacris religionibus ꝓphanatis et
turpiter tractatis/ inumeriſq; chriſtianis trucida
tis. ⁊ hoc malum fuit a deo inflictum grecis pro-
pter incredulitatem ſuã: qui fidem catholicã in
p̃cedente generatiõe acceptam ⁊ iuratã in conci-
lio florẽtino nõ ſeruauerũt: ſed cito ab ea receſſe
runt/ ⁊ ſuis p̃oribus hereſibus adheſerũt redeun
tes ad vomitum vt canes. Dimiſſo ergo illo gre-
corum excidio: hodiernũ officiũ ſolum deſcribit
ſtatum eccleſie latine in .7. ge. religioſoꝝ. ſcriptũ
eſt enim Apoca. 13. de eccl̃ia grecoꝝ: atriũ qđ eſt
foris. i. extra templum hoc eſt extra obediẽtiam
Romane eccl̃ie: ne metiaris illud: quoniã datũ
eſt gentibꝰ ad cõculcandũ. Et q2 tũc latina eccle
ſia erat feliciſſima ſopitis ſciſmatibꝰ: hoc officiũ
totum redundat leticia ⁊ exultatiõe. ¶ Vnde in-

*Introitus miſſe.*

troitus miſſe: Eduxit dñs populum ſuũ. ⁊c. pſal.
104. letatur quia eduxit dñs populũ ſuum lati-
num a captiuitate ſciſmatũ in exultatione: ⁊ ele-
ctos ſuos in pontifices ſublimauit in leticia. Et
additur triplex aleluia. legimꝰ enim q papa Ni-
colaus viſo q Felix cedebat iuri ſuo: vt nõ eſſet
ſciſma in eccl̃ia: fecit fieri gratiarũactiones/ ⁊ leti
cias ꝑ totam chriſtianitatẽ. Verſus: Confitemini
dño. ⁊c. principiũ eiuſdem pſalmi: eſt mãdatum
Nicolai pape ad omnes eccl̃ias latinorũ ꝓ gra
tiarũactionibus. et loquitur iſte introitꝰ ad litte-
ram de liberatiõe ppl̃i iſrael a captiuitate Egy-
pti: vel potiꝰ a captuitate babylonica in fine ſe-
ptuaginta annoꝝ: q̃ eſt ſeptuageſima: vt ſignifi-
cet liberationẽ neophitoꝝ ab infidelitate p̃ore ꝑ
baptiſmũ: in quo ſeptiformis gr̃a ſpũſancti reci-
pitur: vel liberatio a ſubiectiõe huius ſancte heb
domade: qua detenti fuerant in veſtibus albis
⁊ ſanctis obſeruantijs intra eccl̃iam. nã poſt hũc
diem iterum induti ſuis veſtibus conſuetis di-
mittũtur ire i domos ſuas. quod eſt educere eos
in exultatione. ⁊c. Oratio: Cõcede q̃s. o deus. ⁊c.

*Oratio.*

applicat eandẽ ſentẽtiam ad modernos fideles:
petens eis ex merito deuote venerationis feſtiui
tatis paſchalis gr̃am dei ad ꝑueniendũ ad glo-
riam reſurrectionis eterne: q̃ figurata ẽ in reſur-
rectione chriſti. ¶ Epiſtola: Deponẽtes omnem

*Epiſtole argumentum.*

maliciã. ⁊c. ex. 2. cap̃. 1. Petri: eſt ſermo ro. pon. il-
lius temporis: qui reducta eccl̃ia ad vnitatẽ pa-
pe idubitati: hortatur eos ad nouam vitã ſanctã
qua deo placeant: ⁊ ſic mereantur defendi a deo
ſuo ne pereãt: ſicut greci ꝓpter ſuam ꝑfidiam/ ⁊
multa alia peccata. Habet hec ep̃la tres partes.
Prima facit dictam exhortationẽ. Secũda ibi:
ad quẽ accedentes. ⁊c. ꝓponit lapidẽ vnum an-
gularẽ. Tertia ibi: vobis agitur. ⁊c. infert quandã
fideliũ diſtinctionẽ. Ait ergo apoſtolus Petrus

*Prima ps ep̃le.*

.i. romanus pon. Nicolaus/ vel Pius. o fratres ⁊
filij chariſſimi in dño: obſecro vos in deo vt ſitis
deponẽtes oẽm maliciã cordis/ ⁊ oẽm dolũ oris/



⁊ ſimulatiões operis exterioris. ⁊ generaliter oẽs
inuidias ⁊ detractiones contra ꝓximos: que fa-
ciebatis in p̃teritis ſciſmatibus alij cõtra alios.
deiceps ergo ſitis ſicut modo geniti. i. nati infan
tes in moribus. tamen rationabiles. i. ſequentes
rationẽ nõ ſenſualitatem: ⁊ ſine dolo. i. ſimplices
vt pueri: cõcupiſcite lac. i. planã doctrinã fidei di-
miſſis curioſis q̃ſtionibꝰ de poteſtate pape ⁊ con
cilij/ et ceteris huiuſmodi. vt ſic plane ꝓcedẽtes
paulatim creſcatis in ſalutem. ſ. aie veſtre. hoc eſt
plano modo ꝓcedendo: et nõ curioſe q̃rendo in
rebus fidei et eccl̃ie dabit vobis deus augmen-
tum gratie et virtutum: ſi tamẽ guſtatis quoniã
dulcis eſt dñs. i. ſuauis ⁊ benignꝰ ſeruis ſuis: ſe-
cus autem de illis qui talem guſtum non habẽt:
quia non curant quomodo placeant deo. Vos

*Sc̃da ps epiſtole.*

aũt accedentes ad eũ chriſtum dico redẽptorem
noſtrũ lapidem viuum. i. verũ hominem ꝑ lapi-
dem figuratũ in pſal. 117. ab hominibus quidẽ
mundanis reprobatum vſq; ad mortẽ: ſed a deo
electum et honorificatum. i. exaltatum in honorẽ
ſuꝑ omnes hoies. Et ſimiliter ſe habuerũt hoies
huius temporis ad Ro. pon. vicarium eius: quia
reprobauerunt eũ in concilio Baſilienſi: ſed deꝰ
exaltauit eum in lapidem angularẽ totius edifi
cij eccleſie: in q̃ vniũtur oẽs fideles greci/ ⁊ latini
vt patuit in cõcilio florentino. exaltauit inquã ꝑ
ceſſionem Felicis nuꝑ factam ex diuina inſpira
tione. ideo et vos ipſi tanq̃ lapides viui ſuꝑedifi
camini virtutibus maxime obediẽtie/ ⁊ humilita
tis i domos ſpirituales. i. templa dei vbi erit ſa-
cerdotium. i. miniſteriũ ſãctum: offerre. ſ. ſpũales
hoſtias acceptabiles deo. ſ. voluntates bonas ꝑ
ieſum chriſtum: qui eſt altare ſuꝑ quo ponimus
omnia merita noſtra vt ſint deo accepta. non. n.
acceptat deus opus bonũ hominis niſi fiat pro-
pter amorem chriſti filij ſui dilectiſſimi. Et para
bola hec de lapide angulari chriſto vel romano
põtifice patet in ſacra ſcriptura Eſa. 28. que hoc
continet. ecce inquit ponam in ſion q̃ eſt eccleſia
lapidẽ ſummũ. i. ſuꝑ omnes fideles honoratiſſi-
mum: angularem. i. in quo et ſub quo oẽs cõcur-
rant: electum iuridice: p̃cioſum. i. virtutibus inſi-
gnitum talibus quales neceſſarie ſunt ad bonũ
pontificem. et omnis fidelis q̃ crediderit i eo vt
vicario chriſti: non confundetur errore/ vel qua-
uis alia penalitate ſicut modo confuſi ſunt gre-
ci ſub turcis. Vobis igitur latinis credentibus. i.

*Tertia ps epiſtole.*

obediẽtibus romano pontifici erit honor a deo:
non credentibꝰ aũt grecis/ aut ſciſmaticis lapis
ille: quẽ diximus p̃us reprobatũ ab hominibus
et poſtea ſublimatũ a deo: erit lapis offenſionis
.i. in quo offendatis contra deum/ et petra ſcan-
dali. i. ruine peccatoꝝ. his dico qui offendũt ver-
bo male loquentes de ſummo pontifice: nec cre-
dunt. i. obediũt ei in quo. i. ſub quo poſiti ſunt in
eccleſia dei. vos aũt obediẽtes romano pon. eſtis
genus hominum electum a deo: regale ſacerdo
tium. i. habentes dignitatem regiam ⁊ ſacerdota
lem ſpũaliter. gens ſancta. i. conſecrata deo: po-
pulus acq̃ſitiõis. i. acquiſitus deo de manu dia-
boli: vt annuncietis. i. p̃dicetis virtutes eius. ſ. dei
q̃ ſua mia vocauit vos de tenebris peccatoꝝ. vl̃
ſciſmatum: in admirabile lumen ſuum. i. clarita
tem vnionis eccleſie ſub pontifice indubitato. q̃
eratis aliquando non populus dei ꝓpter defe-
ctũ charitatis q̃ diuiſi eratis: nũc aũt ꝑ dei gr̃am
effecti eſtis populus dei vniti vinculo charitatis.
eratis etiã nõ conſecuti miam dei: nũc aũt iã con
ſecuti eſtis miam dei hanc. ſ. qua ſub indubitato
pontifice ſeruiatis ei. Qualiter autẽ eadem ep̃la
ꝑtineat ad neophitos nõ indiget expoſitiõe vlte-
riore: q2 ꝑ baptiſmũ effecti ſũt quaſi modo geniti
infantes: ⁊ ideo debent nouã vitam inchoare de-
poſita priore vetuſtate. ⁊c. Poſt ep̃lam hodie et
deinceps vſq; ad ſabbatum poſt Penthecoſten

*Notabile de aleluia.*

eccleſia romana non cãtat graduale ſed duplex
aleluia: alterum ꝓ graduali: alterũ pro conſueto
aleluia. et ratio huius eſt: q2 ſicut hodie eſt finis
ſeptuageſime/ vel captiuitatis: ita eſt principium
tertie quiquageſime q̃ eſt de glia reſurrectoinis
generalis oĩm fidelium: in qua duplex erit ſtola
glorie. ſ. in corpore ⁊ i aĩa: ideo duplex tũc aleluia
cãtabunt ſancti. Hec aũt tertia quinquageſima
glorie ſignificatiua cõicat cum ſecunda leticie: q̃
incepit in dñica paſchali/ ⁊ finem habebit in die
pẽthecoſtes: quod quinquageſimã ſonat: cõicat
inquã in. 44. diebus: qui current ab hoc ſabba
to vſq; ad diem penthecoſtes. diſcrepant vero in
ſex diebus. nam ſex p̃cedẽtes ꝑtinẽt ad ſecundã
quinquageſimã nõ ad tertiã: ſequẽtes autẽ ſex
.ſ. poſt penthecoſtẽ ꝑtinẽt ad tertiam nõ ad ſecũ-
dã quinquageſimã. ideo ſecũda quinquageſima
decantat leticiã reſurrectiõis chriſti: in qua fun-
datur ſpes noſtre reſurrectionis: de qua agit ter-
tia quinquageſima. Primum ergo aleluia: Hec

*Primum aleluia.*

dies quam fecit dñs. ⁊c. ꝑtinens ad chriſti reſur-
rectionem: hiſtorice decantat felicitatem tẽporis
pacis eccl̃ie ſub hac. 7. ge. religioſoꝝ oppreſſis iã
ſciſmatibus: quorum tẽpus erat dies quã nõ fe-
cit dñs: nec erat exultandũ in ea: ſed dolendum
⁊ gemendum. Secundũ aleluia: Laudate pueri

*Secundũ aleluia.*

dñm. ⁊c. pſal. 112. ꝑtinẽs ad noſtrã reſurrectionẽ:
eũdem ſenſum hiſtoricum habet de pace eccl̃ie:
pro qua hortatur omnes debere laudare deum
cuius ſolius virtute mirabili tãta pax reddita eſt
eccleſie latine. ¶ Euangeliũ: Vna ſabbati. Ma-

*Euangelij argumentum.*

ria. ⁊c. Joan. 20. eandẽ intelligẽtiam hiſtoricam
habet cũ euãgelio quinte ferie p̃cedentis. ſ. quia
cõmemorato tempore ſciſmatis p̃cedẽtis ad ma-
iorem fideliũ conſolationẽ cõmendat eccl̃iaſticã
vnitatem. Habet tres partes. Prima ſciſma p̃te
ritũ cõmemorat. Secunda ibi: exijt ergo Petrus
⁊c. duos eius pontifices annotat. Tertia ibi: ve-
nit ergo. ⁊c. ceſſionem Felicis ⁊ firmitatem pacis
collaudat. Jn illo ergo tempore ge. 7. vna ſabba

*Prima ps euangelij.*

ti. i. que fuit vnica ⁊ notabilis in tempore pacis
Maria magdalene. i. ſacra religio fratrum: venit
mane. i. tempeſtiue ad monumentum chriſti: qđ
eſt eccl̃ia: vt ſua p̃dicatione/ et induſtria adiuua-
ret eam: cum adhuc tenebre. i. ambiguitates ſciſ-
matis eſſent in ea: ⁊ vidit lapidem angularẽ qui

eſt verus papa romanus : ſublatum p conciliũ
Baſilienſe a monumento ecclie: electum(q́) aliũ
pontificem contra eum. Cucurrit ergo Maria.i.
diligenter ac velociter ſeſe exercuit mediãdo in-
ter duos:illos pontifices: venit(q́) ad Simonem
Petrum ideſt ad Eugeniũ Rome i loco Petri
reſidẽtem:ꝛ ad alium diſcipulũ concilij Baſiliẽ-
ſis.ſ.Felicẽ:quem diligebat Jeſus ꝑpter vite ſue
ſanctitatem. cum.n.eſſet dux Sabaudie:dimiſſa
ſeculi pompa heremiticam vitam agebat quan
do in papã electus eſt.ꝛ religio dixit eis. tulerũt
patres cõcilij dñm papam de monumẽto ecclie:
ꝛ neſcimus vbi poſuerũt eũ:quia neſcimus quis
hoꝝ duoꝝ ſit verus papa. ꝛ hec quidẽ geſta ſunt
in generatione ſexta p̄cedente. Exijt ergo ad gu-
bernationem ecclie Petrus.i. romanus papa:ꝛ
ille alius diſcipulus.i.Baſilienſis papa: ꝛ vene-
runt ad monumentũ.i.eccleſiã in apparatu pon
tificali: currebant(q́) duo illi ſimul tẽpoꝛe: ꝛ ideo
erat ſciſma dũ quilibet eoꝝ ſe gereret ꝓ vero pa-
pa,ſed ille aliꝰ diſcipulus.i.Felix papa p̄cucurrit
citius Petro:quia cum eſſet nobilis habens fa-
uoꝛem multoꝝ p̄ncipum ꝛ totius cõcilij : ꝛ venit
pꝛimus.i.quaſi pꝛincipalioꝛ papa ad monumen
tum ecclie gubernande. Et cum ſe inclinaſſet.i.
humiliaſſet ad cedendũ papatui ꝑpter bonũ pa
cis ecclie:vidit poſita.i. diſpoſita in fauoꝛem ſuũ
lintheamina inuoluẽtia coꝛpus ecclie:hoc eſt re-
ges ꝛ pꝛincipes chꝛiſtianitatis:ꝛ tñ ꝑpter illos fa-
uoꝛes non introiuit Felix vꝛbem Romã:ſed hu-
militer ceſſit Nicolao. Uenit ergo Simõ petrus
.i.põtifex romanus ſequẽs eum.i.poſt eum:ꝛ in-
troiuit pacifice in monumẽtum ecclie gubernan
dum:ꝛ vidit lintheamina p̄dicta poſita.i.parata
ad ſui obedientiã:quia ſtatim oẽs reges ꝛ pꝛinci-
pes chꝛiſtianitatis dederunt ei obediẽtiam:vidit
et ſudarium.i. velamen quod poſitũ fuerat olim
ſup caput eius.i.ad ꝓtectionẽ eius:hic eſt latino
rum imperatoꝛ inſtitutus ad defenſionẽ romani
pontificis.vidit inquã ipſum nõ cum lintheami-
nibus.i.alijs regibus poſitum:ſed ſeparatũ excel
lentia dignitatis ſup omnes reges:ꝛ inuolutum
in vnum locum Germanie magne ſibi deputate
in poſſeſſionẽ:qꝛ imperatoꝛ etiã dedit ei obedien
tiam.tunc ergo pacatis omnibus et extincto ſciſ-
mate: introiuit et ille diſcipulus.i. Felix ad dan-
dam obedientiam Nicolao : qui venerat p̄mus
ad monumentum eccleſie vt paſtoꝛ / et guber-
natoꝛ:modo venit vt diſcipulus gubernãdus. et
vidit Nicolaum in pacifica poſſeſſione papatus:
ꝛ credidit ei obediens/ cui antea fuerat emulus.
nondum enim ſciebat experimentaliter ſcriptu-
ram diuine p̄oꝛdinationis:quia opoꝛteret roma-
num pontificem a moꝛtuis reſurgere ad culmen
ſue dignitatis. ¶ Moꝛaliter vero ꝓ neophitis:qꝛ
hodie expediuntur a clauſura ecclie depoſitis al
bis veſtibus:ideo cum eccl'ia viderit iam in eis la-
pidem ꝑfidie ſublatũ:et p̄latus videt lintheami-
na.i.veſtes albas eoꝝ depoſitas ab eis ac vela-
men capitis:credit(q́) eis.i. confidit de ſtabilitate
eoꝝ: vt poſſint iã ſecuri manere i domibus ſuis/

Secũda ps euan-gelij.

Tertia ps euãgelij.

Moꝛalitas.

et firmi i fide ſuſcepta. Pꝛo alijs vero chꝛiſtianis
denotat hoc euangeliũ:ꝙ per exercitiũ ſpirituale
huius hebdomade paſchalis ſublatus ſit iã la-
pis peccati a monumẽto cõſcientie:vnde deinceps
eccl'ia hoꝛtatur fideles viſitare ſepius monumẽ-
tum pꝛedictũ:ꝛ requirere an inde ſublatus fuerit
chꝛiſtꝰ: ꝛ currere p bona opera vite actiue ſignifi
cate in Petro:vel contemplatiue q̄ denotatur in
Joanne. nam hec pꝛioꝛ illa venit ad monumẽtũ
conſcientie:ꝛ videt omnia interioꝛa eius.ſed acti
ua vita occupata exterioꝛibus neceſſitatibꝰ pꝛo-
ximoꝛum tardius redit ad coꝛ: q̄ et ipſa intrans in
monumẽtum ſcrutatur lintheamina virtutũ mo
raliũ/ꝛ ſudarium theologaliũ. deni(q́) vtra(q́) vita
ſimul coniuncta melius videt ꝛ credit quid ad ſa
lutẽ hominis ſit neceſſariũ:ꝛ intelligit ſecreta ſcri
pturarum in quibꝰ de moꝛali agitur reſurrectio-
ne fidelium. ¶ Cantus offertoꝛij: Benedictus q̄
venit.ꝛc.pſal.117. leticiã ſonat fidelis populi cũ
gratiarũactione ad deũ ꝓ indubitato papa dato
ecclie:qui dicitur veniens in nomine dñi:cui po-
pulo papa coꝛreſpõdens ait:benediximus vobis
de domo dñi.ꝛc. Secreta oratio: Concede q̄s.ꝛc.
offert deo ſacrificiũ euchariſtie petens ab eo gra
tiam qua fideles continuare valeant ſue repara
tionis opera:donec veniãt ad leticiam ſempiter-
nam. ¶ Cõmunio: Dẽs qui in chꝛiſto.ꝛc.Gal.3.
eſt doctrina p̄lati ſiue ad neophitos/ſiue ad alios
fideles cõmendans eis vite ſanctitatem:quod eſt
chꝛiſtum induere.i.imitari vitã eius. Finalis oꝛa
tio: Redemptionis nr̃e.ꝛc. petit a deo ex virtute
euchariſtie ſuſcepte:vt fides vera charitate infoꝛ-
mata ꝑficiat in nobis bonum inceptum in hac
paſchali hebdomade.

Offertoꝛium.

Communio.

## ¶ Caput ſeptuageſimum

quintum de dñica in albis : que eſt octaua dies
paſchalis hebdomade:octauam(q́) religioſoꝝ ge-
nerationẽ inſinuat:at(q́) neophitis de fide p̄dicat.



Ctaua genera-
tio regni religioſoꝛũ optima
fuit ſub Romanis põtificibꝰ
Sixto q̄rto/ Innocẽtio octa-
uo/ꝛ Alexandro ſexto:impe-
rante tũc Maximiliano filio
pꝛedicti Friderici.ꝛ licet inter
pꝛincipes chꝛiſtianos Francie/Jtalie/ꝛ Hiſpanie
plurima fuerint i hac etate bella ſup regnis ꝛ re-
bꝰ tẽpoꝛalibꝰ:tñ res fidei/ꝛ religiõis chꝛiſtiane ac
etiã exercitij litterarij oim ſciẽtiarũ in maxia pa-
ce ꝛ pꝛoſperitate acte ſunt i tota eccl'ia latina. nã
Sixtus pontifex religioſiſſimus ac ſapiẽtiſſimus
optime res ecclie diſponebat. Ferdinandus item
rex Hiſpaniarũ mauros regni Granate zelãtiſſi
me expugnauit/ꝛ ſupauit. Judeos e ſuis regnis
eiecit: qua de cauſa innumerabilis eoꝝ multitu-
do baptiſmũ ꝛ fidẽ chꝛiſti ꝓfeſſa eſt. Contra here
ticos etiam in tota Hiſpania inquiſitio grandis
ꝛ fauoꝛabilis facta eſt p totam hãc generationẽ.
Religiones(q́) oẽs in tota Europa refoꝛmate ſũt
in ma-

Argumẽtũ officij ab anno chꝛiſti 1470.vſ(q́).1500.



in magna obſeruãtia: plurimi(q́) ex religioſis ad
põtificales dignitates aſſumpti ſunt:maxime in
Hiſpania. Et ſicut de octaua generatione regni
clericoꝛum diximus in ſecũda dominica quadra
geſime : non potuit in hac etiam.8. generatione
religioſoꝛum non oſtendi magna ſui regni ꝑfe-
ctio:quam octonarius numerus ſignificat. Jdeo
papa Sixtus tunc cõceſſit religioſis mẽdicanti-
bꝰ mare magnũ p̄uilegioꝝ ſuoꝝ. Unde nimirũ
ſi hec generatio p̄ alijs(data maxima libroꝛũ co-
pia)fulſerit viris multiplici doctrina excellentiſſi
mis.ſed eoꝛum p̄cipui fuere: Thomas angelicꝰ/
Joannes capꝛeolus/Joannes ſoꝛeth carmelita/
Alanus de rupe/ Henricus friſo carthuſienſis/
Petrus ſcotus canonicꝰ/Angelus de clauaſio/
Marianus romanus / Joannes picus miran-
dula/Joannes raulim: et alij plurimi theologi.
Jtem iureconſulti Antonius roſellus / Felinus
ferrariẽſis ꝛ alij. Jtẽ poete ꝛ oꝛatoꝛes: Franciſcus
niger/Marſilius ficinus/ Joãnes de monte re-
gio aſtronomus/Angelus policianus. Hermo-
laus barbarus/Geoꝛgius valla/ Baptiſta man-
tuanus/Geoꝛgius merula/Uernerus carthuſiẽ-
ſis autoꝛ faciſculi tempoꝝ/ꝛ alij plures hiſtoꝛici.
Sub eadem quo(q́) generatione ego cum multis
alijs/ꝛ ſocijs/ꝛ p̄ceptoꝛibus meis bonas litteras
ꝛ didiſcimus/ꝛ docuimus: quedam etiam in ea
opuſcula edidimus : licet hanc miſſalis romani
expoſitionem in ſequẽte nona generatiõe elabo
rauerimus. ¶ Hãc ita(q́) tẽpoꝛis qualitatẽ reſpi-
ciens hodiernũ officium oꝛditur ſic: Quaſi modo
geniti infantes.ꝛc.I. Petri.2. quod p̄ter doctri-
nam neophitoꝛum:eſt exhoꝛtatio pꝛelati vt Six-
ti pape ad omnes fideles ſui tempoꝛis maxime
ad religioſos tunc refoꝛmatos : et ad iudeos re-
center baptizatos:cuius expoſitio i p̄cedẽtis diei
ep'la habita eſt. Uerſus: Exultate deo.ꝛc.p̄s.80.
docet letandũ eſſe:in dño ꝛ cũ iubilo ei gr̃as agẽ
dum ꝓ beneficio tante pacis/ꝛ augmẽti religio-
nis chꝛiſtiane.nã circa finẽ huius generatiõis cũ
chꝛiſtiani Hiſpani accepiſſent regnũ Granatẽſe
mauroꝛum infidelium: plurimi eoꝛum etiã con-
uerſi ad deum baptiſmi gr̃am ſuſceperũt.ꝓ quo
rum et iudeoꝛũ conuerſione merito exultare de-
bent fideles dantes gr̃as deo adiutoꝛi noſtro ad
vincendũ infideles. Sed quia baptizatis in ſab-
bato ſancto fiebat hodie ſolennis ſermo de fide:
ideo ad eos loquitur introitus ꝙ ſint cõtenti pla
na ꝛ facili doctrina fidei:dimiſſis curioſis queſtio
nibꝰ/ꝛ ſubtilitatibꝰ quarũ nõdũ ſunt capaces.ꝛc.
Oꝛatio: Pꝛeſta q̄s.o.deus.ꝛc.petit fidelibꝰ dari
gr̃am ꝑſeuerandi in noua vita bona q̄ in feſtis
paſchalibus fuerat inchoata. ¶ Epiſtola: Omne
q̃d natũ eſt.ꝛc.I.Joan.5.eſt ſermo de fide chꝛiſtia
na quẽ pꝛelatꝰ in octaua ge.religioſoꝝ fieri man
dabat iudeis et ſarracenis nouiter conuerſis ad
chꝛiſtũ. Habet tres partes. Pꝛima cõmendat fi-
dei conditionẽ. Scd'a ibi:ſpũs eſt.ꝛc.addit tripli-
cem ꝓbationẽ. Tertia ibi:ſi teſtimoniũ hoim.ꝛc.
facit exhoꝛtationẽ. Chariſſimi:inquit Ro.pon.ad
nouos chꝛiſtianos ꝛ ad religioſos nouiter refoꝛ-

Introitꝰ miſſe.

Oꝛatio.

Epiſtole argumentum.

Pꝛima ps eple.

matos:notum vobis facio : qꝛ omne quod natũ
eſt ex deo.i.omnis doctrina a deo reuelata:vincit
mũdum.i.mũdanoꝝ ſciẽtiã ſuperat/deijcit/ꝛ con
culcat.et inter cetera q̄ ex deo ꝓceſſerunt:hec eſt
maxima victoꝛia q̄ vincit.i.excedit/ꝛ ſuperat mũ
dum.ſ.fides nr̃a.i.chꝛiſtiana.q̄ pꝛincipaliter con-
ſiſtit in duobꝰ articulis diuinitatis/ꝛ hũanitatis
chꝛiſti. quis eſt aũt q̄ vincit mũdũ: niſi homo fi-
delis qui credit quoniã ieſus verus homo ẽ etiã
filius dei verus deꝰ. hic ieſus eſt ſaluatoꝛ mũdi:
qui venit ad nos ſaluandum p aquã baptiſmi/ꝛ
ſanguinẽ paſſionis ſue:vnde oia ſacramenta ha
bent virtutẽ.nõ in aqua ſolũ vt baptiſmꝰ Joan-
nis:ſed i aqua ꝛ ſanguine.i.gr̃a ex merito paſſio
nis chꝛiſti collata. Tota ergo ſubſtãtia fidei chꝛi-
ſtiane eſt circa ꝑſonam chꝛiſti ieſu:cõfitendo vera
citer duas naturas in eo hũanam ꝛ diuinã.ꝛ hãc
fidẽ vos noui chꝛiſtiani ſincere ꝛ firmiter obſer-
uare debetis:nec huius ꝓbationẽ ab hoibꝰ que-
ratis:qꝛ excedit hec veritas oẽm hũanũ ſenſum.
Et ſpũſſanctus in hoie exiſtens teſtificatur quo-
niã chꝛiſtus eſt veritas.i.vere talis qualẽ diximꝰ.
hoc eſt ois homo q̄ habet in ſe ſpũmſanctũ incli-
natur ex gr̃a eius ad aſſentiendum huic veritati.
quoniã de fide humanitatis chꝛiſti tres ſũt teſtes
q̄ teſtimoniũ dat in terra.ſ.ſpũs quẽ emiſit i cru-
ce moꝛiẽs:aqua ꝛ ſanguis q̄ effluxerũt de latere
eiꝰ.ꝛ hi:tres teſtes ſũt ſolũ vnũ teſtimoniũ qꝛ de
vna ꝛ eadẽ re.ſ.ꝙ chꝛiſtꝰ eſt verꝰ hõ.ꝛ alij tres ſũt
teſtes diuinitatis eiꝰ q̄ teſtimoniũ dant in celo.ſ.
pater/verbũ/et ſpũſſanctus:q̄ in baptiſmo ꝛ trãſ-
figuratione apparuerũt viſibiliter.pater in voce
dicẽs hic eſt filius meus dilectus/filius in carne
aſſũpta/ſpũſſanctꝰ in colũba/aut i nube lucida.ꝛ
hi tres teſtes ſũt vnũ teſtimoniũ:qꝛ de vna ꝛ ea-
dẽ re.ſ.ꝙ chꝛiſtꝰ eſt verꝰ deus.p̄ter has ergo pꝛo-
batiões nullus fidelis alias querat. Si enim te-
ſtimonium hominum accipimus ad confirma-
tionem alicuius veritatis:quare non recipiemus
teſtimonium dei quod maius eſt.i.certius in in-
finitum. in pꝛopoſito autem hoc quod diximus
eſt teſtimonium dei de filio ſuo ieſu chꝛiſto. ergo
multo magis eſt recipiẽdum ꝛ credẽdum q̄ om-
nium hominum teſtimonium quo hec veritas fi
dei pꝛobaretur. Qui ergo credit i filium dei con-
fitendo de eo veritatem p̄dictam:ille habet teſti-
monium dei.i.deum teſtem in ſe.q.d.ille talis in
deo manet et deus in eo. Patet ita(q́) ꝙ tota epi-
ſtola in eodem ſenſu applicatur neophitis/ anti
quis/ꝛ modernis:quoniam hec octaua religioſo
rum generatio tota fuit plena neophitis tũ ex iu-
deis/tum ex ſarracenis maxime i Hiſpania:vbi
rex catholicꝰ poſt expugnationẽ regni Granate
omnes iudeos omnes(q́) mediterraneos ſarrace-
nos a ſuis expulit terris:q̄ de cauſa plurimi eoꝝ
ad fidẽ chꝛiſti cõuerſi ſunt:ne exularẽt a ſua pa-
tria. Pꝛimũ aleluia: Jn die reſurrectiõis mee.ꝛc.
Mat.26.mẽtionẽ facit de reſurrectione gñali fi-
delis populi:q̄ fiet in octaua etate ſignificata per
hanc octauã reſurrectionis chꝛiſti:ideo romanus
pon.in ꝑſona chꝛiſti fideles alloq̄tur dicẽs:in die

Scd'a ps epiſtole.

Tertia ps epiſtole.

reſurrectiõis.⁊c̄.q.d.mea reſurrectio p̄cedet ve-
ſtram vt cauſa:⁊ exemplar eius ſicut dies paſcha-
lis mee reſurrectiõis p̄cedit hunc diem octauum
veſtre reſurrectionis. et facit hoc ad propoſitum
epiſtole que fidem chriſti cõmendauit: vt oſten-
dat premiũ tanti meriti quod eſt recte credere in
Secundũ aleluia.
chriſtum.Secundum aleluia:Poſt dies octo.⁊c̄:
ex euangelio hodierno. licet poſſit eundem ſen-
ſum habere de reſurrectiõe generali fidelis po-
puli in octaua etate.⁊c̄. tamen aptius exponitur
de hac.8.generatiõe regni religioſoꝝ in qua põ-
tifex religioſus.ſ.Sixtus ſtetit pacifice gubernãs
eccleſiam dei in medio diſcipulorum ſuorũ chri-
ſtianorum:⁊ p̄dicauit eis pacem in rebus fidei:⁊
religiõis ſancte:clauſis ianuis chriſtianitatis:ne
amplius intrent in eam hoſtes fidei Turche/vel
alij Sarraceni .q.d.:ego ex parte dei ſecuro vos
in pace diuturna.nam in Daniele ſcriptum ē de
Mahumete figura antichriſti:ꝙ regnum eiꝰ pro-
cedet ꝑ tempus/⁊ tempora/⁊ dimidium tempo-
ris ⁊ non vltra.quod in ipſo antichriſto duratio-
nem ſui regni ſignificat:ſed in Mahumeto figu-
Notandũ
ra eius denotat ſpacium terre ad quod dilatan-
dum erat regnum eius. cum enim terra habita-
bilis ſit diuiſa triphařie in Aſiam/Affricã/⁊ Eu-
ropam:⁊ Aſia dupla fere ſit ad Affricam: q̄ etiã
maior eſt Europa:cõueniẽter Affricã in qua pri-
mo regnauit Mahumetus deſignat ꝑ tempus.
Aſiam ꝑ tempora in qua Turcus ſuum dilata-
uit imperium.ſed quia ex Aſia trãſiuit in Euro-
pam:⁊ occupauit totam Greciam que ē fere me-
dietas eius:ideo additur ⁊ dimidium temporis.
non ergo ꝑmittet deus ꝙ Mahumetes ꝓcedat
vltra cõtra chriſtianos: quia clauſa eſt ſibi ianua
ex diuina preordinatiõe.cuius rei ſignum eſt vi-
ctoria imꝑatoris Friderici/ ⁊ regis Vngarie nu-
per habita de Turchis inuadẽtibꝰ Vngariam:
qui non valentes eam intrare retroceſſerunt.
Euangelij argumentum.
¶Euangelium:Cum eſſet ſero die illa.⁊c̄.Joan-
nis.20.licet poſſet ad duas reſurrectiones chriſti
⁊ eccleſie referri modo predicto:applicãdo duas
eius apparitiones diſcipulis factas: alteram in
die paſchatis:alteram in octaua die:tamẽ aptius
videtur referendum ad ꝓuilegia religionibꝰ con-
ceſſa:tum in prima/tum etiam in octaua eoꝝ ge-
neratione.Nam vt ſuperius diximus in ſexta fe-
ria paraſceues: religiones mendicantes in ortu
ſuo abiecte ⁊ humiles erant ꝑ duas vltimas cle-
ricorũ generatiões:vtpote que licet p̄dicare ꝑmit-
terentur:tamen nec confeſſiones audire/nec fide-
les ſepelire ſinebantur:erantq̄ p̄latis ſecularibꝰ
ſubiecti ſicut clerici.In gneratione vero p̄ma re-
ligioſorum qua ipſi regnare ceperunt: cõceſſa eſt
eis facultas confeſſiones audiendi/ ⁊ defunctos
ſepeliẽdi in ſuis monaſterijs: ſed nõ ſunt exem-
pti a iuriſdictione p̄latorum ſecularium vſq̄ ad
hanc octauam generationem:in qua conceſſa eſt
eis bulla dicta mare magnũ ꝓ multitudine ꝓui-
legiorum. Ergo ad hoc ꝓpoſitum euangelium
habebit tres partes.Prima tangit ꝓuilegia pri-
me generationis.Secunda ibi:poſt dies octo.⁊c̄.

priuilegia octaue generationis.Tertia ibi:multa
quidem ⁊ alia.⁊c̄. facit epilogum vlterioris ꝓſe-
cutionis.ſ.de regno religioſorũ.In illo itaq̄ tem-
Prima ps euangelij.
pore p̄me generationis religioſorum: cum eſſet
ſero.i.iam appropinquaret finis mundi: die illa
vna.i.p̄ma ſabbatorum.i.quietis ⁊ pacis eccleſie:
⁊ fores.i.ingreſſus chriſtianitatis eſſent clauſe in
fidelibus ꝓpter ſpecialem cuſtodiam dei et ſan-
ctorum angelorum.vbi.ſ.in Europa erant diſci-
puli.i.chriſtiani qui olim dicebãtur diſcipuli:con-
gregati ſeu recluſi ꝓpter metum infidelium qui
multitudine eos excedebant. his ergo ſic ſtanti-
bus venit ad regimen eccleſie Jeſus.i.romanus
pontifex religioſus vt Innocentius quintus: et
ſtetit firmus ac pacificus in medio fidelium ⁊ di-
xit eis.pax annunciatur vobis: quia incipit iam
regnum religioſorũ quo eccleſia reformanda eſt
⁊ pacificanda.⁊ cum hoc dixiſſet oſtendit eis ma-
nus.i.familiares ſuos honeſtos:⁊ latus.i.cetum
cardinalium reformatum:vt ab eis omnes fide-
les cõmouerentur bono exemplo ad ſe reformã-
dum.gauiſi ſunt ergo omnes fideles viſo tã bo-
no domino papa in eccleſia dei. dixitq̄ eis iterũ
pax vobis ſit cum religioſis: quorum doctrinis
et ſanctis exemplis eccleſia reformatur. hoc eſt
vos clerici pacifice/⁊ amicabiliter tractate religio-
ſos diuidẽtes eis de veſtris emolumẽtis: ex quo
vtiliter vobiſcum laborant in regimine anima-
rum.ſicut enim pater deus miſit me ad hoc regi-
men:ita ego autoritate eius mitto vos tam cleri-
cos q̄ religioſos vt fructificetis in eccleſia dei.
hoc cum dixiſſet:inſufflauit.i. flatum/ ſeu ſpiritũ
dedit eis:qui eſt autoritas miniſtrandi ſacramen-
ta fidelibus: quibꝰ ſpiritusſanctus cõmunicatur
eis.⁊ dixit eis. accipite vos in p̄mis ſpũmſanctũ
.i.autoritatẽ dei ſuꝑ alios fideles ad miniſtran-
dum eis ſacramenta maxime penitentiam ⁊ ſe-
pulturam.quorum enim remiſeritis peccata per
abſolutionem ſacramẽtalem: remittentur eis a
deo:qui approbabit miniſterium veſtrum ita be-
ne ac ſi eſſetis curati ordinarij animarum.⁊ quo-
rum retinueritis peccata obligãdo fideles ad cer-
tam penam tẽporalem: retenta erunt apud deũ
ſub eadem obligatione. Patet ergo quãdo reli-
gioſis mendicãtibus conceſſa ſunt ꝓuilegia pre-
dicta miniſtrandi quedam ſacramenta: cum ta-
men prius eis eſſet conceſſa facultas predicandi
.ſ.ſtatim ab origine ſua in penultima generatio-
ne clericorum. Veruntamen horum priuilegiorũ
conceſſio non placuit quibuſdam p̄latis clerico-
rum:qui poſt obitum religioſi põtificis ſub Cle-
mente quinto in concilio Vienenſi reclamaue-
runt dicentes: ꝙ religioſi per confeſſiones et ſe-
pulturas rapiunt omnia bona clericorum. horũ
vocem expreſſit epiſcopus Armachanus p̄mas
Hybernie: qui de hac materia multa ſcripſit cõ-
tra religioſos mẽdicantes. Vnde ſequitur.Tho-
mas autem ideſt abyſſus clamoris:vnꝰ ex duo-
decim ideſt ex prelatis qui tenẽt locum apoſtolo-
rum:qui Thomas grece dicitur didimus.i.gemi-
nus: quia duplici ⁊ nõ ſimplici animo hec dice-



bat ſub ſpecie boni et iuſti.iſte inquam non erat
cum eis ideſt alijs prelatis i curia quando venit
Jeſus.i.papa ad cõcedẽda huiuſmodi ꝓuilegia.
dixerunt ergo ei alij p̄lati curiales:vidimus dñm
papã religioſum hec ⁊ hec facientẽ in fauorẽ reli-
gioſoꝝ: ille autem ſtupefactus de tanta nouitate
dixit eis hoc non eſſe poſſibile:cũ videretur val-
de iniuſtum tollere a clericis quod eſt ſuum de
iure diuino ⁊ eccl'iaſtico antiquo.⁊ ait niſi videro
in manibus pape fixuram clauoꝝ.i. bullã plum-
beã cum imaginibus apl'oꝝ: ⁊ mittã digitũ meũ
.i.attentionẽ legẽdi/⁊ examinãdi bullã in locum
clauoꝝ:⁊ vlterius mittã manum ad diſceptandũ
de hac materia in latus eiꝰ.i. in cardinales late-
rales pape q̄.hoc factũ approbauerunt:vt et ipſi
affirment mihi hoc eſſe cõceſſum religioſis: non
credam rem tam iniuſtã a curia papali ꝓceſſiſſe.
hec in primis generationibꝰ religioſorum geſta
Secũda ps euangelij.
ſunt.Et poſt dies octo.i.in octaua eoꝝ generatio-
ne:iterum erant fideles congregati ſub eodẽ ro-
mano pontifice indubitato extinctis iam ſciſma-
tibus:⁊ erat Thomas.i.p̄latꝰ contradicens cum
eis in curia:q̄ nitebatur impedire nouiſſima ꝓui-
legia religioſorum poſita in mari magno:ſed ve-
nit Jeſus.i.papa Sixtus ianuis clauſis ad ſen-
ſum datum:⁊ ſtetit pacificus gubernator in me-
dio eccleſie:⁊ dixit fidelibus:pax vobis ꝑ longũ
tẽpus ꝓmittitur.deinde dixit Thome.infer digi-
tum tue diſcretionis huc.i. ad bullam ꝓuilegioꝝ
examinandam:⁊ vide manus meas.i.religiones
adiuuantes p̄latos eccleſie ad bonum regimen
animarum.⁊ affer manum tue doctrine: et mitte
in latus meum.i. in conſiliũ cardinaliũ qui ſciũt
rationem huius cõceſſionis priuilegiorum:⁊ no-
li eſſe incredulus.i.proteruus contra religioſos:
ſed fidelis amicus eorum:quia digni ſũt his pri-
uilegijs propter bona opera ſua in eccleſiã dei.
Viſis deniq̄ rationibus pape/ ⁊ cardinalium in
fauorem religioſorum reſpondit Thomas con-
uictus:⁊ dixit conſentiens priuilegijs eorum.do-
minus meus papa:⁊ deus meus chriſtus faciat
ad libitum ſue voluntatis cum eis: neq̄ ampliꝰ
ego contradicam.⁊ dixit ei papa: non eſt tibi ad
meritum imputandum ꝙ ſic conuictus conſen-
tias.quia enĩ vidiſti rationes credidiſti:beati au-
tem.i.beniuoli ſunt alij prelati:qui non viderunt
rationes:⁊ crediderunt.i.libenter conſenſerũt no-
ſtris cõceſſionibus priuilegiorum tanq̄ bene fa-
ctis.Hactenꝰ ergo de toto corpore hiſtorie eccle-
ſiaſtice a p̄cipio ſexte etatis vſq̄ ad noſtra tem-
pora ꝑ officia miſſalia ſingulorũ dierum.ſ.quin-
quaginta computãdo a p̄ma dominica quadra-
geſime incluſiue. Quia vero deinceps i romano
Tertia ps euangelij
officiario non ſic ꝑ omnes dies vt hactenus po-
nuntur miſſarum officia:ſed ſolum ꝑ dies domi-
nicos:epilogando cõcludit euangelium dicens.
multa quidem ⁊ alia ſigna.i. mirabilia in opere
gubernationis eccleſie ſue fecit ieſus redemptor
noſter: imo ⁊ multa alia facturus eſt in genera-
tionibus ſequentibus in cõſpectu diſcipulorum
ſuorum chriſtianorũ:que non ſunt ſcripta in hoc

libro miſſali.i.de eis nõ ſũt poſita officia ad ea ſi-
gnificãda: tũ quia futura ſũt minus certa:tũ etiã
quia regnum religioſorũ vſq̄ ad hec noſtra tem-
pora profecit/⁊ forte ad culmen ſue p̄fectiõis de-
uenit:poſt hoc autem creditur diminuẽdum ver-
ſus finem mundi:quia iam inſtant tempora pe-
riculoſa:⁊ poſt hanc diuturnam pacem (qua frui-
mura trecentis annis ⁊ eo amplius) inſurgent
operarij iniquitatis/ inimici pacis ⁊ crucis chri-
ſti:de quibus non erat habenda memoria in hoc
letiſſimo tempore reſurrectiõis: ſed ſufficiant que
dicta ſunt i ſexta feria paraſceues de vltimis tri-
bulationibus regni clericorum: ⁊ ſimul cum eis
de vltimis calamitatibus regni religioſorum:de
quibus etiam fiet mẽtio in finalibus dominicis
tẽporis peregrinatiõis:q̄ ſunt poſt pẽthecoſten et
ante aduẽtũ domini. Hec autẽ ſupradicta officia
quinq̄ginta ⁊ ſeptẽ cõtinua ſcripta ſunt in libro
miſſali:vt ex eis viſa mirabili tempoꝝ concordia
firmetur in vobis fides qua credatis:ꝙ Jeſus.i.
romanus pontifex intendens ſaluti animarũ:eſt
chriſtus.i.vnctus a deo:filius dei ꝑ ſpecialẽ ado-
ptionem ſuper omnes alios prelatos eccleſie:et
vt credẽtes ei tanq̄ vicario chriſti: vitam ſpiritua-
lem fidei/⁊ gratie dei habeatis in nomine ipſius
.i.profitentes vos eius eſſe ſubditos.Dimiſſa er-
go narratione eorum que ſuperuenient poſt hec
noſtra tempora verſus finem mundi:quia labo-
rioſa ⁊ triſtia ſunt:in officijs ſequentium domini-
carum agemus de gaudijs beatorum in octaua
etate poſt reſurrectionem generalem electorum/
⁊ poſt finem huius miſere vite. ¶Moraliter ve-
Moralitas.
ro: bonus p̄latus in hoc tempore eſt Jeſus.i.ze-
lum habens ſalutis animarum:qui ⁊ ſalua clau-
ſura virtutũ ingreditur ad ſubditos:⁊ ſtat in me-
dio eorum tanq̄ exemplar ſcitatis: ⁊ tanq̄ re-
ctus iudex non declinãs per affectionem ad ex-
trema.⁊ dicit eis bis pax vobis:optando ⁊ procu-
rãdo duplicem pacem.ſ. fraternam ⁊ ſupernam.
oſtendit eis manus.i. opera bona/⁊ latus.i.vere
charitatis ſigna.dat eis quos ordinat in ſacerdo-
tes ſpiritumſanctũ vt laborent ad ſalutẽ anima-
rum dicens. quorum remiſeritis peccata.⁊c̄. per
Thomam incredulum mũdani ſignificãtur: qui
vel bonitatem/vel poteſtatem prelati ab alijs au-
ditam credere nolunt:niſi habeant propriam ex-
perientiam. ideo reprehenduntur.nam in talibꝰ
ſtandum eſt teſtimonio bonorum.⁊c̄. Neophitis
autem in hoc euangelio commendatur fides di-
uinitatis chriſti:que ex reſurrectione eius multũ
probatur: nec querant huius rei propriam expe-
rientiam:quia ſufficit eis exemplũ apoſtoli Tho-
me:qui propterea fuit reprehenſus a domino:et
laudantur ſimpliciter credentes ad ſalutem ani-
me ſue.⁊c̄.¶Cantus offertorij:Angelus domini
Offertorium.
deſcendit.⁊c̄. Matthei.28. eſt religioſorum exul-
tatio de Sixto pontifice priuilegia eis conceden-
te:quẽ angelũ de celo a deo miſſũ appellãt in fa-
uorẽ ſuũ.hic dixit mulieribꝰ.i.religionibꝰ:ille quẽ
vos queritis per obſeruantiam veſtrã.ſ.ſaluator
Jeſus: ſurrexit nunc in ſuo populo ſpiritualiter

per religioſoꝝ fructuoſum laborem: ſicut olim predixerat per ſuos ꝓphetas. ideo aleluia. i. laudate deum qui talem gratiam dedit vobis/ propter quam digni eſtis priuilegijs noſtris. Secreta oratio: Suſcipe munera. ⁊c̄. offert deo euchariſtie ſacrificium pro fideli populo octauam reſurrectionis cum gaudio feſtiuante: petens eis fructum ſeu premium eterne leticie. ⁊c̄.

Communio.

¶ Cõmunio: Mitte manum tuam. ⁊c̄. ex euangelio hodierno. eſt reprehenſio pape contra impugnantes priuilegia religioſorum: vt expoſitum eſt. Finalis oratio: Queſumus domine deus. ⁊c̄. applicat virtutẽ ſacrificij ad fidelem populum: orans vt conferat eis remedia ſpiritualia contra mala preſentia ⁊ futura: maxime contra peccata.

## ¶ Caput ſeptuageſimum ſextū de officio dñice ſecūde poſt paſcha: quo ſpẽ future reſurrectionis confirmat: ⁊ Sinodū clericorum informat.

Argumētū officij.

Myſteria octaue etatis reſurgentium non debuerunt in officijs eccleſiaſticis intacta remanere: quia licet non pertineāt ad curſum huius vite mortalis intrinſece: pertinent tamen extrinſece. ille eni eſt finis noſtre peregrinatiõis: ad quẽ debemus vitam noſtram dirigere: quo cognito facile quod oportet aſſumemus/ ⁊ quod impedit euitabimus. Nullum vero aptius tempus in toto anni circulo apparet ad hec myſteria pertractanda quam hoc: in quo expeditis gaudijs reſurrectionis chriſti capitis noſtri: conuenienter de reſurrectione noſtra: qui ſumus corpus eius myſticum: doctrinā ſubnectemus. Uerum quia myſteria illa ſunt mortalibꝰ abſcõdita: que nec oculus vidit/ nec auris audiuit/ neqꝫ in cor hominis aſcendit: pauca et valde enigmatica trademus de gaudijs beatorum in officijs harum dominicarum: magis inſiſtentes doctrine morali de noſtra preparatione neceſſaria ad perueniendum ad illam beatitudinem felicitatis eterne. Et ſimul etiam annotabimus ea que ad feſtiuitates ipſas reſurrectionis/ ⁊ aſcenſiõis (inter quas mediant iſte dominice) ꝑtinere noſcuntur ſecūdum cõſuetum eccleſie modum: qui res ꝓteritas quaſi preſentes enarrat: dum myſteria noſtre redemptionis celebrat.

Matutini

Leguntur autem in matutinis harum dominicarū hiſtorie noui teſtamēti ſcilicet Actus apoſtolorū in hebomade precedente: quia ibi agitur de predicatione reſurrectiõis chriſti ꝑ apoſtolos. In hac vero ſecūda dominica et ꝑ duas hebdomades legiť Apocalypſis Joannis: in qua declaratur victoria chriſti de mundo quam habuit ꝑ ſuam reſurrectionem: ⁊ ſimilem nobis ꝓmittit victoriam ⁊ reſurrectionẽ: ſi chriſti imitatores boni fuerimus. Reſponſoria pro maiore parte ſumuntur ex libris ſapiētialibus: licet nõ deſint aliqua ex Apocalypſi/ ⁊ libro Thobie. vnde ab aliquibꝰ vocatur hec dominica: Ego ſicut vitis: propter primum reſpõſoriū. ab alijs dicitur dominica: Ego ſum paſtor bonus: propter euangelium hodiernum. Hore diurne in qualibet tali dñica concordant nocturnis: quia de eadem materia loquūtur cū matutinis.

Introitꝰ miſſe.

¶ Miſſale itaqꝫ huius diei officium totū declinat ad reſurrectionem noſtram decantandam. Et quia ex antiquo more eccleſie chriſtiane ī hac dominica fiebat Sinodus clericorum totius dioceſis in quolibet anno: ideo etiā idē officium in alio ſenſu refert nobis doctrinam Sinodis neceſſariam atqꝫ aptiſſimam ꝓ reformatione fidelium in actibus vere religionis ac pietatis. cuius miſſe introitus: Miſericordia domini plena ē terra. ⁊c̄. ex pſalmo .32. vox eſt beatorum hominū ī octaua etate deū laudantium de ſua tanta gloria in anima ſimul cum corpore: q̃ miſericordia domini vocatur: eo ꝙ excedit omnia eorum merita: iuxta illud apl'i Roma. 8. non ſunt condigne paſſiones huiꝰ temporis ad futuram gloriā. ⁊c̄. Hac itaqꝫ dei miſericordia tūc plena erit terra. i. humana natura in corpore ⁊ anima: q̃ modo ē ſemiplena ī ſola anime gloria. verbo etiam domini. i. mandato eius reſuſcitati celi. i. ſācti qui vitam celibē habuerūt: firmati. i. confirmati ſunt in gloria ⁊ vita illa immortali: itaqꝫ ſemꝑ in eo ꝑmanebūt nunq̃ alias morituri. Additur duplex aleluia propter duplicem ſtolā glorie. Uerſus: Exultate iuſti ī dño: ⁊c̄. principiū eiuſdē pſalmi: eſt congratulatio/ ⁊ incitatio ſanctoꝝ ad ſeipſos vt in ꝑpetuum laudent deum: ⁊ exultēt in eo propter maxima in eos beneficia. Et cõſimiliter exponeretur idē introitus cū ſuo verſu ex ꝑſona epiſcopi/ ⁊ ſue Sinodi: intelligendo ꝑ terram eccl'iam militantem. ꝑ celos ꝓlatos. ⁊c̄.

Oratio.

Oratio: Deus qui ī filij tui. ⁊c̄. applicat moraliter introitum ad fideles huius tēporis: petens eis ſpūalem leticiā de chriſti reſurrectione: ⁊ ſpē ad gaudia ſempiterna beatoꝝ. ⁊ hoc ꝑ reuerentiam ieſu chriſti: in cuius humili paſſiõe ſunt a morte ſpūali liberati: ⁊ in ſua reſurrectione ad nouā vitā erecti.

Epiſtole argumentum.

¶ Epiſtola: Chriſtus paſſus eſt ꝓ nobis. ⁊c̄. 1. Petri. 2. cõmemorata chriſti paſſione ad exemplū fideliū: hortatur eos ad vitā bonam: vt digni ſint cõnumerari inter oues chriſti. Habet tres partes. Prima ꝓponit exemplum. Secūda ibi: q̃ cū malediceretur. ⁊c̄. narrat geſtū. Tertia ibi: eratis enim ſicut. ⁊c̄. concludit intentū.

Prima ps eplē.

Prelatus itaqꝫ intēdēs de reſurrectiõe generali ſanctorū agere in hac dñica: hortatur fideles ſubditos ſuos vt parent viam rectam qua ꝑueniāt ad eā. hec via eſt ſequella ⁊ imitatio chriſti: q̃ de ſe ait Luce vltimo: Oportuit chriſtū pati ⁊ ita intrare in gl'iam ſuā. i. ſue reſurrectiõis: ergo ſil'r populus chriſtianꝰ debet ꝓcedere. ideo ꝓlatus ait eis: chariſſimi fr̄es ⁊ filij in chriſto: ſcitis iam ex ſexta feria paraſceues ꝙ chriſtꝰ noſter ꝓceptor paſſus ē mortē ꝓ nobis liberādis a morte culpe ⁊ gehēne: ⁊ etiā vt vobis relinqueret emxeplū q̃ ſequeremini veſtigia eius. i. imitaretis eū in paſſiõe ⁊ morte: ꝑ quam ꝑueniatis ad gloriam reſurrectionis.



non enim paſſus eſt ipſe ꝓpter ſe: qui peccatum non fecit opere: nec inuētus eſt dolus in ore eius vt peccaret ore: ⁊ hoc ſignum eſt ꝙ etiam nõ peccauit corde. quare nõ venit ſuꝑ eum illa tribulatio ꝓpter peccata ſua: ſicut fit in alijs hoībus: ſed voluntarie paſſus eſt ꝓpter nos vt eſſet nobis in exemplear penitentie/ patientie/ conſtātie ⁊ aliarum virtutum: quibus via paratur ad gloriam.

Scđa ps epiſtole.

Nam ipſe cum malediceretur. i. iniurijs afficeretur a ꝑfidis hominibus non maledicebat correſpondens eis. cum pateretur in corpore: non cõminabatur vt ſimilia faceret cõtra eos: ſed patiētiam ſeruabat ⁊ humilitatē. tradebat autem. i. offerebat ſe iudicanti Pilato iniuſte. i. ſuſtinuit ab eo ſententiā mortis iniuſtā: q2 ſine culpa ſua dānatus eſt: ſed tradidit ſe ꝓpter nos. qui peccata noſtra ꝑtulit. i. portauit in corpore ſuo ſuꝑ lignum crucis affixus. hoc eſt penam noſtrorū peccatorū ſuſtinuit: vt nos eius exemplo peccatis mortui. i. mortificati q̄tum ad ſēſualitatē qua peccamus: viuamꝰ iuſticie. i. virtuti ⁊ rationi ac legi dei: hoc ſignificat mors chriſti q̄tum ad corpꝰ ⁊ vita eius q̄tum ad animam. cuius liuore. i. flagellis liuidis ſanati ſumus meritorie. nam ex merito ſue paſſionis ꝓcedit ſacramentorū virtus: quibus ſanamur a peccatis/ ⁊ ſanctificamur gratia dei: donec veniamus ad ꝑfectam ſanitatē glorie reſurrectionis.

Tertia ps epiſtole.

In qua iam non erimus ſicut oues errantes in hoc mūdo ꝑ varias tētationes: ſed conuertemur tunc ad paſtorem noſtrum ſiue epiſcopum animarū noſtrarum firmiter ei adherētes: ut amplius non erremus.

Moralitas.

¶ Moraliter vero hec epiſtola eſt ſermo Sinodi que fiebat in ſingulis dioceſibꝰ ī hac dñica: vbi corrigebātur errata ſinguloꝝ ⁊ congregabantur ad epiſcopū ſuum: fiebatqꝫ ſermo habens ſentētiam huius epiſtole vt patet.

Primum aleluia.

Primum aleluia: Cognouerunt diſcipuli ⁊c̄. Luce vltimo. vel: Surrexit dominus. ⁊c̄. ibidē. manifeſte loquitur de gloria future reſurrectionis vbi dominus ſuis fidelibus apparebit: ⁊ cognoſcetur ab eis facie ad faciem.

Secundū aleluia.

Secundum aleluia ex euāgelio: Ego ſum paſtor bonus. ⁊c̄. eandem habet ſententiā manifeſte.

Euangelij argumentum.

¶ Euangelium: Ego ſum paſtor bonus. ⁊c̄. ex. 10. caꝑ. Joannis. per bonum regimen eccleſie militantis in hoc mūdo ſub paſtore bono: deducit oues chriſti ad ouile future glorie/ et reſurrectionis ſanctorum. Habet tres partes. Prima proponit. Secunda ibi: mercenarius. ⁊c̄. diſtinguit. Tertia ibi: ⁊ alias oues: ⁊c̄. promittit. hoc eſt ꝓponit bonum paſtorem: diſtinguit eum a malo: et promittit ouibus gloriam in futuro.

Prima ps euangelij.

In illo itaqꝫ tēpore quo eccleſia myſteria reſurrectiõis celebrat: dixit dominꝰ ieſus ꝑ ſuos prelatos loquens diſcipulis ſuis. i. fidelibus chriſtianis. ego inquit ſum bonus paſtor ſciens bene regere eccleſiam meam in ordine ad finem glorie reſurrectionis. cuius ſignum hoc eſt vel precipuum. quia bonus paſtor. ſ. aiarum audet ponere animam. i. vitam corporalem pro ouibꝰ ſuis liberandis a morte ſpirituali: q̄d ego feci vt patet ex epiſtola ꝓmiſſa. ergo ſum paſtor bonus bene paſcens gregem meum verbo/ ⁊ exemplo: vt perueniat ad paſcua glorie: de quibus Ezechielis. 34. Ecce ego ipſe requirā oues meas. ⁊c̄. Paſcam eas in paſcuis vberrimis et in montibus excelſis: ibi requieſcēt in herbis virentibus. ⁊c̄.

Secūda ps euangelij.

Hoc idem ꝓbatur ex oppoſito. ideſt cõparando bonum paſtorem ad malum qui dicitur mercenarius. i. mercedem aut lucrum querens in grege ſibi cõmiſſo. mercenarius enim et qui nõ eſt paſtor bonus. ſ. ille cuius nõ ſunt oues proprie/ ſed habet ex commiſſiõe alterius cuius ſunt oues: nõ multum curat de vtilitate illarum: niſi quatenus facit ad vtilitatem ſuam. vbi autē vtilitas ouium eſſet incõpoſſibilis vtilitati ſue: dimiſſis ouibus curat ſolum de ſua vtilitate. vtpote ſi videt lupum venientem ad deuorandū gregem: ipſe timens ne deuoretur fugit ac dimittit oues in periculo. nam tunc lupus venit et rapit ex ouibus quas poteſt: ⁊ alias diſpergit. fugit inquam mercenarius: quia mercenarius eſt. i. mercedem ſibi querens: ⁊ non ꝑtinet ad eum de ouibus. i. non querit earum ſalutē. hoc ita eſt in corporalibus. ⁊ ſimiliter in ſpiritualibus mercenarius eſt malus ꝓlatus eccleſie querēs lucra temporalia. oues ſunt fideles chriſti ei ſubditi. lupus eſt diabolus/ vel tyrannus/ vel hereticus. malus ergo ꝓlatus querens vtilitatem ſuam: non curat gregem paſcere doctrina bona: nec defendere eum a lupis predictis eum deuorantibus/ ac diſpergentibus ꝑ varia peccata/ ⁊ errores. Chriſtus vero: cuius ſunt oues proprie fideles: econtra neglecta temporali mercede intēdit ouium vtilitati. ideo ait. ego ſum paſtor bonus: qui recognoſco oues meas per auxilium gratie: ⁊ oues mee cognoſcunt me. quia ſequuntur me paſtorem per obedientiam/ ⁊ obſeruantiam mādatorum meorum. nam ſicut ego me habeo ad patrem meum a quo proceſſi per eternam generationem: quia nouit me pater/ ⁊ ego agnoſco patrem: ita ſe habent ad me fideles mei a quo proceſſerunt per gratiam regenerātem eos in filios dei: quia ego cognoſco eos ⁊ ipſi me. ⁊ animam. i. vitam meam pono. i. poſui pro eis in paſſione mea: vt meo exemplo ac merito ducerētur ad paſcua glorie reſurrectionis.

Tertia ps euāgelij.

Et non ſolū fideles qui modo ſunt ducam ad gloriam: ſed alias oues ꝑditas habeo. ſ. multos infideles: que modo non ſunt/ ſed erūt ex hoc ouili eccleſie catholice: ⁊ illas oportet me adducere ad fidem: que adducte vocem meā audient obedientes mandatis meis: ⁊ ex his ⁊ illis ſimul fiet in octaua etate vnum ouile. i. vna eccleſia triumphans/ ⁊ vnus paſtor. i. rex/ ⁊ gubernator eius in pulchritudine pacis et requie ſempiterna.

Moralitas.

¶ Moraliter vero bonꝰ epiſcopus in hac dominica faciens Sinodum loquitur ad clerum ſuum perſuadendo eos vt obſeruent conſtitutiones ſuas: quas ipſe ad ſalutem animarum ⁊ reformationem ſue eccleſie edidit. non propter vtilitatem ſuam vt mercenarius: ſed propter vtilitatem ſubditorum vt bonus paſtor paratus etiā ponere vitam pro ouibus: ſcilicet reſiſtendo ty-

rannis/ ⁊ hereticis qui ſunt lupi rapaces tollētes

*Offertorium.*

bona eccl'ie ⁊ libertates eius: ac ſeminātes diſcordias in fide/ ⁊ moribus q̄bus oues chriſti diſpergantur. ⁊c̄. ¶ Cantus offertorij: Deus deus meꝰ ⁊c̄. pſal. 62. orō eſt boni p̄lati ad deū: qua offert deo laborem ſuū quē ſuſtinet vigilans ſup gregem ſibi cōmiſſum: ⁊ eleuans manꝰ ſuas in oratione ꝓ ſuo populo: vt feliciter perueniat ad gloriam future reſurrectionis. Secreta oratio: Benedictionem domine. ⁊c̄. offert deo ſacrificium euchariſtie pro fideli populo: ad obtinendam talē gratie benedictionē: qua rem ſacramēti euchariſtie. i. vnitatem ac pacem acquirat tam ī preſenti q̄ꝫ in futura vita etatis octaue.

*Communio.*

¶ Cōmunio: Ego ſum paſtor. ⁊c̄. Cōgratulatio eſt boni paſtoris de fructu quem fecit in grege fidelium ſibi cōmiſſo: ideo cantat multiplex aleluia. Finalis orō Preſta queſumꝰ oīpotens deus vt viuificationis tue ⁊c̄. petit vitam gratie in p̄ſenti: vt ꝑuenire poſſit ad vitam future glorie reſurrectionis.

## ¶ Caput ſeptuageſimum ſeptimum de tertia dominica poſt paſcha: cuius officiū gaudium reſurrectionis ꝑſonat: ⁊ doctrinam Sinodi explicat.

*Argumētū officij*

COntinuādo eandem materiam que incepta eſt in officio p̄cedentis dominice ſcilicet de reſurrectiōe generali ſanctorum/ et de Sinodis clericorū: hec tertia dominica in matutinis adhuc legit Apocalypſim cum reſpōſorijs ſupradictis.

*Introitꝰ miſſe.*

¶ In officio vero miſſali introitꝰ: Jubilate deo omnis terra. ⁊c̄. pſalmo. 65. leticiam ſanctorum octaue etatis perſonat: qui ſeipſos cōmonentes dicent: iubilate deo. i. in iubilo laudate: omnis terra. i. tota natura humana: pſalmum. i. canticum leticie dicite nomini eius. i. ad honorem eius qui ita honorificauit vos. date gloriam laudi eius qui ad tantam gloriam vos ꝑduxit. Et interſeritur duplex aleluia ꝓpter duplicem ſtolam glorie ſanctorum. In fine additur triplex aleluia ꝓpter trinitatem diuinam: a qua tanta eoꝝ gloria proceſſit. Verſus. Dicite deo. ⁊c̄. ex eodē pſal: aſſignat cauſā p̄dicte cōmonitionis. ſ. ex eo ꝙ opa dei q̄ fecit cū ſactis ſuis ſūt terribilia. i. ſtupēda ⁊ mirabilia ſup oēm ſenſū hūanū: ſc̄ta in multitudine virtutis ſue: ſup q̄ mentiētur oēs inimici dei. hoc ē heretici/ ⁊ infideles hoies q̄ ſeruis dei illudebant tanq̄ꝫ fatuis propter ſpem quam in eo habebant: in quo mētiti probantur ex euidentia glorie ſanctorum: que palam oſtendit ſpem eorum fuiſſe certam ⁊ rationabilē. Poteſt etiā iſte introitus intelligi eē vox p̄lati in Sinodo ad ſuos clericos vt bene agant officia eccleſiaſtica de laudibus dei. ⁊c̄.

*Oratio.*

Oratio: Deus qui errantibus. ⁊c̄. applicat introitū ad fideles huius temporis: quibus per chriſti reſurrectionem fidei lumen oſtenſum eſt: quo nouam vitam iuſticie agant/ ⁊ ab erroribus peccatorum caueant. ideo petit fidelibus chriſti dari gratiam qua acceptēt bona et reſpuant mala. et cōuenit hec oratio Sinodo in qua errores corriguntur et lumē veritatis oſtēditur.

*Epiſtole argumentum.*

¶ Epiſtola: Obſecro vos. ⁊c̄. 1. Petri. 2. eſt ſermo boni p̄lati in Sinodo de his que ꝑtinēt ad reformationem morum in ſua dioceſi: qua bene diſponātur ad gloriam future reſurrectionis. Habet tres partes. Prima eſt exhortatio gen̄alis. Secūda ibi: ſubiecti eſtote. ⁊c̄. eſt regulatio ſpecialis. Tertia ibi: ſerui ſubditi. ⁊c̄. eſt declaratio familiaris.

*Prima ps eple.*

Prelatꝰ itaq̄ꝫ in Sinodo loquēs ad cetum ſuorum clericorū ait. chariſſimi fratres mei et filij: obſecro vos. i. ꝑ ſacra dei myſteria oro vos: tanq̄ꝫ aduenas et pro. i. peregrinos ſup terram. hoc eſt volo vobis dare doctrinam talem in ſpiritualibus qualis datur peregrinis in corporalibus: ex quo eſtis peregrini a celeſti Hieruſalem que eſt patria veſtra. et doctrina eſt: vt abſtineatis vos a carnalibus deſiderijs vitiorum: que militant. i. pugant aduerſus animam deijciendo eam ab arce ſue contēplationis. eſt enim peregrinorum conditio extra patriam ſuam nō laute viuere: ſed tēperate abſtinere: quouſq̄ꝫ veniāt ad domum ſuam in qua quieſcant et delicioſe viuant. ita et vos q̄ꝫdiu peregrinamini a deo abſtinete: quouſq̄ꝫ ad finem huius vite venientes habeatis ciuitatē manētem glorie beatorū: vbi quieſcetis in perpetuū in vita iocūdiſſima. Interim autem dum peregrinamini ſitis habentes bonam cōuerſationem inter gentes. ſ. ſeculares: vt in eo quod detractabant. i. male loquebātur de vobis ante clericatum tanq̄ꝫ de malefactoribꝰ: iam conſiderantes vos emēdatos: ex bonis operibꝰ veſtris glorificent deum pro gratia vobis data: in die viſitationis. i. quando noſter viſitator ad vos venerit et nihil mali contra vos inuenerit.

*Scd̄a ps epiſtole.*

Quia vero reges et domini tēporales odio habent clericos exemptos a iuriditione eorum: ideo ad captandam beniuolētiam ipſorum vos ſubiecti. i. humiles eſtote quaſi obedientes omni humane creature. i. omni homini propter deum. i. honorē dei: ſiue regi ſeculari ſitis obedientes: quaſi homini p̄excellēti. i. in altiſſimo honoris gradu conſtituto: qui et repreſentat ꝑſonam dei in terris. ſiue ducibus belli/ aut iudicibus eius ſitis beniuoli: tanq̄ꝫ perſonis publicis a rege miſſis ꝑ totum regnum ad exercendos actus iuſticie. ſ. vindictā/ vel punitionem malefactorū hominum: laudem vero. i. premiationē bonorū. hoc dico vobis quia ſic. i. talis eſt voluntas dei: vt vos licet nō ſitis de iure obligati obedire ſecularibus: tamen benefacientes eis per obedientiam: obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ſecularium ignorantiam. i. indiſcretam detractionem. ſitis ergo eis ſubditi quaſi liberi. i. ex libera voluntate: non ex coactione. et nō ſitis quaſi habentes libertatem eccleſiaſticam in velamen malitie ideſt ad tuendam maliciam veſtram ſine correctione alicuius iudicis. ſed eſtote humiles ſicut ſerui dei parati corrigi a quocunq̄ꝫ proximo. omnes ergo fideles honorate etiam inferiores vobis: ſed inter omnes magis diligite fraternitatem ideſt fratres veſtros clericos. et ſuper omnia deum timete qui eſt ſupremus iudex: deinde regem honorificate qui gerit ꝑſonā dei. hec ad clericos p̄ncipaliter dicta ſint: q̄ vocantur liberi.



*Tertia ps epiſtole.*

de laicis aūt ſubditur. Serui regis ſubditi eſtote dn̄is vr̄is tēporalibus in omni timore: quia habent poteſtatem coerciuam ſup vos a iure: quod vos obligat etiam in foro cōſcientie ⁊ quo ad deū. dn̄is inquā ſubditi eſtote non tantū bonis ⁊ modeſtis. i. qui iuſte ⁊ moderate regunt populū dei ꝑ bonas leges: ſed etiam diſcolis. i. iniuſtis/ ⁊ tyrānis q̄ꝫdiu tollerantur a deo/ ⁊ a populo: ad euitandū ſcandalum quod oriri poſſet ex rebellione ſubditorū cōtra eos. hec enim eſt magna gr̄a. i. virtus. ſ. obediētia ſubditoꝝ ad dominos ſuos: in chriſto ieſu dn̄o noſtro. i. propter amorē eius qui ita p̄cipit. et obediētes ei remunerat in fine vite huius ſeculi faciens eos participes glorie ſue reſurrectionis.

*Primum aleluia.*

Primū alleluia: Chriſtꝰ reſurgēs ex mortuis. ⁊c̄. Roma. 6. loquitur de chriſto myſtico ꝑ ſimilitudinem ad verum: dicēs ꝙ in octaua etate erit vita eius immortalis: quando abſorpta erit mors in victoria. alij dicunt: In die reſurrectionis mee. ⁊c̄. vt ſupra.

*Secundū aleluia.*

Secundū aleluia: Modicū ⁊ non videbitis me. ⁊c̄. ex euāgelio hodierno. ꝓmittit in breui futuram reſurrectionē mortuorū in qua ſancti in gloria videbunt chriſtum poſt hoc modicum tempus ſexte etatis quod reſtat.

*Euangelij argumentum.*

¶ Euāgelium: Modicum ⁊ iā non videbitis. ⁊c̄. Joan. 16. cōmemorata penalitate ac paſſibilitate huiꝰ ſexte etatis: ꝓmittit in fine eius ſeruis dei gaudiū glorie reſurrectiōis: q̄ erit vita imortalis. Et primo hoc proponit breuiter ⁊ obſcure. Secundo ibi: cognouit autem. ⁊c̄. illō exponit faciliter ⁊ clare. Tertio ibi: mulier cum parit. ⁊c̄. adducit exemplū puerpere.

*Prima ps euangelij.*

In illo itaq̄ꝫ tempore quo eccleſia celebrat myſteria reſurrectionis: dixit dominus ieſus per ſuos prelatos diſcipulis ſuis. i. fidelibus chriſtianis. hoc eſt fecit eis predicari de hac materia dicens eis. Modicum tempus trāſibit in quo non videbitis me ſicut obiectum beatificū: ⁊ iterū veniet aliō tēpus modicū in quo videbitis me: qꝛ apparebo vobis in gloria ſed non omnino cōſumata: ideo erit modicū reſpectu temporis eterni ⁊ glorie conſumate: quia per has diſpoſitiones vado. i. ire vos facio ad patrem glorie datorem ⁊ cōſumatorē. Vbi patēt tria tempora. primum eſt ſexta etas ⁊ eſt modicū. ſecundum ſeptima etas et etiam modicum. tertium eſt octaua etas et eſt valde multū: quia eternum.

*Scd̄a ps euangelij.*

Sed quia hec verba obſcura ſunt: dixerunt diſcipuli eiꝰ fideles ad inuicem: quid eſt hoc quod dicit modicum ⁊ nō videbitis me: ⁊c̄. dicebant ergo quid eſt hoc modicum: certe neſcimus quid loquitur iſte p̄latus. i. quid velit dicere ꝑ hoc quod loquitur. Ipſe autē vt cognouit quia volebāt eum interrogare/ ⁊ declarationē dicti ſui habere ab eo: dixit eis. de hoc queritis inter vos quia dixi. ⁊c̄. amen amen. i. certiſſime dico vobis: quia plorabitis/ ⁊ flebitis vos in hac ſexta etate laborioſa ad modum ſexte ferie paſſionis. hoc eſt multas tribulationes ⁊ anguſtias patiemini propter deū a malis hoībus: mundus aūt. i. mundanoꝝ cetus gaudebit fruēs delicijs/ diuitijs/ ⁊ honoribꝰ huius vite: ⁊ hoc eſt primum tempus quod dixi modicum in quo nō videbitis me vobis fauorabilē. Poſtea ſuccedet aliud modicum. ſ. ſeptima etas animarum ſanctarum: in qua quia corpora veſtra manebūt ſub corruptione: vos aliquātulū cōtriſtabimini: licet videatis me ī gloria anime. tandē veniet octaua etas: in qua omnis triſticia vr̄a vertetur in gaudium perfecte beatitudinis in corpore ⁊ anima.

*Tertia ps euangelij.*

Huius rei ſimile apparet de eccleſia ⁊ de muliere fecunda: que cum iam eſt in partu: triſticiā habet nimiam: quia venit hora mortis eius. i. eſt in periculo mortis. cum autē iam peperit puerū/ ⁊ liberata eſt a periculo ſui partus: iam non meminit preſſure. i. anguſtie p̄terite propter gaudiū ſuperueniens: quia natus eſt ſibi homo ſibi ſimilis in mundum. Igitur ſimiliter ⁊ vos: quia nunc. i. in ſexta etate triſticiā habetis propter anguſtias ⁊ ꝑſecutiones tyrannorum/ hereticorum/ ⁊ infidelium: ⁊ in ſeptima etate corpora veſtra ſunt quaſi triſtia. ſed iterum veniet tempus feliciſſimum: quando videbo vos in magna gloria conſumata: ⁊ gaudebit cor veſtrū in domino: non modico tempore: ſed in eternum. ⁊ gaudium veſtrum nemo tollet a vobis: quia eritis confirmati in beatitudine ꝑfecta anime ⁊ corporis ſimul.

*Moralitas.*

¶ Moraliter vero bonus prelatus vitam habēs mixtam ex cōtemplatiua ⁊ actiua/ aliquādo conuerſatur cum ſubditis ſuis in regimine eccleſie: aliquando retrahit ſe ad ſtudium/ et contemplationem. hoc proteſtans in Sinodo ait eis: modicū ⁊ iam nō videbitis me: ⁊ iterū modicum ⁊ videbitis me ⁊c̄. q. d. non debeo vobiſcum eſſe ī hac congregatione niſi per modicum tempus: ⁊ iterum diſcedam a vobis ad alia negocia peragenda: ſed anno ſequente iterum reuertar ad Sinodum ⁊ videbitis me: quia vado ad patrem. i. ſequor vitam chriſti: qui ſuo exemplo p̄latos inſtituit in agendis rebus eccleſie. Vos autem clerici in officijs veſtris fideliter laborantes aliquando tribulationes ſuſtinebitis a mundanis: ſed non debetis propterea deſiſtere ab operibus bonis: ſperantes conſolationem a deo in futura vita: vbi triſticia veſtra vertetur ī gaudium ſempiternū: quod nemo tollet a vobis.

*Offertorium.*

¶ Cantus offertorij: Lauda anima mea dominū. ⁊c̄. pſalmo. 145. eſt gratiarumactio fidelis populi de promiſſione future glorie ſibi facta in euāgelio: pro q̄ nunc ex toto corde laudat deum: ſed ſperat ſe amplius laudaturum in illa vita perpetua. q. d. qui habitant in domo tua domine in ſecula ſeculorū laudabunt te. Secreta oratio: His nobis domine. ⁊c̄. offert deo ſacrificium euchariſtie pro fidelibus preſentibus petens eis gratiam qua valeāt ſpretis bonis terrenis amare celeſtia bona alteriꝰ vite beate.

*Communio.*

¶ Cōmunio: Modicum ⁊ non videbitis. ⁊c̄. ex euangelio hodierno: ⁊ ſupra in. ſcd̄o aleluia expoſita eſt. ſed repetitur hic cum gaudio ad magis

firmandam ſpem future glorie. Finalis orõ: Sa-
cramenta que ſumpſimus. ⁊c. adaptat cõmunio-
nem p̄ſentibus fidelibus: q̄bus ex virtute eucha
riſtie ſuſcepte petit dari ſpiritualia alimenta vir-
tutum ⁊ gratiarum ſignificata in his corporali-
bus ſpeciebꝰ euchariſtie.

## ¶ Caput ſeptuageſimum

octauũ de quarta dominica poſt paſcha: q̄ etiam
cum gaudio reſurrectiõis: capitulum religioſo-
rum celebrat.

Argumẽ-
tũ officij.



Icut in precedẽ
tibus duabꝰ dominicis lege-
batur Apocalypſis firmans
reſurrectionis fidẽ: ⁊ ageban
tur Sinodi clericorum: ita in
hac dñica cũ ſequente legun
tur canonice apoſtolorũ do-
centes nouitatem vite ſpiritualis: et celebrantur
capitula religioſoꝝ ad reformanda / ⁊ cõponẽda
omnia p̄tinentia ad religioſam vitam. Interſerũ
tur autẽ lectionibus p̄dictis reſponſoria ex pſal-
mis: qui ſimiliter cum canonicis apoſtoloꝝ actio
nes virtuoſas docẽt. Et notãdum ꝙ ſicut in dñi
cis poſt Epiphaniã legebantur epiſtole Pau-
li fidem incarnationis chriſti p̄dicantes / ⁊ mores
fidelium cõponẽtes: vt ibidem dictum eſt: ita poſt
reſurrectionẽ legũtur Actus apl̃oꝝ / Apocalypſis /
⁊ canonice ep̃le p̄dicationẽ reſurrectionis chriſti /
⁊ noſtre cõtinẽtes. rationabile. n. fuit vtriq̃ tẽpori
viſitationis apponi hiſtorias no. teſtamenti: ſicut
in tẽpore p̄uaricationis leguntur hiſtorie ve. teſta
menti: ⁊ in tẽpore reuocatiõis prophetie antique.
nã ꝙ patriarche / ⁊ ꝓphete crediderũt / figurarũt /
⁊ p̄dixerunt futurũ: hoc idẽ apl̃i / ⁊ euãgeliſte p̄di-
carũt iam p̄teritum ⁊ impletũ. ¶ In officio vero

Introitꝰ
miſſe.

miſſali huiꝰ dñice introitus. ſ. Cantate dño cãticũ
. ⁊c. p̄s. 97. reſonat gloriã ſctoꝝ octaue etatis q̄ ſe-
ipſos cõmonentes incitant ad laudes dei ꝓpter
mirabilia opera ſua q̄ fecit cum eis: ⁊ hoc quidẽ
iuſte: ac publice ante cõſpectũ oĩm damnatorum
gẽtiliter viuentium. additur quadruplex alleluia
ad ſignificandum dotes glorie beatorũ. Verſus:
Saluabit ſibi dextera. ⁊c. ex eodem pſalmo attri
buit omnipotẽtie dei totam gloriam ſanctorum
qua ſaluauit ſibi populũ ſuum. ⁊c. Poteſt idem
introitus eſſe vox prelati in capitulo religioſo-
rum: qua dicit eos debere deum laudare de tot
beneficijs ſpiritualibus quot data ſunt religio-
ſis. ⁊c. Oratio: Deus qui fidelium mentes. ⁊c.

Oratio.

applicat introitum ad capitulum religioſorum
in quibus deus multa mirabilia fecit: maxime
quia homines tam diuerſos genere et moribus
effecit vnius voluntatis in religione: ideo petit
eis gratiã dei qua in p̄ſenti ament implere man
data eius: et ardenter deſiderare promiſſa bona
futura: in quibus vera ſunt gaudia. ⁊c. ¶ Epiſto-

Epiſtole
argumen
tum.

la: Omne datum optimum. ⁊c. Jacco. I. eſt ſermo
p̄lati religioſoꝝ in ſua ꝯgregatione capituli pro-
uincialis: q̄ incitat eos ad modeſtiam / ſilẽtium / ⁊
alias virtutes concernẽtes religionẽ. Cuius ſunt
tres partes. Prima oſtendit dei liberalitatem.
Secunda ibi: ſcitis fratres. ⁊c. ſuadet taciturnita
tem. Tertia ibi: propter quod. ⁊c. concludit mãſue
tudinem. Imprimis Jacobus. i. ſupplãtator reli-

Prima
ps ep̃le.

gioſorum bonus p̄latus allegans diuinam libe
ralitatem erga religioſos: qui nihil habent i hoc
mundo: et tamen abundanter deus ꝓuidet eis:
ait. chariſſimi fratres in chriſto ieſu. ſcitote ꝙ om
ne datum optimũ in bonis temporalibus: ⁊ om-
ne donũ p̄fectum in ſpũalibus quod habẽt reli-
gioſi: non eſt ab hoĩbus: ſed deſurſum eſt deſcen
dens ad nos a patre luminũ deo: qui dat lumẽ
corporale ⁊ ſpũale. nam ipſe miraculoſe ꝓuidet
de neceſſarijs ad ſalutẽ corporis ⁊ anime tot reli
gionibus / ac religioſis in mũdo. nec putetis ꝙ in
poſterũ ceſſabit nobis dare eadẽ bona: quia apđ
eum non eſt trãſmutatio voluntatis: nec viciſſitu
dinis. i. alteritatis ſciẽtie obumbratio. i. q̄ eſt vm-
bratica ⁊ obſcura ſcientia. quicquid enim deꝰ ho
die ſcit ⁊ vult: ab eterno ſciuit ⁊ voluit. ⁊ hoc facit
non ex meritis noſtris: ſed quia voluntarie. i. gra
tis genuit nos ſpũaliter in filios ſuos verbo ve-
ritatis. i. p̄dicatiõe ſanctoꝝ patrum: q̄ has religio
nes inſtituerunt: vt ſimus nos religioſi initiũ ali
quod creature eius. i. noue reformatiõis eccleſie
ſue: q̄ ab apoſtolo Paulo dicitur noua creatura
in chriſto ieſu. qui ergo nos filios ſuos fecit: ipſe
nobis neceſſaria miniſtrabit ac prouidebit: ſi nos
(vt decet) boni filij fuerimꝰ. Scitis ergo. i. ſcire de

Scđa ps
epiſtole.

betis fratres mei dilectiſſimi quid oporteat vos
facere ad captandã eius beniuolentiã. ſit omnis
religioſus velox. i. promptus ad audiendum ſui
p̄lati mandatum cum effectu. ⁊ tardus. i. verecũ-
dus ad loquendum in publico apud ſeculares.
⁊ ſi ab aliquo ledatur iniuſte: ſit tardus ad iram
. i. non cito q̄rat vindictam: ſed ſeruet pacientiam.
ira enim viri. i. robuſti et animoſi hoĩs iuſticiam
dei. i. virtutem nõ operatur: imo p̄turbat rationẽ
⁊ omnem rectã actionẽ: quod eſt maxime contra
profeſſionem religioſoꝝ: qui inſtitutus eſt in hu-
militate / obediẽtia / modeſtia / ⁊ ſilentio: vt ſit alijs
exẽplar virtuoſe vite. Propter quod. i. vt oſtẽda-

Tertia ps
epiſtole.

tis in vobis predictas virtutes: ſitis o fratres mei
abijcientes a vobis omnem immũdiciam carna
lium vitioꝝ: ⁊ habundantiam malicie. i. ire / odij /
⁊ aliorum vitiorum ſpũalium: ⁊ ſuſcipite in man
ſuetudine / ac modeſtia: q̄ ſunt virtutes contrarie:
inſitum verbum. i. doctrinã veſtre regule a prin-
cipio vobis inſerte: quod poteſt faciliter ſaluare
animas veſtras ꝑ opera conſilioꝝ addita prece-
ptis. hoc nõ poſſunt tã faciliter alij ſecularibꝰ ne-
gocijs impediti. Eadẽ epiſtola in eodẽ ſenſu mo
raliter facit ad modernos fideles ſeculares ſiue
clericos / ſiue laicos: vt ſeruent p̄dictas virtutes:
quibus p̄mium promittitur glĩe reſurectionis fu
ture. Primum aleluia: Dextera dñi fecit virtutẽ

Primum
aleluia.

⁊c. pſal. 117. concordat introitui: quia laudat deũ
de virtute glorie ſue contra mortem nature hu-
mane: quam exaltauit per gloriam reſurrectiõis
vtriuſq̃ chriſti. Secũdũ aleluia: Vado ad eũ. ⁊c.

Secundũ
aleluia.



Ex euangelio hodierno: expedit ſe prelatus reli-
gioſorũ a ſuo capitulo vt intendat ſue cõtempla
tioni vel viſitationi ⁊c. Quedã eccleſie dicũt ale-
luia de Magdalena. ardẽs eſt cor meũ ⁊c. eo ꝙ vt
ſepe diximꝰ ipſa ſignificat religionẽ. ¶ Euange-

Euãgeliũ
argumen
tum.

liũ. Vado ad eũ ⁊c. ex Joãnis. 16. videt̃ inſinua-
re mundi purgationẽ futurã per religioſos ante
reſurrectionem generalem mortuoꝝ. Et p̄mo re-
ligiones promittit. Scđo ibi: et cũ venerit ⁊c. eaꝝ
actus deſcribit. Tertio ibi: cum autẽ venerit ⁊c.
hoĩes ad reſurrectionẽ diſponit. In illo ergo tp̃e

Prima
ps euan-
gelij.

quo eccleſia myſteria reſurrectionis celebrat: di-
xit ieſus per ſuos prelatos ac predicatores: diſci
pulis ſuis. i. chriſtianis in officijs eccl̃iaſticis. va-
do ad eum qui miſit me. i. ad deũ per gloriã cor-
poris dirigo ſeruos meos: et nemo ex vobis. i.
valde pauci interogat me de fine p̄dicto dicens:
quo vadis: q2 parũ cogitatis de illo: ſola hec pre-
ſentia cõtemplantes. Sed q2 hec locutꝰ ſum vo-
bis de illa finali gloria beatoꝝ: triſticia impleuit
cor veſtrum propter negligentiã preteritã / et pro-
pter longam ſpẽ futurã. ſed ego veritatẽ dico vo-
bis: expedit vobis imo eſt valde neceſſarium ad
conſumationẽ glorie veſtre: vt ego vadã ante vos
dirigẽdo iter veſtrum per meã doctrinã ac perin
de mittẽdo predicatores: qui eã vobis predicent.
ſi em̃ ſic non abiero corã vobis: paraclitus. i. con
ſolator ſpiritꝰ dei bonus nõ veniet ad vos vt tol
lat hanc triſticiã. ſi aũt abiero per hanc viã: mit-
tam eũ ad vos conſolandũ. q. d. per religioſorum
predicationem conſolabitur aĩa veſtra in deo: vt
ſit vobis via plana ad gloriã beate reſurrectiõis.
Et cũ venerit illa cõſolatio ſpirituſſancti per re-
ligioſoꝝ predicationẽ: ille ſpũs arguet mundũ. i.
hoĩes de peccato / de iuſtitia / ⁊ de iudicio: ad hũc
ſenſum. de peccato qđ habent / de iuſticia quã nõ
habent / et de iudicio qđ non timẽt. arguet q̄ppe
iudeos per teſtimonia prophetarũ ſuoꝝ de pec-
cato infidelitatis: q2 non crediderũt in me vnicũ
ſaluatorẽ aĩarũ: de iuſticia vero. i. de virtute quã
non habẽt arguet paganos per autoritates phi-
loſophorũ ſuoꝝ: q2 ad patrẽ vado. i. dirigo hoĩes
per eos: et iã nõ videbitis me. i. licet nullã exterio
rẽ reuelationẽ a me acceperint philoſophi / neq̃
me viderint. de iudicio aũt qđ non timẽt arguet
malos chriſtianos ꝑ voces apoſtolorũ: qui rigo-
rẽ iuſticie mee declarant: vel ex hoc maxime q2
princeps huiꝰ mundi. i. mundanoꝝ diabolus iã
iudicatꝰ eſt. i. condẽnatus ad penã eternã: cũ quo
⁊ ipſi dãnabuntur qui iudiciũ dei non timẽt. Ad
huc aũt multa alia de his que religioſi predica-
bunt cõtra mundanos: habeo vobis dicere: ſed
relinquo ea: q2 non poteſtis portare modo minꝰ
bene diſpoſiti: portabitis vero quãdo fueritis ma
gis eruditi. patet itaq̃ ꝙ ſpũſſanctꝰ per ora p̄di-
catorũ religioſorũ arguendo mundãnos de vici-
js ſuis purificabit mundũ et diſponet ad gloriã
future reſurrectionis. Cum aũt venerit modo p̄-

Tertia ps
euãgelij.

dicto ille ſpiritꝰ veritatis. i. doctrine vere inſpira-
tor: docebit vos omnẽ veritatẽ neceſſariã ad ſalu
tem: nõ enim loquetur predicator religioſus a ſe
metipſo: ſe quecũq̃ audiet per internã inſpiratio
nem dei: loquet̃ in ſua predicatione: et que vẽtu-
ra ſunt. i. gaudia future reſurrectionis ſanctorum
annũciabit vobis de propinquo vẽtura. ille p̄di-
cator uel ſpũſſanctus per eũ me clarificabit. i. cla
rum / excelſum / ⁊ glorioſum faciet in multis gen
tibus ad deum conuerſis ⁊ me colentibus: et
merito: quia de meo. i. mea ſcientia ⁊ gratia acci-
piet: et annunciabit vobis multa ſecreta diuina.
¶ Moraliter vero quia hec dñica eſt media inter

Moralis
tas.

paſcha / ⁊ penthecoſten: ꝓperatq̃ ad aſcẽſionem:
de vtraq̃ futura feſtiuitate facit mentionẽ. primo
de aſcenſione in eo quod ait: vado ad eum qui
miſit me ⁊c. deinde de miſſione ſpirituſſancti cũ
ſubdit: et cum venerit ille arguet ⁊c. repreſentat
em̃ hoc officium chriſtũ apparẽtem ſuis diſcipu-
lis ante aſcẽſionem / et penthecoſten: ⁊ ita loquit̃
ac ſi eſſemus in eo tp̃e quo talia myſteria cõtige-
rũt. ⁊ facit hec cõmemoratio ad noſtrã inſtructio-
nẽ: vt erigamꝰ noſtrã ſpem ad deum: dicẽte apo-
ſtolo Coloſ. 3. que ſurſum ſunt querite non que
ſuper terrã: ⁊ preparemus nos ad feſta ventura
expurgãtes in nobis oĩa vicia: quatenus apti ſi-
mus recipere ſuperna dei dona: ⁊ illuminari cir-
ca veritatẽ vite ⁊ iuſticie: ac ꝓuidere circa futura
agenda ⁊c. ¶ Cantus offertorij geminato princi

Offerto-
rium.

pio: Jubilate deo vniuerſa terra ⁊c. pſal. 65. reſo-
nat leticiam beatoꝝ reſurgentiũ in octaua etate:
de qua fecerat mẽtionem finis euangelij: qui ſe-
ipſos incitãt ad laudẽ dei pro magnitudine be-
neficiorũ eius in eos. Secreta oratio: Deus qui
nos per huius ⁊c. offert deo ſacrificium euchari-
ſtie pro fidelibus huius tẽporis: petens eis dari
gratiã ad operãdũ veritatẽ vite agnitã. ¶ Cõmu

Coio.

nio: Dum venerit paraclitus ⁊c. ex euãgelio ho-
dierno. decantat purgationẽ mũdi per relgioſos
fiẽdã circa finẽ. Finalis oratio: Adeſto nobis ⁊c.
applicat ad purgationẽ fideliũ noſtri tẽporis ⁊c.

## ¶ Caput ſeptuageſimũno

num de dñica quinta poſt paſcha: ſub qua etiam
fiunt rogationes. et preter gaudiũ reſurrectionis
quod reſonat: capitulũ religioſorum continuat.



Ta ſe habet hec
quinta dñica ad quartã prece-
dentẽ: ſicut ſe habuit tertia ad
ſecundam. ſ. q2 eãdem materiã
pertractat cũ precedẽte ad ma
gis declarandũ eam. et hoc ve
rum eſt tam in matutinis quã

Argumẽ-
tũ officij.

in officio miſſe. ¶ Cuius introitus: Vocẽ iocũdi-
tatis ⁊c. Eſa. 64. ſanctos octaue etatis introdu-

Introitꝰ
miſſe.

cit ſeſe cõmouẽtes ad dei laudem annũciãdam
propter magna eius beneficia eis cõceſſa: maxi-
me ꝓpter reſurrectionẽ qua liberauit dñs popu
lum ſuũ a morte / ⁊ omni penalitate. Verſus. Ju
bilate deo ⁊c. pſal. 65. cõfirmat eãdem ſentẽtiam
alijs verbis clarioribꝰ ex nimia affectione. Orõ.

Oratio.

Deus a quo bona cũcta ⁊c. applicat introitũ ad
modernos fideles / vel ad religioſos in ſuo capi-

tuſo congregatos:petens eis inſpirationē gratie
dei ad recte cognoſcēda/⁊ operanda ea que agē-
da ſunt ad laudē dei et ꝓximorum edificationē.
Eplē argumentū. ¶Epiſtola: Eſtote factores ⁊c̄. Jacobi.1.eſt ſer-
mo prelati religionis ad fratres ſui capituli. In
quo primo reprehēdit ſimulatos. Scḋo ibi: qui
aūt preſpe ⁊c̄.collaudat bonos religioſos.Tertio
Prima ps eplē. ibi:religio mūda ⁊c̄.inſtruit vniuerſos.Ergo Ja-
cobus.i.prelatus religioſoꝝ ait eis.chariſſimi fra
tres: eſtote factores.i. operatores verbi.i.regule
veſtre:non auditores tātū: quales ſunt ypochri-
te:qui putāt ſe deū/et hoies decipere: cum tamē
potius fallant ſeipſos:perdētes.ſ.theſaurū virtu-
tis pro vili ꝓcio humane laudis.qꝛ ſi quis audi-
tor eſt verbi,in moralibꝰ/et nō factor:hic cōpara-
bitur ꝑ ſimilitudinem viro cōſideranti.i.aſpiciēti
vultū natiuitatis ſue.i.faciē ſuam naturalē in ſpe
culo corporali. nam poſtqꝫ cōſiderauit ſe:abijt et
ſtatim oblitus eſt qualis fuerit:propter viſionis
ſpecularis imperfectionem:que eſt ꝑ radios fra-
ctos/⁊ non rectos.ideo ſua inſpectio parū eſt ſibi
vtilis.Ita in moralibus ſpeculum eſt liber bone
doctrine; vt ſacra ſcriptura/vel regula religionis
⁊c̄. qui aūt ſolum ſpeculatiue/⁊ non applicando
ad opus eam legit:parū ꝓficit:quia ſtatim obli-
Scḋa ps epiſtole. tus eſt licet videat eam optime callere. Econtra
vero qui bene ꝑſpexerit practice in lege perfecte
libertatis.i. in doctrina religiōis que facit homi-
nes liberos:et ꝑmanſerit in ea.i.ꝑmanēter vixe-
rit ſcḋm eam: non quaſi auditor obliuioſus de
quo diximus:ſed factor operis illius ad qḋ diri-
git illa doctrina: hic erit beatus ꝑ ſpem in facto
ſuo. nam opa virtuoſa beatitudines dici ſolēt in
ſacra ſcriptura: eo ꝙ diſponūt hominē ad beati-
tudinem.verbi cauſa.ſi quis putat ſe religioſum
eſſe: ex quo talē ſe oſtēdit exterius in habitu cor-
poris:et non refrenat linguā ſuam:cui tñ ſua re-
gula ſilētium/⁊ patiētiam indicit: ipſe vero eam
non ſeruat ſeducens cor ſuū potiuſqꝫ deum: hu-
ius.i.talis hois vana eſt religio:qꝛ ad nihil ei ꝓ-
derit: imo nocebit ei facto reo maioris pene. be-
ne autem obſeruāti regulam ſue religionis ma-
gnum lucrū accreſcet ex ea: eritqꝫ ſibi vtiliſſima
religio ad ſalutem anime. Ergo vt cōcludamus
Tertia ps epiſtole. vno verbo ſermonē inceptum: religio.i.vita reli-
gioſi mūda/et immaculata apud deū: et patrē.i.
prelatum ſuū:vt nihil inueniat in eo caſtigandū:
hec eſt.ſ.viſitare pupillos/et viduas/⁊ alias miſe
rabiles ꝑſonas in tribulatione eorū: et ferre eis
auxiliū iuxta poſſibilitatē ſuam: et hoc quātum
ad religiones vite actiue. et immaculatum.i.ſine
macula infamie/⁊ carnalis culpe ſe cuſtodire ab
hoc ſeculo abſconditum intra clauſtrum ſui mo-
naſterij:et hoc quātum ad religiones vite contē-
platiue. Hec ⁊ alia multa his ſimilia ꝑdicat bo-
nus prelatus in ſuo capitulo inſtruēs religioſos:
que etiam adaptari poſſent ad fideles ſeculares:
quaſi dicta a ſuo epiſcopo:vt viuāt ſcḋm qualita
tem huius tēporis ſancti et immaculati corā deo
et ſuo prelato. Nam vt diximꝰ tēpus reſurrectio-
nis nouitatē vite ſignificat:que eſt moralis reſur-

rectio preparans nos ad futuram reſurrectionis
gloriā:quā ſperamus ⁊c̄. Primū alelula. Surre- Primum alelula.
xit chriſtus et illuxit nobis ⁊c̄.dat cauſam reſur-
rectionis noſtre future ex reſurrectiōe chriſti pre-
terita. alij dicūt ad idē ꝓpoſitū: Surrexit altiſſi-
mus de ſepulchro ⁊c̄. Scḋm alelula. vſqꝫ modo Secūdū alelula.
non petiſtis ⁊c̄.ex hodierno euāgelio. exhortatio
eſt prelati ad ſuos religioſos in fine capituli: vt
petant officia religionis diſtribuenda per magis
idoneos.Alij cātant. Exiui a patre et veni ⁊c̄.ex
eodem euāgelio.et ex perſona prelati religioſoꝝ
ſe expedientis a capitulo ⁊c̄. ¶Euangeliū: Amen Euāgeliū argumētum.
amen dico vobis ⁊c̄. Joānis.16.firmat in nobis
ſpem future reſurrectionis noſtre: incitādo nos
ad petēdum accelerationē,eius a deo.cuius ſunt
tres partes. Prima eſt incitatiua. Scḋa ibi:hec
in ꝓuerbijs ⁊c̄.eſt declaratiua. Tertia ibi:dicunt
ei ⁊c̄.eſt cōgratulatiua. In illo ergo tēpore reſur- Prima pars euāgelij.
rectionis repreſentatiuo in eccl'ia dixit dñs Jeſus
per ſuos prelatos/⁊ predicatores:diſcipulis ſuis
.i.chriſtianis oibus.Amen amen.i.per omnimo-
dam certitudinē dico vobis. ꝙ ſi petieritis patrē
celeſtem qui eſt deus:quid in noie meo quod eſt
Jeſus:⁊ ſonat ſaluationē.i. aliquid pertinens ad
veſtram ſaluationē tam corporis qꝫ anime:dabit
illud vobis: cū ſit petitio iuſta. qꝛ ipſe eſt iuſticia
et ſeipſum negare non poteſt. vſqꝫ modo in offi-
cijs precedētibus non petiſtis quicqꝫ in nomine
meo:quia forte non audebatis pre magnitudine
rei cogitātes gloriam dñice reſurrectionis: nunc
autem appropinquātes aſcenſioni chriſti petite
a deo ſalutē veſtram/⁊ accipietis eam:ex quo ha
betis aduocatū apud patrem qui interpellat pro
vobis.et continuate petitionem vſqꝫ ad gloriā fu
ture reſurrectionis: vt gaudiū veſtrū plenum ſit
in vtraqꝫ ſtola glorie. Hec que pertinēt ad reſur- Scḋa ps euāgelij.
rectionem veſtram locutus ſum vobis in officijs
precedētibus:in ꝓuerbijs.i.ſub figuris ⁊ parabo
lis aliarum rerum. vt pꝫ ex euāgelijs quattuor
precedētium dñicarum:que licet de veſtra reſur-
rectione agerēt:tamen obſcure/⁊ enigmatice:nūc
aūt iam venit hora.i.tēpus aſcēſionis ⁊ pēthecoſ-
ſtes: vbi iam non loquar vobis in ꝓuerbijs:ſed
palam de patre meo annūciabo vobis declarā-
do eius beniuolētiam /et libertatē erga vos qui
eſtis regnum eius: nūc quidē mortale ⁊ fragile:
poſtea vero virtuoſum/ ac glorioſum. in illo die
aſcēſionis/vel penthecoſtes petetis audacter in
noie meo.i. pertinētia ad ſalutem quā ſignificat
nomen meū Jeſus: ⁊ nunc ante predictū feſtum
dico vobis vt confidēter petatis: qꝛ ego rogabo
patrē de vobis.i.pro vobis vt facilius impetretis
que petetis.ipſe etiā pater amat vos propter me:
qꝛ vos me amaſtis/⁊ crediditis tanqꝫ filium ab
eo miſſum:qꝛ a deo exiui per incarnationē:et ve-
ni in mūdum agēs myſteria veſtre reparationis.
et nūc iterum relinquo mūdum per aſcēſionem
meā/et vado ad patrē: vt ſedeā cum eo in gloria
coequalis/et procurem vobis gloriā reſurrectio-
nis. His auditis fideles gauiſi ſunt de tāti boni Tertia ps euāgelij.
promiſſione:⁊ dicunt ei.ecce nunc palā loqueris



nobis dñe de gloria future reſurrectionis noſtre:
et ꝓuerbium nullum dicis.i.non enigmatice lo-
queris animādo/ ⁊ incitando nos ad petendum
tantū bonum. Nunc aūt.i.ex hoc ſigno tui amo-
ris erga nos:ſcimus clare quia ſcis omnia bona
ad nos pertinentia/ et vis ea nobis dari a patre
tuo.⁊ nō eſt opus vt quis noſtrū te interroget ro
gans:vt concedas nobis ea vt deus/vel interce-
das pro nobis vt homo: ſed potius tu nos inci-
tas ad petēdum:vt te liberalē oſtendas nobis.in
hoc ergo credimus: quia a deo exiſti ꝓpter no-
ſtrā ſalutē quā tātopere ꝓcuras. Quomodo au-
tem hoc euangelium ad prelatum religioſorum
Moralitas. pertineat:inſinuauimus in ſecūdo alelula. ¶Mo
raliter vero prelatus bonus in hoc tempore:quo
mox futura eſt aſcenſio domini: incitat nos ad
petendū dona gratiarū a deo:qꝛ chriſto in celum
aſcēdente habemus apud deū aduocatū ſapien-
tiſſimū.1.Joannis.2.auxiliatorē ſollicitū. Deute-
rono.33. et fratrē vterinū Heb.2.Debemus er-
go iſto tēpore formare petitiones/ ⁊ dirigere eas
ad noſtrū aduocatum:vt docet ap'ls ad Phil'.4.
petitiones veſtre innoteſcāt apud deū.ad noſtrū
adiutorē.ps.142. Emitte manū tuā de alto ⁊ li-
bera ⁊c̄. ad noſtrum fratrē vt trahat nos poſt ſe.
Canticoꝝ.1.⁊ ꝓpterea dicit petite ⁊ accipietis ⁊c̄.
Et quāuis omni tēpore ſit petēdum a deo: tñ in
huius quinquageſime fine tria tpa elegit eccl'ia
ad orationes maxime apta. Primū ante aſcēſio-
nē vbi fiūt letanie: que ſunt petitiones porrecte
aduocato ſuo ad curiā celeſtē eunti. Scḋm inter
aſcenſionē/⁊ penthecoſten:exēplo apoſtoloꝝ qui
eo tpe erant ꝑſeuerantes in oratione:vt acciperēt
dona ſpūſſancti Actuū.1. nā rege iam cōfirmato
in ſuo regno larga munera dari ſolēt militibus.
Tertiū poſt pēthecoſten qñ ſimul ieiunia cū ora-
tionibus inſtituit eccl'ia petens a deo:vt munera
gratiarū fidelibꝰ collata in pēthecoſte cuſtodiat/
Offertorium. et cōfirmet.ps.67.Cōfirma hoc deus ⁊c̄. ¶Can
tus offertorij:Benedicite gentes dñm ⁊c̄.ps.133.
vox eſt fidelis populi deū laudantis de predicta
promiſſione future glorie in octaua etate:vbi erit
vita perpetua/et ſtatus beatoꝝ fixus ſine cōmo-
tione.⁊ ſup hac miſericordia ꝓmiſit ſe exauditu-
rum petitiones noſtras:imo ex abundātia chari-
tatis ipſe nos incitat ad petēdum. Secreta ora-
tio. Suſcipe dñe ⁊c̄. offert deo ſacrificiū euchari-
ſtie pro fideli populo preſente: petēs ei gratiam
perueniēdi ad gloriam reſurrectionis. ¶Cōmu-
Cōio. nio:Cantate domino ⁊c̄. pſal'.97.incitat fideles
ad laudē dei:⁊ vt continue annūcient in eccl'iaſti-
cis officijs ſalutē nobis a deo ꝓmiſſam.ſ.in octa
ua etate reſurgētium. Finalis oratio. Tribue no-
bis ⁊c̄. petit preſentibus gratiā qua ⁊ deſiderent
et petant confidēter premiū future glorie:et tan-
dem ad eam percipiēdam perueniant ⁊c̄.

¶De letanijs paucula.

EX predicto officio incitata eccl'ia fidelium
ad petendum a deo fiducialiter ea que ne
ceſſaria ſunt ad ſalutē aie ⁊ corporis: inſti
tuit hos tres dies rogationū / ⁊ ꝓceſſionum ad
varias eccleſias: quaſi inquirēs varios ſanctos
dei amicos q̄ pro ea intercedāt.et in ſuis oratio-
nibꝰ petit vniuerſa ſibi neceſſaria incipiēs a mi-
noribus.i.corporalibꝰ bonis:et procedēs per me
diocria:que ſunt bona aie vt gratia ⁊ virtutes:tā
dem peruenit ad maiora alterꝰ vite bona hoc ē
gloriam aie ⁊ corporis que in octaua etate futu
ra ſperamus. Ponunt vero duo officia miſſalia
in letanijs:alterū in feria ſcḋa:alterum in quarta
que eſt vigilia aſcenſionis.quorū expoſitionem:
qꝛ ſatis bene tradita eſt in ſexto libro rationalis:
nec aliam inuenimus hiſtoricam que pertineat
ad octauam etatē reſurgentiū:conſulto ea relin-
quimus intacta: cōtenti ꝑdicta expoſitione libri
rationalis cum quibuſdam homelijs ⁊ ſermoni
bus cōmunium doctorum.

¶Itē de aſcenſione breuis reſolutio.

FEſtum aſcenſionis dñice ꝑter ſenſum lit
teralem ⁊ moralē:qui ſatis cōes ſunt in ꝑ
dictis expoſitoribus: vix adaptari poteſt
myſterijs octaue etatis reſurgentiū:niſi dicamꝰ ꝙ
ſicut chriſtus verus quadrageſimo die a ſua re-
ſurrectione triumphator aſcēdit ad regnū eternū
celorum:ita ⁊ chriſtus myſticus:qui eſt fidelis po
pulus:poſt labores ſexte etatis( que numero q̄-
dragenario ſignificatur: vt diximus in dñica pri
ma quadrageſime ) et in qua ꝑ virtutē ſacramē
torū eccleſie moraliter reſurgit ad vitā gratie:vel
etiā glorie ſemiplene ſeptime etatis: ſublimabit
in magno triumpho ⁊ victoria cōtra diabolum ⁊
mundū:ad regnum eternū glorie conſumate in
celis.et tunc abſorpta erit mors humane nature
in victoria vt apoſtolꝰ ait. Ad hūc ergo ſenſum
licet ſatis difficulter poſſet exponi officium miſſe
aſcenſionis de chriſto myſtico. ſed hoc relinqui-
tur arbitrio cuiuſlibet ſapientis.

## ¶Caput octuageſimū de dñica ſexta poſt paſcha: inqua de ſpōſi abſentia eccleſia conſolatur:et ad deū dirigitur ac eleuat.



LIcet autē tem-
pus reſurrectionis a paſcha Argumētū officij.
te vſqꝫ ad penthecoſtē cōpu-
tetur quantū ad multa in of
ficijs eccleſiaſticis:tamē quā
tum ad ſignificationē glorie
reſurgentium terminari dici
tur in feſto aſcenſionis vt viſum eſt:ideo hec dñi
ca ab eodem feſto incluſa ſolā moralē affert in-
telligentiam:vt pote cuius officiū incitat fideles
ad ſpiritualem aſcenſionem poſt chriſtum caput
ſuum:qui aſcendit iter pandens ante eos: velut
aquila prouocās ad volandū pullos ſuos.cōme
morat etiā tempus illorū decem dierum quibus
apoſtoli māſerūt quaſi orphani: et tota illa ꝑmi-
tiua eccl'ia facta eſt quaſi vidua.erātqꝫ ꝑſeueran-
tes in tēplo cum multis orationibus/ ⁊ ieiunijs.
et tūc impletum eſt quod chriſtus de eis dixerat
Matthei.9.veniet tempus cum auferetur ab eis
ſponſus:⁊ tunc ieiunabūt ⁊c̄. In matutinis ergo Matutini

huius dñice/⁊ per horas diei omnia cantātur de aſcēſione dñica excepto pꝛopꝛio euāgelio huius diei cū ſua homelia. Miſſale vero officiū huius dñice totum intendit conſolationi eccleſie/eiuſqꝫ exhoꝛtationi circa moꝛalē/vel ſpiritualē aſcenſionem in celū.

Introit⁹ miſſe.

¶ Unde introitus: Exaudi dñe vocem meā ꝛc. ex pſal. 26. eſt oꝛatio pꝛimitiue eccľie deū inuocātis ne eam derelinquat/vel obliuioni tradat interius: ſicut derelicta videꝛ exterius ſine ſuo ſponſo. ad quē ſemꝑ dirigit coꝛ ſuū querēs vultū eius cum magno deſiderio: ſicut ſolet ſponſa deſiderare vultum ſpōſi abſentis ſcribēs ad eum: ne auertas faciē tuam a me ꝛc. Verſus. Dñs illuminatio mea ꝛc. principium eiuſdē pſalmi: cōfoꝛtat et confirmat ſpem eccľie in abſentia ſpōſi: vt nihil debeat timere ex quo ipſe eam illuminat ſua viſitatione ſpirituali.

Oꝛatio.

Oꝛatio. Omnipotēs ſempiterne deus ꝛc. applicat eādem ſententiā ad eccleſiā pꝛeſentē: que in ſuis officijs illud tēpus repꝛeſentat: petēs gratiā qua deuote contēpletur aſcēſionis myſteria: et recte deo ſeruiat expectās conſolationē aduētus ſpūſſancti.

Eplē argumētū.

¶ Epl'a. Eſtote pꝛudētes ꝛc. 1. Petri. 4. eſt ſermo apľi Petri ad cōdiſcipulos in illo decē dierū interuallo: ac etiā moderni pꝛelati ad ſubditos ſuos de exercitio oportuno in hoc tēpoꝛe intermedio. habet tres partes. Pꝛima notat virtutes interioꝛes. Scd'a ibi: hoſpitales ꝛc. docet actus exterioꝛes. Tertia ibi: ſi quis loquiꝛ ꝛc. dirigit intentiones.

Pꝛima ꝑs eplē.

Dicebat itaqꝫ pꝛinceps eccľie ad alios fideles. chariſſimi fratres mei in chꝛiſto Jeſu. exercete vos in virtutibus ſanctis tam moꝛalibus ꝙ̄ theologicis. moraliū maxima eſt pꝛudētia. ideo eſtote pꝛudētes. i. rectā rationē agibilium ſequētes: ⁊ vigilate. i. ꝑſeuerate in oꝛationibus ad impetrādum auxilium gratie dei vbi deficit humana pꝛudētia. ante oīa aūt. i. ſuꝑ oēs virtutes ſitis habentes mutuā vobiſmetipſis charitatē: que eſt maxima virtutum theologaliū. charitas enī operit multitudinē peccatoꝝ. i. tollit peccata/⁊ facit ꝙ non appareant in iudicio dei.

Secūda ꝑs eplē.

Exercete etiā vos in actibus bonis erga ꝓximos: hoc eſt ſitis hoſpitales. i. recipiētes vos in hoſpitijs inuicē ſine murmuratione. i. fatigatione: imo vnuſquiſqꝫ veſtrū ſicut accepit gratiā. i. bonū aliquod a deo: ita cōmunicet illud ꝓximo ſuo: adminiſtrātes. i. ſeruiētes ſitis in alterutrū ſicut boni diſpenſatoꝛes multifoꝛmis grē dei in familia ſua: non ſicut ꝓpꝛietarij ⁊ dñi bonoꝝ que habetis: qꝛ oēs ſumus villici/aut ꝓcuratores magni illius patriſfamilias: ⁊ aliquādo reddituri ſumus ei rationē nr̄e villicationis. i. diſpēſationis ſuoꝝ bonoꝝ in vſus rectos: hoc eſt in neceſſitates ꝓximoꝝ.

Tertia ꝑs epiſtole

Nec ſufficit bona adminiſtratio: niſi etiam adſit et bona intētio. i. ꝙ fiat ꝓpter deū. ideo ſi quis loquiꝛ. i. ꝑdicat/vel ſuadet ꝓximis: loquaꝛ quaſi ſermones dei. i. ac ſi mitteretur a deo/vel eſſet nūcius dei: et nō loquēs ex ꝓpꝛia phantaſia/vel in ꝑſona ſua: ſi quis etiā miniſtrat. i. diſpēſat bona ſua in ꝓximos: hoc faciat tanqꝫ ex virtute. i. ſubſtantia quā adminiſtrat ſibi deus qui eſt verus dñs talium bonoꝛum: ita ergo facite opera veſtra: vt in eis omnibus honoꝛificeꝛ deus inſpiratoꝛ omniū bonarū actionum: ⁊ non queratis vobis honoꝛē/aut gloꝛiā hominum: ſed gloꝛiā apud deum per Jeſum chꝛiſtū mediatoꝛē et aduocatum/ac dñm noſtrū: poſt quē ſi vultis mētaliter aſcēdere in celum: opus eſt vt vacetis predictis operibus charitatis/et miſericoꝛdie erga ꝓximos. vnde ⁊ mons oliueti a quo chꝛiſtus aſcēdit: miſericoꝛdiā ſignificat: que eleuat nos in celum ꝛc.

Pꝛimum aleluia.

Pꝛimū aleluia. Regnabit dñs ꝛc. ps. 95. perſonat gaudiū fideliū de aſcenſione chꝛiſti non ſolū in celum: ſed etiā ſuꝑ totum mūdum ei ſubiectū per fidē et deuotionem.

Secūdū aleluia.

reſurrectionẽ glorie beatoꝝ. Hoc cõfirmatur autoritate. q2 ſcriptũ eſt in prophetis maxie eſaya ꝛ hieremia: erunt oẽs electi docibiles dei. i. docti a deo per interiorẽ inſpirationẽ. hec ſentẽtia licet non per eadẽ verba ponitur Eſa. 54. ꝛ Hiere. 3. Ex qua ſequitur ꝙ oĩs qui audit a patre meo. i. recipit inſpirationẽ ab eo: et didiſcit. i. cooperat ei inſpirãti: ita ꝙ exerceat opere illud ad quod inſtigatur a deo: venit ad me per fidẽ ꝛ charitatem adherẽs mihi vt ſaluetur ꝑ me. q̃ vero vel nõ audit deũ inſpirãtẽ: q2 nõ trahit niſi quẽ vult: vel inſpirat9 nõ acquieſcit diuine vocationi: nõ veniet ad me: ac perinde nõ ſaluabitur/ nec ꝑueniet ad gloriã reſurrectionis. Hec autẽ doctrina dei qua trahit hoies ad chriſtũ nõ eſt exterior predicatio ſed inuiſibilis vel interior inſpiratio. ideo null9 hoim vidit patrẽ. i. deũ. ſic vocantẽ ꝛ docẽtẽ: niſi is qui eſt a deo miſſus in mũdũ ſc3 chriſt9 ieſus: q2 hic vidit eũ etiã ſecundũ aiam aſſumptã. ſ. viſione beatifica: ꝛ ſcd̃m diuinitatẽ noticia icreata cõprehenſiua: ꝛ ille enarrauit nobis hec ſecreta dei. quare ad ſalutẽ noſtrã ptinet adhibere fide3

*Scda ps euãgelij.* dictis eius: qđ ꝛ ipe admonet dicẽs. Amẽ amẽ. i. certiſſime dico vobis. qui credit i me. i. credit mihi de talibus loquẽti ꝛ per amorẽ tẽdit i me: ille hab3 vitã eternã. i. ſecure tẽdit ad gliam quã per gratiã hab3 nũc in ſpe certa. ego eñ ſum panis. i. nutrimentũ illius vite glorioſe per gratiã meã in preſenti: eo modo quo panis corporalis eſt iuſtẽtamentũ huius vite naturalis: qui tamẽ nõ põt hoiem facere immortalẽ. nã inter oẽs panes mãna fuit optimus cibus ad cõſeruãdã vitã corporalẽ: ſed nõ potuit mãducãtes reddere immortales. ſ. patres veteris legis q̃ in deſerto ꝑ quadraginta annos mãducauerũt mãna: ſed tãdẽ mortui ſunt corporaliter. hic autẽ panis doctrĩe mee eſt de celo deſcendẽs veri9 q̃3 mãna: ꝛ multo maioris virtutis ad cõſeruandã vitã ſpũalẽ aĩe: vt ſi quis ex ipſo auide mãducauerit nõ moriatur in eternũ: ſed potius viuat in gloria ſempiterna.

*Tertia ps euãgelij.* Et vt magis hoies traherẽ ad me nõ ſolũ doctrinã meã ſed etiã meipm dedi i cibũ ſpiritualẽ ad vitam immortalẽ. ego enim ſum panis viuus ꝛ vitam tribuens: qui de celo deſcendi homo factus ad dandã vitã ſpiritualẽ hominibus. ergo ſi q̃s manducauerit ex hoc pane per fidẽ et charitatẽ ſibi ipſum vniẽdo: viuet ineternũ. i. perueniet ad vitã glorie eternã. ꝛ non ſolũ ego ſum cibus vite ſpiritualis quãtũ ad diuinitatẽ ꝛ animã meam: ſed etiam quantũ ad corpus quod eſt inſtrumẽtum diuinitatis ꝛ anime: a quibus accipit virtutem ſpiritualẽ ad viuificandas animas aliorũ. ꝛ panis a me ꝓmiſſus fidelib9 quẽ ego dabo eis vt viaticũ in ſexta etate: caro mea. i. corp9 meũ eſt velatũ tamẽ ſpecie panis ad euitandũ horrorẽ ſumentibus: pro mundi. i. hominũ vita ſpũali ꝛ immortali eis cõferenda. volo itaq3 dicere ꝙ preter doctrinã meã que eſt cib9 aiaꝝ ad vitã ſpiritualem cõſeruandã: dedi me ipſum ſumendũ hoib9 in ſacramẽto euchariſtie: quod erit fulcimentum fidei ꝛ charitatis quibus aia hois viuit in deo ꝛ deus in ea.

*Moralitas.* ¶ Moraliter vero: nemo venit ad ordinẽ ſacerdotalẽ: vl' ad gr̃am baptiſmalẽ: aut etiã ad ſacrã religionẽ niſi quẽ trahit gr̃a dei. dicẽte apoſtolo: Hebre. 5. nemo aſſumit ſibi honorẽ: ſed q̃ vocat a deo tanquã aarõ. ꝛ oẽs tales ſunt docibiles dei: ꝛ recte veniunt ad chriſtũ qui eſt cib9 vite eterne. ꝛ accipiũt ab eo mãna abſcõditũ ſpũalis dulcedinis glie dei ad quã eos diſponit deuote ſuſcepta euchariſtia.

*Offertorium.* ¶ Cantus offertorij: meditabor in mandatis. ꝛc. pſalmo. 118., eſt reſpõſio fidelis populi ad doctrinã chriſti in euãgelio datã. ſ. ꝙ intendit corde ꝛ manibus. i. opere inſiſtere doctrine chriſti fide credẽdo ꝛ actib9 exercẽdo ſe in mãdatis eius: vt eo autore perueniat ad vitam eterne glorie beatoꝝ. Secreta orõ: Accipe. q. dñe ꝛc. offert deo ſacrificiũ euchariſtie ad optinendã gratiam pie deuotionis fidelibus preſentibus.

*Coio.* ¶ Cõmunio: Pacẽ meã do vob ſ. ꝛc. Joãnis. 14. eſt vox chriſti populũ fidelẽ octaue etatis in glia cõfirmãtis: que noie pacis perpetue deſignatur. Finalis oratio. Sumẽtes dñe. ꝛc. petit fidelibus huius tẽporis ex virtute euchariſtie ſuſcepte donari ſignificatũ eius qđ eſt pax/ vnitas/ ꝛ vinculũ gratie conſumate in eterna beatitudine. ꝛc.

## ¶ Caput octuageſimum

quintũ de feria: quinta pẽthecoſtes: cuius officiũ breui ſermone liberationem humane nature ab omni penalitate in octaua etate declarat: ꝛ nouiter baptizatos letificat ſiũr ꝛ nouicios religionũ.



*Argumẽtũ officij.* On abſq3 miſterij ratiõe hec feria. 5. ꝓprio caret officio: dico introitu ꝛ alijs cãtib9 i choro atq3 orõib9: ſ3 hec oĩa mutuãtur ex dñica ꝑcedẽte. tũ q2 iſti dies ſunt valde affines i quoꝝ altero chriſtus aſcẽdit in celũ: ꝛ in altero miſit ſpũmſctũm de celo. Tũ etiã q2 dona gratiarũ ſpiritus ſancti ſeptẽ tantũ enumerãtur Eſa. xi. quibus correſpõdẽt officia miſſalia huius hebdomade q̃ incepit in ſabato precedẽte. nõ ergo debuerũt poni octo officia ſed tãtũ ſeptẽ. Hab3 nihilomin9 hec feria epl'am ꝛ euãgeliũ in q̃b9 exauditas docet apl'oꝝ ꝑces circa ſanctoꝝ gliam in octaua etate: quãdo hũana natura liberabit ab omi corruptiõe ꝛ penalitate.

*Eple argumentũ.* Epl'a ergo. Philip9 diſcẽdẽs. ꝛc. actuũ. 8. ꝑter ſenſum litteralẽ ꝑ hiſtoriã denotat liberationẽ finalẽ ſãctoꝝ ab omi penalitate ſeu corruptione ſuoꝝ corpoꝝ. Et ꝑmo ponit hui9 boni ãnũciatio. Scd̃o ibi: intendebant. ꝛc. acceptatio. Tertio ibi: multi eñ. ꝛc. liberatio.

*Prima ps eple.* In dieb9 illis octaue etatis philip9. i. os lãpadis hoc eſt cet9 apl'oꝝ deſcẽdẽs cũ chr̃o ad iudiciũ: ad ciuitatẽ ſamarie. i. cuſtodie mãdatoꝝ dei q̃ ẽ ciuitas ſctõꝝ reſurgẽtiũ: ꝑdicabat. i. ãnũciabat illis chr̃m. i. vnctionẽ glie ſuorum corporũ: qua ſanarentur ab omni infirmitate miſerie ꝑcedentis: quã cõtraxerant in hac vita ex peccato originali.

*Secũda ps eple.* Intendebant. i. attente audiebant turbe ſctõꝝ ea que a philipo predicto

dicebantur: et vnanimiter acceptabāt cū gaudio
illā annūciationē: audiētes de alijs ⁊ vidētes in
ſeipſis ſigna.i.miracula que faciebat ſuis oratio
Tertia ps epiſtole nibus circa corpora beatoꝝ.Multi eñ qui habe
bāt ſpūs inmūdos.i.demones eos vexantes in
purgatorio:clamabāt ad deū voce magna ꝓ ſua
liberatione ab illis penis:⁊ exibant abſoluti pre
cibus apoſtoloꝝ.Multi etiam paralitici.i.priuati
ſenſu et motu ſuoꝝ corporū : et claudi.i.vno ſolo
pede glorie ambulantes:qui eſt gloria anime:et
altero infirmi.ſ. quātū ad corpꝰ:curati ſunt adeo
vt recte ambularēt vtraq̃ parte glorificata.His
ergo ⁊ alijs miraculis viſis circa electos reſurgē
tes:factū eſt magnū gaudiū in illa ciuitate.i. con
gregatiōe ſanctoꝝ.In ſenſu morali nouiter bap
tizati vel profeſſi religionē receperūt predicatio
nē boni p̄lati ⁊ ſpūaliter curati ſunt a multis aīe
vicijs ⁊ morbis.⁊c.¶Euāgeliū:cōuocatꝭ dñs.⁊c.
Euāgelij argumentum. Luce.9.eandē fere ſententiā habet cū epiſtola li
cet alijs verbis.ſ.ꝙ ſancti in octaua etate interuē
tiōe apoſtoloꝝ liberabūtur ab omni penalitate/
⁊ nature humane corruptiōe. Cuiꝰ ſunt tres par
tes/prima exauditā docet petitionem apoſtoloꝝ.
Scđa ibi:⁊ ait ad illos.⁊c.facit diſcretionē iudicā
doꝝ.Tertia ibi:egreſſi autē.⁊c.addit opationē mi
Prima ps euangelij. raculoꝝ.In illo tēpore octaue etatꝭ:dñs ieſꝰ cōuo
catis ad ſe duodecim apoſtolis:vt aſſiſterēt ei in
iudicio generali:dedit eis virtutē ⁊ poteſtatē.i.au
ctoritatē ſuper oīa demonia:qua eriperēt aīas ſā
ctorū inpurgatorio igne exiſtētes de manibꝰ eo
rum:⁊ vt languores corpoꝝ eoꝝ curarēt per do
tes glorie. ⁊ miſit illos.ſ.apoſtolos p̄dicare.i.āte
ſe nunciare:regnū dei.i.gloriā ſanctoꝝ in octaua
etate:⁊ ſanare īfirmos.i.reſuſcitare mortuos:hoc
ideo dicit̄ qꝛ apoſtoli chriſti primi oīm reſurgēt/
⁊ ipſi alios vocabunt ad iudiciū/⁊ ad gloriā ple
nā ex mādato chriſti: vt iterū impleatur ī eis illō
pſalmi.18.In omnem terrā exiuit ſonus eoꝝ.⁊c.
Scđa ps euāgelij. Et ait dñs ad illos declarās eoꝝ ⁊ alioꝝ ſctōꝝ re
ſurgētium cōditionē:nihil eorum que neceſſaria
erant vobis in via mortalis vite in ſexta etate:tu
leritis poſt reſurrectionē in octaua que eſt termi
minus vie ⁊ portꝰ omnis abundantie.ſ. neq̃ vir
gam.i.regimen paſtorale / neq̃ perā.i.prouiſio
nem ſacramētorum/neq̃ panē.i. cibū corporalē/
neq̃ pecuniā qua emūtur dignitates ⁊ honores
mundani. qꝛ hec iā nō erūt neceſſaria in octaua
etate quādo non docebit vir ꝓximū ſuū:ideo nō
virga regiminis/quādo auferet deus oēm lacri
mam penitentie ab occulis ſanctoꝝ:ideo nō me
dicine ſacramentoꝝ:quādo non eſurient/neq̃ ſi
tient amplius:ideo neq̃ panē/ quādo non emēt
neq̃ vendent:ideo neq̃ pecuniam/neq̃ duas tu
nicas habeatis.ſ.preter carnē que eſt anime ve
ſtis:aliā artificialē nō queratis que ſit veſtis cor
poris vt in ſexta etate faciebatis:ſed ſufficiet vo
bis veſtis glorie immortalis:quādo fulgebūt iu
ſti ſicut ſol in regno patris eoꝝ:⁊ eccleſia ſancto
rum erit tota amicta ſole.i.claritate glorie:⁊ luna
mundane varietatis erit ſub pedibus eiꝰ.⁊c.eū
tes ergo ad excitandum iudicandos:in quācūq̃

domum.i.congregationem ſanctorum intraueri
tis de preterito.i.introiſtis quando receperūt do
ctrinā veſtrā in ſexta etate:ibi manete cum eis in
octaua glorie: ⁊ inde ne exeatis.q.d.tales vobiſ
cum aſſumite ad regnū/ neq̃ eos in perpetuum
dimitatis.Et quicūq̃ vice verſa non receperunt
vos in ſexta etate.qꝛ nō audierunt doctrinam ve
ſtram:tales nō aſſumatis ad gloriā: ſed exuntes
de ciuitate illa malorū: etiā puluerē pedū veſtro
rum.i.peccata venialia:ſine quibus ſancti in ſex
ta etate non vixerunt:excutite a vobis in octaua
in teſtimoniū dānationis ſupra illos.q.d.allega
te contra eos vitā ⁊ doctrinā veſtrā mundam ab
omni ſorde:quā tamē noluerunt recipere ipſi ple
ni non modo puluere ſed etiam luto ⁊ ſordibus
peccatorū mortaliū : pro quibus ipſi iuſte dāna Tertia ps euāgelij.
buntur.Hec dñs ad apoſtolos ante iudiciū.Ipſi
aūt egreſſi ad exequutionē mandati circuibant
per caſtella.i.caſtra ſanctorū diuerſa: euangelizā
tes.i.annunciantes reſurrectionis gloriā:⁊ curā
tes eos ab omni pena anime/⁊ corruptione cor
poris vbiq̃ terrarū vbi erāt anime purgande : et Moralitas.
corpora incinerata.¶Moraliter vero prelati ec
cleſie qui ſunt apoſtolorum ſucceſſores:habentia
chriſto poteſtatē per ſacramenta dei vt expellant
demonia ab in fidelibus in baptiſmo: ⁊ vt curēt
languores ab hominibꝰ mundanis in religione.
Unde miſſi ſunt predicare regnū dei/⁊ ſanare in
firmos a morbis ſpiritualibꝰ. Sꝫ precipitur eis
vt non portent lucra tēporalia in ſua intentione/
neq̃ ſint pompoſi in ſuo victu ⁊ veſtitu: ſed intē
dant deo placere ⁊ animas chriſtianorū ſaluare.
⁊ cū fecerint diligenter officiū eis cōmiſſum:beni
gne recipiant eos qui ſuā doctrinā audierint in
tra domū eccleſie vel religionis. alios vero con
temptores vel irriſores doctrine infideles/⁊ mū
danos obſtinatos dimittāt extra:excutiētes etiā
puluerē terrene vanitatis eorū:⁊ ꝓteſtantes con
tra eos vltionē diuini iudicij.Prelati igitur cleri
ci primo/deinde religioſi obediēter predicantes
multos homines ſua opera lucrati ſunt.⁊c.

## ¶ Caput octuageſimūſex
tū de feria ſexta pēthecoſtes:q̄ finalē glificationē
eccleſie dei inſinuat:⁊ morbos ſpirituales curat.



Acta in iudicio
finali bonorum ⁊ malorū ho
minū ſeparatione:in hac heb
domade: que tota eſt gaudijs
plena:ſolū de ſanctorum glo
ria ſermonem facimus : nam
de penis reproborū alias da
bitur locus agendi conuenientior. ¶Hanc glo Introitꝰ miſſe.
riam decantat huius miſſe introitus.ſ.repleatur
os meum laude.⁊c. ex pſalmo.70. quo eccleſia
deſiderat illud plenum gaudium octaue etatis:
quando pleno ore/⁊ omnibus anime/⁊ corporis
membris fideles dei laudes cantabunt cū mul
tiplici alleluia.Verſꝰ:In te dñe ſperaui.⁊c.princi
piū eiuſdē pſalmi: oſtendit hoc deſideriū nō eſſe



vanū:qꝛ fundat̄ incerta ſpe diuine ꝓmiſſionis:q̄
nō cōfūdit ſeu defraudat ſeruos ſuos.Pōt etiam
iſte introitꝰ intelligi de nouiter baptizatis/aut re
ligionē ꝓfeſſis:qui replentur gaudio in laudibꝰ
Oratio. dei ꝓ beneficio ſue cōuerſionis. Orō. Da eccl'ie
tue.⁊c.applicat introitū fidelibus noſtri tēporis:
petēs eis gratiā ſpūs ſancti qua pſiſtāt in laudi
bus dei remota omni ꝑturbatiōe hoſtiū tam cor
Ep'le argumētū. poralium quā ſpūaliū.¶Epiſtola ſcđm aliquas
eccleſias:Aperiēs petrꝰ.⁊c.actuū ſecundo agit de
glorificatiōe chriſti miſtici poſt labores ſexte eta
tis:q̄ figurata eſt inſexta feria paſſionis chriſti: ⁊
allegat ad hoc auctoritatē pſalmi.15. q̄ eſt de re
ſurrectione ad vitā glorie cōſumate. Sꝫ eccleſia
romana legit illud Iohelis ſecūdo exultate filie
Sion.⁊c.eandē habēs ſentētiā ſub alijs verbis.
Ubi primo letificat eccleſiā ꝓ chriſto glorificato
re.Secūdo ibi:⁊ implebūtur.⁊c.:pro glorie conſu
matione.Tertio ibi:⁊ non cōfundetur.⁊c.pro ſem
Prima ps ep'le. piterna duratione. Ergo iohel ideſt incipiens a
poſtolorū cetus letificare ſanctos octaue etatis
ait.Hec dicit dñs deus ſanctis ſuis: exultate pre
gaudio o vos filie Sion.i.ſpeculationis glorie:⁊
letamini ī dño deo veſtro cui fideliter ſeruiuiſtis:
qꝛ dedit vobis quādo eratꝭ ī via doctorē iuſticie:
ideſt iuſte ⁊ ſācte doctrīe ac vite bone:ille eſt chri
ſtus filius dei dux veſter in ſexta etate:⁊ poſtviā
deſcēdere faciet ad vos in octaua etate: imbrem
matutinū ⁊ ſerotinū:q̄ eſt duplex rerū noticia ſcꝫ
matutina in deo/⁊ veſpertina in ꝓpria ſpecie:q̃
beatis hoībus deꝰ cōmunicabit in alia vita:ſicut
a p̄ncipio eā cōmunicauit āgelis vt habet augu
Scđa ps ep'le. ſtinꝰ ſup geneſim.Hoc de glia aīe:ſꝫ quātū ad cor
pꝰ dicit̄: ⁊ iplebūtur horrea.i. corpa vr̃a frumēto
ſacietatis oīm bonoꝝ:⁊ torcularia ſenſuū redun
dabūt vino leticie/⁊ oleo ſuauitatis:⁊ comedetis
veſcētes panē angeloꝝ:⁊ ſaturabimini in menſa
dei:⁊ pro tantis beneficijs laudabitis nomē dñi
dei veſtri:qui fecit vobiſcum mirabilia opa glie:⁊
nō quidē ad breue tēpus:ſed ineternū.vnde ſub
ditur.Et nō cōfūdetur ignominia miſerie popu
Tertia ps epiſtole. lus meus.i.qui me ſecutus eſt vt fidelis ſeruus:
in ſempiternū.⁊ ſcietis vos ſancti mei ꝑ experiē
tiā glorie:qꝛ ego ſum permanēs in medio iſrael:
ideſt populi vidētis deū tanquā quiete ſedēs in
eo:ego enim ſum dñs deus veſter verax ⁊ certꝰ:
⁊ nō eſt amplius dubitandū in promiſſis meis:
ſcꝫ ꝙ nō cōfundetur populus meus in ſempiter
num:ait dñs oīpotens:ideo nō fallet ex impoten
tia implendi promiſſum.Eadem epiſtola facile
adaptabitur in ſenſu morali nouis chriſtianis ⁊
bonis religioſis:quibꝰ deꝰ per chriſtū dabit mul
ta dona gratiaꝝ:quibus abiecta fame ⁊ ſiti bono
rum temporaliū ſatiētur/ac impleātur ſpūalibꝰ:
liberati ab oīni cōfuſiōe:⁊ cōtumelia huiꝰ mūdi.
Primum aleluia. Primū all'a:O quā bonꝰ es dñe.⁊c.ſapi.12.ē gra
tiarumactio ſanctorum ad deum pro tanto be
neficio glie cōſumate qua mira ſuauitate replen
Scđz all'. tur.Scđm all'a:veni ſcte ſpūs.⁊c.ad nouos chri
Euāgelij argumē. ſtianos ⁊ ad religioſos referatur vt prꝰ.¶Euā
geliū:factū eſt in vna dieꝝ.⁊c. Luce.5.admiratio

nem maloꝝ de gloria ſanctoꝝ enarrat in octaua
etate.Habet tres partes:in prima deſcibitur cō
gregatio maloꝝ. In ſcđa ibi:⁊ ecce viri.⁊c.addit̄
dubitatio eorū: ſcꝫ de diuinitate chriſti. In tertia
ibi:vt aūt cognouit.⁊c. concluditur admiratio de
gloria ſanctoꝝ.Ergo in illo tempore octaue eta
tis factū eſt in vna dierū: qꝛ totū illud tēpus erit Prima ps euāgelij.
vna dies ſine nocte pro bonis: ⁊ ieſus dei filius
ſedebat cū ſanctis ſuis quietꝰ in gloria ſempiter
na docēs eos in libro diuine eſſentie oīa mundi
miſteria:⁊ tūc etiā phariſei.i.mali a bonis diuiſi:
⁊ legis doctores.i.ſapiētes ſeculi:erāt ſimiliter ſē
dentes in pena eterna:qui venerant ex omni ca
ſtello galilee.i.mūdane rote vel ſecte paganoꝝ:⁊
iudee.i.ſecte iudeoꝝ:⁊ hieruſalē.i.eccleſie chriſtia
noꝝ:oēs enim dānati ad has tres ſectas reducū
tur:⁊ licet virtus dñi.i.chriſti erat ad ſanādū oēs
per reſurrectionē glorie:qꝛ erat verus deus:tamē
ipſi nō videbant gloriā diuinitatis eius:ſed puta
bāt eū eſſe purū hominē:qꝛ precipua maloꝝ pe
na erit carentia viſionis diuine. Et dū mali ſic ſe Scđa ps euāgelij.
haberēt:ecce viri.i.viriles apoſtoli chriſti vel an
geli dei erāt portātes ad gloriā hominē qui erat
paraliticus.i.carens ſenſu ⁊ motu corporis in ſe
ptima etate:hoc eſt humanū genus quod iacue
rat in terra ſepultū portabāt ad iudiciū ꝓcurā
tes ei ſanitatē perfectā : et ideo querebant eū in
ferre:ideſt intromittere ad gloriā: et ponere ante
dñm in palacio eiꝰ : ⁊ nō inueniētes locū allegā
di pro eis qua parte eū poſſent inferre: ꝑturba
demonioꝝ allegantiū in contrariū corā iudice:vt
impedirēt ſanctoꝝ gloriā eo ꝙ fuerāt peccatores:
aſcenderūt ſupra tectū charitatis que tegit multi
tudinē peccatoꝝ. hoc eſt apoſtoli ⁊ angeli cuſto
des allegarūt pro ſanctis ꝙ in charitate deceſſe
rāt ab hac vita:ideo digni erāt intrare cū chriſto
in gloriā: nō obſtāte multitudinē ſuoꝝ peccatoꝝ
preteritoꝝ:que deleta ſunt per gratiā chriſti: ⁊ ſic
per tegulas meritoꝝ ſubmiſerūt illū cū lecto cor
poris āte ieſum. quoꝝ apoſtoloꝝ ⁊ angeloꝝ fidē
ideſt perſeuerantia in allegando pro ſanctis : vt
vidit ipſe chr̄us dixit paralitico homini adducto
ad iudicium coram ſe:homo remittuntur tibi im
primis peccata tua:ideſt abſoluo te a reatu pene
quā deberes pati pro tuis peccatis:alias nō poſ
ſes admitti ad gloriam: quo verbo audito cepe
runt cogitare dannati dicentes cum indignatio
ne ⁊ inuidia:quis eſt hic Ieſus nazarenꝰ qui lo
quitur blaſſemias : ſcilicet attribuens ſibi quod
eſt proprium dei. quis enim eſt tante poteſtatis
homo vt poſſit peccata dimittere modo predi
cto:niſi ſolus deus.qꝛ ipſi ſoli peccatur: ⁊ ipſe ſo
lus poteſt penam peccato debitam infligere pec
catori:hic autem ieſus non eſt deus ſed purꝰ ho
mo: ergo blaſſemat in eo ꝙ dicit remittuntur ti Tertia ps euāgelij.
bi pc̄ta tua.Hanc dubitationē excludere volens
dñs: vt cognouit cogitatiōes eoꝝ dixit ad eos:vt
q̄d cogitatis mala de me in cordibꝰ veſtris : q̄ro
eñ a vobis:q̄d eſt mihi faciliꝰ dicere cetui bonoꝝ:
remittuntur tibi peccata tua:an dicere eidem ſur
ge ſubito a tua miſeria corporis/ ⁊ ambula in pa

fecta beatitudine glorie cōſummate.q.d.tam fa-
cile/aut difficile eſt vnū ꝙ̄ horum alterū: q2 om-
nipotentie dei vtriꝙ eſt eque facile:ſed potentie
create vtrūꝙ equaliter difficile immo impoſſibi-
le: vt ergo cognoſcatis a poſteriori ꝛ per effectū:
non a priori per claram viſionē: ꝙ filius homi-
nis Jeſus chriſtus habet poteſtatem diuinitatis
in terra.i. natura humana dimittendi eis pecca-
ta:de quo dubitabatis:faciam ſcōm de quo non
poteritis dubitare: vt hinc concludatur euidēter
ꝙ ego qui poſſum ſcōm: poſſim etiā et primum:
et per cōſequēs ego ſum verus deus ſicut verus
homo.tunc Jeſus ait paralitico humano generi
in terra iacēti.tibi populo meo dico.i.precipio in
virtute mea: ſurge ab omni miſeria corporis: et
tolle.i.eleua lectū.i.corpus tuum ad gloriā:et va-
de ad quieſcēdum in domū tuam que eſt paradi
ſus.ꝛ confeſtim ad mādatum chriſti ſurgēs para
liticus a terra corā illis:tulit lectū ſuum: in quo
iacebat in multa miſeria:abijt in domū ſuam pre
dictam magnificās deum pro beneficijs ei con-
ceſſis.nam primo abſoluit eorū animas a penis
inferni/ꝛ a purgatorij:ſecūdo liberauit corpora a
miſeria corruptionis nature: ꝛ ornauit munere
glorie. Quare ſtupor.i.admiratio apprehēdit om
nes dānatos:quia neſciebāt reſpondere cōtradi-
centes: imo conuicti euidentia operis magnifica-
bant Jeſum nazarenū tanꝙ deum.licet eū odio
habeāt ipſum dānati: tamen velint nolint confi-
tentur eius diuinā potētiam. ꝛ extūc repleti ſunt
omnes dānati timore chriſti dicētes: q2 vidimus
eum hodie faciētem mirabilia opa ſoli deo poſſi
bilia:ideo negare non poſſumus eum eſſe deum
omnipotētem a quo puniri poſſumus:ſicut eius
ſerui potuerūt ab eo glorificari tam mirabiliter.

Moralitas.

¶ Moraliter vero quilibet homo infidelis / aut
ſeculariter viuēs eſt paliticꝰ:ſed viri dei p̄dicato
res ecclie/aut p̄lati religionis ſcte ſuis admoni-
tionibꝰ adducunt eum ad chriſtū vt ſanet. ꝛ licet
turba malorū ſociorū impediat acceſſum eiꝰ ad
chriſtū:tū in fine aſcēdūt p̄dicatores cū eo ſupra
tectū humane ſciētie: q̄ mētem obūbrat ad cōtē-
platione veri luminis in ſerenitate fidei:ꝛ ſic per
regulas ſingulorꝝ articulorꝝ reuelatas ponunt eū
ante Jeſum.i.ſaluationē anime ſue.ꝛ tūc chriſtus
inſpirat ei contritionē vite preterite vt remittan-
tur peccata eius:ꝛ tandē pfecte ſanat infidelē per
baptiſmū :et ſecularē per religionis ingreſſum:
adeo vt de eius ſanitate oēs admirētur magnifi-
cantes deū:qui ſepe cōuertit pfundū maris.i.hu
mani cordis qd iam venerat in profundum ma-
lorꝝ/ꝛ per contēptū peccabat ꝛc̄.

Offertorium.

¶ Cantus offer-
torij: Lauda aia mea dñm ꝛc̄.p̄s. 148. ponitur
ex perſona ſanctorꝝ octaue etatis deū laudantiū/
atꝙ benedicētium pro beneficijs ab eo receptis
ꝛc̄.Secreta oratio.Sacrificia dñe ꝛc̄.offert deo ſa
crificium euchariſtie pro fidelibus preſentibus
petens eis ignem diuini amoris in corda eorum:
ſicut olim datus eſt aplis per ſpūſancti viſibilē

Coīo.

miſſionē. ¶ Cōmunio:Nō vos relinquā orpha-
nos ꝛc̄.Joānis.16.conſolatur fideles ſexte etatis
promittens eis aduentū ſcōm filij dei cū plenitu
dine gaudij ꝛ glie.Finalis oīo.Sumpſimꝰ dñe ꝛc̄.
petit fidelibꝰ preſentibꝰ ex virtute euchariſtie ſuſ
cepte auxiliū gr̄e dei cōtra infirmitatē nature ꝛc̄.

## ¶ Caput octuageſimū ſe-
ptimū de ſabbato hebdomade penthecoſtes.quo
officio preter myſteriū ordinū:concluditur hiſto-
ria octaue etatis ſeu glorie ſanctorū reſurgentiū:
ſimul atꝙ conuerſorum ad fidem ꝛ religionem.



Ltimo circa mi-
ſteria octaue etatis ſanctorꝝ re
ſurgentiū: hodiernū officiū p
varoſi ordines clericorū deſi-
gnat varios ordines ſanctorꝝ
in celeſti gloria.Jonanis.14.
in domo patris mei māſiones
multe ſunt.cōfirmationē quoꝙ perpetuā ſancto
rū in gloria cōſumata declarat.et p̄ter hec inſen-
ſu morali clericorꝝ officia diſponit atꝙ nouiciorꝝ
in fide/ꝛ religione bona cōmemorat.

Argumentū officij.

Introitꝰ miſſe.

¶ His oibꝰ
aptari poteſt miſſe introitꝰ.ſ.charitas dei diffuſa
ꝛc̄.Ro.5. qui miſſionē ſpūſancti ad inhabitādū
nouo modo in hoīe decātat cum plenitudine gr̄e
et charitatis cōſumate. Verſus Bñdic aia mea
dñm ꝛc̄.pſal.102.laudat deū pro tali ac tāto bñfi-
cio fidelibꝰ ſuis exhibito.

Oratio prima.

Orō:Mētibus noſtris
q̄s dñe ꝛc̄.applicat eandē ſententiā fidelibꝰ pre-
ſentibꝰ petēs eis ſimilē ſpūſancti miſſionē qua
recte gubernent in vita ſua.et poteſt eadē orō fie
ri pro clericis nouiter ordinādis / vel pro nouis
chriſtianis cōfirmādis/vel pro religioſis inflamā
dis in charitate.

Prima lectio.

Prima lctō Johel.2. pmittit or-
dinādis ꝛ cōfirmādis infuſionē ſpūſancti ꝛ ſupe
rius in feria quarta huiꝰ heb. explanata eſt ſed
adhuc exponit eā orō ſequēs.ſ. Illo nos igne ꝛc̄.

Oratio ſecunda.

que petit eiſdē ignem diuine amoris inflamantē
corda eorū ad bene agēda officia ſua.

Scda lectio.

Scda lctō:
Locutus eſt dñs ad moiſem ꝛc̄. Leui.23.corre-
ſpondēs qualitati tēporis eſtiui in quo meſſes col
ligunt de terra:enarrat primam inſtitutionē ce-
leberrimi atꝙ ſanctiſſimi feſti pēthecoſtes in.ve.
le.vt per hec corporalia intelligant nouiter ordi-
nati ac nouiter baptizati ſe introductos in terrā
pmiſſionis ſpiritualē:que eſt catholica ecclia:in
qua offerāt deo primicias frugū ſuarum.i.bona-
rum actionum que primitie ſunt ſancte ꝛ deuote
intētiones mētis.

Tertia oratio.

Tertia oratio: Deus q̄ ad ani-
marū ꝛc̄.applicat predictā lctōnem ad ieiunātes
petēs eis gr̄am ſpūſancti q̄ deuote ſeruiāt deo.

Tertia lectio.

Tertia lctō dixit moiſes ꝛc̄.Deut.26.eandē ſentē
tiā habet cū p̄cedēte:et ius decimarꝝ ac primitiarꝝ
tribuit ſacerdotibus q̄ habēt locum dei in terris.

Quarta oratio.

Quarta orō.Preſta.q.o.deꝰ ꝛc̄.petit ieiunantibꝰ
gratiam qua a vicijs ſicut ab eſcis abſtineant et
veniam peccatorum obtineāt.

Quarta lectio.

Quarta lectio:Di-
xit dominus ad moiſem ꝛc̄.Leuit.26.cōmendat
nouiter baptizatis ac etiam nouiter ordinatis ob
ſeruantiam preceptorꝝ dei:tā generaliū:q̄ ſunt ad
oēs fideles coīa:quā ſpecialiū q̄ ſolos reſpiciunt



clericos:ꝛ hoc ſub ſpe magnorꝝ p̄miorꝝ nō ſolum
in hac vita/ſed etiam in futura glia.

Quinta oratio.

Quinta.orō:
Preſta q̄s.o.deus.ꝛc̄.eandem habet ſententiam
cū oratione p̄cedēte licet ſub alijs verbis

Quinta lectio.

Quin-
ta lectio:Angelus domini.ꝛc̄.Danielis.3.cōis eſt
omnibus quattuor tēporibus:ad ſignificandam
charitatem ieiunantiū/ꝛ examē clericorꝝ vt alias
diximus: ſed hic poteſt applicari ſanctis octaue
etatis quando angelorū miniſterio ſancti libera
buntur ab igne purgatorio/ ꝛ a corruptione cor-
porum:damnati vero hoies ꝛ angeli igni perpe

Aleluia.

tuo cōburentur ꝛ in corpore ꝛ in anima.Et notā
dum ꝙ poſt quamlibet p̄dictarum lectionū ante
orationē cantatur vnum aleluia in choro:q2 hoc
ieiunium non eſt meroris ſed leticie:ppter quali
tatem huius hebdomadis q̄ tota ē glorioſa.ꝛ illo
aleluia denotatur reſponſio populi ad p̄dicte le-
ctiōis exhortationē.ſed in primis quattuor lectio
nibus. aleluia erat de ſpūſancto ex varijs locis
ſcripture:vt correſpōderet qualitati tēporis ſecun
dum materiā ſubiectā.In hac vero quinta lectio
ne aleluia eſt de eodem contextu cum lectione.ſ.
Benedictus es dñe.ꝛc̄.Daniel.3.ꝛ cātatur ex pſo
na nouiter baptizatorum/cōfirmatorꝝ/ꝛ ordinato
rum:qui p beneficijs acceptis deū laudant atꝙ
multipliciter benedicunt.ꝛ poteſt etiam intelligi
de ſanctis octaue etatis:qui in eternum deū be-
nedicunt.quo cōtra reprobi eundē ſemp maledi

Sexta oratio.

cunt. Sexta oratio:Deus q̄ tribꝰ pueris.ꝛc̄.ada-
ptat lectionem p̄cedentē ad ieiunātes:petēs eos
liberari ab incēdio concupiſcētie carnalis ꝛ alio

Epiſtole argumentum.

rum vitiorum. ¶ Epiſtola: Juſtificati igitur .ꝛc̄.
Ro.5.eſt ſermo p̄lati ad baptizatos/cōfirmatos/
ꝛ ordinatos:imo ad omnes fideles p̄ſentes:quo
dirigit mentes eorꝝ ex p̄ſentibus myſterijs ſacra-
mentorum ad tenendam firmā ſpem glorie ſan-
ctorum:q̄ erit in octaua etate reſurgentiū.Et ha-
bet tres partes.Prima cōmendat fidem.Secū-
da ibi: non ſolum autem.ꝛc̄.acceptat laborem.

Prima ps eple.

Tertia ibi: ſpes autem.ꝛc̄. firmat ſpem. Fratres
inquit p̄latus ad p̄dictos fidelium gradus: ſcire
vos cōuenit:vt quia iuſtificati ſumus.i. remiſſio-
nem iniuſticie/ vel peccati obtinuimus a deo ex
fide.i.per virtutem fidei quam profeſſi ſumus in
baptiſmo:deinceps pacem habeamus non tan-
tum ad homines q̄tum ad deū:ꝛ hoc p dominū
noſtrum ieſum chriſtum mediatorem:q̄ veniens
fecit pacem inter deum ꝛ homines: p quem me-
diatorem habemus acceſſum ad deū:ꝛ inter cete
ras virtutes maxie p fidē incarnationis ꝛ paſſio
nis eius:q̄ firmauit nos in gratia iſta ſacramēto
rum eccleſie.ſ.baptiſmi/confirmationis/ et ordi-
nis: in qua gratia ſtamꝰ hodie ſolēniter celebrā-
tes hec ſacramēta:ꝛ p hec bſacramēta gloriamur
nūc/in ſpe: poſtea in re:glorie filiorum dei.i.ſan-
ctorum octaue etatis.q.d.ex quo p gratiam chri-
ſti mediatoris iuſtificati.i.iuſti effecti ſumus corā
deo per fidem ꝛ ſacramenta eccleſie: pcuremus
deinceps pacē cordis habere cum deo p bonam
vitam: vt vere ſimus filij dei habētes ius ad he-
reditatem glorie ſue:q̄ conſumabitur in nobis in

Scda ps epiſtole.

octaua etate reſurgentium.Non ſolū autē gloria
mur in ſpe glorie dei.i. quia habemus certā ſpē
veniendi ad gloriam:ſed etiā gloriamur in tribu
lationibꝰ quas patimur p deo:ſiue a malis ho-
minibus/ ſiue in regimine eccleſie/ et miniſterio
ſacramentorum/ et impletione mādatorum dei:
et ratio quare in laboribꝰ huius vite gloriamur
eſt:quia ſcientes ſumus:quoniā tribulatio huius
temporis patientiā noſtrā operatur.i.exercet.nō
enim elicit homo actum patiētie niſi inſtet tribu
latio:in qua elucet ſicut aurum in igne.vnde ſub
ditur:ꝙ patientia operatur pbationem hominis
in virtute:eo modo quo metalla pbantur in for-
nace ignis pſalmo.25.Probaſti cor meum/igne
me examinaſti.ꝛc̄. pbatio vero operatur i nobis
ſpem glorie.ex eo enim ꝙ homo pbatus ē apud
deum:habet ſpē ſue beatitudinis.ergo de primo
ad vltimum tribulatio eſt medium valde neceſ-
ſarium ad habendā gloriā dei:merito itaꝙ ſi glo
riamur in ſpe glorie:gloriari debemus in tribu-

Tertia ps epiſtole.

lationibus.Hec vero ſpes glorie noſtre eſt adeo
certa ꝙ non confundit.i.fruſtrat hominem a ſuo
deſiderio:eo ꝙ iūcta eſt charitati dei q̄ nos viſce-
raliter diligit vt veros filios. et hanc charitatem
experimur in nobis:quia diffuſa eſt in cordibus
noſtris p ſpūmſanctū qui datus eſt nobis in ſa-
cramentis eccleſie:maxime in ſacramento ordi-
nis vbi datur ſacerdotibus ſpūalis poteſtas ad
multa opera bona:iuxta illud Joannis.20.Acci
pite ſpūmſanctum quorū remiſeritis peccata.ꝛc̄.
¶ Moraliter etiam hec epiſtola conſolatur ieiu-
nantes in his quattuor temporibꝰ anni:maxime
in hac hebdomade eſtiuali:quod eſt valde labo-
rioſum:ꝛ videtur eſſe magna afflictio/vel tribula
tio:quia inde firmatur eorum ſpes magna ad fu

Tractus.

turam gloriam octaue etatis.ꝛc̄. ¶ Poſt epiſtolā
ponitur tractus:Laudate dñm omnes gētes.ꝛc̄.
pſal.116.ꝛ ſignificat ſimul laborem ꝛ leticiā ieiu-
nantium:nam p̄dicte doctrine epiſtole reſpōdet
populus fidelis laudās deum ꝙ eū adduxit ad
ſalubrem tribulationē:q̄ firmat eorum ſpem ad
gloriam.Poteſt ſecundo intelligi de nouis chri
ſtianis iam cōfirmatis. Vel tertio de clericis or-
dinatis qui laudant deū p benificio ſacramenti
ſuſcepti.Unde additur verſus: Quoniā cōfirma
ta eſt ſup nos.ꝛc̄. Vel quarto:de ſanctis octaue

Euangelij argumentum.

etatis iam confirmatis in ſua gloria.ꝛc̄. ¶ Euan
gelium:Surgens Jeſus de ſinagoga.ꝛc̄.Luc.4.
licet iam alias fuerit expoſitū in feria quinta ter
tie hebd.quadrageſime p generatione.19. eccle-
ſie vel ſexte etatis/aut regni clericorū: tamen hic
exponendum erit iterum ad ppoſitum cōfirma-
torum/ vel ordinatorum clericorū:quos p virtutē
ſacramenti gratia chriſti liberat a febribus con-
cupiſcentie carnalis ꝛ ab alijs languoribus vitio
rum:vt libere ꝛ diligenter miniſtrēt in ecclia dei.
Vel ad ppoſitum reſurrectionis ſanctorꝝ octaue
etatis:quos a febre naturalis corruptiōis corpo-
rum/ꝛ a varijs languoribus penarū purgatorij/
ꝛ a clamore demonum accuſantiū liberabit tunc
virtus chriſti mediatoris.Et ad hunc ſenſū euan-

gelium habet tres partes. Prima eſt ſanatio corporum. Secunda ibi: cum ſol autem. ⁊c. liberatio animarum. Tertia ibi: facta autem die. ⁊c. congregatio beatorum. In illo ergo tẽpore octaue etatis ſurgens Jeſus de ſinagoga. i. congregatione angelorũ/⁊ aliorum beatorũ: venit ad iudiciũ generale oĩm hoĩm: ⁊ ſic exiens a loco celi intrauit in domũ Simonis. i. in eccl'iam Simoni cõmiſſam i terris. ſocrus aũt Simonis. i. natura humana: que eſt prior gratia quaſi mater eius: q2 gratia preſupponit naturam et fundatur in ea: ordinatio autẽ eccleſie Petro cõmiſſe eſt ꝑ ſacramẽta gratie: illa ergo ſocrus Petri tenebatur quaſi ligata magnis febribus corruptionis naturalis in terra ꝑ omnes ſex mũdi etates. ſed in fine ſexte apoſtoli rogauerunt dñm pro ea liberanda ꝑ glorioſam reſurrectionẽ corporũ. ⁊ Jeſus ſtãs ſuꝑ illam quaſi adiutor fortis imperauit febri. i. mortalitati vt diſcederet ab ea. ⁊ continuo. i. ſtatim et ſubito dimiſit eam febris ꝑdicta: ⁊ ſurgens eccleſia ſanctorũ a morte terrena miniſtrabat illis. i. chriſto ⁊ ſuis apoſtolis i eo opere quod ꝑtinet ad octauam etatẽ. ſ. in laude creatoris ac redẽptoris.

*Prima ps euangelij.*

*Secũda ps euangelij.*

Et non ſolum corpora ſanctorum a corruptione liberabit: ſed etiam aĩas a purgatorio. nam cum ſol. i. claritas ſexte etatis occidiſſet. i. ad finẽ peruniſſet: omnes prelati ſancti. qui habebãt ſubditos infirmos in hoſpitali purgatorij varijs languoribus penarum: ducebant illos ſuis orationibꝰ ad ieſum vt abſolueret eos a penis. at ille ſingulis manus adiutorij imponens curabat eos. i. liberabat a penis. ⁊ ſic exibant demonia. i. recedebant a multis: clamantia contra ſanctos et dicẽtia: q2 tu qui eos liberas a noſtris penis: es filius dei ⁊ hoc magis facis ꝑ violentiam quã ꝑ iuſticiã. ſed ipſe ieſus increpans falſitatem ſui dicti non ſinebat ea amplius loqui: quia ſciebant ipſum eſſe chriſtum. i. redemptorem aĩarum: qui ꝑ ſuam paſſionem ſatiſfecit iuſticie dei pro hominibus. ideo ꝑ iuſticiam non ꝑ violentiã aĩas a penis liberat.

*Tertia ps euangelij*

Quare finito iudicio generali ⁊ eiectis demonijs cum ceteris hominibus damnatis a ſe: ipſe ieſus facta die octaue etatis: que erit perpetua ſine nocte: egreſſus a terra ibat iterum in deſertum locũ celi: in quo fere nullus hominũ corporaliter habitauerat. ſed turbe ſanctorum iã glorificatorum requirebãt eũ ad manendũ cum eis in terra: qꝺ etiam notauit Petrus in tranſfiguratiõe chriſti dicens: dñe bonum eſt nos hic eſſe: faciamus hic tabernacula. ⁊c. ⁊ venerũt ſancti ad ipſum orandum: ⁊ detinebant. i. detinere volebant eum ſuis ꝑcibus ne diſcederet ab eis a terra. quia volebãt frui gloria dei in eodem loco vbi paſſi fuerãt tribulationes mundi. quibꝰ ille ait non eſſe locum terre cõuenientẽ ſtatui glorie dicens: quia ⁊ alijs ciuitatibus. ſ. celeſtiũ ciuium oportet me euangelizare regnum dei. i. gl'iam ꝑ meam facialẽ ꝑſentiam eis exhibitã. ⁊c.

*Moralitas.*

¶ Moraliter vero hoc euãgelium ad ꝓpoſitum huiꝰ ieiunij quattuor temporum maxime in eſtate: quando plures hoĩes ꝓpter exceſſum caloris tenentur magnis febribus/ ⁊ varijs languoribꝰ tam corporũ q̃ animarũ. ſed has infirmitates oẽs curat gratia chriſti ꝑ virtutẽ huius ieiunij deuote inuocata ⁊ impetrata: adeo vt demones aduerſarij noſtri cognita chriſti potentia ⁊ virtute exeant vel fugiant a nobis: nõ ꝑmiſſi nocere fidelibus ex obediẽtia chriſti ⁊ eccleſie ieiunãtibus. ⁊c.

*Offertorium.*

¶ Cantus offertorij: Dñe deus ſalutis mee. ⁊c. pſalmo. 87. ponitur ex ꝑſona populi renouati/ ordinati/ ⁊ glorificati: vbi cõmemorat labores vite ꝑterite in die. i. ꝓſperitate: in nocte. i. aduerſitate huius vite mutabilis: vt tandem grãs agat' ꝓ ſua ſtabilitate ad quã ꝑductus eſt. Secreta oratio: Ut accepta tibi ſint. ⁊c. offert deo munera euchariſtie ꝓ fidelibꝰ ieiunãtibus: petens eis grãm purificantẽ corda eorum vt ieiunium ſit meritoriũ ⁊ acceptum corã deo.

*Communio.*

¶ Cõmunio: Spiritꝰ vbi vult ſpirat. ⁊c. Joan. 3. prenotat gaudium baptizatorũ/ confirmatorum/ ordinatorum/ ac etiam ſanctorũ octaue etatis: de experientia ſpũſſancti habitãtis in eis: cuius inſpirationẽ in priore vita ſentiebant: ſed non intelligebant ſicut modo intelligunt. ideo addũt quadruplex alleluia ꝓpter dotes glorie. Finalis orõ: Prebeant nobis dñe. ⁊c. petit fidelibus ꝑſentibꝰ ex diuino munere ⁊ virtutẽ euchariſtie ſanctum feruorẽ charitatis quo delectabiliter guſtent fructũ tãti ſacramẽti. ⁊c. ¶ Et hic eſt finis totiꝰ ſcꝺe partis libri miſſalis q̃ dicebatur tempus viſitationis/ et reconciliatiõis humani generis cũ deo ſuo. Nam tertia pars de tempore deuiatiõis/ ac ꝑuaricationis humani generis ſuperius fuit interpoſita medians inter duas partes ſcꝺe partis. ſ. a ſeptuageſima vſqꝫ ad paſcha: ratione poſita in fine ſeptimi capitis huius ſecundi libri.

Quarta pars libri miſſalis/ ⁊ aliorum officiorum eccleſie: i qua tota agitur de tempore perigrinatiõis/ penitentie/ et laboris populi dei. hoc eſt de myſterijs ſexte etatis mundi q̃ ſola ꝑtinet ad legem euangelicã: cuius doctrine principium de penitẽtia fuit: ab hoc themate chriſto ſuam ꝑdicationẽ ordiente: penitentiam agite: appropiquabit enim regnum celorũ. ido ſexta etas mundi ſuper omnes alias ad imitationẽ paſſionis chriſti facte i ſexta feria hebdomadis ſancte: dicitur tempus laboris/ penitentie/ ⁊ paſſionis fidelis populi dei. Sed adhoc ꝙ eius penitẽtia ſit fructuoſa coram deo: requiruntur multe alie virtutes quibus ipſa ſit aſſociata: ideo in officijs huius temporis (que omnia fere ſunt dominicalia) eccleſia illas virtutes predicat ſigillatim in ſenſu morali officiorum: q̃uis in ſenſu hiſtorico iterum ꝑtractet omnia myſteria eccleſie chriſtiane a chriſto vſqꝫ ad finem mundi.

## ¶ Caput in ordine octogeſimũoctauũ

de officio prime dñice poſt pẽthecoſten: in quo preter laudes ſanctiſſime trinitatis/ atqꝫ indiuidue vnitatis noſtri creatoris: agitur ꝑ hiſtoriam de exordio eccleſie chriſtiane: certis enigmatibus declarando qualẽ eccl'iam chriſtus



(dum adhuc ageret nobiſcum in terris) de nouo inſtituerit/ qualemue doctrinã ſuis fidelibꝰ reliquerit. Per thropologiam vero idem officiũ nouam anime fidelis creationem in eſſe morali ac ſpirituali denotat.

*Cõtinuantur precedentia ad ſequẽtia.*

Oſt longũ diſcurſum eccl'iaſticorum officiorum a ſeptuageſima vſqꝫ ad hunc locum: in quibus ꝑ varios tropos locutionũ enarrate ſunt oẽs fere hiſtorie populi dei a ꝑncipio mũdi vſqꝫ ad finem eius ſub myſterijs ſeptuageſime/ ſexageſime/ ⁊ triplicis quinquageſime: quarum vltimam ad octauã ſanctorũ etatẽ poſt finẽ mũdi retulimus: redeamus iterũ in hac vltima parte ſacri libri miſſalis ad ſpecialius ꝑtractanda myſteria huius noſtre ſexte etatis mundi (q̃ proprie ad eccleſiam chriſtianã ꝑtinet) in qua fidelis populus dei ſub noui teſtamenti gratia ꝑ varios virtutum labores ſeſe exercens peregrinatur ad celeſtem Hieruſalẽ. i. ad gloriã octaue etatis reſurgentium beatorum. Hoc enim ordine ſapiẽtiſſimus philoſophorũ Ariſtoteles deſcripta priꝰ vltimi finis (q̃ ⁊ beatitudo) precioſiſſima dignitate: ſubiungit doctrinam moralẽ de medijs neceſſarijs: q̃bus ad illã ꝑuenire oporteat oẽs quicunqꝫ volunt eſſe beati. hoc eſt de actibus virtutũ moraliũ atqꝫ intellectualiũ/ pariter ⁊ paſſionũ laudabiliũ. Nos aũt apoſtolo noſtro dirigẽte altiorem viam virtutũ ad ſublimiorem finẽ demonſtrantes theologicas ſuperaddemus virtutes/ ꝑ ſeptiformẽ gratiam ſpũſſancti nobis inſpiratas. Et merito hec ſexta mundi etas ſuper oẽs alias ꝑcedẽtes labori populi fidelis dicata eſt: vt quẽadmodum chriſtus princeps noſter in ſexta hebdomadis ſãcte feria paſſus eſt: ita populus ſanctorum eius in ſexta etate mundi patiatur multipliciter. Quia ſicut oportuit priꝰ pati chriſtũ in ſexto die/ ⁊ ita intrare in gloriam ſuã in die octauo/ poſt quietem ſeptimi i ſepulchro: ita opus eſt pati chriſtianũ populũ i ſexta etate/ ⁊ poſt quietẽ ſeptime etatis ſanctorũ in ſepulchris ꝑuenire ad gloriam ſue reſurrectionis in octaua etate.

*Quare toties cõnumerantur myſteria ſexte etatis.*

¶ Et q̃uis in tẽpore q̃dageſimali myſteria ſexte etatis ꝑ quadraginta duas generationes regni clericorum: ⁊ deide in hebomade paſchali ꝑ alias octo generatiões regni religioſorum: ꝑuenientes vſqꝫ ad hec noſtra tempora expoſuerimus: tamen ꝓ tante rei magnitudine non ſatis eſſe putauerũt ſancti patres horum officiorũ ordinatores ꝙ myſteria eccleſie chriſtiane tantũ ſemel cõmemorata ſint in officijs eccleſiaſticis ꝑ totius anni circulum: ſed oportuit ꝙ pluries in anno de eis fieret mẽtio. Primo quidem a die natalis chriſti vſqꝫ ad ſeptuageſimã. Secundo vero a dñica prima quadrageſime vſqꝫ ad finẽ hebdomade paſchalis: Adhuc iterum et tertio a pẽthecoſte vſqꝫ ad aduentum domini. Et huius repetitionis ratio hec eſt: quia cum hec ſexta mundi etas ſit aliarũ oĩm potiſſima/ exiſtatqꝫ finis oĩm ꝑcedentiũ: vtpote in q̃ deus oĩa figurata/ ⁊ ꝓphetata/ atqꝫ promiſſa in alijs etatibus a principio mundi impleuerit chriſti ⁊ eccleſie ſue myſteria: nimirum ergo ſi officia eccleſiaſtica toties in eodem anno reuertantur ad cõmemorãda myſteria ad ſe ꝑtinentia: maxime cum ſint neceſſaria ad ſuorum fidelium ſalutẽ eternam.

*De myſterijs legis nature ſemel in anno.*

De myſterijs aũt primarũ mundi etatum (que ſub lege nature vixerunt) q2 antiquiſſima ſunt/ ⁊ iam diu elapſa/ minuſqꝫ ꝑfecta: ſemel tantũ in anno: hoc eſt a ſeptuageſima vſqꝫ ad quinquageſimam incluſiue facta eſt mentio in officijs eccl'ie.

*De cerimonijs veteris legis bis in anno.*

De geſtis vero patrũ legis Moſayce nobis proximioribus in fine tertie etatis cũ tota quarta ⁊ quinta: bis in anno fit mẽtio in eiſdem officijs: videlicet in quattuor hebdomadis aduentus: ⁊ iterum in quattuor ferijs vltimis ſeptimane quinquageſime: vt ibidem exponentes notauimus. Eſt ⁊ alia ratio: quia illa geſta patrũ veteris le. erant magis ꝑfecta/ ⁊ magis clare explicantia myſteria fidei et religionis chriſtiane.

*De lege euangelica ter in anno.*

Oportuit ergo propter excellentiam legis euangelice (que in ſexta mundi etate decurrit) ꝙ ter in anno ꝑtractarentur myſteria ⁊ geſta ſanctorũ eius in ſuis officijs. Primo quantũ ad eius originem ⁊ augmentum abſolute. ⁊ hoc a feſto natalis domini ꝑ epiphaniã vſqꝫ ad ſeptuageſimã. Secundo quantum ad eius doctrinã ⁊ ſtudium cõparatiue. i. in concordia ad geſta ve. le. ⁊ hoc a prima dominica quadrageſime vſqꝫ ad paſcha. Tertio q̃tũ ad eius labores in hoc exilio ꝓphetice. i. ſequẽdo ꝓphetiã Joannis apoſtoli in ſua Apocalypſi. ⁊ hoc a pẽthecoſte vſqꝫ ad aduentũ. Et quia alia officia ſunt iam a nobis expoſita in ſcꝺa ⁊ tertia partibꝰ huius libri miſſalis: reſtat iã vt alio facto ꝑncipio: hec reſidua exponamus ad ſenſus ꝑdictos.

*Cõcordãtia officiorum iſtorũ cũ Apocalypſi Joãnis.*

¶ Inter penthecoſtẽ autẽ ⁊ aduentum licet varia ſit tẽporis quantitas ⁊ nõ quolibet anno equalis: et hoc ꝓpter varietatẽ paſchatis ⁊ aliorum feſtorũ mobiliũ: tamẽ eccl'ia romana ordinauit viginti quattuor officia miſſalia ꝓ totidẽ diebꝰ dñicis: ⁊ ſex hiſtorias ꝓ officijs nocturnis ⁊ matutinis. Quibꝰ hiſtorijs ⁊ officijs eccleſia (vt diximꝰ) intẽdit principalr ſignificare ꝑ hiſtoriã totum diſcurſum ſexte etatis mundi. ſ. a chriſto vſqꝫ ad diem iudicij generalis. Per moralitatem vero multa ſalutaria documẽta fidelibus penitẽtibꝰ tradere intendit: q̃ fructuoſam faciant peregrinationẽ eorũ. vt videre licet in omnibus fere ſermonibꝰ/ ⁊ homelijs doctorũ ad hoc tempus ꝑtinentibus: qui tamẽ de hiſtorico ſenſu horum officiorũ (qui eſt principalior) ferme nihil tetigerunt. hoc eſt de ꝓcuſu eccleſie chriſtiane in hac ſexta etate ſecundũ varios ſtatus eiuſdẽ/ tam in aduerſa q̃ in proſpera fortuna. Hanc etiã hiſtoriam beatus Joãnes in ſua Apocalypſi ꝓſequitur prophetando: vt omnes catholici eiꝰ expoſitores conſtanter aſſeuerant: dicentes ꝙ poſt illius libri ꝓlogum (quod ẽ caput primum) ponit apoſtolus ſpecialẽ quandã inſtructionẽ ſuo tempore neceſſariam ſeptem eccl'ijs Aſie minoris

in capitulis ſecundo ⁊ tertio. Quare ſua ꝓphetia a capite quarto incipitur: notans in primis eminentiam diuine maieſtatis a qua proceſſit originaliter illa reuelatio: deinde in cap. quinto chriſti ieſu excellentiſſimam dignitatẽ: ꝙ hec myſteria ſuo chariſſimo apoſtolo reuelauit imediate: ⁊ per eum oibꝰ fidelibus futuris. Et hanc reuelationem vocat ibi aperturã libri clauſi ſeptem ſigillis: ꝙ ſunt ſeptẽ ꝑcipales partes ſue prophetie: quas a principio ſexti capitis ibidem proſequtur. ⁊ eis hec noſtra officia correſpondẽt. Sed qꝛ noua quadam cõſuetudine oẽs ferme latine eccleſie in hac prima dñica poſt penthecoſten celebrant feſtum ſanctiſſime trinitatis: ideo predicta officia huius temporis nõ incipiũtur ab hac dominica: ſed a ſequente. quare cõnumerato officio trinitatis inter penthecoſten ⁊ aduentũ erunt viginti quinq officia miſſalia. licet dñice ipſe i hoc tẽporis interuallo aliquãdo plures/⁊ aliquãdo pauciores occurrant. Mihi aũt videtur ꝙ recentiores eodem ſpiritu afflati quo antiquiores hoc officium trinitatis addiderunt: ad ſignificandũ. ſ. initium hiſtorie eccl'iaſtice: ideo hoc officiũ dupliciter exponemus. Primo ad litterã de laudibus noſtri creatoris dei vnꝰ in eſſentia/ ⁊ trini in pſonis. Secundo ꝑ hiſtoriam de exordio eccleſie chriſtiane ſub pontificatu chriſti ieſu.

De officio ſanctiſſime Trinitatis.

Argumẽtũ officij

AD primũ ſenſum de altiſſimo myſterio diuine trinitatis: ſuppoſito articulo fidei. ſ. ꝙ verus deꝰ ſemꝑ viuẽs: qui creauit celũ/⁊ terrã/⁊ alia oĩa a ſe tam ſpũalia ꝙ̃ corporalia: ſit vna numero eſſentia que eſt tres pſone realiter diſtincte: clara ſunt oĩa que in officijs huius diei leguntur ⁊ cantantur. Nã inuitatorium in officio nocturno: Unũ deum in trinitate/⁊ trinitatem in vnitate venite adoremus: ex ſymbolo Athanaſij ſumptum: clariſſime propoſuit illum fidei articulũ. Hymnus: Tu trinitatis vnitas: a beato Gregorio editꝰ pro matutinis ferie ſexte: aptiſſime cõuenit huic feſto. Antiphone ⁊ pſalmi in omnibꝰ tribus nocturnis incitant fideles ad cõfeſſionem huius veritatis/⁊ ad laudandum deũ pro ſuis operibus in nos: maxime pro reuelatione huius tã alti myſterij. Lectiones ſumuntur ex libro Auguſtini de fide ad Petrum: vel ex ſermone alicuius doctoris de hac materia. Similiter antiphone laudũ/hymnus/et verſus/ ⁊ alia omnia ꝑ horas diei notiſſima ſunt ad hoc propoſitũ.

Matutini

Introitꝰ miſſe.

Introitus miſſe: Benedicta ſit ſancta trinitas: ab eccleſia editus: eundẽ articulũ fidei decantat. ſ. in deo eſſe vnitatem eſſentie/⁊ trinitatem pſonarum: ⁊ quia iſtis pſonis ſacra ſcriptura attribuit opera noſtre creationis/redẽptionis/⁊ gubernatiõis: additur: cõfitebimur ei. i. laudemus hanc trinitatẽ: quia fecit nobiſcum miſericordiã ſuam. Eanden ſentẽtiã habet verſus ſequens: Benedicamꝰ prẽm/⁊ filiũ/cũ ſanctoſpiritu. ſ. in recognitionẽ tot/⁊ tantorũ beneficiorum.

Oratio.

Oratio: Omnipotẽs ſempiterne deꝰ. ⁊c. laudato deo pro reuelatione huius alti myſterij: petit ab eo pro nobis firmitatatẽ in credendo/⁊ protectionem ab aduerſis. nam fides nr̃a non ſolum eſt in ſe firma certitudine veritatis: ſed etiã eſt nobis ſcutum contra omnia aduerſa/⁊ ſeua iacula inimicorũ tã viſibiliũ ꝙ̃ inuiſibiliũ.

Epiſtole argumentum.

Epiſtola: Uidi hoſtiũ apertum. ⁊c. ex cap. 4. Apocalypſis: parabolice ⁊ ꝑ corporalia ſigna myſterium huiꝰ feſtiuitatis declarat. Primo enim ꝓponit diuine nature eternitatẽ/ quietem/ ⁊ ꝑmanentiã ſub nomine ſedis/⁊ ſedentis. Secũdo ibi: ⁊ in circuitu ſedis: explicat eiuſdẽ eſſentie autoritatẽ/imperium/⁊ regimẽ ſuꝑ omnia creata ex comitatu/et aſſiſtentia multoꝝ ei famulantiũ. Tertio ibi: ⁊ requiẽ non habebant. ⁊c. notat diſtinctionẽ pſonarum in eadẽ eſſentia penitꝰ indiuiſa: ꝑ hoc ꝙ ter dicitur ſactus/⁊ ſingulariter dñs deus. ⁊c. Ex his faciliter intelligi poteſt tota ep'la ad hoc ꝓpoſitum.

Graduale

Cantus gradualis: Benedictꝰ es dñe. ⁊c. Danielis. 3. eſt reſponſio fidelis populi deũ laudantis de ſua benignitate erga hoies: qui cũ ſit excelſus nõ dedignatur humilia nr̃a reſpicere. Uerſus: Benedicite deũ celi Thobie. 12. eſt vox eiuſdem populi qua ſeipſos incitant ad laudem dei ꝓ tanta ſua mĩa erga eos. Poteſt graduale eſſe additio quedã ad ep'lam: qua cõtinuetur qꝺ dictum eſt de autoritate / ⁊ dominio dei ſuꝑ omnia creata. quia ſuũ regimen ſe extendit vſq ad extrema totius mundi: qꝛ ⁊ ſedet ſuꝑ altiſſimos angelos qui dicũtur Cherubin: ⁊ reſpicit vſq ad abyſſum inferni: quare oibus creaturis intermedijs imperat: quas oẽs ad vtilitatẽ hominũ ordinauit: ideo additur verſus ad hoies directus: benedicite deũ celi: vt ſupra.

Aleluia.

Aleluia: Benedictꝰ es dñe deus Daniel. 3. eſt gratiarũactio fidelis ppl'i ad deum: qui hec myſteria ſue maieſtatis reuelauit prĩbus noſtris patriarchis/ ꝓphetis/⁊ apl'is. Alij dicunt: aleluia/ Qualis pater/talis filius: ex ſymbolo Athanaſij. Itẽ alij: O adorãda trinitas: ex eodem ſymbolo.

Euangelij argumentum.

Euangelium: Erat homo ex phariſeis Nichodemꝰ. ⁊c. Joan. 3. notat tres pſonas diuinas licet ſatis obſcure cũ ſuis appropriatis eſſentialibꝰ: quod facit ad ꝓpoſitũ huius feſtiuitatis. et etiam qꝛ in hoc euangelio ponitur p̃ceptũ de baptiſmo ꝙ ꝑ inuocationem ſanctiſſime trinitatis conſecratur Mat. vltimo. Notatur enim in hoc euangelio pſona prĩs in principio cum dicitur: ſcimus qꝛ a deo veniſti prẽ tuo. notatur ⁊ oipotentia ipſius cum ſubditur: nemo põt hec ſigna facere ꝙ̃ tu facis niſi fuerit deus cũ eo. Exprimitur pſona filij in euangelio loquẽs vbi dicitur: reſpõdit ieſus: ⁊ appropriata ei ſapientia cũ dr: magiſter/vel rabbi hebraice qꝺ eſt nomen doctoris/⁊ ſapientis. Tãgitur tertio pſona ſpiritusſancti: cũ ſubditur: niſi quis renatus fuerit ex aqua/⁊ ſpũſãcto. ⁊ appropriata ſibi bonitas ibi: ſpũs vbi vult ſpirat. Tandẽ in fine euangelij ibi: ſi terrena dixi vobis: probat hoc myſteriũ diuine trinitatis excedere oẽm humani ingenij capacitatẽ: ⁊ ꝙ ſoli dei filio cõceſſũ eſt illud cõprehẽdere/ ⁊ fidelibus ſuis reuelare: quia ſolus ille aſcendit in celũ ſanctiſſime trinitatis: ⁊ deſcendit de celo ad homines inſtruendos: quibus ſufficit vt recte credãt filio dei reuelãti: vt mereãtur habere vitã eternã.

Offertorium.

Cãtus offertorij: Benedictus ſit deus pater. ⁊c. ab eccl'ia editꝰ/ permixte ſumit̃ ex ſymbolo Athanaſij: ⁊ ex. 12. cap. Thobie: denotatq gaudium offerentiũ fideliũ: qui etiã laudãt trinitatem pſonarũ in vnitate eſſentie: ꝓ mĩa ⁊ beneficijs humano generi p̃ſtitis. Secreta orõ: Sanctifica q̃s dñe: petit a deo pfectionẽ cõſecrationis euchariſtie: in qua etiã ſignificatur eccl'ia fideliũ offerentium.

Communio.

Cantus cõionis: Benedicimus deũ celi. ⁊c. Thobie. 12. eũdẽ ſenſũ habet cũ offertorio predicto. eſt enim gratiarũactio de mĩa dei in multis beneficijs datis eccleſie ſue: inter que maxĩa mĩa fuit reuelatio huius myſterij ſanctiſſime trinitatis in vnitate diuine eſſentie. Finalis orõ: Proficiat nobis ad ſalutẽ. ⁊c. petit fidelibus dari ſalutem mẽtis/⁊ corporis ex virtute euchariſtie oblate/⁊ fidei trinitatis credite.

Argumẽtũ officij prime dñice poſt pẽthecoſtẽ.

AD ſecundum vero ſenſum: quẽ hyſtoricum diximus: idẽ officium exponendũ eſt de exordio eccleſie chriſtiane: nõ quidem figurali in paſtoribus/⁊ magis: vt perdiximus in expoſitiõe officiorũ natiuitatis/et epiphanie dñi: ſed reali in apl'is/ ⁊ alijs diſcipulis chriſti. Et in his nihil intendimꝰ dicere de primo p̃ncipio ſue congregatiõis ad doctrinã ⁊ baptiſmum chriſti: quando adhuc viuebant ſub cerimonijs ve: leg. quia de illo pricipio eccl'ie actũ eſt in officio prime dominice q̃dragesime. ſed intendimus loqui de primo p̃ncipio eccleſie chriſtiane in ſuo perfecto eſſe: quãdo chriſtus p̃mus eius pontifex iam inſtituerat oĩa ſacramẽta gratie ad ſalutẽ hois viatoris neceſſaria. Ubi in primis aduertenda eſt nõnulla differẽtia inter hec officia dñicarum poſt penthecoſtẽ: ⁊ alia hactenꝰ expoſita a principio huiꝰ ſecundi libri. qꝛ in illis cuilibet officio miſſali correſpõdebat ſua hiſtoria officij matutinalis: itaq tot ferme erant hiſtorie quot officia miſſalia dñicarum. in his vero dñicis iã diximꝰ ꝙ ꝓ vigintiquattuor/ aut vigĩtiquinq officijs miſſalibus nõ ponuntur in hoc tempore niſi ſex hiſtorie matutinales. correſpondẽt ergo cuilibet hiſtorie plures dñice/pluraq officia miſſalia. Ergo matutinũ officiũ huiꝰ diei (nulla illarum ſex hiſtoriarũ exiſtens) ſolam habebit intelligentiam litteralẽ quam p̃diximus de myſterio ſanctiſſime trinitatis. Hiſtoriam vero ꝙ correſpõdet ſecũdo ſenſui huiꝰ officij miſſalis in ſequẽte dominica enarrabimus ꝓ illa/⁊ pro alijs dñicis que ſub illa hiſtoria cadũt. Quare dimiſſo officio huiꝰ diei nocturno: ſolũ diurnũ ⁊ miſſale hiſtorice exponamꝰ. cuiꝰ argumentũ erit.

Argumẽtũ officij. miſſalis.

Quod cũ hoc temporis interuallũ a penthecoſte vſq ad aduẽtum ſignificet ꝑcurſum eccl'ie dei a chriſto vſq ad diẽ iudicij: in ꝙ erit ſcꝺs aduentus eiꝰ in gloria ſue maieſtatis: conſequẽs eſt ꝙ ſecundũ ordinem geſtorum eccl'ie dei ordinentur iſta officia. itaq priores dñice correſpondeãt prioribꝰ geſtis eccleſie/⁊ poſteriores poſterioribus/⁊ medie medijs. Unde dominꝰ Guillelmꝰ in libro. 6. ſui rationalis dicit ꝙ tres vltime harum dñicarum ſuo officio deſignãt cõuerſionem iudeorũ: que ſcꝺm apoſtolũ ad Ro. 11. erit circa finẽ mũdi: quare ſequitur euidenter ꝙ hec p̃ma dñica poſt penthecoſten ſuo officio miſſali repſentet exordiũ eccl'ie: qꝺ licet fuerit figuratum in natiuitate / atq epiphania dñi: vt ibidem notauimus: tamẽ fuit realiter executioni mandatũ in baptiſmo/⁊ predicatione chriſti: quando p̃mos eccleſie lapides apoſtolos/⁊ quoſdam alios diſcipulos ex iudeis elegit: eos myſteria legis euãgelice/⁊ religiõis chriſtiane verbis/ ⁊ exemplis edocuit: dum in terris ageret quaſi colonus/⁊ viator declinans ad manendũ vt dr Hieremie. 14. ideo ordinauit eccleſiam ſuam quaſi peregrinantiũ diuerſoriũ: vt inſinuauit Luce. 10. in parabola de Samaritano releuante hoiem ſauciatũ a latronibus. Hoc ſuũ diuerſorium ipſe diſtinxit in manſiones multas ꝓ diuerſis fidelium gradibus. hoc eſt p̃latorum/ ſubditorũ/officiorũ/miniſterioꝝ/ dignitatũ. muniuit etiam ipſam multa ſuppellectili ſacramẽtoꝝ/ ⁊ varijs ferculis doctrinarum no. ⁊ ve. teſtamẽti.

Introitꝰ miſſe.

Hanc ergo temporis qualitatẽ hoc officiũ deſignans in miſſe introitu: introducit fideles deũ laudantes ꝓ tanto beneficio miſericorditer conceſſo hoibus. Et quia chriſtus eccl'iam inſtituẽs dixit Joannis. 7. Doctrina mea non eſt mea: ſed eius qui miſit me patris: ⁊ cap. 14. ⁊ deinceps promiſit apoſtolis ſe miſſurum in eos ſpũmſanctũ: qui doceret eos oĩa neceſſaria ad bonũ regimen eccleſie: ideo cõuenienter introitus attribuit hoc opus eccleſie tribꝰ pſonis diuinis: quarũ etiam opera a dextra ſunt penitus indiuiſa: vt chriſtus notat Joan. 5. Pater meus inquit operat̃/⁊ ego operor. ⁊c. Et põt iſte introitus eſſe vox fidelium illius tẽporis agentiũ gratias deo de tanto beneficio. nam ſicut Zacharias tẽpore cõceptionis ⁊ natiuitatis chriſti gratias agens deo de ſuo aduentu dixit. Benedictus dñs deus Iſrael: qꝛ viſitauit/ ⁊ fecit redemptionẽ plebis ſue. ⁊c. Luce. 1. ita credendũ eſt ꝙ Joannes baptiſta filius eius: qui chriſtum baptizãs vidit celos apertos/⁊ tres pſonas diuinas ſignis ſenſibilibꝰ ſibi reuelatas dixerit cũ alijs fidelibus ſui temporis: benedicta ſit ſancta trinitas/atq indiuiſa vnitas: confitebimur ei: qꝛ fecit nobiſcum miam ſuã. Et apoſtoli verſum addiderũt. Benedicamꝰ patrẽ/et filiũ/cũ ſanctoſpũ. ⁊c. horũ verborum ſentẽtia facile colligitur ex euangelio Joannis. 3. ad finẽ: ⁊ ex Actibus apl'oꝝ cap. 2. ⁊ deinceps.

Oratio.

Orõ ſequẽs: Omnipotens ſempiterne deꝰ. ⁊c. applicat introitũ moraliter ad p̃ſentes fideles nr̃i tẽporis: qui nõ ſolum agunt gratias deo de ordinatiõe talis eccl'ie/⁊ de doctrina eius: ſed etiam orant ꝓ eiuſdẽ eccleſie ſtabilitate/ ⁊ munitione/ ac tuitione ab aduerſis oibus.

Epiſtole argumentum.

Epiſtola vero deſcribit eccl'ie a chriſto inſtitute qualitatem: ⁊ diſtinguit p̃cipuas partes eius annotãs etiã ſinguloꝝ graduũ myniſteria/ ⁊ officia. Ubi primo intimatur papalis dignitas. Secundo ibi: ⁊ in circuitu ſedis: additur aliorum

Prima ps eple. prelatoꝝ numeroſitas. Tertio ibi: ⁊ requiē nō ha-
bebāt: apponitur ipſoꝝ aſſidua officioſitas. Sed
quia officiū huius dñice eſt quaſi ꝓhemium ad
omnes alias ſequētes dñicas in hoc tēpore pere-
grinatiōis: ideo in ṗncipio huius epiſtole anteꝗ̄
aliqd agatur de eo: quod ꝓpriū eſt huic dñice: fit
ſermo generalis de toto iſto tēpore. Vidi inquit
prelatus (cuius ſermo eſt hec epl'a) oſtiū apertum
.i. ṗncipiū magni myſterij mihi declaratū: in ce-
lo .i. in eccleſia militāte: de q̄ Gregorius in Home-
lia dicit ꝙ regnum celoꝝ eſt ṗſentis tēporis ec-
cleſia. ⁊ vox ṗma quā audiui .i. principalior reue-
latio mihi facta a deo fuit tāꝗ̄ vox tube .ſ. exhor-
tantis fideles chriſti ad bellum in hac ſexta mū-
di etate. q̄ð eſt dicere. intellexi in his officijs hui⁹
temporis peregrinationis ſignificari bella/ago-
nes eccleſie chriſtiane. eratq̄ȝ vox illa dicēs: aſcē-
de huc .i. eleuare mente ad contēplandū vt intel-
ligas in eis decurſū eccl'ie chriſtiane vſq̄ȝ ad finē
mundi. et oſtēdam tibi geſta eius q̄ oportet fieri
ſecūdū diuinā ṗordinationē: q̄ ṗannūciauit pati
chriſtum ſuū myſticum: cito .i. ſtatim a principio
ſexte etatis: ⁊ conſequenter nō ceſſabit labor ei⁹
vſq̄ȝ ad finē ſeculi. Eſt ergo ſenſus huius para-
graphi. ꝙ deus reuelauit ṗlato eccl'ie chriſtiane
in his officijs viginti quinq̄ȝ dñicarum ab hac in-
cipientium: ſicut olim beato Joanni in Apoca-
lypſi: labores peregrinatiōis fideliū in hac ſexta
etate: q̄ tota eſt bellum cōtra diabolū/⁊ munda-
nos hoies miniſtros eius. Hoc ṗambulo ſuppo-
ſito: dicamus myſteria initialia eccl'ie in hoc pri-
mo officio repſentata. poſt hoc inquit geñale di-
ctum: ſtatim a principio naſcētis eccl'ie fui eleua-
tus in ſpū .i. ſpirituali intelligētia myſterioꝝ dei.
Et ecce in ṗmis ſedes .ſ. ſummi pontificis: poſita
.i. diſpoſita/⁊ ſtabilita a chriſto in celo eccl'ie mili-
tantis. nam Matthei. 16. ⁊ Joan. 21. chriſtus inſti-
tuit apoſtolum Petrū/⁊ oēs eius ſucceſſores in
ſuṗmo gradu iuriſdictionis eccl'iaſtice. vnde pa-
tet ꝙ ille ſtatus eſt de iure diuino neceſſarius in
eccleſia chriſtiana: quēadmodum ⁊ in veteri leg.
vt patet Deuter. 17. Eſt etiā de iure naturali pro
ſtatu cuiuſcunq̄ȝ legis ꝙ ſit in populo dei vnus
ſuṗmus iudex in ſpiritualib⁹: ad cuius officium
ꝑtineat ſentētialiter diffinire in cauſis fidei/⁊ re-
ligionis: ne ſint ſciſmata inter ſeruos dei: ſed oēs
idipſū dicant/⁊ ſentiant. vt docet apl'us 1. Cor. 1.
ſequitur: ⁊ ſupra ſedem illā erat ſedens .i. ſūmus
pontifex .ſ. ṗmo chriſtus/deinde apl'us Petrus/
conſequenter quilibet eius legitimus ſucceſſor.
et qui ſedebat in illa ſuprema ſede/quā chriſtus
inſtituerat: erat ſilis aſpectui lapidis iaſpidis qui
eſt viridis: ⁊ lapidis ſardinis rubei coloris: ꝑ q̊s
ſignificantur due ṗncipaliores ꝓprietates ſum-
mi pontificis: quia ſuṗmus ille iudex in terris/⁊
bonis paſcua ṗmiorū dare debet: et malos pe-
nis deterrere. ad ṗmum ꝑtinet color viridis: ad
ſecundum rubeus q̄ eſt igneus/vel ſanguinolē-
tus. ſequitur: iris .i. cetus miniſtrorum pape erat
aſſiſtēs in circuitu ſedis ſue ad eius ornamentū/
⁊ ſeruiciū. ſicut enim iris celeſtis apparet tricolor

ex rubeo viridi/et alurgo: ita in circuitu pape eſt
triplex color ſuoꝝ miniſtroꝝ. nam cardinales ha-
bēt pileū rubeum/epiſcopi viridē/prothonotarij
autē alurgum/vel nigrū gerunt pileū. Curia er-
go papalis ex his trib⁹ ſtatib⁹ clericoꝝ pricipali-
ter cōſtās eſt velut iris i circuitu ſedis apoſtolice.
dicitur tñ ꝙ illa iris erat ſimilis viſiōi ſmaragdi-
ne .i. habens ꝓprietates ſmaragdi lapidis ṗcio-
ſi: qui eſt partim viridis/⁊ partim rubeus (quod
etiam de iaſpide ⁊ ſardine prius diximus) vt ſit
ſenſus. ꝙ cetus cardinaliū/⁊ alioꝝ ṗlatorum cu-
rie papalis debet eſſe ſilis pape in ṗdictis dua-
bus ꝓprietatib⁹ viridi colore/ ⁊ rubeo ſignifica-
tis. ad hoc .n. adiūcti ſūt illi ṗlati ſummo pōtifici
vt ſint ei aſſeſſores/⁊ conſiliarij in ſententijs ferē-
dis ſuꝑ queſtionib⁹/⁊ cauſis fidei/ ac religionis
ſancte: debuit ergo habere iſta iris q̄ eſt in circui-
tu ſedis apl'ice: inſtar pape colorem viridem quo
paſcat/⁊ rubeū quo deterreat. Aliorum vero ṗla- Scda ps epiſtole.
toꝝ extra romanā curiā diſperſoꝝ ꝑ varias dio-
ceſes numer⁹ indeterminat⁹ ꝑ numerū determi-
natum ſignificatur. vnde inter eos ṗmo quattuor
ṗncipales ṗponuntur: cum ſubditur. ⁊ in circuitu
ſedis papalis (q̄ nunc eſt romana eccl'ia ſita q̄ſi
in medio t̄re habitabilis) erāt ſedilia .i. ſedes ṗla-
torum minorum viginti q̄ttuor .i. multe numero
ꝑ diuerſas ꝓuincias. ponitur autē iſte numerus
minoꝝ ṗlatoꝝ eccleſie ꝓpter cōcordiam ad vet⁹
teſtamētū: in quo ſicut legitur ṗmi Paralip. 25.
Rex Dauid poſtꝗ̄ trāſportauit arcā dñi de Sy-
lo in Hieruſalē: ad augmētum in tēplo dei ṗter
ſūmū pontificē a deo ordinatū: ſtatuit ⁊ ipē alios
minores pontifices numero viginti quattuor: qui
ꝑ ſuas hebdomades in tēplo dei miniſtrarent: ⁊
de iſtoꝝ numero creditur fuiſſe Zacharias pater
Joannis baptiſte: q2 de eo dicitur Luce. 1. ꝙ erat
ſacerdos de vice Abia (qui fuerat octauus inter
ordinatos a Dauid) ⁊ ꝙ ſcd̄m ordinem vicis ſue
miniſtrabat i tēplo: quādo ingreſſus ſanctuariū
vt incēſum offerret coram dño: vidit angelū Ga-
brielem loquētē ſibi. Et quia illa eccl'ia antiqua
erat figura hui⁹ noſtre noue: ideo numero mino-
rum ṗlatoꝝ illius eccl'ie notantur multi minores
ṗlati noſtre eccl'ie. ſequitur: et ſupra thronos .i. ſe-
des illas epiſcopoꝝ minoꝝ erāt viginti quattuor
ſeniores .i. ṗlati: q̄ etate/⁊ morib⁹ maturi eſſe de-
bent: circūamicti ſtolis albis .i. caſtitate fulgētes
in corpore: ⁊ in capitibus .i. mentibus coꝝ corone
auree ſapiētie/vel charitatis. has enim dotes ha-
bere debent boni prelati eccl'ie dei. Et de throno
quolibet ṗlatoꝝ ꝓcedebant ad populū dei ſibi
ſubiectū: fulgura .i. ſplendores miraculoꝝ: voces
ṗdicationum: ⁊ tonitrua cōminationū. quēadmo-
dum dictū eſt de ſede ſummi pontificis: ꝙ debet
paſcere fideles verbo/⁊ exemplo: ⁊ deterrere ſuo
flagello. Et ſeptē lampades ardentes erāt ante
thronum cuiuſlibet ṗlati ad illuminādū/⁊ infla-
mandū ipſum ad omne opus bonū. qui ſunt ſe-
ptem ſpūs dei: de quib⁹ Eſaie. 11. Spirit⁹ ſapien-
tie/⁊ intellectus. ⁊c̄. miſſi in oēm terrā .i. ad oēs fi-
deles in gr̄a exiſtētes: ſed ſpeciali⁹ ad ṗlatos qui



maiori gratia dei egent. Vel ꝑ hos ſeptē ſpiritus
intelligi poſſunt vniuerſi angeli cuſtodes: q̄ ſunt
adminiſtratorij ſpūs ⁊ in miniſteriū miſſi. ꝓuidit
enim deus cuilibet ṗlato angelū cuſtodē ſecun-
dum ordinē ſui throni ad incitandum ipſum ad
bonū regimen ſue eccl'ie: ⁊ vt arceat ipſum a ma-
lis operib⁹. ⁊ ponit̄ hic ſicut ṗus numer⁹ determi-
natus ꝓ indeterminato: eo ꝙ ſeptenari⁹ ſit nu-
merus vniuerſitatis: q2 ſeptē diebus peragit̄ om-
ne tempus. Et in cōſpectu ſedis cuiuſlibet ṗlati
tam maioris q̄ȝ minoris erat tanq̄ȝ mare vitreū
.i. miniſteriū ſacramentorū eccleſie/quorum pri-
mum eſt baptiſmus tanq̄ȝ mare vt apl'us dicit. 1.
Corin. 10. ꝙ patres veteris leg. in mari baptiza-
ti ſunt. ⁊ hoc mare dr̄ vitreum ſimile chriſtallo .i.
mare congelatū/⁊ induratū: quia poſt baptiſmū
fideles chriſti cōfirmantur ⁊ frigore tribulatiōis
indurātur: veniuntq̄ȝ ad firmitatē virtuoſe actio-
nis. Poteſt etiā hec clauſula aliter exponi: ꝙ in
conſpectu ſedis pōtificalis ſit mare vitreū .i. cet⁹
doctoꝝ celeſtia meditātium: eget enim ṗlat⁹ con-
ſilio/⁊ adiutorio eoꝝ: qui ⁊ ſacramentum intelli-
gant/⁊ rem ſacramēti: nec recipiāt ad dignitates
eccl'iaſticas niſi quos idoneos agnouerint. vnde
⁊ mare illud dr̄ ſimile chriſtallo .i. habēs firmita-
tem fidei/ſciētie/⁊ virtutis moralis: ſicut ex aqua
dureſcit chriſtallus. Et in medio/⁊ in circuitu ſe-
dis apl'ice dignitatis erant quattuor aīalia. ⁊c̄. ꝑ
que deſignantur quattuor ſedes patriarchales .i.
ṗncipaliſſime inter ſedes minorum ṗlatorū to-
tius eccl'ie dei: q̄ prelati ideo patriarche .i. patres
ṗncipales dicuntur poſt ſummū pontificem: vo-
canturq̄ȝ aīalia ſancta alias apud Ezechielē ad-
mirabili viſione deſignata: q2 .ſ. officio q̄drifarie
ṗdicationis euangelij ꝑ quattuor mundi partes
⁊ aīata ſunt/⁊ aīantia in ſpirituali vitā gr̄e. nam
erāt plena oculis .i. noticijs rerum ad talē vitam
neceſſariarum: ante/⁊ retro .i. de ṗteritis ⁊ futuris
dei operibus: vel potius de myſterijs ve. et noui
teſtamēti. talis enim ſcientia ē neceſſaria prelatis
maxime patriarchis ad hoc ꝙ ſe et alios fideles
ſpūaliter viuificēt. Et aīal ṗmum ſimile erat leo-
ni/ſecundum vitulo/tertium habēs faciē q̄ſi ho-
minis/⁊ quartum aīal ſimile aquile volāti. Con-
ſonat Joānes Ezechieli in numero/ ⁊ qualitate
facierum iſtoꝝ aīalium: licet variet ordinē. nam
Ezechiel. 1. dicitur. Similitudo autem vultus eo-
rum: facies hominis/facies leonis a dextris ipſo-
rum quattuor. facies autē bouis a ſiniſtris/et fa-
cies aquile deſuper. Sed hec variatio ꝓuenit ex
varia intētione ſenſus litteralis vtriuſq̄ȝ ꝓphete:
de quo ſenſu hic nos nō diſputam⁹: ſed tantum
de ſenſu hiſtorico quē habuit autor huius officij
qui ⁊ hāc poſuit lectionē .ſ. vt notaret qualitates
differentes quattuor ſediū patriarchaliū in eccle-
ſia dei. Unde ad hoc ꝓpoſitum colligitur ṗmo
ꝙ quilibet bonus patriarcha debet habere quat-
tuor facies .i. ꝓprietates morales .ſ. ꝙ ſit rationa-
lis vt homo in proſperitate/imperterritus vt leo
in aduerſitate/ſeſe mortificās q̄ȝtum ad carnē in
religiōe vt vitulus/⁊ celeſtia deſiderāter petēs vt

aq̄la in contēplatione. Itē ṗdicare debet q̄ttuor
ṗcipuos articulos fidei: de humanitate chriſti .ſ.
ꝙ ſit natus vt homo/ paſſus vt vitulus/ ſurrexit
vt leo/et aſcendit vt aquila. In quibus maxime
verſatur doctrina quattuor euangeliſtarum: qui
iccirco iſtis animalibus et faciebus deſignantur
in eccleſia dei. Poteſt nihilomin⁹ et forte magis
ad intentionē huius l'r̄e quelibet iſtarum facierū
ſeorſum adaptari vni tantum ſedi patriarchali
hoc modo. Cū .n. prima ſedes patriarchalis po-
natur Hieroſolymitana/ſecunda Anthiochena/
tertia Alexādrina/et quarta Cōſtātinopolitana:
vt clare notatur in decretis patrū: nō immerito
ponitur hic in primo loco facies leonis notādo
eccleſiā Hieroſolymitanā. primū inq̄t aīal ſimile
leoni: q2 ibi primo cepit ṗdicari reſurrectio chri-
ſti ab apoſtolis (que vt dixim⁹ ꝑ faciē leonis ſi-
gnificatur) vt patet ex Actib⁹ apl'orū a capite. 2.
et deinceps. nam ṗdicatio apoſtoloꝝ incepit a re-
ſurrectiōe chriſti. In eadem etiam eccl'ia fuit pri-
ma ꝑſecutio contra chriſtianos: et ibi maxia ſan-
ctoꝝ conſtantia demōſtrata eſt in aduerſis mun-
di tribulationibus. Secundum aīal ſimile vitu-
lo fuit eccleſia Anthiocena: in qua fideles primo
noīati ſunt chriſtiani .i. ſanguine chriſti tincti hoc
eſt aſſimilati paſſioni ei⁹ ꝑ carnis mortificationē:
qui etiam ibi finē impoſuerunt legalib⁹ ſacrifi-
cijs hyrcoꝝ/et vituloꝝ: vt patet in actibus apl'oꝝ
a capite. 13. et deinceps. Tertia ſedes Alexādrina
dicitur faciē habēs quaſi hominis: q2 ī ea primū
viguerunt optimi prelati in regimine eccl'ie/ma-
gniq̄ȝ doctores tā in humanis q̄ȝ in diuinis l'r̄is:
quales fuere Marcus/Petr⁹/ Athanaſi⁹/⁊ plu-
res alij. Quarta deniq̄ȝ ſedes patriarchalis Cō-
ſtātinopolitana ſilis dr̄ aquile volāti: tū q2 fauo-
re Conſtātini imꝑatoris inſigne aquile in vexil-
lis ſuis ferentis erecta eſt in patriarchalē eccle-
ſiam: eo ꝙ in illa ciuitate ponēda eſſet ſedes im-
perialis: relicta vrbe Roma in ſedē ſummi pōtifi-
cis. tum quia primi ṗlati illius eccl'ie fuerūt emi-
nentiſſime ſanctitatis viri: vt patet de Gregorio
Nazanzeno: ⁊ quibuſdā alijs. ſequitur. ⁊ iſta ani-
malia habebant alas ſenas ad volandū ſuꝑ fi-
delem populū ſibi cōmiſſum. prima ala ē lex na-
ture/ſecūda eſt lex Moyſi/ tertia ꝓphetia/quar-
ta euangeliū/quinta apl'orum doctrina/ et ſexta
patrū decreta. his .n. alis ṗlati eccl'ie maxime pa-
triarche volare debēt/ modo ſurſum ꝑ contēpla-
tionē diuinoꝝ ſecretorū/ modo deorſū ad guber-
nationē ꝓximoꝝ/nunc ad dexterā proſperitatis
ꝑ ſignarum actionē / nūc ad ſiniſtram aduerſitatis
patienter tollerando laborē/ iam ante ꝑ memo-
riam ṗteritorū peccatorū/ iam retro ꝑ cautelā fu-
turoꝝ malorum. et iſta animalia in circuitu ⁊ in-
tus plena erant oculis .i. valde oculata/ac circū-
ſpecta in agendis: q2 iſta circūſpectio eſt maxime
neceſſaria ṗlatis. vel erant plena oculis .i. noticijs
⁊ ſenſibus varijs ſanctarū ſcripturarū. De officio Tertia ps epiſtole.
ſa deniq̄ȝ religioſitate oim eccleſie ṗlatoꝝ a ſum-
mo pōtifice vſq̄ȝ ad infimos ſacerdotes eccl'ie: ſe-
quitur textus. et requiem non habebant .i. nunꝗ̄

ceſſabant illa aïalia a laudibus diuinis: die/ ac
nocte.i.tam in proſperitate ꝙ̃ in aduerſitate. vel
die/ac nocte.i. continue ⁊ in oïbus horis diei/ ac
noctis.quia vt in principio p̄mi libri huius ope-
ris ſuperius diximus:licet vna particularis pſo-
na/aut eccl'ia nō poſſit cōtinue et in oïbus horis
diei/ac noctis laudes diuinas decātare:tamē to-
ta eccleſia vniuerſalis hoc pōt ſecundū diuerſas
partes ei⁹.q2 ſimul idē tēporis momētum qd̄ hic
eſt dies:alibi eſt nox. in hac regione eſt mane:in
alia veſpera.vnde quādo in hoc loco cantat̃ pri-
ma:in alio dicitur tertia/vel ſexta/⁊ in alio miſſa.
Item alibi veſperi/aut cōpletoriū.quod cōtingit
ꝓpter terre rotūditatē vt ꝓbant aſtrologi. Nulla
eſt ergo hora diei/aut noctis in qua alicubi non
dicatur miſſa:cuius vna pars eſt ille hymnus q̄
p̄fationi ſubditur: ⁊ de quo hic dicitur ꝙ erāt il-
la aïalia dicentia cōtinue. ſanctus/ſanctus/ſan-
ctus:hoc ter ꝓpter diuinarū pſonarum diſtinctio
nem:dn̄s deus oīpotens propter eſſentie diuine
vnitatē. vel ſi ad ſolā chriſti pſonam referat̃ iſte
hymnus:denotat tres ſubſtantias.ſ.diuinitatem
animā/ ⁊ carnē in vna pſona chriſti. Et q2 voca-
bulū ſanctus triplicē habet interp̄tationem.i.fir-
mus/mundus/⁊ a terra eleuatus:ideo chriſt⁹ ter
dr̄ ſanctus. nam ꝙ̃tum ad diuinitatē eſt firmus
eternitate.ideo additur:qui erat.ſ. ab initio ⁊ an-
te ſecula.ꝙ̃tum ad aïam eſt mund⁹ ab omni pec
cati macula:quare ſubditur:qui eſt.ſ.omni gratia
plenus.ꝙ̃tum ad carnē eſt a terra eleuatus:quia
illius corpuſculi generatio in vtero virginis ma
tris non fuit terrena ſed celeſtis :vnde ſubditur:
qui vēturus eſt ad iudiciū apparēs glorioſus in
illa ſua hūanitate.Et cū darēt illa quattuor ani-
malia in ſuis officijs eccl'iaſticis quotidie gl'iam/
⁊ honorē/⁊ benedictionē chriſto ſedenti ſup thro-
num.i.p̄ſidenti ſup totam eccl'iam:cuius eſt ſum
mus pontifex in eternū:dabant inquā gl'iam di-
uinitati eius:quia ſoli deo conuenit gl'ia p natu-
ram.⁊ honorē anime eius plene virtutib⁹:q2 ho-
nor eſt p̄mium virtutis. ⁊ bn̄dictionē carni ſue:q̄
dotes gl'ie/⁊ originalis iuſticie accepit ꝓ benedi
ctione.q.d.ſedes ſuperior ſūmi pōtificis/ ⁊ quat-
tuor patriarchales p̄dicant/⁊ predicādas docent
cōtinue laudes diuinas in officijs eccl'iaſticis ab
omnib⁹ ſacerdotib⁹ chriſti:vnde ad nutum ſupe
riorū p̄latorum inferiores procidebāt.i. humilia-
bant ſe ad cultū dei:q̄ pri⁹ dicti ſunt vigintiquat
tuor ſeniores.i.epiſcopi minores:⁊ alij oēs ſacer-
dotes:ante ſedentē in throno ieſum chriſtū:⁊ ado
rabāt latria ipſū viuentē in ſecula ſeculoꝝ.i.eter-
naliter:quia mors illi vltra non dn̄abitur. Patet
ergo religioſa officioſitas oīm graduū ſacerdota
lium eccleſie dei.i. tam maioꝝ inſtituentiū diui-
na officia de laudib⁹ dei: ꝙ̃ minoꝝ acceptātiū ea
Graduale
humiliter ⁊ quotidie exequentiū. ¶Cantus gra
dualis cum ſuo verſu ⁊ aleluia:que ſuperi⁹ nota
ta ſunt: etiam ad hunc ſenſum hiſtoricū notāt fi-
delis populi reſponſionē deum laudantis de tā
excellenti ordinatione ſue eccl'ie ꝓ hac ſexta mū
di etate:qualis deſcripta eſt in p̄cedenti epiſtola.

Euangelij argumentum.

¶Euangelium: Erat homo ex phariſeis.⁊c. ad
ſenſum hiſtoricū de exordio eccl'ie chriſtiane de-
clarat chriſti doctrinā eccleſie ſue relictā q̄lis fue-
rit.i.ꝙ̃ vtilis/⁊ neceſſaria fidelib⁹ ſeruis dei. Ubi
primo docet illam doctrinam ſapientibus ſeculi
videri mirabilē. Scd̄o ibi:Et reſpōdit Ieſus.⁊c.
ꝓbat eius neceſſitatē pariter ⁊ vtilitatem. Tertio
ibi:reſpondit Nichodemus.⁊c. aperit ipſius poſ
Prima ps euangelij.
ſibilitatē. Nichodem⁹ iſte vir religioſus/⁊ ſapiēs:
qui venit ad ieſum nocte : teſte Auguſtino typū
gerit cathecumini philoſophi ad p̄latum eccleſie
venientis in nocte.i.obſcura cognitione ſacramē
torum dei:vt de fide/⁊ religione eccl'ie chriſtiane
plenius informetur.qd̄ etiam ex ipſo noïe claret.
ſiquidem Nichodem⁹ hebraice ſanguis eſt lati-
ne:grece autē Nichodem⁹ eſt victoria ppl'i. horū
primū ad religionē/ſecūdum ad ſapientiā perti-
net:que duo philoſophis veris cōueniūt:maxime
quando iam doctrinā eccleſie audientes effecti
ſūt cathecumini : quales fuiſſe olim legim⁹ Ui-
ctorinū:Lactantiū/Ciprianū/Auguſtinū:⁊ alios
plures.quādo ergo aliquis talis voluit de doctri
na eccleſie ampli⁹ edoceri:⁊ venit ad p̄latum in-
terrogandū: quia inſtinctū ratiōis naturalis ſeq̄
tur: pōt dici homo.ſed q2 nōdum ē baptizat⁹ nec
mēbrū eccl'ie:ē ex phariſeis.i.diuiſis ab eccl'ia.ſed
propter ſapiētiam.pōt dici Nichodem⁹ nomine
.i.recte viuens ⁊ alios ſimplices in moribus re-
gens.hic inquā venit ad ieſum .i. ad ſalutem aïe
ſue q̄rendam.ſed in nocte infidelitatis.vl' ſi iam
habet fidē:venit in nocte impfecte noticie myſte-
rioꝝ eccl'ie:quia nōdū plene cognoſcit ea ſed con
fuſe/⁊ obſcure. Interrogans ergo p̄latum eccle-
ſie dicit ei. Rabbi.i.preceptor chriſtianoꝝ:ſcimus
ſaltem p coniecturā ex his q̄ exterius apparent
in moribus tuoꝝ ſubditoꝝ iuxta inſtitutionē do-
ctrine tue:ſcim⁹ inquam : q2 a deo veniſti magi-
ſter.i.a deo accepiſti hoc magiſteriū talis doctri-
ne:quia cū ipſa ſit bona ⁊ honeſta:nō pōt eē niſi
a bono deo inſpirata.hoc etiā patet ex effectibus
eius.nemo enim pōt hec ſigna.i:opera mirabi-
lia facere in hominib⁹ qualia tu facis:ad cōfirmā
dū veritatē doctrine tue:niſi fuerit deus cū eo per
internā inſpirationē/⁊ fauorabilē aſſiſtentiam ad
faciēda opera.videm⁹ etiā ex tua doctrina pluri-
mos hoïes mūdanas diuitias ⁊ honores cōtem
nere/iniurias ⁊ alia damna equanimiter tollera
re/abſtinētiam ⁊ ſobrietatē ſeruare/⁊ deniq3 car-
nales delicias fugere/aliaq3 multa virtutū exer-
citia ſectari:que nō niſi a bono deo habita ⁊ ſibi
placita credi poſſunt. Hec ⁊ alia his ſimilia dice
bant ſapientes gentiliū p̄latis chriſtianoꝝ in pri
mitiua eccleſia admirati de doctrina eoꝝ. quare
meruerunt illuminari a deo de his q̄ ſibi neceſſa
ria erant ad ſalutem aïarum.⁊ de his ſubditur.
Secūda ps euangelij.
Reſpondit Ieſus.i.ſalutaris p̄latus dicēs philo
ſopho ſic interroganti:amen amē.i.certiſſime di-
co tibi:ꝙ niſi quis ex vobis taliter affectis/⁊ ſol-
licitis de ſua ſalute:natus fuerit iterum:non po-
teſt videre clare regnum dei.i.eccleſiā chriſti qua
lis ſit/⁊ ꝙ̃ ſublimis/et neceſſaria doctrina eius.
Cum



Cum enim homo ex duplici conſtet natura:due
ſunt ei neceſſarie natiuitates : quarū alterā (que
eſt carnis) iā accepit q̄ talia q̄rit:⁊ p eā videt hec
naturalia corpora ⁊ tm̄ regnū mūdi:reſtat ergo ei
vt iterum naſcatur quo ad aïam:quaten⁹ poſſit
videre ſpūalia ⁊ totū regnū dei. Sed carnalis ad
huc homo ⁊ nondū natus ſpūali natiuitate:ſola
terrena ſapit non putās eſſe aliā hoïs natiuitatē
niſi carnis:ideo miratur dicēs: quomodo poteſt
homo iterum naſci:hoc enim videtur impoſſibi-
le propter duo:tum q2 homo ſenex non pōt fieri
puer.a p̄uatione enim ad habitū impoſſibilis eſt
regreſſus.tum q2 homo adultus non poſſet capi
intra anguſtias materni vteri. Sed eccleſie prela
tus declarat ei aliam natiuitatē ſpūalem dicēs:
niſi q̄s renatus fuerit.i.iterum natus quoad ani-
mā in vtero ſancte eccl'ie catholice.ſ. p baptiſmū
chriſti ex aqua lauante corpus exteri⁹/⁊ ſpūſan-
cto renouante aïam interius p gratiam dei: non
poteſt introire ad videndū regnū dei q̄ eſt eccl'ia
chriſtiana. Per hāc enim ſpūalem natiuitatem
de nouo generatur aïa hominis:non quo ad eſſe
naturale eius q̄ eſt ſua ſubſtātia: ſed quo ad eſſe
morale p gr̄am dei : de qua apl's Petrus ait ꝙ
p eam diuine facti ſumus cōſortes nature.i.naſci
ture/vel natiuitatis. Hec gr̄a ſpūſancti cōicatur
fidelib⁹ p baptiſmū chriſti:⁊ p alia ſacramēta ab
eo inſtituta in ſua eccl'ia. Infuſa autē gr̄a dei aïe
hominis taliter eū afficit:vt quaſi in alterum vi-
rum mutetur ac ſi de nouo naſceretur.nam dein
ceps multo aliter ſapit de rebus diuinis pariter
⁊ humanis quā pri⁹ ſapiebat:⁊ tūc incipit guſta-
re/⁊ videre ꝙ̃ ſuauis eſt de⁹/ ⁊ ꝙ̃ ſublimis doctri
na eccl'ie ſue:qd̄ eſt videre regnū dei:regnum in-
quā eccl'ie militantis. Declarat amplius p̄latus
hanc ſcd̄am natiuitatem ex analogia oppoſiti.ſi-
cut.n.qd̄ natū eſt ex carne.i.ex parentib⁹ carnali
bus hoïs caro eſt.i.corpus carneū:q̄ vt aïe inſtru
mento viuit homo hac vita aïali:⁊ p ſenſus cor-
poris hec mūdana pcipit atq3 guſtat ea:ita quod
natū ē ſcd̄a natiuitate ex ſpūſancto ⁊ gr̄a dei: ſpi-
ritus eſt .i. aïa hoïs cognoſcēs ſpūalia bona dei
⁊ guſtat ea:ideo nō mireris tu philoſophe gētiliū
q2 dixi tibi:oportet vos naſci denuo.ſ.ad pfecte vi
uendū pfecteq3 ſentiendū de oïbus que ad homi
nem ptinent.nam perfecta vita hominis p̄ncipa
lius conſiſtit in aïa ſuperinfuſa gratia dei:q̄ ho-
mo aptus efficitur videre regnū dei.i.ſecreta my
ſteria eccleſie ⁊ doctrine ſue. Et poteſt hoc idem
pſuaderi naturali quadā ſimilitudine. q2 ſpūs.i.
ventus p aerē diſcurrēs/vbi vult.i.vbicūq3 cōtin
git eum fieri:ibi ſpirat.i. ibi flat ⁊ mouetur.⁊ vo-
cem.i. ſonitū eius audis ſenſibiliter exterius:ſed
neſcis vnde veniat.i.a qua parte terre naſcat̃ il-
le ventus:aut quo vadat.i.ad quam partem ter-
re terminetur motus eius.ſic.i.talis ē omnis ho
mo qui natus eſt hac ſecunda natiuitate ex ſpiri
tuſancto p gratiam dei cōicatam ſibi in ſacramē
tis eccleſie.ſ.quia bene videt ibi exterius materiā
⁊ formā ſacramenti: ſed interiorem dei gr̄am ibi
cōicatam non ſic clare videt vnde veniat.i.ex qui

bus meritis ſuis aut ſuorum progenitorum vel
etiam amicorum:quia ſepius occulto dei iudicio
quibuſdam hominibus datur gratia/⁊ alijs non
dat̃.ideo magna dei miſericordia fit homini q̄n-
do trahitur homo ad baptiſmū ⁊ alia ſacramen-
ta gratie: ⁊ neſcit ipſe vnde hoc veniat : aut quo
vadat.i.ad quem finem hoc faciat deus .ſ. an ad
bonum ipſius hominis vocati/vel ad alteri⁹/aut
forte totius eccleſie dei. et ſi intelligatur de vlti-
mo fine que eſt beatitudo:tamen illam nec ocu-
lus viatorꝫ hominis vidit/nec auris audiuit/nec
in cor hominis aſcendit : ideo neſcit quo vadat
Tertia ps euangelij.
hoc donum gratie dei. Patet ergo quanta ſit
neceſſitas ſimul/ ⁊ vtilitas chriſtiane religionis
ad perfectionem humane vite in moribus. Sed
quia homo nondum renatus iſta nō capit: quia
abſcondit ea deus a ſapientibus hui⁹ ſeculi:ideo
amplius inquirit de huius ſecunde natiuitatis
poſſibilitate dicens:quomodo poſſunt hec q̄ dici
tis fieri:Ad quā dubitationē(que in ſententia ea
dem eſt cum p̄cedente)ex p̄miſſis patet ſolutio.ſ.
ꝙ nemo hec myſteria eccl'ie dei capere pōt: niſi
prius mēs eius gratia ſpūſancti fuerit illuſtrata
⁊ renouata:⁊ hoc p humilem ⁊ deuotā ſacramen
toꝝ ſuſceptionē:quorū ianua eſt baptiſmus chri-
ſti: ideo p̄latus audita hac ſecūda interrogatiōe:
rep̄hendit interrogantē de culpabili ignorantia
dicens:tu es magiſter.i.doctor alioꝝ in ppl'o tuo:
et hec myſteria ignoras:que etiam ſimplices po
puli mei norunt.q.d. hoc non ꝓuenit niſi ex cul
pa tua:qui non procuras tibi natiuitatem ſpiri-
tualem ſacramenti baptiſmi:qua poſſes hec my
ſteria luce clarius intueri.ſed pſiſtens in obſcuri-
tate carnalis vite: putas te importunitate tuarū
q̄ſtionū habere poſſe reſolutionē hui⁹ materie:q̄
tū non habet̃ ex puris naturalib⁹:ſed ex ſupnali
dono gr̄e dei. Deberes ergo interim ſaltē credere
his q̄ iam renati ſūt in chriſto/ atq3 in talib⁹ eru-
diti:quales ſum⁹ omnes chriſtiani maxime pre-
lati.q2 quod ſcimus p reuelationē a deo: hoc lo-
quimur ad ꝓximos ſimpliciores:⁊ qd̄ vidimus p
experiētiā gr̄e dei:hoc teſtamur.i.tanq3 teſtes dei
p̄dicam⁹.et vos philoſophi p̄ſumētes de natura-
lis ingenij pſpicacitate teſtimoniū nr̄m nō acci-
pitis.i.nō creditis.ideo nimirū ꝙ hec myſteria nō
intelligatis:teſte Eſaia:niſi credideritis nō intel-
ligetis. Et ſi hec terrena.i. plana ⁊ facilia de ſcd̄a
natiuitate/vl' regeneratiōe hoïs ſpūali:nō creditꝭ
ex p̄dicta culpa vr̄a:quomō ſi dixero vobis cele-
ſtia.i.altiora myſteria dei ⁊ eccl'ie q̄ reſtant:crede-
tis:q.d.nō erit vobis hoc poſſibile pmanētib⁹ in
hoc carnali ſtatu.q2 nemo aſcēdit p clarā intelli-
gētiā in hoc celū eccl'ie:niſi q̄ deſcēdit de celo di-
uinitatis p incarnationē.⁊ hic ē filius hoïs.i.ver⁹
homo chriſtus:q̄ etiā p identitatem ſubſtantie eſt
in celo deitatis.i.eſt verus de⁹ equalis pr̄i a quo
miſſus eſt.q.d. ille eſt q̄ plene capit hec myſteria
ſue eccleſie: quam ipſe cōſtituit/⁊ docuit ea fide-
les ſeruos ſuos:qui pie credunt in eum et renati
ſunt p baptiſmū ex aqua et ſpirituſancto. Ideo
etiam de quolibet eorum dici pōt:ꝙ nemo alius.
L

aſcēdit in celũ eccl'ie:niſi qui deſcēdit de celo diui
nitatis ꝑ regenerationē ſpũalē:⁊ hic eſt filius ho
minis chriſti.i.vere chriſtianis ꝗ eſt in celo eccle-
ſie iam baptizatꝰ ⁊ cōfirmatus in fide. Quoꝝ ſa
cramētoꝝ virtus emanauit ex paſſione chriſti in
lege veteri multipliciter figurata:preſertim Nu-
meri.21.q2 ſicut Moyſes exaltauit ſuꝑ lignũ ſer-
pentem eneum in deſerto:quo ꝑcuſſi ⁊ venena-
ti a ſerpentibus viuis ⁊ venenoſis ſanabātur ꝑ
inſpectionē enei ſerpentis:ꝗ erat ſine veneno:ita
etiam oportuit filium hoīs ieſum chriſtum exal-
tari ad paſſionem in ligno crucis:quatenꝰ ex vir
tute illius paſſiōis oīs ꝗ recte credit in eũ(quod
eſt deuote ipſũ aſpicere)nō pereat veno pcti: ſed
habeat vitam ſpũalem aīe eternam.i. incorrupti
bilem ex grã dei. ⁊ ſic renatus ad talem vitã ex
virtute paſſiōis chriſti ſibi cōicata in baptiſmo/
⁊ alijs ſacramentis eccleſie:poterit aſcendere ad
videndum hoc myſticum celũ doctrine chriſtia-
ne:qđ nemo pōt videre niſi ꝗ eſt in celo.i. mem-
brum eccl'ie incorporatum ꝑ baptiſmũ.quare ſa-
piētes huius ſeculi antequā ꝓdicto mō regenerent
ac renaſcātur:non putēt ſua naturali intelligētia
excellētiã huius doctrine attingere: quātūcunqꝫ
diſputent ⁊ inquirant de illa.ꝗ eſt veluti Mãna
abſconditum qđ nemo nouit niſi ꝗ accipit vt đr
Moralitas. Apoca.3. ¶ Moraliter ꝟo hoc euangeliũ cũ ſua
epl'a ꝓ fidelibꝰ penitētibꝰ nouã fidelis aīe crea-
tionē denotat/nouãqꝫ natiuitatē ſpũalem:quam
apl's Paulus nouã creaturam vocat in epl'a ad
Galatas.et hec noua creatio aīe nō ſit in eſſe na-
turali aīe(q2 hoc iam habet homo ex vtero mr̃is
ſue)ſed ineſſe morali:q2 ꝑ gratiã dei homo inci-
pit ſe habere multo aliter ꝙ̄ prius ſe habebat in
ſuis cogitationibꝰ/⁊ affectionibꝰ/ ſeu deſiderijs/
erga deũ/⁊ hoīes/atqꝫ alias res huiꝰ mundi.iſte
ergo nouus modus ſe habendi in ſacra ſcriptu-
ra vocatur creatio anime / vel noua eius natiui-
tas. Et quia fidelis populus dei ex exercitio ſpi-
rituali quod habuit ī feſtis precedētibus paſcha
tis/reſurrectionis/ aſcenſionis/ et penthecoſtes:
videtur iam conſequutus remiſſionem peccato-
rum/et donũ gratie ſanctificantis animam:ideo
preſentis diei officium declarat dignitatē aīe ſic
de nouo create ⁊ renate in chriſto. Hec etiã digni
tas/creatio/ ⁊ natiuitas ſpũalis hominis eſt ne-
ceſſaria ad opera noſtre peregrinationis:quã ho
die incipit eccleſia:quatenꝰ ſint apta ad beatitu-
dinem conſequendã:ꝗ eſt finis nr̃e peregrinatio
nis.debēt enim nr̃a opera eſſe facta in grã ⁊ cha
ritate dei:ſine qua nihil valerent ad illũ finem vt
probat apl's.1.Cor.13.dicēs: Si linguis hominũ
loquar.⁊c̃.charitatem autem non habeam nihil
mihi prodeſt. Debuit ergo hec dñica prima huiꝰ
temporis peregrinatiōis ꝓſupponere aīam fide-
lem iã eſſe in grã/⁊ habere dona ſpũſancti in pē
thecoſte recepta:quo ſuppoſito hodiernũ officiũ
poſt bñdictionē dei ⁊ grãrumactionē de tãta eiꝰ
mia in introitu miſſe:itē poſt petitionē ꝓtectiōis
aīe a peccatis ⁊ ab alijs aduerſis ī orone: deſcri-
bit in epl'a aīam ſic deo gratam velut quoddam

celum aut potius tēplũ celeſte:in quo deus habi
tet:notans ꝑmo in eo ſedē aut thronũ dei:qui eſt
intellectus fide illuminatꝰ recte iudicãs de agē
dis ⁊ euitandis/de appetēdis ⁊ fugiēdis ac ſper-
nēdis bonis ⁊ malis ſcđm legē dei.hoc iudiciũ ꝑ
colores duos/viridē ⁊ rubeũ optime denotatur.
nam ꝓſecutio ad viridē ꝑtinet:fuga ad rubeum.
primus ad ꝑmia bonoꝝ operum refert. ſecũdus
ad penas maloꝝ. In circuitu throni iris exiſtens
tricolor:recta volũtas aīe dici pōt:ꝗ intellectũ fi-
delem circuit in practicis. nam ipa ꝑ intentionē
finis ꝑuenit ⁊ mouet intellectũ ad bene cōſilian
dũ/⁊ iudicandũ de medijs:ſed in electiōe medio-
rum ipſa ſequit iudiciũ intellectus. Dicit autē tri
color ꝓpter tres actus ſuos circa finē ⁊ totidē cir
ca media.nã voluntas ꝑmo vult finē/deīde ten-
dit in ipſũ/⁊ tandē adepto fine fruit eo. Circa me
dia etiam ꝑmo cōſentit iuditio intellectꝰ.ſecũdo
elegit cōuenientius mediũ.tertio vtit medio iam
electo. Sedes minores in aīa ſunt alie potētie or
ganice ſub libero arbitrio poſite: ꝗ numero.24.
hoc eſt bis duodeno diſtincte ſecernuntur in co-
gnitiuas/⁊ appetiuas: ⁊ vtreqꝫ cum ſint organi-
ce cōplectũtur ternariũ aīe:⁊ quaternariũ corpis ſecũ
dum pythagoricos:ex qbꝰ duobꝰ numeris reſul
tat duodenariꝰ. Ad has ergo inferiores potētias
aīe ex throno recte rōnis ꝓcedunt fulgura.i.illu-
minatiōes ſpũales:voces.i.dictamia practica de
agēdis:⁊ tonitrua.i.cōmotiōes ad bene agēdũ.eo
ꝙ aũ thronũ mētis ſctificate ꝑ grãm ſint ſeptē lã
pades ardētes.i.inflãmãtes ⁊ illuminãtes aīam:
ꝗ ſunt ſeptē ſpũs dei miſſi in oēm terrã ad ſeruos
dei:de qbꝰ đr Eſaie.11. Spũs ſapientie ⁊ intelle-
ctꝰ:ſpũs cōſilij ⁊ fortitudinis:ſpũs ſciētie ⁊ pieta-
tis:⁊ ſpũs timoris dñi.nã his donis ſpũſãcti mēs
hoīs efficit prōpta ad oīa bona opa ꝗ ꝑtinent ad
cultũ dei: ⁊ etiã ad ſuſtinēdũ queqꝫ aduerſa ⁊ aſ-
pera mũdi ꝓpter honorē dei:qđ ē mare vitreũ.i.
amaritudo fragilis : ꝗ tñ ꝑ tollerãtiã/⁊ patientiã
induratur ⁊ efficit ſilis chriſtallo. nã in aduerſis
eluceſcit bonũ virtutis vt dicit Ariſtoteles:⁊ virtꝰ
in infirmitate ꝑficit vt ſcribit apl's. hic quattuor ꝟtu
tes cardinales ꝓcedunt:ꝗ dicuntur aīalia plena
oculis aũ ⁊ retro.i.debitis circũſtantijs veſtite in
actibus ſuis. Et licet qlibet iſtarũ virtutũ habeat
quattuor facies in viſiōe Ezechielis(q2 vt Gregoriꝰ
dicit in.22.Moraliũ:Iuſticia ꝟa nō eſt ꝗ prudēs/
fortis/⁊ tēperãs nō ē:⁊ idē dicit de ſingulis aliaꝝ)
tñ ſi iuxta Apoc.Ioan.cuilibet earũ ſua ꝓpria fa
cies ꝯcedat:fortitudo habet faciē leonis/tēperan
tia faciē vituli/iuſticia faciē hoīs/prudētia faciem
aqle volãtis ſuꝑ totũ morale hemiſperiũ. Alie ſe
ne iſtarũ virtutũ poſſũt dici ſpecies ſubiectiue/vl'
partes potētiales.i. alie ꝟtutes minus ꝓncipales
eis ãnexe ad ſui maiorē ꝑfectionē: quam ſenariꝰ
numerus denotat. His dotibꝰ aīa fidelis premu
nita non erit ocioſa in via ſue peregrinatiōis:ſed
abſqꝫ vlla reqe aut mora ꝓcedet de ꝟtute ī virtu
tē:donec ꝑueniat ad dei viſionē ⁊ fruitionē cũ ſan
ctis ãgelis eiꝰ ꝯtinue clamãtibꝰ:ſctus/ſctus/ſctus
tunc.n. oēs potētie aīe ꝓcidēt corã deo adorãtes



et collaudãtes deũ in ſecula ſeculoꝝ. Hanc virtu
tum ſemitã:imo ⁊ viã latiſſimã declarabunt offi-
cia miſſalia ſequētia in hoc tēpore peregrinatio-
nis:ad quam hec dñica ꝑma hoīem exhibet ydo
neũ vt patet ex dictis. Euangeliũ aũt vt diximus
doctrinã eccl'ie dei in ſequētibus dñicis tradēdã
multiplicit ꝯmēdat ex eiꝰ ſublimitate/neceſſitate
⁊ vtilitate maxia:ideo oportet fideles nr̃i tēporis
abiecta carnali/ ⁊ mundana cōuerſatiōe ſeipſos
adaptare ad eiꝰ intelligētiã bñ capiendã ꝑ noue
cōuerſationis ſtudiũ:quaſi iterũ natos ⁊ in alios vi
ros mutatos. nec putet aliquis quãtũcunqꝫ do-
ctus ⁊ ſapiens ſua induſtria/⁊ ex ꝓprijs viribus
ad huiꝰ doctrine intelligētiã ſe poſſe ꝑtingere:ſed
opus eſt ꝙ humiliet corã deo petēs auxiliũ grẽ
eius ad id obtinendũ.nã ⁊ Auguſtinꝰ olim ma-
gnus philoſophus ī ſeculo de ſeipſo idē fatet in
4.libro ſuarũ cōfeſſionũ circa intelligētiã ſacra-
rum ſcripturarũ.ſ. ꝙ oportuit ipſũ humiliari ad
Offertorium. ipſam habēdam. ¶ Cantus offertorij. Bñdictus
ſit deꝰ pater.⁊c̃.in vtroqꝫ ſenſu hiſtorico ⁊ morali
cōformiter reſonat dei laudes: ⁊ grãrumactiōes
ꝓ ſupradictis ī nos bñficijs.ſ. q2 nos adoptauit
in filios ſuos ꝑ nouã regenerationē:et reuelauit
nobis ſecreta doctrine ſue.⁊c̃. Secreta orõ:San
ctifica q̃s dñe.⁊c̃. optat recipi apud deũ oblatio-
nē ſacrificij nr̃i: vt fructꝰ eiꝰ ꝑficiat in nobis tã in
Communio. ꝑſenti vita ꝙ̄ in futura. ¶ Cantus cōionis: Be-
nediciꝯ deũ celi.⁊c̃.eundē penitꝰ ſenſũ habet cũ
offertorio. Finalis orõ. Proficiat nobis.⁊c̃. idem
petit qđ ⁊ ſecreta ſub alijs verbis. Cōſonat huic
officio qđ dictũ eſt ſupra de ꝑma eccl'ie geñatiōe
.ſ.in officio ꝑme dñice in .40. licet quantum ad alia
myſteria ibi agat de exordijs eccl'ie chriſtiane.

## ¶ Caput octogeſimũnono

num de officio moderno : ſed deuotiſſimo feſti
corporis chriſti dñi noſtri:quod tñ eſt ꝑter cōcor-
diam ſenſus hiſtorialis alioꝝ officiorum domini
calium huius temporis peregrinatiōis.



v. Argumētũ officij Eria quīta poſt
dominicã trinitatis proximo
ſequēte agitur: in tota eccl'ia
latina ſolēniſſimũ feſtũ cum
ꝓceſſione de ſacramēto cor-
poris ⁊ ſãguinis ieſu chriſti.
Cuius feſti inſtitutionē mo-
dernã enarrat eiuſdē officij ordinator excellētiſſi-
mus doctor ſanctus Thomas Aq̃nas de ordine
ac religione frm̃ ꝓdicatoꝝ.qui ex mãdato ſanctiſ
ſimi dñi pape Vrbani quarti circa ãnos dñi mil
le ducētos ⁊ ſexaginta huius die officiũ ſapiētiſ-
ſime cōpoſuit:cauſamqꝫ huius noue inſtitutiōis
talis feſtiuitatis: ꝑter quintã feriã cene dñi in fi-
ne q̃drageſime:in lectionibꝰ nocturnis luculen-
tiſſime aſſignat. Preter quã ego myſterioꝝ pa-
trie mee cōſcius aliam cauſam dedi ſupra ī offi-
cio ſabbati ſancti:vbi hiſtoria geñationis.42.ec-
cleſie chriſtiane(in qua viguit ille papa Vrbanꝰ)
cōmemorata ē. Sed hac mea cauſa nũc dimiſſa;

ſententia ſancti Thome in lectionibꝰ huius offi- 2.
cij(quaꝝ ꝓncipiũ eſt:Immenſa diuine largitatis Cauſe inſtitutionis
bñficia)colligitur breuiter ad hec pũcta. Primo huiꝰ feſti.
ꝙ ppl's chriſtianꝰ ꝑ alijs oībus qui vſqꝫ fuerũt
a principio mundi:habet quandam dignitatem
ineſtimabilē:⁊ hoc propter excellentiora benefi-
cia ſibi diuinitus conceſſa. Scđo ꝙ principaliſ-
ſimũ oīm huiuſmodi beneficioꝝ fuit incarnatio
filij dei:qui ſue diuinitatis volēs nos eſſe parti-
cipes naturã noſtrã aſſumpſit vt homines deos
faceret ipſe factus homo. Tertio ꝙ ad recōcilian
dum nos peccatores deo patri aſſumptam na-
turã nr̃am in ara crucis hoſtiã obtulit deo patri
ꝓ nobis in odorē ſuauitatis. Quarto ꝙ vt tanti
bñficij.ſ.redēptiōis/⁊ recōciliatiōis nr̃e ꝯtinua in
nobis maneret memoria(vt par eſt)chriſtus cor-
pus ſuũ in cibũ:⁊ ſanguinē ſuũ in potũ ſub ſpe-
ciebus panis ⁊ vini ſumendum fidelibꝰ dereli-
quit. Quinto ꝙ vt hoc memoriale ſue paſſiōis ar-
ctius diſcipuloꝝ mētibus imprimeretur in ſupre
ma cena ſue paſſioni ꝓxima ipſũ inſtituit. Qua-
re ſexto ſequitur ꝙ fuit conueniēs vt fideles pia
deuotione aliquo ſolēniſſimo feſto recolerēt quo
libet anno inſtitutionē huiꝰ tam ſalutiferi ac mi-
rabilis ſacramenti corporis ⁊ ſãguinis chriſti re-
demptoris ſui:quatenus illo die exſoluerēt deo
debitas grãrumactiones ꝓ tanto beneficio. Se-
ptimo ꝙ licet circa finē quadrageſimalis ieiunij
hoc eſt quinta feria hebdomadis ſãcte quolibet
anno fiat in eccl'ia memoria de illa vltima cena
chriſti(vbi aliqualis mentio habet de inſtitutiōe
huius diuiniſſimi ſacramenti)tñ in illo die ꝓnci-
palior eccl'ie intentio occupat in memoria ⁊ cele
bratione deuota paſſiōis chriſti.quare non vide-
bat ſufficiēs illa celebritas ad digne recolēdã in-
ſtitutionem huiꝰ ſacramēti:ſed oportuit dedicari
aliũ diē tãte ſolēnitati pagēde. Octauo ꝙ Vrba-
nus papa quartus ad hoc myſteriũ integro celebri
tatis officio recolendũ nullũ diem inuenit aptio
rem poſt ſanctũ paſcha dñice reſurrectiōis quam
iſtã quītã feriã poſt octauas penthecoſtes. Ratio
ſua fuit q2 apl'i chriſti poſt miſſionē ſpũſancti in
eos(quo eorum corda ꝑfecte illuminata ſunt ad
plene capiēda myſteria huiꝰ ſacramēti)tali tem-
pore ceperũt cũ alijs fidelibꝰ hoc ſacrũ conuiuiũ
frequētare vt đr in actibꝰ apl'orum. Et itē q2 vſqꝫ
ad hãc hebdomadē officia eccl'iaſtica nō potuerit
ceſſare ab alijs chriſti myſterijs valde magnis.ſ.
a paſſiōe/reſurrectiōe/aſcēſione/pēthecoſte/⁊ indi
uidua diuinarũ ꝑſonarũ trinitate. Sed q̃re nul- 3. Alia cauſa huius inſtitutionis.
lus aliꝰ pon.Ro.ãte iſtũ Vrbanũ quartũ hoc fe
ſtum inſtituerit:ſanctus Thomas non aliã cau-
ſam aſſignat:quã ſingularē eiꝰ deuotionē ad hoc
euchariſtie ſacramētũ.q2 tñ valde ꝓbabile eſt eũ
ꝑceſſiſſe alios romanos pon. tã deuotos ⁊ ſctos
imo forte multo magis ꝙ̄ ipe fuerit:reddēda ē ali
qua alia cauſa ꝗ eũ mouerit ad huiꝰ tãti feſti no-
uam inſtitutionē:ꝑter ſuam deuotionē ad hoc ſa
cramētũ euchariſtie. Et quantum ego potui collige
re ex hiſtoria eccl'iaſtica illiꝰ tēporis:credo moue
rit eum quoddã ſtupendũ prodigium et grande

myraculũ q̃d ſuo tẽpore accidit in Hiſpania cir
ca hoc euchariſtie ſacramẽtum in magnũ fauo
rẽ chriſtianoꝝ cõtra ſarracenos bellantiũ: vt eos
a patria expellerent. Tunc.n. recuperata Valen
tia ſpecioſiſſima Hiſpanie terraconẽſis vrbe ſub
Aragonũ rege Jacobo: proceſſit eius exercitꝰ ad
uerſus Xatiuã. fixiſq; caſtroꝝ tẽtorijs e regione
eius: ſtatuto die cõgreſſus: chriſtiani deo pleni cõ
feſſiõi ⁊ cõioni aĩi oĩa vacare ceperũt. vt ſacramẽ
torũ virtute interius mente fortificati: etiam exte
rius corpore fierent robuſtiores. Sed pre ceteris
ſex eorum duces magis deuoti: cũ iã euchariſtie
ſacramẽtũ in fine miſſe ſacerdotis ſumere vellẽt:
coacti ſunt Mauroꝝ occurẽte exercitu cõionem
dimittere: et ad bellum citiſſime ſeſe accingere.
licet corpore ieiunos. Cunq; tota ferme die dimi
catum eſſet: tandẽ cum dei auxilio chriſtiani poti
ti victoria ad veſperam cũ grãrumactionibus et
diuinis laudibus ad caſtra redierunt: et euchari
ſtiam ſibi paratam repetierunt. quã cũ ſacerdos
eis vellet porrigere: diſcoopertis pallijs corpora
liũ inuenit ſex illas hoſtias viuaciſſimo colore ru
bentes/pãnoq; illi lineo adherentes tenaciſſime
Viſo hoc myraculo chriſtiani gauiſi ſũt gaudio
magno valde: quaſi intelligentes ꝑ hoc ſibi da
tum eſſe magnũ fauorẽ auxiliumq; de celo: ꝓpa
lata ad ſenſum ſue fidei occulta veritate. vnde ro
borati ac cõfortati animo contra hoſtes fidei hoc
diuinũ myſteriũ in media acie ſecũ ferebat ſemꝑ
victores: et ſic factũ eſt vt in breui tẽporis ſpacio
infideles illos Mauros a regno ſuo eiecerint. Et
geſta hec tunc tẽporis nõ ſolum ꝑ totam Hiſpa
niã: verũetiam ꝑ vniuerſam Europã diuulgata
ſunt/ꝑuenerũtq; ad aures ſummi põtificis p̄di
cti Vrbani quarti. illaq; occaſione ipſe accenſus
zelo fidei et deuotione huius ſacramenti inſtituit
ſolenne feſtum de veneratione tanti myſterij eu
chariſtie/ atq; Darocẽſi eccľie (in qua hoc myra
culũ venerabiliter reſeruat᷑ vſq; i hodiernũ diẽ)
innumeras cõceſſit indulgẽtias: q̃ vt toti fideliũ
eccľie cões eſſent feſtũ p̄dictũ corpis chriſti inſti
tuit. Ex hoc argumẽto clare elicit᷑ ꝙ huius feſti
uitatis officiũ ſit extra cõcordiã alioꝝ officiorum
et p̄cedẽtium ⁊ ſequẽtiũ in hoc tẽpore peregrina
tiõis: q̃tum ad ſenſũ hiſtoricũ quẽ i ipſis (opinõe
mea) intendit eccľia. tum q2 ex cauſis p̄dictis inſti
tutionis huiꝰ feſti cõſtat aliã fuiſſe intẽtionẽ au
toris eius ab intẽtiõe autoꝝ antiquoꝝ q̃ alia offi
cia huius tẽporis ediderunt. autor.n. iſte nõ ſtatũ
p̄mitiue eccleſie (quẽ habuit in p̄mis ſuis trecen
tis annis) hoc ſuo officio deſcribere intendit: ſicut
alia officia q̃ cadunt ſub p̄ma hiſtoria huiꝰ tem
poris: ſed ſolã venerationẽ p̄ncipalem ſacramẽti
euchariſtie declarauit. tum q2 ſi ꝓpter miraculũ
Darocenſe hoc officiũ fuerit inſtitutum: ad aliud
tẽpus ꝑtinet hoc officiũ ab eo ad q̃d duo officia
dñicalia (quibꝰ interſeritur) referuntur. nam q̃li
tatem eccľie dei circa annos domini. 1260. com
memorans ad exoluẽdum deo gratiarumactio
nes de exaltatione fidei chriſtiane ⁊ victoria con
tra ſarracenos tendit. Tum deniq; ſi ad cõpletio

Hiſtoria ſanctorum corporaliũ Darocc.

Solus ſenſus litteralis hic requirẽdus eſt.

rem celebritatẽ euchariſtie faciendã in eccľia dei
hoc feſtũ ſit inſtitutũ: nõn determinat᷑ aliq̃d certũ
tẽpus ſexte etatis ad q̃d referatur huius diei offi
cium. nihil.n. refert ad recolẽdum hoc tñ dei be
neficium cum laudibus et grãrumactionibus: q̃
tẽpore fuerit a chriſto inſtitutũ.ſ. in principio/aut
medio/vel fine temporis: ſed ſufficit ſcire ꝙ chri
ſtus aliq̃ñdo ãte nos hoc myſteriũ inſtituerit ad
vtilitatẽ ⁊ honorẽ nr̃m. Poſſet tñ (qui vellet hoc
officium ad exordiũ militãtis eccľie applicare cõ
corditer ad officiũ dñice p̄cedentis) dicere: ꝙ chri
ſtus eccľiam inſtituens ſicut diſtinxit in ea diuer
ſos gradus et diuerſa officia ſuoꝝ miniſtroꝝ (vt
notauit epiſtola p̄cedens) deditq; ſuis fidelibus
doctrinã ſublimẽ ⁊ oibꝰ mũdi ſapiẽtibus admira
bilẽ (vt declarauit euãgeliũ p̄dictũ) ita etiã dota
uit eccleſiã ſponſam ſuã p̄cioſis monilibus ſacra
mẽtoꝝ nr̃e ſalutis: de quoꝝ p̄mo.ſ. baptiſmo etiã
in eodẽ facta eſt mẽtio: additur hoc officiũ ad fa
ciendam mentionẽ de ſacramẽtoꝝ vltimo et po
tiſſimo.ſ. euchariſtia: q̃ ſignificat vnionẽ oim me
broꝝ eccleſie inter ſe: et ſub capite ſuo chriſto ꝑ fi
dem et grãm dei. et ad hũc ſenſum hiſtoricũ poſ
ſet exponi officium iſtud. Sed his dimiſſis ſenſũ
litteralem eius breuiſſime tranſcurramus a pri
mis veſperis p̄ncipũ officij ſumentes: vbi ex di
uerſis ferijs quinq; pſalmos aſſumpſit doctor il
le ſactus/illos.ſ. qui de hoc euchariſtie ſacramẽ
to et de eius inſtitutore chriſto apertius loquun
tur. quorum antiphone ſunt illi verſus eorũ qui
magis faciũt ad hoc ꝓpoſitum/ licet verbis ali
quãtulum mutatis. Capitulum: dñs ieſus in q̃
nocte. ⁊c. 1. Cor. 11. expreſſe loquitur de p̄ma huiꝰ
ſacramẽti inſtitutiõe a chriſto i ſua vltima cena.
Additur ſecundũ morem ſue religionis ⁊ quarũ
dam dioceſum extra Romanã: Rñſorium.ſ. Ho
mo quidã fecit cenam. ⁊c. Luce. 14. quo fideles
p̄lato reſpondẽtes conſone ad ſuã lectionem: lo
quuntur de huiꝰ ſacramẽti diuulgatiõe ꝑ apľos
⁊ alios p̄dicatores in toto mũdo. Verſus: Veni
te comedite. ⁊c. Prouerb. 9. explicat verba p̄dica
toꝝ in ꝑſona dei inuitantiũ hoies ad cenã huius
ſacramẽti. cum enim doctor iſte huius officij edi
tor eſſet ſapiẽtiſſimus theologus/⁊ in ſacris ſcri
pturis exercitatiſſimus: artificio ⁊ concordia mi
rabili in hoc officio miſcet autoritates veteris et
noui teſtamenti in omnibus fere cantibus eius.
Hymnus: Pange lingua glorioſi corporis. ⁊c.
ſuauiſſimo tono ac deuotiſſimo verborum ſenſu
incitat fideles ad huius tanti feſti iocundam ce
lebrationem. nam enarrata eius p̄maria inſtitu
tiõe a verbo dei incarnato: tandẽ docet hoc ſacra
mentũ maiore dignum eſſe veneratione: q̃ erãt
legales olim obſeruantie ſacramẽtorum et ceri
moniarum carnalium. Verſus: Panem de celo
preſtitiſti. ⁊c. Sapiẽtie. 16. rationẽ p̄dicte dignita
tis euchariſtie aſſignat. Ad magnificat añа: O q̃
ſuauis ẽ dñe. ⁊c. ꝑmixta eſt ex. 12. capľo Sapiẽtie:
⁊ Luc. 1. ex cãtico ipſo ꝟginis Marie cuiꝰ eſt anti
phona/q̃ etiã ſuauiſſimo tono mirabilẽ ſuauita
tẽ/⁊ dulcedinẽ ſpũalem huiꝰ ſacri cõuiuij decãtat

Officium veſperoꝝ



ſub typo mãne p̄ribus de celo date: quã tñ dulce
dinẽ non deguſtant diuites ſeculi habẽtes ſtoma
chũ aĩe plenũ humoribꝰ corruptis deſideriorum
carnaliũ. ideo vocat eos faſtidioſos: inſtar eorũ q̃
de mãna in deſerto dicebãt Numeri. 11. Nauſeat
aĩa nr̃a ſuꝑ cibo iſto. ⁊c. quo cõtra pauperes chri
ſti vacui mũdanis deſiderijs ꝑcipiunt aĩe ſue gu
ſtu huiꝰ ſaporis ſuauitatẽ/ ⁊ eſuriẽtes diuina my
ſteria replẽtur ſpũalibus bonis. Oratio: Deus q̃
nobis ſub ſacramẽto. ⁊c. cõmemorata huiꝰ ſacra
mẽti p̄maria inſtitutiõe a chriſto: adiũctaq; huiꝰ
feſti ſcd̃aria dedicatione a papa Vrbano: petit a
deo fructũ eius in nobis.i. ſentimẽtum huiꝰ tãte
ſuauitatis ſpũalis: q̃ vix credi põt niſi guſtet᷑. nã
Apoca. 3. dicitur manna abſcõditũ q̃d nemo no
uit niſi q̃ accipit. tandẽ veſperi more ſolito finiũ
tur in grãrumactione/⁊ dei benedictiõe etiã repe
tito alleluia. Ad cõpletoriũ ſuꝑ pſalmos ordina
rios iſte doctor antiphonã cõſuetã poſuit.ſ. Miſe
rere mei dñe. ⁊c. Ad nũc dimittis: Alleluia. panis
quẽ ego dedero alleluia: caro mea eſt ꝓ mũdi vi
ta alleluia alleluia. Joan. 6. Alij ꝟo ex nocturnis
vel ex laudibꝰ huius diei antiphonas accipiũt ꝓ
pſalis ⁊ cãtico in cõpletorio. ¶ In officio noctur
no p̄ncipium eiꝰ ſeu inuitatoriũ.ſ. Chriſtũ regem
adoremꝰ dñantem gẽtibꝰ. ⁊c. licet nõ ſit de textu
ſacre ſcripture: eſt tñ ſapiẽter ingeniatũ: vt ꝓpo
nat fidelibꝰ chriſtũ huiꝰ ſacramẽti inſtitutorẽ eſſe
eis adorandũ in recognitionẽ tãti bñficij: q̃ ſeipſũ
eis p̄buit manducãdum ad impinguãdas aĩas
deuotiõe. Hymnus: Sacris ſolẽnijs: eandẽ fere
ſententiã habet cũ hymno veſperoꝝ: q̃uis alijs ver
bis ⁊ alio genere metri aliaq; intonatiõe ꝓpter
officij ſolẽnitatem. In nocturnis lectiões ſunt de
legenda/vel ſermone ſancti Thome Aq̃natis. in
quo. poſt cauſas inſtitutionis huiꝰ feſti (quas ſu
periꝰ breuiſſime tetigimꝰ) agit de laudibꝰ/de ex
cellẽtijs/virtutibꝰ atq; effectibus diuiniſſime eu
chariſtie/de figuris eius p̄cipuis in antiq̃ lege. ⁊
tandẽ de indulgentijs ꝯceſſis a ſummis pontifi
cibus ꝓ fidelibꝰ q̃ interfuerint horis canonicis/
⁊ miſſe huius diei ⁊ alioꝝ ꝑ totum octauarium.
Pſalmi nocturnoꝝ ex diuerſis ferijs pſalterij ſu
munt᷑ illi q̃ magis ad hoc ꝓpoſitum facere pu
tant᷑. eoꝝ antiphone ſunt verſus clariores illoꝝ
pſalmoꝝ in quibus explicatur aliquid de eucha
riſtia: licet verbis aliquãtulũ mutatis ꝓpter offi
cij decorem. Reſponſoria mira quadã concordia
ꝑmixtas habent autoritates ve. ⁊ noui teſtamen
ti. tum de figuris/tum de ꝓphetijs/tum etiã ⁊ de
veritatibus exhibitis a chriſto ⁊ apľis circa hoc ſa
cramentum. Verum in p̄mo nocturno reſponſo
ria ſumunt᷑ ex ve. teſtamento allegando figuras
de agno paſchali/de mãna/⁊ de Helia ꝓpheta.
Verſus eoꝝ ex no. teſtamento applicant illas fi
guras ad ꝓpoſitum. In alijs autem duobꝰ no
cturnis econtra. rñſoria ſumunt᷑ ex no. teſta. expli
cãtia veritatem eius: ſed verſus addunt figuras/
et ꝓphetias ve. teſta. ad idẽ ꝓpoſitum. Unde pa
tet alia differentia iſtoꝝ nocturnoꝝ: q2 in primo
eoꝝ reſpõſoria cum ſuis ꝟſibꝰ cõmendãt fidem

Oratio.

Matutini

deuote credentium/⁊ recipientiũ euchariſtiam: in
ſcd̃o reprobãt incredulitatẽ iudeoꝝ ⁊ alioꝝ ſper
nentiũ vel indigne ſumentiũ hoc diuinum ſacra
mentũ. in tertio vero nocturno declarant multi
plices effectus atq; valde mirabiles euchariſtie
cõprobando eos ꝓphetarũ teſtimonijs. Verſicu
li q̃ poſt pſalmos lectionibꝰ p̄mittunt᷑ in quoli
bet nocturno omnes ſunt de ve. leg. quaſi ad ar
guendũ iudeos de ſomnolentia ſua. In p̄mo er
go nocturno cãtant᷑ pſalmi p̄mus/ q̃rtus/⁊ q̃ntꝰ
decimꝰ. quibꝰ ſubnectit᷑ ꝟſiculus: panẽ celi dedit
eis. ex pſaľ. 77. Primũ rñſoriũ: Immolauit deũ
⁊c. Exodi. 12. Verſus: Paſcha nr̃m. ⁊c. 1. Cor. 5.
Scd̃m rñſoriũ. Comedetis carnes. ⁊c. Exodi. 16.
Verſus: Nõ Moyſes. ⁊c. Joan. 6. Tertiũ rñſoriũ:
Reſpexit Helias. ⁊c. 3. Regũ. 17. Verſus: Si q̃s
mãducauerit. Joan. 6. In ſcd̃o nocturno cãtãtur
p̄s. 19. 22. ⁊. 41. Verſiculꝰ: Cibauit eos. ⁊c. p̄s. 80.
Primũ rñſoriũ: Panis quẽ ego. ⁊c. Joã. 6. Verſꝰ
Locutꝰ ẽ ppľs. ⁊c. Nume. 21. Scd̃m rñſoriũ: Cenã
tibꝰ illis. ⁊c. Mat. 26. verſus: Dixerũt viri. ⁊c. Job
31. Tertiũ rñſoriũ: Accepit Jeſus. ⁊c. Luc. 22. ver
ſus: Memoria memor. ⁊c. Threno. 3. In. 3. noctur
no cãtant᷑ pſaľ. 42. 80. 83. ꝟſiculus: Educas pa
nẽ. ⁊c. p̄s. 103. deinde legit᷑ euangeliũ: Caro mea
vere ẽ cibꝰ. ⁊c. Joã. 6. cũ homeľ.ſ. Auguſtini.ſ. Cũ
cibo ⁊ potu hoc appetãt hoies. ⁊c. ⁊ loq̃tur de ve
ritate huiꝰ ſacramẽti parit᷑ ⁊ de effectibꝰ eiꝰ. Pri
mũ rñſoriũ: Qui mãducat. ⁊c. Joa. 6. ꝟſus: Nõ eſt
alia natio. ⁊c. Deute. 4. Rñſoriũ ſcd̃m: Miſit me
viuẽs p̄r. ⁊c. Joan. 6. ꝟſus: Cibauit illũ. ⁊c. Eccle
ſiaſtici. 15. Tertiũ rñſorium: Vnꝰ panis. ⁊c. 1. Cor.
10. verſus: Paraſti in dulcedine tua. ⁊c. p̄s. 67.
Poſt cãticũ Te deũ laudamꝰ: ſeq̃tur ꝟſus: Co
medi fauũ. ⁊c. Cãticoꝝ. 5. ⁊ eſt vox eccľie exultãtis
de tã p̄cioſo cõuiuio. Alie eccľie dicũt ꝟſum: Po
ſuit fines tuos pacẽ. ⁊c. p̄s. 147. vt p̄latꝰ loquat᷑
ad eccľiam de eodẽ cõuiuio pacifico. In laudibꝰ
more ſolito ponuntur quinq; antiphone cũ pſal
mis cõſuetis. Prima ãtiphona eſt: Sapiẽtia edi
ficauit. ⁊c. Prouer. 9. Scd̃a: Angeloꝝ eſca. ⁊c. Sa
piẽtie. 16. Tertia: Pinguis ẽ panis. ⁊c. Geneſ. 49.
Quarta: Sacerdotes ſcti. ⁊c. Leuitici. 21. Quinta
Vincẽti dabo. ⁊c. Apoc. 3. Capľm eſt idem q̃d in
veſpis: Dñs ieſus. ⁊c. Hymnꝰ: Verbũ ſupnũ. ⁊c.
eandẽ ſẽtẽtiã habet: cũ alijs duobꝰ iã dictis varia
to ſtilo ⁊ modo ꝓpter decorẽ. Verſus eſt ille qui
ante laudes/vel ille q̃ in veſpis. Ad bñdictꝰ anti
phona: Ego ſum panis. ⁊c. Joan. 6. veritatẽ ⁊ fru
ctũ euchariſtie reſonat ꝓ q̃bꝰ merito fideles deũ
laudãtes bñdicũt. Orõ finalis: illa que in veſpis:
Deus q̃ nobis ſub ſacramẽto. ⁊c. Per horas diei
antiphone laudũ cãtãtur. Capitula oĩa ſumunt᷑
ex. 1. Cor. 11. Rñſoria breuia ⁊ ꝟſus ex nocturnis
ſumuntur: ſed aliq̃ue eccľie ad tertiã cantãt rñſo
rium grande.ſ. ſextũ matutinoꝝ. Accepit ieſus ca
licẽ. ⁊c. Ad veſperos ſcd̃os religio frm̃ p̄dicatorũ
ex inſtitutiõe ſui doctoꝝ ſuꝑ eoſdẽ pſalmos (q̃ cã
tati erãt in p̄mis veſpis) intonat antiphonas lau
dũ.ſ. ſapiẽtia edificauit: cũ alijs q̃ttuor. Alie tñ ec
leſie i ſcd̃is veſpis repetũt oĩa dcta in p̄mis p̄ciſe

Laudes.

Hore diei.

vſq̧ ad magnificat: cuius antiphona eſt. O ſacrū conuiuiū. ⁊c. q̄ licet nō ſit ſacre ſcripture textus: tñ ſuauiſſimo tono omnia fere mirabilia euchariſtie breuiter cōplectitur: vt eius verba clariſſime oſtendūt. Omnia alia dicuntur vt in die p̄cedēte.

*Introitꝰ miſſe.* ¶ Miſſa huiꝰ diei ſolēniſſima ex multꝭ etiā ꝯſtat ve. ⁊ no. le. autoritatibꝰ cuius introitus: Cibauit eos ex adipe. ⁊c. pſalmo. 80. notat figuras huius ſacramēti .ſ. vel manna deſerti/⁊ aquā de petra: que propter ſuauitatem eius dicitur mel. vt notat apoſtolus. i. Corin. 10. vel vbertatē terre promiſſionis: que dicebatur fluens lacte ⁊ melle: et abundabat optimo frumento/vino/⁊ oleo. Has figuras in hoc ſacramento impleuit chriſtꝰ: dās populo ſuo chriſtiano illa omnia bona ſimul in hoc vno eminenti. Verſus: Exultate deo adiutori noſtro. ⁊c. principiū eiuſdē pſalmi: incitat fideles ad laudandum deum de tanto munere cum gaudio/⁊ exultatiōe.

*Oratio.* Oratio: Deus qui nobis. ⁊c. expoſita ē in veſperis. ¶ Epiſtola: Ego enim accepi a dño. ⁊c. i. Cor. 11. ad litterā agit de cōmēdatione euchariſtie/⁊ hoc q̄ꝫtum ad tria. *Epiſtole argumentum.* Primo de eius inſtitutione a chriſto facta in die ſue vltime cene. Secūdo ibi: quotieſcūq̧ enim. ⁊c. de eiꝰ cōmunione a catholico populo in exilio huiꝰ vite. Tertio ibi: ꝓbet aūt ſe. ⁊c. de ipſiꝰ abuſiōe a malo chriſtiano i ꝑnicię ſue aīe. Hec tñ epl'a ad aliū ſenſum declarata eſt in feria quinta hebdo. ſancte.

*Prima ps eple.* Prelatus itaq̧ chriſtiane eccleſie intēdēs hodie ſermonē facere fideli pp'lo de dignitate huiꝰ diuiniſſimi ſacramēti ab eiꝰ inſtitutore ordit̃ dicens. fr̃es mei in dño. ego accepi hoc ſacramētū vobis miniſtrandū: a dño inſtitutū/ nō humana p̄ſumptiōe introductū: quod ⁊ tradidi vobis nō ſolum verbo declarāte myſteria eiꝰ: ſed etiā opere ſanctificante aīas. ꝙ aūt fuerit a chriſto inſtitutū: patet. qm̄ dñs noſter ieſus chriſtꝰ. ⁊c. hec enim hiſtoria eſt certa tū ex euāgeliſtarū narratione: tū ex pluriū diſcipuloꝝ teſtificatiōe: q̄ hoc viderunt p̄ſentes in vltima ſua cena illius noctis in q̄ tradebatur ꝓditiōe Jude vēditus iudeis: q̄ ei ꝓcurabant mortē. tūc. n. accepit de mēſa panem frumēti: ⁊ grās agens deo pr̄i: a quo talē ꝑtātem excellentie acceperat qua ſacramēta noua inſtituere poterat: bñdixit. i. conſecrauit ac trāſubſtantiauit panē in corpus ſuū verum: ⁊ ſic conſecratum fregit. i. diſtribuit diſcipulis ſumēdum. ⁊ dixit hec verba cōſecratiōis: quibus etiā docuit nos conſecrare. ſ. hoc eſt corpus meū. que oratio multiplicit̃ ſolet exponi a doctoribꝰ catholicis vt in. 3. libro huius operoſiꝰ explicabimꝰ. ⁊ dās ſuis ſacerdotibus ꝑtātem cōſecrandi addit. hoc facite. i. ꝑtātem hoc faciēdi accipite: in meā cōmemorationē. i. vt ſit vobis memoriale mee paſſionis/redēptionis/ ⁊ amoris. q̄ enim nil p̄cioſius habeo qd̄ donem vobis: relinq̄ vobis meipſum in vſum ſalutaris cōuiuij. Sil'r accepit in ſacratiſſimas manꝰ ſuas: calicē. i. vas hñs vinum vitis cōſecrādum: poſtq̧ cenauit legalē agnum cū ſuis cerimonijs in paſchate iudeoꝝ fieri ſolitis: ⁊ hoc vt eis finē iponeret: ⁊ ſic legalis obſeruantia nouo excluderet̃ ſacramēto: ac ſi vmbra cederet corpori: dicens hec verba cōſecratiōis ſanguinis. hic calix. i. cōtentū in calice: eſt nouū teſtamētū i meo ſanguine. i. eſt ſanguis meꝰ ꝑtinens ad nouū teſtamentū legis euangelice: ſicut olim de ſanguine brutoꝝ aīaliū dixerat Moyſes Exodi. 24. hic eſt ſāguis teſtamēti. ſ. veteris. qd̄ mittit ad vos dñs ꝑ manū meā. hoc facite in meam cōmemorationē ad ſenſum datū. Patet rego admirabilis inſtitutio huiꝰ diuiniſſimi ſacramenti euchariſtie: q̄ bona grā interp̄tat̃.

*Scda ps epiſtole.* Cuius finis eſt fideliū vſus ⁊ cōio. ideo dico vobis: quotieſcūq̧ mādúcabitis panem hūc cōſecratū: et calicē. i. vinū calicis etiā cōſecratū bibetis: mortē dñi qua redēpti eſtis: annūciabitis: ⁊ fructū eius in vobis ꝑcipietis atq̧ ei incorporati eritis: donec veniat. i. in hoc medio tēpore vſq̧ ad ſecūdū eiꝰ aduentū in die iudicij gen̄alis: q̄ vſq̧ ad illud tēpus durabit vſus euchariſtie in eccl'ia dei. Reuelato aūt tūc dño in gl'ia ſue maieſtatis: ppl'm ſuū. i. vos in gl'iam aſſumet: ⁊ tā nō ampliꝰ erit euchariſtia neceſſaria: vbi ip̄emet chriſtꝰ erit vobis facialiter p̄ſens. Interim aūt ſub hoc velamēto ſacramētali nobiſcū manet ſicut ⁊ ꝓmiſit Mat. vltimo dicēs: Ego vobiſcū ſū vſq̧ ad cōſumationē ſeculi. Cū ſūma ergo reuerētia ⁊ deuotiōe eſt a nobis ſumēdus/⁊ ꝑtractādus: vt poſtea in ſuo aduētu nobis appareat gl'ioſus. itaq̧ quicūq̧ manducauerit. ⁊c. indigne. i. cū pc̄to mortali in mēte/⁊ irreuerēter in actu exteriore: reus erit. i. culpabilis ⁊ pene obnoxiꝰ apud deū: corporis et ſāguinis dñi. i. ac ſi chriſtū crucifixiſſet/ ⁊ ſāguinē a corpore eiꝰ fudiſſet.

*Tertia ps epiſtole.* Unde tali homini chriſtus in finali iudicio terribilis ⁊ ſeuerus iudex apparebit ad cōdemnādū ipſū eternaliter. A qua ſententie ſeueritate q̄ voluerit liberari: ꝓbet. i. examinet ſeipſū diligētiſſime an ſit a pc̄to mūdus i mēte/⁊ honeſte ſe habēs in exteriore ope q̄ndo vtit̃ hoc ſacramēto. ⁊ ſic bñ ꝓbatꝰ a ſeipſo: de pane illo cōſecrato ⁊ trāſubſtātiato in verū chriſti corpꝰ: edat nō ſolū ſacramētalit̃ ſed etiā ſpūaliter: ⁊ de calice. i. vino cōſecrato in calice bibat deuote ⁊ reuerēter. nā q̄ ſecus cōicat grauiſſime peccat. q̄. n. mādúcat ⁊ bibit idigne euchariſtie ſacramētū: de q̄ dignitate dictū eſt tā in mēte q̧ exteriꝰ in ope: iudiciū. i. cōdēnationē in iudicio: ſibi. i. ꝯtra ſe. mādúcat ⁊ bibit. i. incurrit ꝓpter grauiſſimū pc̄m irreuerētie ſue: non dijudicās. i. ex eo ꝙ nō dijudicat nec diſcernit corpus dñi ab alijs cibis corporalibꝰ: q̄ vicꝫ nō cum maiore reuerentia accedit ad hūc cibū ſpūalē quā ad alios corpales vl' carnales cibos: qd̄ tñ ē iīquū ⁊ peſſimū.

*Graduale.* ¶ Huic ꝑlati p̄dicatiōi de ſacramēto euchariſtie rn̄det pp'ls fidelis in graduali: Oculi hoīm in te ſperant dñe ex pſal'. 144. laudās dei magnificētiā ⁊ magnā miām cum ſeruis ſuis: quos i eo ſperātes dignatus eſt reficere tam p̄cioſiſſimo alimēto in tēpore oportuno legis gr̄e: q̄ndo apparuit in hoībus plenitudo bonitatis dei ꝑ incarnationē filij ſui. Verſus: Apis tu manū tuā. ⁊c. ex eodē p̄s. cōfirmat ꝟitatē p̄dictā ex mō q̄ deꝰ gubernat mūdū: q̄ liberalit̃ ⁊ larga manu ꝓuidet oibꝰ creaturis



maxime aīalibus de cibo ⁊ potu ſibi cōuenienti/ ⁊ neceſſario ad conſeruationē vite. fuit ergo conueniens vt etiā aīas hoīm ſeruorū ſuorū non deſereret: ſed ꝓuideret eis de alimēto neceſſario ad vitā ſuā. erant. n. in p̄oribus mūdi etatibꝰ hoīes eſurientes/⁊ ſitiētes/⁊ aīa eoꝝ in ipſis tabeſcebat. i. deficiebat fame ⁊ ſiti. nūc aūt i ſexta mūdi etate deꝰ aperuit manū ſuā liberaliſſime/⁊ impleuit eas bñdictiōe. i. multitudine bonoꝝ i hoc ſuo ſpirituali cibo ⁊ potu.

*Aleluia.* Aleluia: Caro mea vere ē cibus: Joan. 6. decātat huius ſacramēti veritatem ſub ſpeciebꝰ panꝭ ⁊ vini. ſil'r ⁊ fructū eiꝰ maximū in ſumētibus digne hoc ſacrū conuiuiū: q̄ fructꝰ eſt ſpūalis ⁊ intima q̄dam vnio hoīs cū deo: q̄ homo q̄ſi deificat̃/⁊ deꝰ efficitur ex participatiōe diuine nature. In hoc aūt officio more aliorū ſolēniſſimoꝝ poſt aleluia addit̃ proſa vel ſequētia:

*Proſa.* Lauda ſion ſaluatorē: q̄ ꝑ modum laudis ⁊ cantici deuoti/ q̄ſi repetit totā doctrinā epl'e p̄dictā: ⁊ ſuperaddit q̄dā alia.

*Euangelij argumentum.* ¶ Euangeliū: Dixit dñs ieſus diſc. ſuis: Caro mea vere ē cibꝰ Joan. 6. qd̄ etiam i matutinis lectū erat: in breuiloq̄o ex verbis chriſti declarat oīa euchariſtie mirabilia atq̧ magnalia. Ubi p̄mo docet ꝙ ſub ſpeciebꝰ panꝭ ⁊ vini latēt res diuine. Secūdo ibi: qui mādúcat meā carnē: oſtendit ꝙ in bñ ſumētibus exuberat magnitudo gr̄e. Tertio ibi: hic eſt panis: probat ꝙ hoc myſteriū antiq̄s miraculis cōparatum eſt maioris excellētie.

*Prima ps euangelij.* In p̄mis ergo chriſtus prouidet ne ſimplices fideles decipiant̃ a mundanis peccatoribꝰ/vel ab hereticis carnaliter ſapiētibꝰ: q̄ exterius nihil aliud videntes q̧ ſpecies panis ⁊ vini: nō credūt ibi latere aliq̄d diuinitatis: ideo introducit̃ ip̄a diuina veritas firmās huiꝰ ſacramenti fidē: caro inquit mea vere ē cibꝰ. ⁊c. q. d. id quod vobis in hoc ſacramēto porrigit̃ ſumendū ꝑ modū cibi ⁊ potus: nō eſt ꝟe panis ⁊ vinū: ſed vere eſt caro mea ſpūalis aīe cibꝰ: ⁊ ſanguis meꝰ ſpūalis potus aīe. ⁊ hoc debetis firmiſſime credere/ nullateniſq̧ dubitare ꝓpter diuine autoritatis infallibilē certitudinē (q̄ hoc myſteriū hoībꝰ reuelauit/eſtq̧ ſuꝑ oēm rationē humanā quantācūq̧ habeat apparentiā ad oppoſitum) nō ergo vos decipiat ꝑſuaſio mūdanoꝝ/vel hereticorum ꝓcedēs ex apparētia exteriore ſpecierū panis et vini.

*Secūda ps euangelij.* Et q̄ caro chriſti p̄cioſiſſia ex vniōe eiꝰ ad diuinā ꝑſonam habet virtutes innumeras (eadē ratio eſt de ſanguine ſuo) hoc ſacramentum magna exuberat gr̄e plenitudine. ido ad alliciendū fideles ad eiꝰ deuotionē addit chriſtꝰ: qui mādúcat meā carnē ⁊ bibit meū ſanguinē. ſ. digne ⁊ deuote: in me manet ꝑ cōplacētiā amicitie: ⁊ ego in eo ꝑ grām aīe q̄ eſt vita eiꝰ: ⁊ ſicut miſit me i mūdum ꝓ ſalute hoīm viuēs pater meꝰ. i. hñs vitā diuinā a ſeipſo: ⁊ ego ab eo ꝓceſſi eternalit̃ ⁊ viuo. i. habeo vitā diuinā ꝓpter patrē. i. a p̄re q̄ mihi eā cōicauit ꝑ naturalē gen̄ationē: ita etiā q̄ mādúcat me digne in hoc ſacramēto: ip̄e viuet. i. habebit vitā aīe q̄ eſt grā: ꝓpter me. i. a me: qd̄ ē hominem vnū eē cū deo ſpūaliter ſeu moralit̃: ſicut ⁊ ego ⁊ pater vnū ſumꝰ naturaliter. Et q̧uis deꝰ

*Tertia ps euāgelij.* p̄ribus ve. le. multa et magna cōtulerit bñficia ſatis mirabilia ad vitā corporis ꝑtinentia: tñ ea oia longe excedit hoc nr̄m mirabile ſacramētū ad vitam aīe ordinatū/atq̧ hoībus datū nūc in fine ſeculoꝝ. Sed vt de ceteris nūc taceamꝰ: inter antiq̄ illa miracula p̄ribus facta maxie cōmendat̃ manna: qd̄ in deſerto mittebat eis de celo deꝰ in cibū ad vitam corporis ſuſtētandā: ꝑ quā homo brutis cōicat ⁊ mortē nō euitat. at hic panis euchariſtie de celo deſcendit: nō quidem aereo vt māna: ſed ſpūali ⁊ diuino qd̄ eſt deus: ⁊ datus eſt hoībꝰ ad vitā aīe qua cōmunicat cū angelis/eſtq̧ imortalis. Patres ergo illi mādúcauerūt manna ad ſuſtentādā vitā corporis aliquāto tēpore: ſed tandē mortui ſunt ex neceſſitate naturali. i. ex ſenio/ vel peſte/vel aliquo alio accidēte. at q̄ digne mādúcat hūc panē euchariſtie viuet in eternū. i. vita ſpūali q̄ eſt eterna/⁊ euitat mortē. ſicut. n. eſſentia aīe eſt naturalit̃ incorruptibilis: ita ꝑ grām effecta particeps diuine nature, acquirit quandā immortalitatē moralē: qua tandē ꝑueniet ad beatitudinē q̄ eſt vita eterna. hanc grām homo recipit ꝑ dignā euchariſtie ſumptionē/⁊ cōfirmat̃ ⁊ creſcit i ea donec ad ꝑfectā beatitudinē ꝑueniat. Hic cibus aīe nō datus eſt hoībus vſq̧ ad tēpus legis euāgelice: q̄ de ſpūalibus maxie curat neglectis bonis corporalibus: circa q̄ erat p̄cipua cura ve. le.

*Moralitas.* ¶ Moraliter ꝟo ex epiſtola ⁊ euāglio dici pōt: ꝙ cū in ſacramēto euchariſtie ſignificetur populus chriſtianꝰ tā quoad ſpecies cōtinētes/quā etiā quoad corpꝰ chriſti cōtentū: vt ſāctus Auguſtinus dicit ⁊ oēs ſancti doctores poſt eū: nā teſtāte apl'o: eccleſia eſt corpꝰ chriſti myſticū: ꝑ inſtitutionē euchariſtie denotata ē inſtitutio populi chriſtiani in hac vltima mūdi etate q̄ſi vltima cena: ſicut. n. ex multis granis frumēti vnus panis cōficit̃: ⁊ ex multis racemis vinū: ita inq̄t Paulꝰ oēs fideles vnū corpꝰ chriſti ſumꝰ: q̄ de vno calice ⁊ de vno pane participamꝰ. Et ſicut in chriſti vero corpore ſūt multa mēbra vnū corpꝰ cōſtituētia: ita idē ait oēs in chriſto vnū corpꝰ ſumus: ſinguli aūt alter alterius mēbra. Et ſicut i hoc ſacramēto aliud apparet ſenſibꝰ exteriꝰ/⁊ aliud credit̃ interiꝰ: ita de pp'lo fideliū dicit apl's Joānes: chariſſimi filij dei ſumꝰ/ ⁊ nōdū apparuit q̄d erimꝰ: ſed cū apparuerit ſil'es ei erimꝰ. Hoc aūt corpore myſtico ſic inſtituto chriſtus adiecit: hoc facite in meam cōmemorationē: ac ſi diceret ſeruate vnitatē fidei ⁊ charitatis quod eſt facere eccleſiā dei. ⁊ caro mea. i. corpus meū myſticū vere eſt cibus aīarum: ideo q̄ hoc mādúcat viuet in eternū: q̄ in deo manet ⁊ deꝰ in eo. ille. n. ſpūaliter manducat euchariſtiā: qui vnitatem eccleſie ſeruat tenēs ſanam fidē ⁊ charitatē ad deū ⁊ ꝓximos: q̄ cōicare eſt eccleſie cōionem ſeruare: que in p̄dictis virtutibꝰ conſiſtit. Debet inſuper fidelis ſumpturus euchariſtiā ſacramētaliter habere candorē mūdicie tam interius q̧ exterius/odorē bone fame/et ſaporem ſeu guſtū rerū ſpūaliū: ita ꝙ ei deſipiāt carnalia oīa. Debet inſuꝑ tranſubſtāciari vl' trāſformari in deum per amorem: habeat accidētia

ſuorum actuum ſine ſubiecto:taliter ꝙ bona q̃
agit non ſibi ſed deo attribuat. ⁊ tandem cũ apo
ſtolo dicat:viuo ego iã non ego: viuit vero in me

Offertorium.

chriſtus.⁊c̃. ¶Cantus offertorij:Sacerdotes dei
⁊c̃.Leuitici.21.applicat figurã veteris leg. de pa
nibus ꝓpoſitionis:quos offerebãt ſacerdotes in
tẽplo ſup̃ menſã dei:eodẽ modo ſacerdotes euã
gelici panes eucharistie deo offerunt in altari.
Oratio ſecreta:Eccleſie tue q̃s dñe.⁊c̃. petit vni
tatem/⁊ pacẽ in pp̃lo dei: q̃ p euchariſtiã ſignifi
catur modo p̃dicto.In p̃fatione cantatur ſicut in
feſto natiuitatis :quia p incarnati verbi.⁊c̃. qꝛ p
conſecrationẽ euchariſtie videtur chriſtus iterum
incarnari/⁊ ad nos mitti p ſue humanitatis pre
ſentiam. Poſt hymnũ:ſanctus/ſanctus.⁊c̃.autor
iſte ordiuauit proſam decãtandã.ſ. diuinum my
ſterium ſemp declaratur.⁊c̃.que myſtice exponit

Communio.

hoſtie cõſecrationẽ.⁊c̃. ¶Cantus cõionis:Quo
tieſcunq̃ manduca.⁊c̃.1.Corin.11.repetito fine in
ſtitutiõis euchariſtie. ſ. ad cõmemorãdã paſſionẽ
chriſti:admonet fideles cõmunicãtes vt caueant
ab indigna eius ſumptiõe.Finalis oꝛo:Fac nos
q̃s domine.⁊c̃. ſupplicat ꝓ conſecutione finalis
beatitudinis(que in fruitione dei conſiſtit)ꝓ his
qui digne cõicarunt.ex quo illo ſuo actu aliqua
liter eam deguſtarũt/⁊ p̃figurarunt.⁊c̃.

## ¶ Caput nonageſimum

de officio ſecunde dñice poſt penthecoſtẽ:in quo
cõmemorata hiſtoria regis Dauid/ ⁊ alioꝛũ regũ
iudeoꝛũ in veteri lege : apertiõem primi ſiglli in
Apocalypſi exponit de pontificatu apl̃i Petri:
ſimiliter ⁊ de p̃ma eccleſie chriſtiane p̃ſecutione.

Argumẽtũ officij generale.



Oſtenſa eccleſie
chriſtiane p̃maria inſtitutiõe
(que ante aſcẽſionem noſtri
ſaluatoris facta eſt) iã ad ip
ſius ꝓcurſum in officijs huiꝰ
temporis declarandũ venia
mus oportet. Pro q̃ in p̃mis
conuenit ſupponere id quod ſuperiꝰ inſinuatum
eſt.ſ.ꝙ poſt penthecoſten/⁊ trinitatem(q̃ feſta cir
ca menſem Junij cõiter celebrantur) eccleſia la
tina in quinq̃ mẽſibus ſequentibus Julio/Au
guſto/Septẽbri/Octobri/et Nouẽbri cantat ſex
hiſtorias veteris teſtamenti in matutinis/ ſeu in
officijs nocturnis:itaq̃ vnicuiq̃ illoꝝ mẽſiũ vnã
tribuat hiſtoriam:excepto ſeptembri in quo due

Tempus peregrinationis in ſex partes diuiditur.

ponuntur hiſtorie vt inferius patebit.Ex hoc ap
paret prima diuiſio officioꝛũ huius tẽporis in ſex
partes principales.quarũ prima eſt de dñicis ve
niẽtibus ſub hiſtoria libroꝛũ Regum iudeorum
in menſe Julio.Secunda de his q̃ cadũt ſub hi
ſtoria librorum ſapiẽtialium Salomonis ⁊ alio
rum in Auguſto.Tertia pars eſt de officijs occur
rentibus cum hiſtoria libri Job in prima medie
tate ſeptembris. Quarta pars erit de illis q̃ p̃ti
nent ad hiſtorias Thobie/Heſter/Judith ⁊ alio
rum i reſiduo ſeptembris. Quinta de dominicis
que correſpondẽt hiſtorie Machabeoꝝ in Octo
bri.Sexta demum pars includit dñicas que ſibi
vendicant hiſtoriam Ezechielis:⁊ aliorum ꝓphe
tarum in menſe Nouembri.Cuius diuiſiõis pa
riter ⁊ ordinis membroꝝ duplex poteſt aſſignari
ratio:hiſtorica videlicet ⁊ moralis:more nr̃o in to

Ratio hiſtorica predicte diuiſionis.

to opere obſeruato. Cum enim vt p̃us diximus
eccleſia p has hiſtorias intẽdat p̃ncipaliter ſigni
ficare varios ſucceſſus populi chriſtiani i hac ſex
ta mundi etate:qui ſex notantur principaliſſimi:
⁊ in Apocalypſi/⁊ in eiſdem officijs:ideo hec di
uiſio eſt cõueniens. Primus ſtatus eccleſie fuit
ſub p̃ſecutione infideliũ/ſiue iudeorum/ſiue gen
tilium: a tempore apl̃orum vſq̃ ad Silueſtrum
papam primũ p trecẽtos fere annos: ⁊ hũc ſtatũ
figurat eccleſia p bella/⁊ agones:que traduntur
in libris Regum. Secundus ſtatus fuit tẽpore
doctorum eccleſie:cui optime aptat hiſtoriam li
brorum ſapiẽtialiũ.Tertiꝰ fuit ſub incurſiõe Go
thorum/Vandaloꝛũ/ et quorundã alioꝛũ hereti
corum:a quibus chriſtus myſticus fuit plagatus
atq̃ exprobratꝰ quaſi a falſis amicis : vnde eis
optime cõuenit hiſtoria libri Job. Quartus fuit
in oppreſſione ſarracenoꝛũ:ſub quibꝰ magna ce
citas facta ẽ in populo dei q̃tum ad fidem/⁊ re
ligionem/cũ pacis exterioris magna p̃turbatiõe.
quibus conſonãt hiſtorie Thobie/Heſter/ ⁊ Ju
dith.Quintus ſtatus erit tẽpore p̃ſecutionis anti
chriſti:ſub quo horrẽda expectaẗ populi dei euer
ſio/⁊ ſacroꝛũ prophanatio:⁊ hic lucide monſtra
tur p figuram Antiochi in libris Machabeoꝛũ.
Sextus deniq̃ ſtatus eccleſie erit circa finẽ mũ
di in conuerſione iudeoꝝ ⁊ aliorum infidelium:
atq̃ in reformatiõe oĩm ſtatuum eccleſie : ⁊ huic
aptatur hiſtoria Ezechielis ⁊ aliorum propheta
rum. quia tunc deus auferet velamen a cordibꝰ
iudeorum/⁊ clare intelligent oĩa ꝓphetarũ ora
cula in chriſto ⁊ ſua eccleſia fuiſſe cõpleta.Et ſub
qualibet dictarũ hiſtoriarũ plures dñice contẽte
eã ſubdiuidunt ⁊ p partes declarãt. Poteſt huiꝰ

Ratio moralis p̃dicte diuiſionis.

ordinis dari alia ratio moralis.ſ.qꝛ in hoc tẽpore
ſignificaẗ peregrinatio fideliũ:q̃ ad patriã celeſtẽ
tendũt:in qua via multi hoſtes ei occurrũt: ideo
eccl̃ia fideles ſuos p̃mo hortaẗ ad bella ꝯtra eos:
vt ſe defẽdãt ab eis : ⁊ ad hoc legit libros Regũ:
i q̃bꝰ agiẗ de bellis ⁊ victorijs regis Dauid.Sed
qꝛ bellũ ſapiẽtia eget ⁊ prudẽtia multa:ideo cõſe
quẽter legit libros ſapiẽtiales:i q̃bꝰ multe regule
prudẽtie de agibilibꝰ ꝯtinẽẗ.Eſt etiã i bello neceſ
ſaria patiẽtia/⁊ laboris tollerãtia:ideo tertio ad
dit exempla Job/Thobie:⁊ aliorum.Et quia om
nium virtutum ꝓ quibus bellandum eſt:prima
eſt religio:que innitiẗ fidei/ ſpei/⁊ charitati: ideo
pro fide/et religione maxime debemus pugna
re:quod exemplo Machabeorum oſtenditur in
libris eorum qui hac ratione legunur.Tandem
ſuperatis ⁊ deuictis inimicis chriſtiane religiõis:
fideles ad triũphũ/palmã/⁊ brauiũ eterne felici
tatis vocabũtur in celeſti Hieruſalẽ: quam Eze
chiel ꝓpheta in ſua vltiã viſiõe deſcribit. Alij do
ꝓphete minores q̃ poſt eũ leguntẗ: fundamenta
illiꝰ edificij fortificãt fidẽ videlicet ⁊ religionẽ.⁊c̃.



¶Sed hac moralitate dimiſſa ad ſenſũ hiſtoricũ
iſtoꝝ officioꝝ redeamus:quẽ principaliẗ intentũ
ab eccleſia nouimꝰ : ac ſubinde litteralẽ ſenſum

Hiſtoria regũ ꝓpoſito adaptatur.

libri miſſalis diximus.Unde dicendũ ꝙ libri re
gũ(quos primo nominauimꝰ) p̃cipaliter enar
rant geſta regni Dauid:cuius caput erat ciuitas
hieruſalẽ:Et licꝫ Samuelis/Saulis/⁊ alioꝝ plu
riũ acta ibi recitentur:hoc fit per attributionẽ ad
regnũ Dauid ibi principaliter intentũ:cuius ex
ordia/ſucceſſus/bella/⁊ victorias mirabiles con
tra infideles/atq̃ durationẽ eiꝰ fere vſq̃ ad chri
ſti aduentũ primũ latiſſime proſequuntur. Quia
ergo Rex ille ſanctiſſimus / fuit expreſſa figura
chriſti: ideo cõſequenter regnũ Dauid eccleſiam
chriſti ſignificauit : cuius caput eſt Roma vrbs.
Huiꝰ itaq̃ regni chriſti exordia/ ſucceſſus/bella/
⁊ victorias cõtra infideles/atq̃ durationem eius
vſq̃ ad chriſti ſcd̃m aduentũ in fine mũdi/inten
dunt hec officia ſignificare vt iã prediximus. De
exordio aũt eccleſie dei precedẽs egit dñicale offi
cium: quare hec dñica cũ ſequẽtibꝰ ad ſucceſſus
⁊ procurſus eius pertinet.Inter quos primũ mi
ſteriũ legitur/quod primis fere trecẽtis annis ab
exordio ſuo fuit eccleſia dei multiplicibꝰ bellis
infideliũ tũ iudeoꝝ tũ ⁊ gẽtiliũ per totũ pene or
bem attrita atq̃ afflicta. Nimirũ ergo ſi in hoc tẽ
pore peregrinationis prima oĩm aliarũ legatur
hiſtoria regni Dauid: que tota bellis plena eſt:⁊
legitur per totũ menſem Juliũ vſq̃ ad Kalẽdas
Auguſti fere ſub maximis ſolis ardoribus in cã
cro ⁊ leone: vt inde ſignificetur ꝙ in predicto tre
centoꝝ annoꝝ tẽpore ⁊ ira perſequẽtiũ infideliũ/
⁊ charitas chriſtianoꝝ pacientiũ valde exarſit in
mundo:dicẽte dñio in euãgelio:ignẽ veni mittere
in terrã:⁊ quid volo niſi vt ardeat? Sub hac ve
ro hiſtoria matutinali quattuor libroꝝ regũ plu
res veniunt dñice pluraq̃ officia miſſalia:quoꝛũ
numerus nõ eſt vnus ⁊ determinatus pro quolꝫ
ãno: vt iã diximus:propter mobilitatẽ feſtiuita
tis paſchalis et pẽthecoſtes.nã ſcd̃m diuerſitatẽ
aurei numeri ⁊ littere dñicalis in Kalendario ro
mano predicta feſta anticipantur ⁊ retardantur.

Prima ps huiꝰ tp̃is itez ſubdiuidiẗ ſex.

Uerũ ex tota illa variatione colligere poſſumus
ꝙ iſte dñice ſub hiſtoria regũ venientes nec plu
res q̃ꝫ decẽ/nec pauciores q̃ꝫ ſex eſſe ſolẽt. ideo of
ficia miſſalia ſub hac hiſtoria ſex tantũ ponemꝰ.
nã ſeptime dñice officiũ iã videtur ad tẽpus do
ctoꝝ pertinere/et ad hiſtoriã libroꝝ ſapiẽtialium.
Quãuis illa hiſtoria nõ ſemper inchoetur in illa
dñica:(que proxime ad Kalẽdas Auguſti intro
ducenda eſt : ſicut ⁊ hiſtoria regũ in dñica proxi
miori Kalẽdis Julij inchoari ſolet) nõ enim eſt
neceſſariũ vt hiſtoria quelibet inchoetur in p̃ma
illaꝝ dñicaꝝ que ad eã pertinẽt: qꝛ hoc ſepiꝰ im
peditur in noſtris tẽporibus ꝓpter quaſdã ſolẽ
nes feſtiuitates iãdudũ inſtitutas. ſatis eſt ergo
ꝙ hiſtoria quelibet ponatur in aliqua ſuaꝝ dñi
carũ:nã vt prediximꝰ hiſtoria libroꝝ regũ nõ po
tuit introduci in dñica precedente(que/ad illam
hiſtoriã pertinebat)propter ſolẽnitatẽ feſti ſãctiſ
ſime trinitatis:imo quedam eccleſie occidẽtales
propter ſimilẽ ſolẽnitatẽ octauaꝝ corporis chriſti
predictã hiſtoriã nõ introducunt in hac ſecunda
dñica:ſed reſeruãt eã pro tertia ſequẽti:que tamẽ
hiſtoria ante predictoꝝ feſtoꝝ inſtitutionẽ in dñi
ca prima precedẽte introducebatur.Ego vero in
hoc meo cõmẽtario predicta feſtoꝝ impedimẽta
nõ multũ curãs: deiceps quãlibet hiſtoriã in pri
ma ſua dñica more antiquo enarrabo. Uerũ qꝛ
in ſuperioribus notauimꝰ officia huius tẽporis

Apocalipſis Joannis predictis cõcordatur.

peregrinationis correſpõdere prophetie apoſtoli
Joannis in ſua apocalipſi:per currimꝰ q̃ꝫ priora
eius quinq̃ capitula(que modũ habẽt prohemij
illius libri)iam officiũ huius dñice ⁊ aliaꝝ quat
tuor ſeq̃ntiũ ſubdicta hiſtoria regũ ad ſextũ apo
calipſis caput referemus : in quo prophetia illa
inchoatur:⁊ i eo iuxta numerũ iſtaꝝ dñicaꝝ nar
rantur apertiones ſex ſigilloꝝ libri clauſi.q̃ ſunt
declaratiões ſex varietatũ eccleſie chriſtiane ab
aſcẽſione chriſti vſq̃ ad papã Silueſtrũ ⁊ Cõſtã
tinũ imperatorẽ in trecẽtis illis annis perſecutio
nis ſue ab infidelibꝰ. Que varietates prius erãt
fidelibus ignote/⁊ clauſe in libro predeſtinatio
nis dei: poſtea vero declarate ſunt per ſucceſſio
nẽ tp̃oꝝ. Primi ergo ſigilli apertio fuit ab aſcen
ſione dñi vſq̃ ad Neronis imperiũ.Secundi ab
eo vſq̃ ad Veſpeſianũ ⁊ Titũ.Tertij vſq̃ ad Do
micianũ.Quarti vſq̃ ad Traianũ.Quinti vſq̃ ad
Diocletianũ.Sexti vſq̃ ad Cõſtantinũ.Hinc er
go patet ſubdiuiſio huiꝰ prime hiſtorie i ſex par
tes:que ſunt ſex dñice correſpõdẽtes ſex ſigillis
ſexti capituli apocalipſis.¶His i genere premiſ

Argumẽtũ officij ſpeciale.

ſis:ad expoſitionẽ huius officij ſcd̃e dñice poſt pẽ
thecoſtẽ veniamus. Et quidẽ in matutinis ⁊ in
nocturnali officio per oẽs has dñicas lectiones
ſumũtur ex libris regũ ſeriatim. Reſpõſoria fer
me oĩa ſunt de rege Dauid et laboribus eius:in
quibus a deo fuit ſemper adiutus et liberatus.
vt inde ſignificentur geſta chriſti miſtici ſeu po
puli chriſtiani cũ aduerſarijs fidei.In officio miſ
ſali apertio primi ſigilli denotatur: que ad pon
tificatũ apoſtoli Petri pertinet:de qua Joãnes
apoſtolꝰ ita loquitur opocalip.6. Et cũ aperuiſ
ſet ſigillũ primũ:vidi inquit ⁊ ecce equus albꝰ.i.
populus chriſtianus baptiſmate candidatus:et
qui ſedebat ſuper eũ.i.prelatꝰ q̃ eis preſidebat.ſ.
apl̃us Petrus ſummus põtifex eccleſie dei:ha
bebat arcũ predicationis euangelice quo ſagita
bat corda hoim.⁊ data eſt ei corona.i.honor ⁊ glo
ria in Anthiochia: qꝛ ibi poſitus eſt in cathedra
cũ capitis raſura.⁊ exiuit vincens vt vinceret du
riciã cordis iudeoꝝ ⁊ alioꝝ infideliũ:qꝛ plures ex
eis cõuertebat ad fidẽ chriſti ſua predicatiõe.⁊c̃.
Qualitas ergo primi tẽporis poſt aſcenſionẽ dñi
hoc enigmate ſignificata talis fuit. ꝙ fidelis ec
cleſia chriſtianoꝝ ſub gubernatiõe Petri ⁊ alio
rum apoſtoloꝝ pollebat candore ſanctitatis ⁊ iu
ſticie dei:quãdo oĩm eoꝝ erat cor vnũ/et aĩa vna
in cõtemptu bonoꝝ tẽporaliũ:⁊ in generoſa per
peſione maloꝝ:quia ibãt gaudẽtes quando ali
quid patiebantur pro noĩe ieſu.⁊c̃.Eandẽ quoq̃

Introitꝰ miſſe.

intelligentiã hiſtoricã habet huius dñice officiũ:

¶Cuiꝰ introitus miſſe:Dñe in tua mia ſperaui.
⁊c.pſalmo.12.eſt vox fidelis tūc populi chꝛiſtiani
ponentis ſpem ſuā in deo ad vincēdas tētatio-
nes infideliū eoꝝ perſequentiū.dñe inquit:in tua
mia:qua mihi ſemper aſſiſtis per auxiliū gratie
tue:ſperaui inter tot aduerſa huius vite. exulta-
uit coꝛ meū ex charitate tua : in ſalutari tuo.i. in
chꝛiſto ſaluatoꝛe filio tuo:pꝛo quo hec mala pa-
timur: cantabo dño laudes ⁊ gratiaꝝactiones/
qui bona multa ſpiritualia tribuit mihi pꝛo tem
poꝛalibus que pꝛo tuo amoꝛe dimiſi/⁊ cōtempſi:
dando ea in pauperū eleemoſinas : et inter alia
bona hoc maximū reputo ꝙ dignos feciſti nos
pꝛo nomine ieſu pati a mūdanis:qꝛ hoc facit ad
magnā gloꝛiā noſtrā.Verſus:Vſqꝫquo dñe obli
uiſceris.⁊c.pꝛincipiū eiuſdē pſalmi.12.per modū
querelle aliquoꝝ imperfectoꝝ fidelium deſcribit
qualitatē maloꝝ que tūc patiebatur eccleſia ab
infidelibus. erant eñ talia ex quibus arguebāt
mūdani ꝙ deus chꝛiſtianoꝝ iā auertebat ab eis
faciem ſuā pꝛe faſtidio/⁊ nō curabat de eis quaſi
omnino eoꝝ oblitus:i finē.i.ad ſemper. quod tñ
falſum eſſe introitus ipſe demonſtrauit. ſimilia
enim verba ⁊ ad eundē.ſenſum dixit chꝛiſtus in
cruce ad patrē loquēs.ſ.deus meus vt quid dere
liquiſti me:nimirū ergo ſi eccleſia eius(que dici
tur chꝛus miſticus)loquēs ad eū dicat:Vſqꝫquo
Oratio. dñe obliuiſceris me.⁊c.Oratio. Deus in te ſperā
tiū foꝛtitudo:applicat introitū ad ſenſum moꝛalē
pꝛo fidelibus pꝛeſentibus:qui etiā a malis homi
nibus aut ſaltē a demonibus multas patiuntur
tētationes:quas tamen ſuſtinēt pꝛopter ſpē quā
habēt in mia dei.ideo hac oꝛatiōe pꝛelatus ꝑetit
eis auxiliū dei quo foꝛtificati valeāt mādata eiꝰ
implere/⁊ peregrinationē ſuā recte ꝓſequi ſupe
ratis omnibus tētationibus.Poteſt etiā eadem
oꝛatio intelligi de fidelibus pꝛimitiue eccleſie:ita
vt poſt querellā pꝛecedētis verſus petāt auxiliū
gratie dei:ſine quo natura hoīs infirma ē ad agē
dū bonū/⁊ ad ſuſtinendū malū.eccleſia ergo illiꝰ
tēpoꝛis inter anguſtias laboꝛās nihil audebat ex
ſua pꝛopꝛia virtute:ſed deū vocabat foꝛtitudinem
ſuā:aſſumēs ꝟba pſalmiſte dicētis pſalmo.117.
Eple argumētū. Foꝛtitudo mea ⁊ ſalus mea dñe.⁊c.¶Epla:Deꝰ
charitas eſt:pꝛime Joannis.4.eſt ſermo pꝛelati
illius tēpoꝛis apl'oꝝ pꝛedicantiū de laudibꝰ cha-
ritatis:qua fideles allicerētur ad faciēda bona ⁊
ad ſuſtinēda mala pꝛo noīe eius.opus enim erat
tūc tēpoꝛis pꝛeſuppoſita fide firmare eccleſiā dei
in charitate.Diuiditur ergo epiſtola i tres ptes.
Pꝛima loquit̄ de charitate dei erga nos . Scda
ibi.Chariſſimi ſi deꝰ:agit de charitate noſtra er-
ga ꝓximos.Tertia ibi:nos ergo:cōcludit de cha
Pꝛima ps eple. ritate quā deo debemus.Quanta autē charitate
deus inclinetur ad fideles ſeruos ſuos:ex tribꝰ
pꝛobari poteſt.Pꝛimo quia ipſe deus eſt chari-
tas:ideo naturale eſt ei diligere ſicut igni calefa
cere.Secūdo qꝛ in hoc apparuit charitas dei in
nobꝭ.i.ad nos:qm̄ filiū ſuū vnigenitū.i.ſolū vnū
quē habet miſit ad nos per incarnationē:ad hoc
vt redimeret nos ꝑ ſuā paſſionē: et vt viuamus
per eū:nā antea moꝛtui eramus.ipſe eñ ſua moꝛ
te deſtruxit moꝛtē nr̄am ⁊ ſua reſurrectione ad vi
tā glie reparauit vitā nr̄am. Tertio i hoc eſt ma
nifeſta dei charitas ergo nos : qꝛ pꝛiuſqꝫ nos cū
dilexiſſemus ipſe pꝛioꝛ dilexit nos:⁊ ſuā dilectio
nem opere ad nos benefico demōſtrauit.ſ.qꝛ mi
ſit filiū ſuū pꝛopiciationē.i. ſacrificiū ꝓpiciatoꝛiū
dei pꝛo peccatis noſtris . ipſe enim ſatiſfecit pꝛo
nobis apud deū patrē. Et differt hec ratio a pꝛe
cedente:qꝛ illa:pꝛobauit ꝙ deus per filiū ſuū re-
ſucitauit nos a moꝛte : hec vero pꝛobat ꝙ filius
dei reconciliauit nos apud patrē:cū pꝛius inimi
ci eſſemꝰ dei ⁊ natura filij ire. Ex hoc fundamē-
to ꝙ deus diligit nos pꝛobatur iam ꝙ nos ſimi Scda ps eple.
liter debemus nos diligere inuicem.qꝛ naturale
deſideriū hoīs eſt vt amicū ſibi bñficū agnoſcat
⁊ diligat:deū autē benefactoꝛē noſtrum nemo in
hac vita potuit videre in ſe ipſo de lege cōmuni:
poſſumus tamen ipſum abſtractiue cognoſcere
in aliquo alio ipſum repꝛeſentāte:et pꝛactice per
noticiā experimentalē alicuius effectus eius in
nos.i.per dilectionē pꝛoximi. qꝛ ſi nos diligamꝰ
inuicē:deus in nobis manet.ſ.inſpirādo illū bo-
nū motū volūtatis nr̄e.⁊ charitas eius tūc in no
bis perfecta eſt:qꝛ nō ſolū diligit nos:ſꝫ etiā nos
inclinat ad diligendū alios.nos etiā tali dilectio
ne perficimur: qꝛ perfecte legē dei implemꝰ: que
tota pendet in dilectione dei ⁊ pꝛoximi vt chꝛiſtꝰ
docet.Luce.10.Debemus ergo pꝛoximū diligere
vt per hoc deū amicū nr̄m aliqualitēr cognoſca-
mus:⁊ ſic cognitū diligamus.qꝛ per hoc cogno-
ſcimus aliquo modo ꝙ in deo manemus:⁊ ipſe
in nobis per amiciciā mutuā : qꝛ dedit nobis de
ſpū ſuo.i.gratiā ſpūſſancti.nā charitas dei diffuſa
eſt coꝛdibus noſtris per ſpūmſanctū qui datꝰ eſt
nobis.quare per charitatē(quā quilibet cogno-
ſcit in ſe ipſo erga pꝛoximū)arguit deū habitare
in coꝛde ſuo.et ſic habet noticiā dei amici ac be-
nefactoꝛis ſui.Hoc idē pꝛobari poteſt ex fide re-
cta quā habemus de chꝛiſto: quia nos apl'i ſocij
cōtinui ⁊ comēſales eius vidimus chꝛm̄ hoīem
factū.ideo teſtificamur.i.teſtes ſumus certiſſimi:
qm̄ deus pater miſit filiū ſuū ſaluatoꝛē.i.ad hoc
vt eſſet ſaluatoꝛ mūdi.Ergo quiſquis credēs nr̄e
pꝛedicationi cōfeſſus fuerit ꝙ Jeſus nazarenus
Marie filius eſt etiā filius dei conſubſtantialis
patri: talis eſt ꝙ deus in eo manet ⁊ ipſe in deo
per verā ⁊ intimā amiciciā. qꝛ talis fides nō pōt
eſſe niſi a deo inhabitāte hoīem ⁊ illuſtrāte men
tem eius Matthei.16.Beatꝰ es Simō bariona:
qꝛ hoc miſteriū caro ⁊ ſanguis nō reuelauit tibi:
ſed pater meus qui eſt in celis. Ad pꝛopoſitū er-
go de charitate dico ꝙ ſi nos cognoſcimus non
per ſcientiā/ſed quia credimus charitati quā ha
bet deus in nobis.i.ad nos vt pꝛobauimꝰ: ſequi
tur ꝙ pꝛocuremus habere in nobis charitatē cu
ius pꝛincipiū in hac vita eſt pꝛoximū diligere:nā
inde pꝛocedimus ad dilectionē dei. Hāc excellē
tiſſimā virtutē ſi habuerimꝰ:tria bona pꝛecipue
ꝯſequemur.Pꝛimo qꝛ per eā participes ſumꝰ di
uinitatis. Deꝰ eñ charitas eſt:quia ſua actio nō



differt a ſua eſſētia: ergo qui manet i charitate.i.
qui habet in ſe charitatē:in deo manet ⁊ deus in
eo. tum qꝛ effectus alicui cauſe pꝛopꝛius nō pōt
eſſe ſine illa cauſa:talis eſt charitas reſpectu dei.
tum qꝛ habitus naturaliter inclinat ad pꝛopꝛiū
eius obiectū:⁊ charitatis obiectū pꝛopꝛie deꝰ eſt.
Scdo per charitatē habebimus ſecuritatē in iu-
dicio dei. in hoc eñ.i.tunc perfecta eſt charitas
dei nobiſcū:quādo eſt talis vt per eā fiduciā nr̄e
ſaluationis habeamus in die iudicij: ſiue parti-
cularis in moꝛte cuiuſlibet hoīs/ſiue vniuerſalis
in fine ſeculi.qꝛ per charitatē ſicut ille eſt.i.qua-
lis eſt deus benefactoꝛ oīm:qui ⁊ ſolē ſuum oꝛiri
facit ſuper bonos ⁊ malos:⁊ pluit ſuper iuſtos ⁊
iniuſtos:tales nos ſumus in hoc mūdo.ſ.diligē-
tes amicos ⁊ inimicos pꝛopter deū. qđ ſuadens
chꝛus aplis ſuis dicebat.diligite inimicos vr̄os/
benefacite his qui oderunt vos:vt ſitis filij pr̄is
veſtri qui i celis eſt Matthei.5. Tertio charitas
a nobis excludit timoꝛis ſeruilitatē.nā timoꝛ ſer
uilis de penis tēpoꝛalibꝰ et de flagellis dei non
ſtat in hoīe cū charitate perfecta:que operit mul
titudinē pctōꝝ ⁊ reatꝰ eoꝝ:ſed perfecta charitas
que omnino ſanctificat aīam:foꝛas mittit timo-
rem ſeruilē.⁊ ratio eſt qꝛ timoꝛ talis penā.i.triſti-
ſticiā coꝛdis habet annexā. qui aūt timet penas
pꝛo peccatis ſuis:nō eſt perfectꝰ in charitate:qꝛ.ſ.
nondū eſt plene abſolutus a peccatis:⁊ per con
ſequēs a penis quaꝝ reus erat pꝛo eis.Patet er
go ex toto diſcurſu ꝙ dilectio pꝛoximi eſt in no-
bis argumentū ꝙ deus amicus ⁊ nobis benefi-
cus cognoſcatur a nobis in hac vita:qꝛ videlicet
habens charitatē ſaltē pꝛoximi habet deū in ſe:
ergo qui ſcit ſe habere charitatē:ſcit ſe hr̄e deū di
Tertia ps epiſtole. ligentē eū.Ne vero ſimus deo noſtro ingrati: di
ligamus ipſum:qm̄ ipſe pꝛioꝛ dilexit nos vt pꝛo
batum eſt ex eius beneficijs ad nos. que ipſe nō
ex neceſſitate vl' indigētia ſua dedit nobis:qꝛ bo
noꝝ noſtroꝝ nō eget:ſed ex puro amoꝛe.ergo de
bemus ei recōpenſare amoꝛē.ſ.vt faciamus eius
voluntatē nobis declarerā in pꝛeceptis eiꝰ: inter
que ſecundo loco ponitur mandatū de dilectiōe
pꝛoximi.quare ſi quis dixerit quia diligo deū: et
fratrē ſuū oderit:ille mēdax eſt:quia nō facit mā-
datū dei.Et pꝛobat̄ adhuc aliter.qui eñ nō dili-
git fratrē.i.pꝛoximū ſuū quē videt pꝛe oculis ſuis/
⁊ ideo facile poteſt inclinari ad dilectionē eiꝰ ex
naturali ſimilitudine:quomodo pōt diligere deū
quē nō clare videt ? Unde ex defectu noticie nō
tā facile inclinatur ad eius dilectionē:qꝛ teſte au
guſtino/ incognita diligere nō poſſumus. quare
oꝛdie generationis charitas pꝛoximi eſt pꝛioꝛ di-
lectiōe dei:qꝛ eſt de notioꝛi obiecto:ſed oꝛdie per-
fectionis charitas dei pꝛe excellit. neutra tamen
ſine altera eſſe poteſt in nobis. qꝛ hoc mandatū
habemus a deo:vt qui diligit deū diligat ⁊ pꝛoxi
mū pꝛopter deū.⁊c.Hūc itaqꝫ ſermonē de chari-
tate faciebat apoſtolus petrꝰ:ſimiliter ⁊ quilibet
alius pꝛelatus eccleſie ſub apertione pꝛimi ſi-
gilli ad populū fidelē ſibi ſubiectū. Quē etiā ſer-
monē noſtro tēpoꝛe deberēt facere moderni pꝛe-
lati ad fideles pꝛeſentes:maxime i hoc eſtiuo tē
poꝛe ardoꝛē charitatis ſignificāte. nā poſt fidē in
dñica pꝛecedente ſtabilitā ex doctrina chꝛiſti: pꝛi
ma oīm virtutū ad peregrinationē noſtrā requi-
ſita eſt charitas:qua oīa noſtra opa dirigamꝰ ad
amoꝛē dei ⁊ pꝛoximi.Sitis inquit apl'us in cha-
ritate radicati ⁊ fundati:qꝛ ſine ea nulla aliaꝝ vir
tutū poteſt eſſe alicuius momēti ad beatitudinē
conſequendā vt idem docet apl'us pꝛime coꝛ.13.
¶Cātus gradualis:Ego dixi dñe: pſalmo.40. Graduale
eſt reſpōſio fidelis populi iā ad charitatē inclina
ti ex lectiōe pꝛecedētis eple:ideo oꝛat deū pꝛo re
miſſiōe ſuoꝝ pctōꝝ:quibus hactenꝰ impediebat-
tur ab affectu charitatis:Itenꝰ iā ſanata aia per-
ſeueret in amoꝛe dei.Verſus:Beatus qui intel-
ligit ſuper.⁊c.pꝛincipium eiuſdem pſalmi : com-
mendat ſpecialiter dilectionē ꝓximi ſub ſpe ma
gne remunerationis:pꝛeſertim qꝛ valet ad remiſ
ſionē pctōꝝ que petebat̄ in graduali: Daniel.4.
peccata tua eleemoſinis redime.Alleluia:Verba Alleluia.
mea auribus percipe.pſalmo.5. ex pſona eiuſdē
fidelis populi exagerat magis pꝛedictā petitio-
nem de remiſſione pctōꝝ/⁊ infoꝛmatione charita
tis:que cū ſit iuſta petitio meret̄ exaudiri a deo:
ideo oꝛat deū vt eā auribꝰ ſuis pcipiat cū effectu.
¶Euāgeliū:Eſtote miſericoꝛdes.⁊c.Luce.6.ē ꝑ- Euāgeliū argumē.
dicatio chꝛiſti cōtra vitia charitati.oppoſita:cuiuſ
modi ſunt.ira/inuidia/crudelitas/calumnia/im-
miſericoꝛdia.⁊c.nā de talibus pctis notat iudeos
eccleſiā dei perſequentes ſub apertione pꝛimi ſi
gilli.i.tēpoꝛe pōtificatus apoſtoli Petri circa an
nos a natiuitate dñi quinquaginta et deinceps.
Verū quedā alie eccleſie extra romanā hoc euā
geliū legūt in dñica quarta poſt pēthecoſtē:⁊ ille
hodie ponūt euangeliū de diuite epulone:Luce.
16.hō quidā erat diues.⁊c. qui dānabilis oſten-
ditur pꝛopter peccatū immiſericoꝛdie erga pau-
perē Lazarū: ideo etiā illud euangeliū eſt ad idē
pꝛopoſitū cū hoc noſtro romano.qꝛ tamen illud
iā expoſuimꝰ ſupꝛa in feria quinta hebdomadis
ſcōe quadrageſime:ideo nūc de eo nihil dicemꝰ.
Hic ergo inſurgit diuerſitas circa hec officia miſ
ſalia inter eccleſiam romanā ⁊ alias dioceſes in
toto fere hoc tēpoꝛe peregrinationis: que tamen
in epiſtolis ſemper cōcoꝛdāt. Diuiditur ergo per
hiſtoꝛiā hoc nr̄m euangeliū in tres partes moꝛe
ſolito.Pꝛima eñ infoꝛmat fideles circa virtutes
charitati ꝓximoꝝ neceſſarias. Scdo ibi:dicebat
autē:notat iudeos de cecitate circa diuine ſcrip-
ture intelligētias.Tertio ibi:quid aūt vides:in-
crepat eoꝝ inuidā audatiā cōtra fideliū operas.
Ergo pꝛo in foꝛmatione fideliū : in illo tempoꝛe Pꝛima pars euāgelij.
pꝛimi ſigilli dicebat ieſus.i. bonus pꝛelatus chꝛi
ſtianoꝝ querēs aiaꝝ ſalutē:diſcipulis ſuis.i.ſub-
ditis ſibi fidelibus (qui tūc diſcipuli vocabātur)
⁊ ille erat apoſtolus Petrus vel aliquis aliꝰ pꝛe
latus ſui tēpoꝛis. Dicebat inqꝫ o fratres mei cha
riſſimi in chꝛiſto Jeſu eſtote miſericoꝛdes.i.exer-
cete opa miſericoꝛdie ad pꝛoximos veſtros miſe
riā patiētes:ſicut ⁊ pater veſter celeſtis deus mi
ſericoꝛs eſt ad oēs hoīes tā bonos ꝙ̄ malos. qꝛ

miſericordia eſt prima virtutũ q̄ ex charitate procedũt. eſt enim mĩa cordis miſeria. i. cõpaſſio qua cor ſentit miſeriã alterius ac ſi eſſet ſua. Deinde ex inclinatione eiuſdẽ charitatis proximi nolite iudicare. i. temere cõdẽnare vitã proximoꝝ interpretando ad malũ ea que bene fieri poſſunt: ſic enim faciendo vos nõ iudicabimini condẽnati a deo in iudicio finali. nã qui ſecus faciũt pro certo cõdẽnabuntur a deo iuſto iudice. hec eñ ſunt vitia valde cõtraria charitati quã proximis debetis ex mandato dei. Sed perfidi iudei his vicijs pleni et charitate vacui ꝑſequebãtur chriſtianos ex ſuo genere ſine miſericordia: et vitã eoꝝ verbis maledicis ex odio quãtũ poterant denigrabãt. ſ. ſiniſtre iudicãdo eoꝝ dicta et facta in malũ. nam predicationẽ apl'oꝝ vocabãt blaſfemiã cõtra deũ/ miracula ab eis facta referebãt ad artẽ magicã: alioꝝ vero fideliũ ſimpliciũ bona opera dicebãt procedere ex vana hoĩm gloria. iuſto ergo dei iudicio taliter iudicantes de proximis/⁊ eos temere condẽnantes: ⁊ ipſi iudicabũtur atqꝫ a deo cõdẽnabũtur: dicebat tũc prelatus. quod poſtea rei ꝓbauit euẽtus. nã miſſo exercitu romanoꝝ ⁊ duce Tito ſub impio Veſpeſiani digno ſupplicio puniti ſunt oẽs iudei et totũ eoꝝ regnũ euerſum eſt. At cõtra fideles chriſtiani: qui ex nimia charitate operibus mĩe cõtinue inſiſtebãt/⁊ pie de actibus alioꝝ ſentiebãt: mĩam cõſecuti/et tandẽ ad magnã glĩam ſunt euecti. Altera virtus ad charitatẽ proximoꝝ pertinens eſt remiſſio iniuriarũ ⁊ alioꝝ debitoꝝ. ideo prelatus illius tẽporis addens dicebat fidelibus. dimittite proximis debita: ⁊ vos etiã dimittemini a deo abſoluti a debitis vr̃is. quia hoc quotidie petitis ab eo ĩ orõne dñica. ſ. dimitte nobis debita nr̃a ſicut et nos dimittimus debitoribus nr̃is. hoc mãdatũ fideles ſubditi prõpte ⁊ deuote implebãt: ⁊ ꝓ iudeis infidelibus orabant licet perſequẽtibus ⁊ calũniantibus eos. Tertia virtus a charitate procedẽs eſt eleemoſina paupeꝝ. de qua prelatꝰ ſubdit. date ſcꝫ eleemoſinã proximis indigentibus: ⁊ dabitur vobis a deo cẽtuplũ bonũ pro premio veſtri boni operis. nã menſurã bonã. i. bene plenã/⁊ cõfertam. i. cumulatã/⁊ coagitatã. i. cõpreſſam/immo ⁊ ſuper effluentẽ exterius ex magna plenitudine: dabunt miniſtri dei miſſi ad retribuendũ vobis: dabũt in ſinũ veſtrũ quod eſt eccleſia militãs: et hec promiſſio impleta eſt quãdo fidelibus datũ eſt dñium vniuerſi fere orbis ⁊ abũdãtia oĩm bonoꝝ tẽporaliũ. Vel per ſinũ intelligi poteſt ſinus abrahe: quod eſt eccleſia triũphãs/vel ſtatus beatitudinis glorie finalis: eadẽ quippe menſura. i. tali ⁊ tanta qua mẽſi fueritis proximos veſtros in hac vita: remetietur et vobis a deo iuſto retributore non ſolũ in hoc ſeculo: ſed etiã in futuro. nã vocabulũ menſure in propoſito proportionẽ iuſticie ſignificat diſtributiue: que attenta qualitate ac quãtitate meritorie actionis proportionaliter ei retribuit premiũ: ⁊ ſimilis eſt proportio in peccatis ⁊ penis. iuſticia eñ in ſcripturis nũero pondere ⁊ mẽſura ſignificari ſolet. Hãc doctrinã de eleemoſinis faciendis fideles tp̄e primi ſigilli deuotiſſime obſeruabãt: qui vt dicit actuũ. 4. vendebãt oĩa bona ſua etiã poſſeſſiões ⁊ domos ⁊ diſtribuebãt pauperibus chriſtianis. quod etiã notat apoſtolꝰ paulꝰ in ſc'da ep'la ad corinthios loquẽs de fame illa grauiſſima que facta eſt ſub claudio imperatore: qꝛ ipſe predicauit collectas eleemoſinaꝝ in Grecia ⁊ Aſia ad ſuccurrendũ fidelibus qui erant in iudea fame pereũtes.

Sc'da ps euãgelij.

Quo cõtra infideles iudei oĩno dediti auaritie/⁊ immiſericordes/pleni odio contra chriſtianos: excecari meruerũt ⁊ priuari vera intelligẽtia ſacre ſcripture ſeu legis dei. de his loquens prelatus ait. nũquid poteſt cecus. i. ignorãs doctor iudeus: cecũ iudeoꝝ populũ ducere ad ſaluationẽ aĩarũ: q. d. nõ eſt poſſibile: qꝛ ad hoc agendũ neceſſaria eſt vera fides ⁊ recta intelligentia diuine legis: quã cũ iudei nõ habeãt: nonne ambo. i. tam doctor qꝫ diſcipulus eius in foueã eterne dãnatiõis cadũt in fine vite ſue: q. d. hoc nõ eſt dubiũ ſc'dm ea que fide tenemus. et ratio eſt ꝙ populus ille cecꝰ ita periclitetur: qꝛ de cõmuni curſu nõ eſt diſcipulus ſuper magiſtrũ. i. melior ac doctior ſuo magiſtro: niſi forte poſtea ab alio preceptore acceperit doctrinã bonã. perfectus ergo erit oĩs diſcipulus ſi euaſerit tã doctus ſicut magiſter eius a quo ſolo doctrinã accepit. quare ſi doctores iudeoꝝ erant ceci in lege dei per quã hoĩes ſaluãtur: cõſequẽs eſt eoꝝ diſcipulos reliquos iudeos ſimilit' cecos eſſe: cũ nõ ſint ſuper magiſtros ſuos immo neqꝫ equales eis in ſciẽtia diuine legis. De hac iudeorum excecatione dixit chr̄us in euãgelio Luce. 8. ꝙ propter peccata ſua facti ſunt vt videntes nõ videãt ⁊ intelligẽtes nõ intelligãt. ⁊ infra cap'lo. 19. legitur ꝙ ipſe fleuerit ſuper hieruſalẽ (que erat Metropolis regni iudeoꝝ) dicens ſi cognouiſſes ⁊ tu. ⁊ Matthei. 13. incraſſatũ eſt cor populi huiꝰ. ⁊ ap'lus ait romã. 11. cecitas ex parte cõtigit in iſrael. et ſc'de. cor. 3. cũ legitur moyſes velamen eſt poſitũ ante oculos eoꝝ. ſ. iudeoꝝ ĩ ſua ſinagoga. Ex dictis itaqꝫ cõſtat ꝙ tẽpore apertionis primi ſigilli: chriſtiani ab apoſtolis edocti dediti erant operibus charitatis dei ⁊ proximi: iudei vero ecõtra odio ⁊ inuidia excecati in lege dei perſequebantur chriſtianos ⁊ diffamabãt vitã eoꝝ aggrauando multũ quedã forte venialia in eis. ⁊c.

Tertia ps euãgelij.

Vñ prelatus illius tẽporis inuehit cõtra eos dicens. o impie iudee quid vides feſtucã. i. leuẽ culpam vel ignorantiã nõ culpabilẽ: in oculo. i. intellectu: fratris tui. i. chriſtiani qui eſt de genere tuo (tunc eñ maior pars chriſtianoꝝ erat ex iudeis) ſꝫ trabem põderoſam grauiſſimi peccati mortalis maxime infidelitatis/inuidie/⁊ rãcoris: que eſt ĩ oculo tuo. i. mẽte vel intẽtione praua: nõ vides: q. d. nõ potes ⁊ hoc licite facere: ſed peruerſus es: q̄ te ipſum prius nõ corrigis qꝫ alios reprehendas. ꝑ oculũ in ſacra ſcriptura quãdoqꝫ intellectũ quandoqꝫ intentionẽ volũtatis intelligimus. Sequit': aut quomodo poteris dicere fratri tuo iam chriſtiano tu qui ꝓterũ infidelis es: o frater mi ſine vt eijciã feſtucã de oculo tuo. i. permitte paciẽter



vt corrigã te in hoc paruo errato tuo in ſciẽtia vl' in moribus: ⁊ tamẽ ipſe qui eũ corrigis nõ vides trabẽ. i. grauiſſimũ pc'm vel infidelitatẽ que eſt in oculo mentis tue: et dico ꝙ nõ vides practice: qꝛ te nõ corrigis. q. d. in hoc peruerſe agis. O ypocrita. i. ficte corrector: eijce primũ. ⁊c. i. prius te ipſum emẽda de grauiſſimis malis tuis: et tũc. i. poſtea ſic iuſtificatus: proijcies. ⁊c. i. poteris iuſte corrigere leuiora errata proximoꝝ tuoꝝ. Hoc eñ modo ipſe ieſus chr̄us ſaluator noſter liberauit mulierẽ cõprehenſam in adulterio ab accuſatiõe phariſeoꝝ: oſtendẽs grauiora pc'a eoꝝ qꝫ mulierculę: vt narrat Joãnis. 8. ⁊ ap'lus Paulꝰ rom. 2. cõtra iudeos ait: iniquo eñ aliũ corrigis te ipſum cõdemnas. ⁊c. vnde colligitur ꝙ peccator ex ſuo peccato redditur indignus ad fraternã correctionem: quãto magis ad malicioſam de qua hic eſt ſermo. Ex hoc fine euãgelij inſinuatur cõuerſio iudeoꝝ ad fidẽ chriſti circa finẽ mũdi. nã eis per baptiſmũ ⁊ verã penitentiã iuſtificatis: ex illo populo ſurgent catholici predicatores: qui ſua predicatione arguent fideles de aliquibus paruis exceſſibus nõ cõtra fidẽ ſed in moribus. hoc fiet poſtqꝫ ille populus iudeoꝝ eiecerit trabẽ infidelitatis ab oculo mentis ſue: vt ſic ſanatus a cecitate priſtina poſſit videre legis veteris ⁊ prophetarũ verã intelligentiã. tunc eñ incipiet deuote predicare fidẽ chriſti et increpare deuios a lege dei: vt latiſſime declarabimus in vltimis tribus dñicis huius tẽporis peregrinationis: quãuis in hac ſc'da dñica (que eſt prima procurſus eccleſie) notata ſit iudeoꝝ perfidia/ac malicia contra chriſtianos primitiue eccleſie: eos maxime qui erant ex ſuo genere. ſ. apoſtolos ⁊ alios diſcip'los chr̄i. Deinde vero in dñicis intermedijs de fidelibus ⁊ infidelibus ex gentilitate ſermo fiet. nã licet eccleſia dei inceperit a fidelibus ex iudeis/⁊ in eis finẽ habitura ſit: tamẽ in medio tempore multitudo gentiliũ ad fidẽ cõuerſoꝝ eccleſiam dei ampliauit/ad modũ nauis que ex ãguſtijs extremorum procedit ad medij latitudinem. de qua etiã ſuperius in officio Epiphanie domini abũde ſatis dictũ eſt: aſſũpta ꝓ epiſtola lectiõe Eſaie. 60. vbi inter alia de eccleſia dicitur. tũc mirabitur et dilatabit' cor tuũ: quãdo cõuerſa fuerit ad te multitudo maris et plenitudo gentiũ venerit tibi. ⁊c.

Moralitas.

¶ Moraliter vero pro fidelibꝰ huius tẽporis noſtri hoc euãgeliũ inter omnes virtutes: quas debet habere nr̃a ſpiritualis peregrinatio: ꝑmittit opera exteriora charitatis que ſunt beneficẽtia/ eleemoſina/pietas/⁊ mĩa: que fideles purificant ab inuidia/odio/ ⁊ detractione temeraria contra proximos: ⁊ tunc applicatio euãgelij ad hũc ſenſum moralẽ parũ differt a precedẽte ſenſu hiſtorico. quia illius tẽporis doctrina etiã cõgruit nr̃e etati. ⁊c.

Offertorium.

¶ Cantus offertorij: Intẽde voci orationis. ⁊c. pſalmo. 5. eſt vox populi fidelis cõmoti ex doctrina euãgelij ad opera mĩe: ideo orat deũ vt merito taliũ operũ ipſe etiã miſereat' ipſoꝝ quãdo petent ab eo mĩam maxĩe in tẽpore tante tribulationis. Secreta oratio: Hoſtias tibi dñe. ⁊c. petit a deo acceptationẽ ſacrificij pro preſentibꝰ moraliter exponẽdo offertoriũ quo petebatur miſericordia dei: hic vero additur imperpetuũ. i. continue ⁊ ſemp.

Cõiõ.

¶ Cãtꝰ cõionis: narrabo oĩa mirabilia: pſalmo. 118. eſt vox fidelis populi letãtis ⁊ deũ laudantis in tribulatione illius perſecutionis. Finalis orõ: Tãtis dñe. ⁊c. orat ꝓ pſeuerãtia in dei laudibus iuxta cõmunionẽ moraliter.

## ¶ Caput nonageſimũprimum de officio tertie dñice poſt penthecoſten: in quo agitur de apertiõe ſecũdi ſignaculi in noua lege ex apocalypſi Joãnis: qua ꝑma eccleſie chriſtiane perſecutio agẽtilibus ſub Nerone imperatore deſcribitur: ⁊ profectus fidelis pp'li declarat'.

Argumẽtũ officij.



pulo iudeoꝝ in qua parū pꝛofecerūt: ⁊ alterā in
populis gentiliū:vbi laxatis retibus ſue pꝛedica
tionis plurimos ad fidē traxerunt: vnde ſubdit.
Et cū hoc feciſſent apoſtoli diligēter pꝛedicātes
in toto mūdo: cōcluſerunt intra rete fidei copio=
ſam multitudinē gentiliū: que ⁊ tanta fuit vt nō
ſolū boni/ſed etiā mali multi ad eccleſiā recipe=
rentur.ex quoꝝ diuerſitate dicitur ꝙ rūpebatur
aliquando rete fidei hereſibus/et ſciſuris diſcoꝛ=
diarum.Quare apoſtoli ⁊ alij pꝛedicatoꝛes ex iu
deis annuerūt ſua pꝛedicatione ſocijs.i.ſapienti=
bus gentiliū:qui erant in alia nauicula.i.in alio
populo:vt venirent ad eccleſiā per fidei ⁊ baptiſ
mi ſuſceptionē: ⁊ adiuuarent eos ſuis doctrinis
philoſophicis ad cōuincendū hereticos diſputa=
tionibus.et venerunt multi ex philoſophis gēti=
liū ad fidē vt Ciprianus/Lactātius/Victoꝛinꝰ/
Ambꝛoſius/Auguſtinus/⁊ alij plures.qui adiu
uantes pꝛedicationē apl'oꝝ impleuerūt fidelibus
ambas nauiculas eccleſie.i.circūciſionē ⁊ pꝛepu
ciū:ita vt pene mergerentur in mari ſeculariū ne
gotioꝝ.nā multiplicatis fidelibꝰ bonis et malis
in eccleſia dei:ipſa pꝛemitur multis negocijs cau
ſarū:que in ſuo pꝛincipio religioſe viuebat deſpi
Tertia pars euāgelij. ciēs oīa ſecularia negocia.Sed de tā mirabili ⁊
copioſo ſue pꝛedicationis effectu apoſtoli nō ſu=
perbia elati ſunt ſibi attribuētes huiꝰ rei gl'iam:
ſed potius deo cuius gr̄a adiuti tantū ꝑfecerūt:
ideo ſubditur.quod cū videret Simon Petrꝰ et
oīs apl'oꝝ choꝛus.ſ.tantā hominū multitudinem
rete pꝛedicationis fidei captā: pꝛocidit per verā
humilitatē ad genua ieſu adoꝛanda pꝛo gratiaꝝ
actiōe dicēs ei.exi a me dñe.i.fac me exire a mea
phantaſia ne mihi attribuam tantū opus: qꝛ ho
mo peccatoꝛ ſum/⁊ nō ſufficio ex meipſo operari
quippiā boni ſine tua gratia pꝛeueniēte/⁊ coope
rante.ſtupoꝛ enim.i.admiratio magna circunde
derat eū ⁊ oēs alios apl'os ⁊ pꝛedicatoꝛes euan=
gelicos.qui cū eo erant in captura piſciū quā ce
perant.i.qui ſimiliter laboꝛauerant in officio pꝛe
dicationis/⁊ multos ad fidē conuerterāt. nā pꝛe=
ter ſpem eoꝝ videbant immenſam hominū mul
titudinē ad fidē veniſſe miniſterio ſue pꝛedicatio
nis:ideo mirabantur de tā copioſo munere diui
ne gratie. Similiter ceperat admiratio de hac re
Jacobū.i.ſupplantatoꝛē mundi philoſophū iā fi
delē.⁊ Joānem.i.cui donatio gratie facta eſt:hoc
eſt oꝛatoꝛem gratioſum i v̄bis perſuaſiuis. filios
zebedei.i.fluentis populi gētilis:qui poſt ſuā cō=
uerſionē ad fidem chꝛiſti:erant ſocij Simonis in
officio pꝛedicationis euangelij.q.d. non ſolū ad=
mirabātur apoſtoli ⁊ alij pꝛedicatoꝛes ex iudeis:
ſʒ etiā ipſi gentiliū magni philoſophi ⁊ oꝛatoꝛes.
quomodo.ſ.in tā paruo tēpoꝛe ferme triginta an
noꝝ illi pauperes ⁊ illiterati piſcatoꝛes totū fere
oꝛbē ad fidē chꝛiſti conuerterant.nā Auguſtinus
vocē illoꝝ oīm pꝛoferens dixit nullū eſſe maiꝰ mi
raculū ad conuincendū infideles:ꝙ̄ cōuerſio to=
tius oꝛbis in tam paruo tēpoꝛe/⁊ a tā paucis/⁊ tā
deiectis hominibꝰ ſecundū opinionē mundi.Ad
conſolationē maioꝛē apl'oꝝ oſtenditur ꝙ poſt eo
rum obitū ſit eccleſia conſeruanda/pꝛoſperanda
⁊ augmentanda per eoꝝ ſucceſſoꝛes pꝛelatos. et
ait ad Simonē Jeſus loco oīm apoſtoloꝝ. noli
timere/eccleſie tue poſt moꝛtē tuā . ex hoc enīʒ.i.
poſt hoc tēpus etiam homines eris capiens per
tuos ſucceſſoꝛes in officio/⁊ gradu tuo. nā ita be
ne cooperabitur eis gratia dei ſicut vobis. Et qꝛ
tempoꝛe huius quarti ſigilli apoſtoloꝛum cetus
ſacratiſſimus in Joanne eoꝝ vltimo peregrina
tionem vite huius finiuit:ideo euangeliū hoc de
obitu apoſtoloꝝ concludens ait.et apoſtoli ſub=
ductis.i.adductis nauibus ſuaꝝ eccleſiaꝝ a mari
mundane vanitatis.ad terrā.i.ad firmitatē chꝛi=
ſtiane fidei ⁊ religionis:que littoꝛi maris cōpara
tur.relictis oībus eccleſie rebus diſpoſitis ꝑ ſuis
ſucceſſoꝛibus.ſecuti ſunt eum.i.chꝛiſtū eoꝝ magi
ſtrum per moꝛtē ⁊ varia toꝛmenta ad gloꝛiā diui
ne fruitionis peruenientes.nā ipſe chꝛiſtus ap=
parens Joanni apoſtoloꝝ vltimo deceſſuro di=
xit ei.veni dilecte mi poſt me:qꝛ tēpus eſt vt epu
leris in conuiuio meo cū fratribus tuis.ſ.apoſto
lis iam defunctis ante te in tempoꝛibus alioꝝ ſi
gilloꝝ.¶Moꝛaliter vero pꝛo fidelibus noſtri tē= Moralitas.
poꝛis ex toto officio colligi poteſt:quā pacientes
debent eſſe in aduerſitatibus aut tentationibus
huius mundi/ſiue pꝛoueniant a deo pꝛopter no
ſtram coꝛrectionem: vt ſunt infirmitates ⁊ perdi
tiones bonoꝛum ex caſibus foꝛtuitis contingen=
tes: ſiue pꝛocurentur a diabolo pꝛopter noſtram
damnationem:quales apparuerunt in Job ⁊ in
ſancto Antonio egyptio et in quibuſdam alijs:
ſiue deniq̄ inſurgant a malis hominibus nos
perſequentibus pꝛopter ſuam ambitionem:cu=
iuſmodi ſunt furta/homicidia/adulteria/⁊ alia id
genus.ad hec enim equanimiter tolleranda ſua
dent nos exempla chꝛiſti ⁊ alioꝛum ſanctoꝝ. im
mo ⁊ creaturarum irrationabilium.maxime au=
tem eſt neceſſaria pacientia in actibꝰ noſtre per=
egrinationis ⁊ penitentie in hac ſexta mūdi eta=
te:in qua decurrit eccleſia quaſi nauis in medio
mari fluctuās inter pꝛocellas ⁊ turbines diuer=
ſarum tempeſtatum: cuius nauicule gubernato
res pariter ⁊ hominū piſcatoꝛes debent eſſe pꝛe
lati qui rete ſue pꝛedicationis catholice et bone
vite capiant hoīes ad obſequiū chꝛi. Veruntamē
cauere debent ne officiū huiuſmodi piſcatiōis ag
grediant̄ in nocte ignoꝛātie/aut male vite:qꝛ tūc
dicent cū Petro:per totā noctē laboꝛauimus ⁊ ni
hil cepimꝰ.Debent ergo in verbo dei laxare rete
pꝛedicationis ⁊ gubernationis eccl'ie.i.ad volun
tatem ⁊ mandatū dei:confoꝛmiter agendo ad ea
que chꝛiſtꝰ eis pꝛecepit dicēs:paſce oues meas.
nā ſic faciētes capiēt piſciū multitudinē copioſā
qua implere valeāt ābas nauiculas eccl'iaſticoꝝ
⁊ ſcl'ariū bona doctrina fidei ⁊ religiōis ſancte.ſʒ
cū hec fecerint nō ſuperbiāt dicētes/manꝰ nr̄a ex
celſa fecit hec:ſed potiꝰ hūilient̄ coꝛā deo memo
rātes illō.pſ. Nō nobis dñe nō nobis ſʒ noī tuo
da gl'iam.¶Cātꝰ offertoꝛij:Illumia oc'los meos: Offertorium.



ex pſalmo.xx. per hiſtoꝛiā eſt vox eccleſie illius
tēpoꝛis:que oꝛbata ſuis pꝛimis fundatoꝛibꝰ apo
ſtolis iam defunctis: oꝛat deū pꝛo auxilio gratie
ſue ne foꝛte ex doꝛmitione apoſtoloꝝ ipſa quaſi
derelicta doꝛmiat in peccatis aut erroꝛibus con=
tra fidē ⁊ legē dei: vel etiā ne ſuccūbat in aduer=
ſitatibus huius vite.ideo petit illuminari aut ex
citari a ſomno per dei gratiā:nequādo dicat ini=
micus coꝛpoꝛalis aut ſpiritualis pꝛeualui adüer
ſus eū. Oꝛatio ſecreta: oblationibꝰ q̄ſumꝰ.petit
in virtute ſacrificij Eucharīſtie nr̄am cōuerſionē
ad deū ſiue i pꝛoſperitate per beneplacitū nr̄m/
ſiue in aduerſitate cōpellendo noſtras rebelles
voluntates ad ſe.Vnde patet ꝙ eccleſia non ab
ſolute oꝛat liberari a tribulationibus huius mū
di: ſed ſub conditione.ſ.quando ille non ſunt ne
ceſſarie ad conuincendā noſtre voluntatis rebel
lionē.¶Cantus cōmunionis.Dñs firmamentū
Cōio. meū : ex pſalmo.17. eſt cōgratulatio eccleſie de
diuina pꝛotectione ⁊ liberatione ſua a tribulatio
nibus et pꝛeſuris huius mūdi. Oꝛo finalis.Mi
ſteria nos dñe.⁊c. applicat cōmunionē moꝛaliter
ad pn̄tes petēs eccl'ie purificationē aut ꝓtectionē
in aduerſis per virtutē euchariſtie ſuſcepte.

## ¶ Caput nonageſimum

quartū: de officio ſexte dñice poſt penthecoſten:
in quo apertio quinti ⁊ ſexti ſignaculi apocalip=
ſis declarat̄ facta in octo ꝑſecutionibꝰ tyrānoꝝ.

Argumentum officij



**Preſētis vite ma**
la ſeu tribulatiōes diuina ſa
piētia oꝛdinauit quaſi medi=
cinas maloꝝ hoim purgati=
uas/⁊ bonoꝝ pꝛeſeruatiuas.
Vnde nimirū ꝙ viciſſim al=
ternet in eccl'ia ſua cōſolatio=
nes ⁊ ꝑſecutiones.ne ex diuturna ꝓſperitate la=
ſciuiat:neq̄ ex lōga tribulatiōe deficiat.Decē ve
ro narrantur in eccl'iaſtica hiſtoꝛia eccleſie chꝛiſti
tribulationes pꝛincipales a tyꝛannis gentiliū ex
citate: ſed alternate ⁊ permixte cōſolationibꝰ in
toto pꝛīo tp̄e eccl'ie.ſ.a chꝛo vſq̄ ad Cōſtantinū ⁊
Silueſtrū:qđ dr̄ tēpus martyꝝ:et repꝛeſentat̄ in
dñicis quibꝰ cantat̄ hiſtoꝛia regū in officio matu
tinali.q̄rū hec ſexta vltia eſt.¶Perſecutiōes de
Decē perſecutiões eccleſie a gētib:15. cē iſte fuere.Pꝛimā fecit Nero.nā cū poſt Tybe
riū(ſub quo paſſꝰ eſt chꝛus ⁊ ſpūſſctm aplīs mi
ſit)imperaſſet Gaiꝰ:iſte nō exercuit aliquā ꝑſecu
tionē in chꝛianos:lʒ decreuerit eā facere:ſed moꝛ
te pꝛeuentꝰ eſt.Huic Gayo ſucceſſit Claudius:q̄
nihil cōtra fideles attentauit. Poſt Claudiū im
Pria ſub Nerone. perauit Nero. Vn̄ pma iſtaꝝ decē ꝑſecutionum
Neroni attribuit̄:q̄ apl'oꝝ pncipes occidit:⁊ alios
m'ltos chꝛianos Rome ⁊ in alijs ptibꝰ ſui impij
martyꝛizauit:⁊ cōtra eos leges criminales oꝛdi=
nauit circa annos chꝛi ſexaginta. Poſt Neronē
Otto/Galba/⁊ Vitelliꝰ de impio cōtēdentes ni=
hil curare potuerunt de chꝛianis. His ſucceſſere
Veſpeſianꝰ/et Titꝰ filiꝰ eiꝰ moleſti quidē iudeis
rebellibꝰ:nō aūt chꝛianis hūilibꝰ.Deinde impa=
uit Domicianꝰ:q̄ edicta Neronis contra eccl'iam
renouās ⁊ alia ſupaddēs ſcđam ꝑſecutionē nota
bilē mouit cōtra fideles chꝛi:de qua ſupꝛa i q̄rto
ſigillo circa ānos chꝛi nonaginta.Domiciano oc Scđa ſub domiciāo
ciſo ſucceſſit Nerua impans tantū anno vno pa
cifice:q̄ Traianū adoptās in filiū:eū reliq̄t impij
ſucceſſoꝛē.hic Traianꝰ zelo falſe religiōis ydoloꝝ
tertiā exercuit i eccl'iam ꝑſecutionē circa annos tertia ſub Traiano.
chꝛi cētū.Antoniꝰ piꝰ q̄rtā circa ānos chꝛi cētū ⁊
q̄nq̄gita.Seuerꝰ q̄ntā circa ānos chꝛi cētū ⁊ no=
nagita.Maximꝰ ſextā circa ānos chꝛi ducētos ⁊ Alie ſex.
vigiti.Deciꝰ ſeptimā ꝓpe ānos chꝛi ducētos qui
quagita.Vallerianꝰ octauā iuxta ānos chꝛi ducē
tos ⁊ ſexagita.Aurelianꝰ nonam circa ānos chꝛi
ducētos ⁊ ſeptuagita.Diocletianꝰ decimā cū ſo=
cio Maximiano circa ānos chꝛi ducētos ⁊ octo= decia ſub dioclecianō.
gita/⁊ deinceps vſq̄ ad ānos ferme trecētos ere
chꝛi.Lʒ aūt m'lti alij impatoꝛes romanoꝝ iterme
dij hoꝝ fuerint:quoꝝ tēpoꝛibꝰ plerīq̄ fideles chꝛi
fuerit martyꝛizati ex mādato eoꝝ:nō tn̄ ita crude
liter ſicut iſti:nec ſic noua edicta fecere nec anti=
qua ſuſcitauere cōtra chꝛianos:⁊ ideo p̄dicti decē
ſpecialit̄ dicunt̄ chꝛiane eccl'ie ꝑſecutoꝛes. Poſt
punicionē ergo iudeoꝝ ⁊ gētiliū cū aliquali cōſo
latiōe fideliū in p̄dictis duabꝰ dñicis recitatā: ſe=
cute ſunt i eccl'ia dei alie ꝑſecutiōes octo reſidue:
nō q̄dē cōtinue ſʒ cōſolationibꝰ ad reſpirādū di=
ſcrete:q̄ oēs ad tēpoꝛa quinti ⁊ ſexti ſigilloꝝ per=
tinēt:⁊ ab eccl'ia in officio miſſali huius dñice ſub
bꝛeuiloquio cōmemoꝛant̄. Haꝝ octo ꝑſecutionū
pꝛioꝛes ſeptē ꝑſecutiones(qꝛ minꝰ crudeles)ſub
q̄nto ſigillo cōpꝛehendunt̄.octaua vero q̄ eſt de=
cima oīm vltima atq̄ accerbiſſima:ſexto ſigillo
reſeruat̄. De his ergo textꝰ Joānis apocalypſis.
6.talis eſt.Et cū aperuiſſet quintum ſigillū vidi
ſubtꝰ altare dei aīas interfectoꝝ ꝓpter verbū dei/
⁊ ꝓpter teſtimoniū qđ habebāt. ⁊ clamabāt vo=
ce magna dicētes/vſq̄quo dñe ſanctꝰ ⁊ verus nō
iudicas nec vidicas ſanguinē noſtrū de his qui
habitāt in terra.⁊ date ſunt illis ſingule ſtolle al
be ⁊ dictū eſt illis vt requieſcerēt tēpꝰ adhuc mo
dicū:donec cōpleantur cōſerui eoꝝ et fratres qui
interficiēdi ſunt ſicut ⁊ illi . Cuiꝰ intelligētia hec
eſt.cum aperuiſſet.i.reuelaſſet chꝛiſtus in eccleſia
ſua ſigillū quintū.i.tempus quintū: quod ab an
no ere chꝛiſti fere centeſimo incepit ſub Traiano:
⁊ per annos quaſi centū ⁊ octoginta durauit vſ
q̄ ad Diocletianū excluſiue. In hoc inq̄ tēpoꝛe
vidi ſub altare dei:quod i locis occultis poꝛtatile
fiebat a chꝛiſtianis pꝛopter imminetes perſecu=
tiones tyꝛānoꝝ infideliū: ⁊ cōiter ponebat̄ ſuper
ſepulchꝛa ⁊ reliq̄as martyꝝ de quibꝰ hec littera
loquitur dicēs:vidi ſub altari in quo ſacerdotes
chꝛi celebꝛabāt miſteriū euchariſtie:aīas ⁊ coꝛpo
ra innumerabiliū martyꝝ interfectoꝝ ꝓpter ver
bum dei:qđ pꝛedicabāt oībus gētibꝰ de miſterijs
chꝛiſti ⁊ noſtre redēptionis: ⁊ pꝛopter teſtimoniū
qđ habebant:qꝛ nō ſolū per teſtes ſed etiā p pꝛo
pꝛiā martyꝛum confeſſionē pꝛobabantur colere
chꝛiſtum: et illa cultura vel ſeruitus chꝛiſti erat
cauſa ꝓpter quam ferebatur ſentētia cōtra eos.

Et clamabãt ſancti martyres corã deo voce ma-
gna.i.manifeſtiſſima experiẽtia ſuoꝝ corpoꝝ oſtẽ
debant corã deo ⁊ tyrãnoꝝ crudelitatẽ dãnabilẽ/
⁊ ſctoꝝ innocentiã premiabilẽ.Hec ergo euiden
tia facti vocat̃ hic clamor martyꝝ:ſicut etiã Gene
ſis.4..dicit̃ vox ſãguinis fratris tui Abel clamat
ad me de terra.i.euidẽter oſtẽdit tuã maliciã val
de dãnabilẽ. Quid aũt clamarẽt tũc martyꝝ aie
ſubditur:vſqꝫquo dñe potẽs punire tyrãnos infi
deles/ſanctus ⁊ ſanctitatis amator/⁊ verꝰ in pro
miſſis tuis:nõ iudicas ꝓferendo ſententiã dam
nationis cõtra noſtros occiſores:⁊ non vindicas
premiando ſanguinẽ noſtrũ.i.penas quas paſſi
ſumus:ab his tyrãnis qui habitãt in terra.i.qui
dominãtur alijs ac ſi ſemp victuri eſſent in terra.
Et date ſunt illis martyribus ſtatim in premiũ
laboꝝ ſuoꝝ ſtolle ſingule.i.veſtes glorie ſimplici-
ces:q2 ſolũ quantũ ad aĩas.⁊ dictũ eſt illis a deo
vt requieſcerẽt corpora ſua in ſepulchris per mo
dicum tẽpus.ſ.vſqꝫ ad diẽ iudicij (quod certe val
de paruũ eſt eternitati cõparatũ) donec cõpleat̃
ſecundũ diuinã predeſtinationẽ numerus fratrũ
ſuoꝝ:qui interficiendi ſunt in alijs tẽporibus/hu
ius ſexte etatis pro lege chriſti.ſicut ⁊ illi q̃ prius
martyrizati ſunt in temporibus precedentibus.
Eſt ergo ſenſus totius littere:ꝙ in ſigillo quinto
ex permiſſione diuina ſub tot tyrannis populus
dei adeo erat oppreſſus:ꝙ nullas haberet aper-
tas eccleſias/nulla altaria ſacrificij Euchariſtie
certa ⁊ publica.ſed in locis occultis timore infi-
delium.⁊ in criptis martyrũ fiebat altare ligneũ
pro miſſa celebranda. que martyrum ſepulchra
innumera clariſſime oſtendebant tyrãnos illos
gẽtiles eterna pena dignos in corpore ⁊ anima:
et ſimiliter martyres noſtros duplici gloria pre-
miandos eternaliter. Quamuis durante huius
mundi curſu decreuerit diuina ſapientia ſolas
vtrorumqꝫ animas puniendas vel premiãdas:
corporum autem penam aut gloriam differendã
eſſe vſqꝫ ad diem iudicij generalis : vbi omnes
et ſimul boni et mali reſurgentes comparebunt
pariter iudicandi/et finaliter ſententiandi. hi ad
gloriam in corpore ⁊ anima: que eſt duplex ſtol-
la hominis:illi autem ad penam eternã in vtro-
qꝫ homine.De tempore autem extreme perſecu-
tionis ⁊ quidem accerbiſſime ſub imperatoribus
Diocletiano et Maximiano hec verba ſequun-
tur in apocalypſi.Et cum aperuiſſet ſigillum ſex
tum.i.tempus ſextum (quod fuit ferme viginti
annorum ante Conſtantinum imperatorem) vi
di et ecce terremotus magnus factus eſt: q2 pu-
blico edicto imperatorum moti ſunt contra chri
ſtianos fere omnes homĩes ⁊ oẽs iudices totiꝰ
terre habitabilis.et ſol.i.chriſtus deus noſter fa-
ctus eſt niger.i.denigratus eſt ab illis tyrannis
in honore et fama ſua.Dicebant enim eum fuiſ-
ſe deceptorem hominum per magicam ſuperſti
tionem.⁊ reputabatur tunc chriſtus tanqꝫ ſaccus
ſilicinus.i. deſpectus inter hoĩes propter crucis
patibulum quod ſuſtinuit pro nobis:q2 gẽtiles
predicationem crucis reputabant ſtulticiam. et
luna.i.eccleſia (que lumen recipit a ſole chriſto)
tũc temporis facta eſt vt ſanguis.i. plena ſangui
ne martyrum gladio et alijs generibus marty-
rij occiſorum.legitur enim in hiſtoria ſcholaſtica
ꝙ tunc in ſpacio vnius mẽſis decem et octo mil-
lia chriſtianorum promiſcui ſexus fuerint occiſa
pro chriſto in diuerſis prouincijs ⁊ regionibus.
et ſtelle celi.i. multi prelati et doctores eccleſie
timore mortis perterriti ceciderunt de celo mili-
tantis eccleſie:quia receſſerunt a fide. legitur enĩ
ꝙ Marcellus papa tunc temporis ydolis thuri
ficauerit ex timore: conſimiliter ⁊ plures alij pre
lati ⁊ doctores tunc fecerunt.ideo dicit̃ ꝙ cecide
runt ille ſtelle ſuper terram.i. timorem vel amo-
rem terrenorum malorum aut bonorum: ſicut fi
cus emittit in terram groſſos ſuos.i.ficꝰ prema-
turos:qui facile cadunt propter defectum debi-
ti caloris : cum a vento magno mouentur ante-
quam veniant ad maturitatem debitam.q.d.ꝙ
tunc in eccleſia dei flauit ventus magne perſecu
tionis: ⁊ ceciderunt a fide multi ex nouiter con-
uerſis in quibus nondum erat maturitas fidei
⁊ feruor charitas.et celum.i.ſacra ſcriptura reces
ſit a fidelibus chriſti ſicut liber inuolutus.i. pli-
catus et clauſus.q2 tunc fideles occultabant ſa-
cros libros et predicationem euangelij quãtum
poterant.et omnis mons ⁊ inſule.i.fideles habi
tantes ibidem.de locis ſuis moti ſunt fugientes
perſecutionem gentilium.Si ergo fugiebant iſti
habitantes in locis munitiſſimis et abſconſis:
multo magis alij qui planicies manifeſtas cole
bãnt.et reges terre/⁊ principes/⁊ tribuni/ et diui
tes/⁊ fortes.⁊c. q2 de omnibus his ſtatibus cre-
diderant multi in chriſtũ:abſconderunt ſe a per-
ſecutoribus in ſpeluncis et petris montium.⁊c.
clara eſt littera.Sed per iſtos mõtes ⁊ petras in
quibus fideles ſe abſcondebant : poſſunt etiam
ſancti dei intelligi a quibus auxiliũ deuotis ora
tionibus petebant dicẽtes. cadite ſuper nos per
compaſſionem:⁊ abſcondite nos veſtris precibꝰ
⁊ meritis.a facie ſedentis ſuper thronum.i.a iu-
dicio dei quod ſuper eccleſiam vrget.⁊ ab ira a-
gni.i.ab hominis chriſti flagello contra ſuos fide
les.⁊ quis poterit/ſtare.i.perſeuerare in fide: niſi
fuerit de ſuper adiutus veſtris precibus:Hec de
perſecutionibus eccleſie primitiue:⁊ finitur ſex-
tum capitulum apocalypſis in apertione ſexti ſi
gilli.¶His ergo duobꝰ ſigillis correſpondens
officium miſſale huiꝰ dominice introitum facit:
Exaudi domine vocem meam.⁊c.pſalmo.26.vt Introitꝰ miſſe.
patet in verſu/Dominus illumĩatio mea.⁊c.qui
eſt principium eiuſdem pſalmi. quo introitu ec-
cleſia illius temporis clamabat pre anguſtia ad
deum petens auxilium celeſte ad ſuſtinendas
perſecutiones illas: ne videatur derelicta et de-
ſpecta a deo ſponſo ſuo.ſicut econtra ab eo illu-
minata per auxilium gratie habet multũ fauo-
rem ⁊ neminem timet.Oratio. Deus qui diligẽ- Oratio.
tibus te.⁊c.applicans introitũ moraliter ad p̄ſen
tes petit charitatis feruorẽ in cordibus fidelium.
quo deum ſuper omnia creata diligentes in ſpe



felicitatis ꝓmiſſe perſeuerent in aduerſis ꝓpter
deũ.¶Epiſtola:Omnes vnanimes.⁊c.ex.1.Ca-
Epiſtole argumentum. nonica Petri caplo.3.eſt p̄dicatio fidelibꝰ valde
accõmoda ꝓ illo tẽpore:Qua p̄mo prelatus fide
les ꝓximis ſuis cõformat. Secundo ibi:q̃ enim
vult.⁊c.ad hoc ſacrã ſcripturã allegat.Tertio ibi:
Prima ps eple. ⁊ quis eſt:⁊c.in pſecutionibꝰ eos cõfortat. Natu-
ralis enim ratio dictat ꝙ virtus vnita fortior eſt
qꝫ eadem diſperſa:⁊ ad ſe conſeruandũ:⁊ ad reſi-
ſtendũ cõtrarijs.eccleſia ergo fideliũ in periculo/
ſa antipariſtaſi poſita infideliũ : rõnabilit̃ indu-
cebatur ad vniformitatẽ/ concordiã/⁊ amorẽ:que
eſt vis vnitiua ad cõſeruandum ⁊ reſiſtẽdum.vn
de dicit p̄latus:chariſſimi.i.charitate chriſti vniti:
ſitis omnes adinuicẽ vnanimes.i.ↄformes in vo
luntate qꝫtum ad fidẽ/⁊ religionẽ chriſtianã tuen
dam.in orõne pſeuerantes continue:ne cadatis
in tentationẽ pſecutionis tyrannoꝝ nunc curren
tis.Sed hec particula:in orõne:non eſt de textu
apli Petri:ſed aliunde ſumptã appoſuit eã au-
tor huius officij.ſ.excerptam ex alijs libris ſacre
ſcripture : ⁊ videbatur neceſſaria in ſermone pro
fidelibus in tribulatiõe poſitis dicẽte dño Mat-
thei.26.Uigilate/⁊ orate vt nõ intretis in tẽtatio
nem; ſpũs quidẽ promptus eſt ad bonũ faciẽdũ
⁊ pſeuerandũ in eo:ſed caro infirma eſt niſi deſu
per adiuuetur diuina gr̃a: ad quã obtinendam
multũ valet orõ:que qꝫſi nũcius mittitur ad deũ.
ſitis etiã fratres ↄpatiẽtes neceſſitatibꝰ proximo
rum q̃ ſunt vobiſcũ eiuſdem corporis mẽbra:de-
bet ergo vnũ membrũ ſentire dolorẽ alterius. ſi-
tis fraternitatis amatores.i.cõmunicationis: ne
forte ab inuicem ſeparati efficiamini minꝰ firmi
ad pmanendũ in fide.ſitis miſericordes pauperi
bus in eleemoſinis.ſitis modeſti.i. modũ hone-
ſtum habentes in exteriori cõuerſatiõe. humiles
in interiore mẽte.ſ.attribuendo diuine gr̃e nõ vi-
ribus veſtris bona q̃ agitis. non reddẽtes ꝓxi-
mis malũ opus ꝓ malo ab eis recepto:nec ma-
ledictum verbũ cõtra eos pro maledicto ſuo ver
bo contra vos.qꝫuis enim ſecũdum iuſticiam ſe-
culi hoc videatur iuſte poſſe fieri:tñ ad pfectionẽ
euangelice doctrine pertinet huiuſmodi iniurias
ꝓximis dimittere ꝓpter honorẽ dei:quia ex hoc
meretur homo veniã ſuorũ peccatorũ apud deũ
vt chriſtus docuit in orõne dñica:Dimitte nobis
debita noſtra.⁊c.Uos ergo p̄ter hãc iuſticiã ſecu
larẽ ſitis bñdicẽtes male dicentibꝰ vos:q2 in hoc
.i.ad hoc vocati eſtis ad eccl̃iam ⁊ religionẽ chri-
ſti:vt p bona opera tandẽ poſſideatis bñdictionẽ
illam finalem:qua chriſtus ad ſe vocabit ſeruos
ſuos dicẽs: Uenite bñdicti.⁊c.poſſideatis inquã
hereditatem.i. iure eterno q̃ debetur filijs. illam
autem bñdictionẽ deus non dabit maledicis in
ꝓximos ſuos.Et ne credatis hãc doctrinam eſſe
Scda ps epiſtole. nouã ⁊ a nobis nunc excogitatam: aduertite q̃d
circa hoc ſenſerit egregius pſaltes Dauid p̄s.33.
dicens. Qui enim vult vitã eternam ſine morte:
et diligit videre dies bonos felicitatis paradiſi:
(vbi nulla erit nox) coerceat linguam ſuã a ma-
lo interiꝰ non remurmurando:⁊ labia eiꝰ ne lo-
quantur exterius dolũ contra ꝓximũ.hec de ver
bis:ſequitur de factis. Declinet.i. caueat a malo
opere contra ꝓximũ:etiam ſi ſe offerat occaſio q̃
poſſit illð facere:⁊ faciat bonũ opus lege dei ap
probatum. hec enĩ ſunt due partes iuſticie quẽ
ſanctificat hoiem.ſequitur: inquirat pacẽ cũ deo/
⁊ proximo ſi videatur eſſe abſcõdita ab eo:⁊ pſe-
quatur eam ſi videatur fugere.q.d.vnuſquiſqꝫ fi-
delis ꝓcuret qꝫtum poterit habere pacẽ/ſeu ami
citiam cum ꝓximo ſuo fideli:etiam ſi ille videa-
tur nolle eam:q2 oculi dñi.i.pietas ⁊ mia ſemper
ſunt ſup iuſtos qui talit̃ viuũt/⁊ talia agunt erga
ꝓximos:⁊ aures eius ſemp ſunt inclinate ad au
diendas p̄ces eoꝝ.econtra vero vultus dñi.i.ſeue
ritas ſue iuſticie ſemper agit̃ ſuper facientes ma
la contra ꝓximos ſuos.Hec ex predicto pſalmo
excerpta ſunt ad ꝓpoſitum ⁊ cõcordiam de ami-
citia fideliũ ad ſeipſos maxime in tẽpore tribula
tionis/⁊ quando ab infidelibꝰ impugnantur: q2
ſine iſta pace tribulatio fidelium eſſet duplicata
.ſ.ab extraneis ⁊ a ſuis:⁊ ſic non valerẽt eã ſuſti-
nere.Si vero ipſi fideles inter ſe fuerint concor- Tertia ps̃ epiſtole.
des amicitia : facile erit eis tollerabilis externa
impugnatiõ infidelium:que tũc plus põt ꝓdeſſe
qꝫ obeſſe.Quis enim eſt q̃ vobis noceat.i.nocere
valeat:ſi vos fueritis boni emulatores.i. zelato-
res ⁊ amatores bonitatis/⁊ omnino virtutis.q.d.
nullus poteſt talibꝰ nocere. nam longo diſcurſu
Chriſoſtomus ꝓbat ex ſacris ſcripturis ꝙ nemo
leditur niſi a ſeipſo:⁊ ſumpſit illam concluſionẽ
ex iſto loco apli Petri.Cuiꝰ ratio ẽ q2 mala cor-
poralia huius vite nõ ſunt alicuiꝰ momẽti reſpe
ctu eternitatis:ideo nec ſunt dicenda mala hois:
etiam nec ipſa mors corporalis q̃ ꝓpinqua re-
ſurrectione penitus tollet̃.mala vero animi ſunt
peccata que nemo incurrit niſi a ſeipſo. nã exte-
rior pſecutor potius bene facit homini ſi ſapiat:
q2 exercet virtutẽ patiẽtie eius. ideo ſi quid pro-
pter iuſticiã.i.virtutẽ cõſeruandã patimini ab in-
fidelibus.beati eritis ex merito patientie.ideo ti-
morem.i.terrorem eoꝝ contra vos.ne timueritis
tanqꝫ vobis nociuũ.vt nõ conturbemini.ſ.in fide
⁊ religione chriſti cõmoti ad deſerendũ eam:imo
potius in tali periculo pſecutiõis infideliũ: dñm
ieſum chriſtum verũ adiutorẽ fideliũ.ſanctificate
.i.ſanctũ ⁊ iuſtũ credite/diligite/inuocate in cordi
bus vr̃is nõ tñ in verbis exterioribꝰ vt faciũt ypo
crite ⁊ vicioſi.¶Ex tali p̄dicatiõe cõfortata eccl̃ia Graduale.
illius tẽporis cantabat ꝙ in graduali ſubditur:
Protector noſter.⁊c. ex pſal'.83.q.d. ſolũ chriſtũ
ieſum inuocamus in noſtris neceſſitatibꝰ:vt ꝓte
gat nos ⁊ reſpiciat ſup nos ſeruos ſuos.hoc idẽ
intendit verſus ſequẽs:dñe deus virtutum.⁊c.ex
eodẽ pſalmo.Aleluia:Dñe in virtute tua letabit̃
rex.⁊c.ex pſal'.20.dat rationẽ p̄dicte inuocationis
ad chriſtũ in tribulationibꝰ.quia ſola virtus eius
poteſt cõſolari/ ⁊ letificare p̄latum eccl̃ie rectorẽ:
ſcꝫ cum miſerit ſalutare ſuũ ad liberandũ fideles
tribulatos. ¶Euangeliũ aũt:Niſi abundauerit
iuſticia.⁊c.ex.5.caplo Mat. pfectam virtutẽ fide- Euangelij argumentum.
lium illius tẽporis oſtendit: qui tot pſecutiones

tyrannorum patiēter ſuſtinuerūt.ſ.homicidia/fur
ta/iniurioſa ꝟba/verbera/exilia/ꝛ alia huiuſmo-
di: et contra eos iraſcentē mundū equanimiter
ꝑtulerūt cōformiter ad doctrinā epiſtole p̄dicte.
In quo euāgelio primo laudat̄ fideliū vita. Se-
cundo ibi:audiſtis.ꝛc̄.rep̄henditur tyrannoꝝ ma
licia.Tertio ibi:ſi ergo offers.ꝛc̄. inſtruit̄ chriſtia-
norum eccl'ia. Ex cōparatione ergo antiquorum
Prima ps euangelij.
patrū veteris leg.oſtenditur fidelium vita ꝑfecta
in omni genere virtutum:q2 in illo tēpore dictoꝝ
ſigillorum:dixit ieſus.i.ſaluator aīarum p̄latus.
diſcipulis ſuis.i.fidelibus ſubditis.niſi abūdaue
rit.i.exceſſerit vel maior fuerit:iuſticia veſtra.i.vir
tus veſtra. nam virtꝰ in ſacra ſcriptura tum grā/
tum iuſticia nominatur.et in libro.5. Ethicorum
iuſticia generalit̄ accepta eſt q̄libet virtus.ſ.tem-
perātia/fortitudo/veritas/patiētia/humilitas.ꝛc̄.
que virtutes ſcd̄m Auguſtinū nulle fuerūt in gē
tilibus ydolatris:parue in iudeis ſub lege vete-
ri:ſed valde magne in vtriſqꝫ ſub iugo ſuaui leg.
chriſti:niſi ergo abūdauerit iuſticia veſtra pluſq̄
ſcribarum.i.doctoꝝ ꝛ phariſeorū.i.religioſorū ve-
teris legis. hoc eſt pluſq̄ fuerit iuſticia eorum q̄
mādata Moyſi ꝓpter finē terrenū faciebāt. vos
autem mandata ꝛ ꝯſilia chriſti ſolo intuitu amo
ris dei faciatis.niſi inquā ſic abūdauerit iuſticia
veſtra non intrabitis in regnum celoꝝ:que ē ec-
cleſia chriſti.i.non eritis veri chriſtiani ꝛ diſcipu-
li chriſti:niſi ad ꝑfectionē virtutū veneritis.Sunt
enim virtutes in quadruplici gradu ſcd̄m Ma-
crobium .ſ. politice/purgatorie/purgati animi/et
exemplares:nā politice ſunt virtutes gētiliū infi
delium ſolum ꝓpter mundi huius decorē: ꝛ iſte
nulle ſunt. Virtutes purgatorie vitioꝝ ꝑ penas
legis erant in veteri lege:q̄ quidē licet eſſent vir-
tutes: erant tn̄ parue. Virtutes purgati animi.ſ.
ꝑ amorem ſunt virtutes chriſtianorū et maiores
alijs:q2 ꝑfecte.Virtutes exemplares dicūtur vel
ille que ſunt in deo quaſi idee/ vl' exēplaria oim
humanarū virtutum.vel forte ſunt q̄dam virtu-
tes heroice: que in viris ſanctiſſimis ꝛ in maiori
bus eccl'ie p̄latis apparent in magna excellētia
ad exemplū oim alioꝝ fidelium:ꝛ iſte ſūt ꝑfectiſ-
ſime virtutum.Ariſtoteles aūt in Ethicis tres fe
cit ꝟtutum gradus.primū vocat continētiā:ꝛ ꝑti
net ad incipientes.ſecundū tēperantiā:ꝛ eſt gra-
dus ꝓficientium. tertiū vocat heroicū:q̄ eſt virtꝰ
ꝑfectorum hoim.Ad has ergo virtutū perfectio-
nes tendit lex chriſti ſuper legē Moyſi datā po-
pulo rudi ꝛ imperfecto.Niſi ergo p̄dictis modis
abundauerit iuſticia vr̄a(dicebat p̄latus chriſtia
nis)pluſq̄ ſcribarū ꝛ phariſeoꝝ veteris leg.eritis
valde impefecti:ꝛ ſic nō intrabitis in regnū celo-
rum:quod eſt perfectoꝝ eccleſia:q̄uis ſitis de nu
mero chriſtianoꝝ non tamē in merito eorū. Au-
guſtinus autem dicit contra fauſtū quod hoc no
men regnū celoꝝ nemo inueniet in libris ve.leg.
ſed ꝓprie pertinet ad reuelationē noui teſtamen
ti:ꝛ ori eius noiandū ſeruabat̄:quē regē ad regen
dum ſeruos ſuos vetꝰ teſtamen.figurabat. Hic
ergo finis quo precepta dei referenda ſunt:occul
tus erat in ve.teſta. q̄uis etiam tūc viuerent ſcti
qui futuram eius reuelationem videbāt.Ex his
ergo claret quanta erat perfectio ꝟtutum in chri
ſti fidelibus qui illis perſecutionibꝰ atterebant̄:
nec tamē a fidei firmitate cōmouebant̄.Quāuis
Secūda ps euangelij.
infideles ydolatre multis ꝛ varijs modis eos cō
turbare niterent̄ agentes valde pernicioſe cōtra
quintū legis diuine p̄ceptum:de quo ſubdit̄:au-
diſtis quia dictum eſt antiquis prībꝰ a deo per
mediatorem Moyſen : nō occides ꝓximū tuum
autoritate ꝓpria.quod ideo dr̄ : quia contra hoc
p̄ceptum minime feciſſe creduntur q̄ autore deo
bella geſſerunt/ ac ꝑſonā gerentes publice pote
ſtatis iuſtiſſime ratiōis imperio ſceleratos morte
punierūt.hi ergo excipiunt̄ quos deus occidi iu-
bet ſiue lege data/ſiue iuſſiōe ad ꝑſonam ꝓ tem
pore exp̄ſſam.non.n.occidit ille qui miniſterium
exhibet deo iubēti:ſicut nec gladiꝰ adminiculum
factꝰ vtenti. Samſon etiā excuſat̄ : q̄ ſeipſum cū
hoſtibus ruina domꝰ oppreſſit: q2 latenter ſpūs
hoc iuſſerat qui ꝑ illum miracula faciebat. Hec
Auguſtinꝰ in p̄mo de ciuitate dei. Qui aūt extra
hos caſus occiderit ꝓximum/vel ſeipſum: reus
erit iudicio.i. condēnatione iuſta a deo.tales erāt
martyrum occiſores/ ꝛ etiā multi gētilium q̄ val
de inſipienter ſeipſos occiderunt. Nec tn̄ fuerūt
homicide illi q̄ corpora humana peremerūt : ſed
etiam docēte chriſto oēm iniquū motū ad nocen
dum ꝓximo ſiue cogitatiōe/ſiue ſigno/ ſiue ꝟbo
iniurioſo in homicidij genere deputare eſt conue
niens.vnde ſequit̄:ego autē dico vobis.i.declaro
exp̄ſſius hoc p̄ceptum:q2 oīs qui iraſcitur corde
fratri ſuo appetēs ei nocere p̄ter ordinē iuris:vel
qui iraſcit̄ ſine cauſa iuſta:vel q̄ iraſcit̄ ꝑturbata
ratione:reus erit iudicio.i.vt cōpareat accuſatus
in iudicio dei/aut coram iudice deo:q2 vt apoſto
lus Jacob.1.dicit:ira viri iuſticiā dei nō operat̄.q̄
vero ex cauſa iraſcit̄ iuſta:ꝛ rationis imperio ad
opus virtutis exequendū:ille nō erit reus pecca
ti coram deo.q2 ſine ira nec doctrina proficit/nec
iudicia ſtant/nec crimina cōpeſcunt̄.imo patiētia
irrationalis vitia ſeminat/ negligentiam nutrit/
ꝛ nō ſolū malos:ſed etiā bonos incitat ad malū.
Iracundia ergo q̄ cū cauſa eſt:nō ira ſed iudiciū
dici debet/vel zelus domus dei.hoc notat Dauid
in pſal'.4.dicēs:Iraſcimini ꝛ nolite peccare.qua
re pcm̄ ire eſt quando q̄s aīo perturbato nocere
ꝓximo cupit ꝛ nō ꝓuidere pcto eius:ꝛ hoc facit
p̄termiſſo ordine iuris.In hoc aūt pcto p̄mo ire/
vnum tantum malū eſt.ſ.ꝑturbatio interioris ho
minis in ſeipſo. in ſcd̄o vero pcto iam ſunt duo
mala.ſ.ꝑturbatio mētis ꝛ vox inordinata:de quo
ſubdit̄:qui aūt dixerit fratri ſuo racha(q̄ eſt inter
iectio indignātis:eratqꝫ vulgaris apud iudeos:q̄
non ſemꝑ ex odio dicebat̄ ſed ſepius vane)quia
tn̄ erat contētionis cauſa nō edificationis:ideo q̄
ſic loquit̄ contra ꝓximum reus erit cōcilio.i. con
demnatiōe iudicū conſidētium.In tertio aūt pec
cato tendente ad homicidiū tria ſunt.ſ. ira/ꝛ vox
indignantis/ꝛ expreſſio vituperatiōis.vnde ſub-
dit:qui aūt dixerit ꝓximo fatue:hoc malus pec-



catum eſt. nemo.n.eſt fatuus q̄ chriſtū cognoſcit
ꝛ ſpūmſanctū habet. talis ergo reus erit gehēne
ignis.i.pene vrgētis.nam vallis Joſaphat iuxta
murum Hieruſalē ad occidentē antiquitus dice
bat̄ vallis hennō vl' gehēnō.q̄ ſub Achaz ꝛ alijs
peſſimis regibꝰ Juda erat ydolis cōſecrata:pro-
pter amenitatē nemoris arboꝝ q̄ ex fontibꝰ Si-
loe irrigātur.ab hac ergo chriſtꝰ gehēnam cogno
minauit penā pccorum:quia ſicut in illa valle q̄
ydolis ſeruierūt in ea perierūt:ſic pccores ex pec
catis ſuis dānabunt̄ ad mortē eternam.vide glo
ſam ordinariā in.4.libro Regū cap'o.23. Tres
itaqꝫ gradus ſunt horū pccorum q̄ ſub precepto
homicidij ꝓhibent̄. primꝰ leuior cū quis iraſcit̄:
ſed motum retinet in corde abſcōditū. ſecundus
ſi extorſit vocē nō ad placitū ſignificantē:ſed ani
mi motum ipſa eruptiōe teſtantē. ꝛ hoc plus eſt
q̄ꝫ ſi ipſa ſilētio p̄meret̄. tertius ſi etiā verbū ꝓfe
ratur ꝙ iam certā vituperationē deſignat : ꝛ hoc
peius eſt alijs. Unde etiā tres reatus correſpon
dent eis.iudicij/concilij/ꝛ gehenne.in q̄bus ſunt
gradus a leuioribꝰ ad grauiora.nā in iudicio ad
huc dat̄ locus defenſiōis.ad conciliū autē ꝑtinet
prolatio ſententie. quando inter ſe iudices confe
runt q̄ ſupplicio dānari oporteat reum. gehēna
vero ē certa ignis pena q̄ dānato infligit̄.Ex his
omnibꝰ penis cōſtat reos fuiſſe tyrannos ꝑſecu-
tores eccl'ie: q̄ p̄dictis vijs fideles chriſti iniuria-
bant multis conuicijs eos afficiētes. At econtra
Tertia ps euangelij
p̄lati eccleſie fideles inſtruebant: ne alijs eſſent
oneroſi nedū fctis/ſed etiā nec ꝟbis.ꝛ ſi forte ali
cui iniuriā feciſſent:protinus ei ſatiſfacerēt: alias
non eſſent deo accepta ſua ſeruicia:ideo dicebāt.
ſi offers munus tuū ad honorē dei pro dimiſſiōe
pccorum tuorū aū altare dei:vel quodcūqꝫ aliud
ſeruicium deo feceris : ꝛ recordatus fueris ibi ꝙ
frater.i.proximus habet aliquid querelle aduer-
ſum te coram deo iudice;relique ibi munus tuū:
q2 imꝑfectū eſt/ ꝛ deo nō placet ſacrificiū diſcor-
dantiū proximoꝝ:ꝛ vade priꝰ reconcilare fratri.ſ.
taliter veniam petēdo ab eo qualiter offendiſti:
vel cogitatu/aut facto/aut verbo.omne eīn pcm̄
quomodo cōmittitur:taliter de ip̄o peñia agitur.
vade inquā ſaltem paſſibꝰ mētis.ſ.bono propo-
ſito.ꝛ quando poteris etiā paſſibus corporis.i.re
ipſa peto ab eo veniam:ꝛ ſatiſfac ei de dāno illa
to.ꝛ hoc priuſq̄ꝫ offeras deo munus tuū:q2 deus
ex nimia bonitate ſua p̄us vult hoim vtilitates
q̄ꝫ ſuos honores.hoc eſt plus diligit cōcordiā fi-
delium q̄ꝫ munera eoꝝ. qui enim aliquā diſſen-
tionē inter ſe habuerint: eoꝝ munꝰ a deo nō ſuſ-
cipitur/ orō nō exaudit̄.quia nemo inter duos in
imicos pōt fidelis eſſe amicus.deus ergo neutri
eorū vult eſſe amicus.Recōciliata aūt proximo-
rum pace:deꝰ iubet hoiem reuerti ad diuina ſer-
uicia:ideo tunc veniēs offeres munꝰ tuum: ꝛ ſic
erit deo acceptū tibiqꝫ ſalutiferum:ſi de charitate
proximi tranſieris ad charitatem dei. Hanc do-
ctrinam fideles illoꝝ tempoꝝ optime ſeruabāt:
qui nō modo inter ſe mutuā charitatē habebant
veniā de offenſis humiliter inter ſe petentes:ve-
rumetiā infidelibꝰ eos iniuriantibꝰ liberalit̄ par
cebant/ pro eis orabāt/ eorū ſaluationē procura-
bant:ideo valde prudent̄/ ꝛ religioſe offerebant
deo munera ſuoꝝ honorū:q̄ diſtribuebāt paupe
ribus/eccl'ijs/ꝛ ꝑſonis:Similit̄ ꝛ ſacrificia ſuorū
corporum q̄ exponebāt martyrio/ vel mortifica-
bāt diſciplina/ꝛ ieiunio.¶Jdeo reſpōdētes in of
fertorio ex pſal'.15. Bn̄dicam dn̄m qui tribuit mi
Offertorium.
hi intellectum.ſ. ad diſcrete ꝛ prudenter agendū
cū deo ꝛ proximo. prouidebā deū adeſſe in con-
ſpectu meo ſemꝑ: q2 intentionē meam dirigebā
ad ipſum in operibꝰ meis: non ad lucra ꝛ bona
huius mūdi.quoniā a dextris eſt mihi auxiliator
in aduerſis:ne propt̄ imminētes ꝑſecutiōes com
mouear a firmitate fidei ꝛ ſancte religionis chri-
ſtiane. Oratio ſecreta: Propiciare dn̄e.ꝛc̄.corre-
ſpondēs euangelio orat pro acceptatiōe munerū
q̄ eccl'ia offert in altari deo:ne forte ex diſſenſiōe
fidelium noſtri temporis repellant̄:imo potiꝰ re-
cipiant̄ ad honorē dei ꝛ vtilitatē fideliū. ¶Can-
Communio.
tus cōionis: Unā petij a dn̄o:ex pſal'.26.eſt ora-
tio eccleſie tēpore illarum ꝑſecutionum:qua pe
tit firmam ſtabilitatē in fide/ ꝛ cōmunione chari
tatis dicens:vnā petitionem p̄ncipalē petij a do
mino:hanc requiram continuis orōnibus mihi
concedendā:vt inhabitē in domo dn̄i corpore /et
mente oibus diebꝰ vite mee vſqꝫ ad cōſumatio-
nem ſeculi.i. in eccl'ia catholica q̄ eſt domus dei.
Oratio vltima:Quos celeſti dono:petit ſacrificiū
deo obaltū in altari ꝛ a fidelibꝰ libatum valere
eis ad emendationē a peccatis: ꝛ ad liberationē
ab aduerſis:que oia in illis tēporibꝰ infidelium
tyrannoꝝ petebat eccleſia chriſtianorum. Finita
eſt ergo prima pars tēporis peregrinatiōis i ſex
dn̄icis p̄dictis:q̄ concurrunt cū prima hiſtoria li-
brorum Regū ꝛ Paralipomenō. ꝛ ſignificāt ec-
cleſie bella ꝛ martyrum agones ꝑ trecētos ferme
annos poſt chriſti corporalem preſentiam in hoc
mūdo. ¶Sed ad nr̄a tēpora moraliter applican
Moralitas.
tes has dn̄icas dicimus ꝙ hiſtoria Regū legitur
in eccl'ia poſt miſſionē ſpūſſancti:quia poſtq̄ꝫ ac-
cepimꝰ grām eius effecti deo filij : extunc ince-
pimus eſſe filij ſummi regis:ꝛ ꝑconſequēs reges
iuxta illud Apoca.5. Fecit nos reges ꝛ ſacerdo-
tes deo nr̄o:de quibus etiam ap'ls Petrus dice
bat:Uos eſtis regale ſacerdotiū.ergo non reſtat
nobis aliud niſi vt regnū noſtrum defendamus
ab hoſtibꝰ nr̄is:qui ſunt demones.ad hāc aūt de
fenſionē p̄mo requirit̄ charitas dei q̄ facit cordis
latitudinē ſimul ꝛ humilitatē.ꝛ de his duabus lo
quit̄ introitus miſſe in dn̄ica prima poſt trinitatē.
Cuius ep'la egit de charitate dei/ ꝛ proximi pro-
pter deum.Unde graduale cū euangelio eiuſdē
diei agebant de mīa cū ꝓximis facienda: ꝛ p̄di-
ctis facile cōcordāt alie partes eiuſdē officij. Se-
cundo principaliter requirit̄ ad defenſionem nr̄i
regni cōſideratio eterni p̄mij nobis ꝓmiſſi pro la
boribus:quod ſub typo cuiuſdā cene opulentiſſi
me deſignat̄ in euāgelio ſcd̄e dn̄ice.nam talis cō
ſideratio facit homines aīoſos/ꝛ audaces in bel
lū vt nihil timeant ꝯfidētes de diuina protectio-

ne:que in introitu illius miſſe declaratur. in epi-
ſtola autē oſtenditur ꝙ fideles paruifaciant oīa
arma inimicoꝝ quaſi fragilia. in euāgelio inſu-
per reprobatur ingratitudo coꝝ qui propter mū-
danas phantaſias ſpernunt illā cenā eternam
ad quam ex diuina mīa fuerant inuitati. quare
ablata ſpe talis p̄mij ſtatim hoīes ſuccumbūt vi
tijs ⁊ perdūt regnum. ad idē propoſitum aptari
debēt alie partes eiuſdē officij. Tertio requiritur
ad nr̄am defenſionē cōfidentia diuine miſericor
die: q̄ homines ꝑditos ſiue diſperſos in bello di-
ligenter querit/ ⁊ recuperat: ideo introitus miſſe
tertie dñice hanc mīam petit a deo. epiſtola vero
hoſtiū noſtrorū ſeuitiā pariter ⁊ aſtuciam decla-
rat: ſed euāgeliū ſub parabola boni paſtoris dei
noſtri curā erga nos explicat. alie partes eiuſdē
officij inuitant fideles ad hāc cōfidentiā. Quarto
requirit illuminatio dei ad exercēda opera chari
tatis/ ⁊ fortitudinis in iſto bello: de qua introitus
quarte dñice mētionē facit. ep̄la diuinā remune-
rationē promittit talia opera faciētibus. gradua-
le eandē petit. euangeliū vero p̄dicationē quaſi
rete ad piſcandū multa bona opera charitatis in
proximos figurat. que poſtea in offertorio ⁊ com
muniōe petuntur. Quinto ad defenſionē nr̄i re-
gni eſt neceſſaria patiētia militū in bello ad quā
requirit auxilium diuine gr̄e: qđ implorat huius
quinte dñice introitus. epiſtola clare loquitur de
patiētia ⁊ humilitate. graduale idē petit cum in-
troitu. euangeliū ꝑfectionē patiētie demonſtrat:
⁊ ad cōcordiam fideles prouocat. offertorium et
cōmunio laudāt deū de tali dono patiētie. Reſo
lutorie itaqꝫ ſub hiſtoria Regū p̄ oēs dñicas pre
dictas ecclia intendit in officijs miſſalibus hanc
ſententiā fidelibꝰ dicere. Si vis regnū eccl'ie aut
conſciētie tue defendere: pugna propter regis tui
amorem/ pugna qꝛ magnum p̄mium ab eo ſpe-
ras: ⁊ ſi forſan in bello ꝑditus aut diſperſus fue-
ris: ipſe requiret ⁊ colliget te. hāc mīam recipies
ab eo ſi tuis proximis miſericors fueris: ⁊ in ad-
uerſis patientiam ſeruaueris.

## Caput nonageſimum

quintū de officio ſeptime dñice poſt penthecoſtē:
quo finis ꝑſecutionū p̄mitiue eccl'ie ex cōuerſiōe
p̄ncipum gētilitatis decātat iuxta. 7. cap̄. Apoca.

Argumē-
tū officij

TEmpore ꝑſecu-
tionum primarū decē eccleſie
expedito: quo ipſa potiꝰ edifi
cata eſt q̄ȝ diſſipata inſtar re-
gni Dauid: qđ aſſiduis bellis
firmatum eſt et dilatatū: ſuc-
ceſſit ex diuina clemētia tem
pus aliud pacis ⁊ tranquillitatis eccl'ie ad ſimi-
litudinē regni Salomonis pacifici in ſpacio fere
centū annoꝝ a Cōſtātino magno vſqꝫ ad Theo-
ſium/ Archadium/ ⁊ Honoriū imperatores catho
licos. Eccleſia igit in mēſe Auguſto tale tempꝰ
Matutini
repꝛeſentās legit in officio matutino libros ſapien
tiales Salomonis ⁊ alioꝝ ſapientū. nam in tali
tempore floruerunt in ecclia dei magni doctores
fidei: ⁊ facta ſunt cōcilia generalia ad deſtruēdos
errores hereticoꝝ inſurgētiū. Et corrñdet in hoc
mēſe ecclia. 7. capl'o Apo. in q̄ deſcribitur ille an
gelus feliciſſimus. i. Cōſtantinus impator: aſcen
dens ab ortu ſolis. i. ab illuminatiōe chriſti i cor-
de eius: habenſqꝫ ſignū dei viui. i. crucem chriſti:
que ſuo tempore inuenta eſt/ ⁊ reuerenter ab eo
ſuſcepta. ⁊ ꝓhibuit nocumentū alioꝝ quattuor
malorum angeloꝝ. i. tyrannoꝝ gētiliū: qui ſuo tē-
pore premebant fideles in terra ⁊ marinis inſu-
lis habitantes: quibꝰ tyrannis repreſſis: permiſ-
ſus eſt a Conſtātino liber vſus ſacramētoꝝ eccle
ſie in toto orbe. ſignataqꝫ ſunt i toto mūdo mul-
ta milia ſeruorū dei in frontibꝰ ſuis. nam impe-
ratore baptizato totus fere mūdus ad baptiſmū
venit: quo ſignant ſerui dei chriſmate ſacro/ ⁊ ac-
quirunt ꝑfectionē vite ſp̄ualis ſignificatā per nu
merum millenariū ⁊ duodenarium in ſe ductos
multiplicatiōe cubica: ⁊ p̄ nomina duodecim pa
triarcharū filioꝝ Iſrael vel Iacob. Et q̄ȝuis Ge-
neſ. 49. Ruben dicat p̄mogenitus iſrael: Ioan-
nes tn̄ in p̄dicto loco ſue Apocalypſis p̄mo loco
noīauit Iudam. tum ꝓpter reuerētiam chriſti q̄
fuit ex tribu Iuda: tum etiā ꝓpter virtutem ſigni
ficatam in noīe illo. interp̄tatur enim Iudas cō-
fitens vel cōfeſſor: qꝛ prima ꝟtutum religioſe vi-
te chriſtianoꝝ eſt cōfeſſio vere fidei ad Hebre. xi.
Deinde p̄ alia noīa alie virtutes conſequētes ſi-
gnificantur: ſi bene attendātur vocabuloꝝ inter-
p̄tatiōes vt patet in glo. ord. Sic ergo in illa eta-
te innumerabilis multitudo ad chriſtū conuerſa
eſt ex oībus gentibus/ tribubus/ ⁊ linguis/ ⁊ po-
pulis: qui pacifice ſteterunt in ecclia ante altare
chriſti voce libera laudantes deū fauore predicti
imperatoris. ⁊ oēs angeli. i. ſacerdotes chriſti cū
apparatu ⁊ ſolēnitate ceperunt diuina officia fa-
cere cantātes laudē ⁊ b̄ndictionē deo ꝓ tāta gr̄a
pacis eccl'ie. hec eſt ſentētia illiꝰ ſeptimi capituli.
Durat aūt p̄dicta hiſtoria librorum ſapiētialiū p̄
tres dñicas ferme. quarum p̄ma (q̄ eſt hec ſepti-
ma) felicem ſtatū eccleſie ſub Conſtātino p̄dicto
Introitꝰ
miſſe.
deſcribit. ¶ Ideo introitus miſſe: Dñs fortitudo
plebis. ⁊c. ex pſal'. 27. decātat fortitudinē/ ꝓtectio
nem/ ſalutē/ ⁊ benedictionē populi chriſtiani ſub
imperatore Cōſtātino. ⁊ orat ꝓ cōtinuatiōe illiꝰ
boni vſqꝫ in ſeculum. i. p̄ multa tēpora. Verſus:
Ad te dñe. ⁊c. eſt p̄ncipiū eiuſdē pſalmi: ⁊ petit ne
iterum deus ſileat/ aut taceat/ vel abſcōdat faciē
ſuam ab ecclia ſicut tēpore p̄cedente. alias facile
Oratio.
ſubmergetur ab infidelibus. Oratio: Deus virtu
tum. ⁊c. ſupplicat ꝓ augmento religiōis chriſtia-
ne poſt tam fauorabile principiū in vrbe ⁊ impe
Epiſtole
argumen
tum.
rio Romano. ¶ Epiſtola: Quicūqꝫ baptizati ſu-
mus. ⁊c. ex capl'o. 6. ep̄le ad Roma. conſonat pre
dicte ꝓphetie Apocalypſis de baptiſmo impe-
ratoris ⁊ aliorū multoꝝ. que trifariā ꝓcedit. Pri-
mo enim baptiſmū eccl'ie aſſimilat morti ⁊ reſur
rectioni chriſti. Secundo ibi: qꝛ vetus homo. ⁊c.
cōprobat hoc figura hoīs ꝓthoplaſti. Tertio ibi:
ita ⁊ vos. ⁊c. applicat figuram ad ſtatum fidelis



Prima
ps ep̄le.
populi. De baptiſmo eccl'ie q̄ ſolet fieri p̄ immer
ſionem pueri ſub aqua quaſi ſuffocaret: ⁊ p̄ ele-
uationem eius ab aqua ad reſpirandū aerem: ac
ſi reſurgeret a morte: clara eſt aſſimilatio baptiſ-
mi ad mortē ⁊ reſurrectionē chriſti. ideo dicebant
p̄lati illius temporis magni Cōſtantini: fr̄es qui
cunqꝫ baptizati ſumus in chriſto ieſu. i. in nomi-
ne eius (quia illo tempore in nomine ieſu chriſti
erat forma baptiſmi vt fideles facerent illud no-
men venerabile apud oēs gentes) in morte ip-
ſius. i. ad ſimilitudinē ſue mortis baptizati ſumꝰ.
⁊ ratio huius eſt quia conſepulti ſumus. i. ſil'r ſe-
pulti ſub aqua: cum illo. i. ſicut ille ſub terra: per
baptiſmū q̄ hoc figurat: in morte. i. ad ſiĺitudinē
mortis eius. vt poſtea quomodo chriſtus ſurrexit
a mortuis die tertio p̄ gloriam. i. virtutē dei p̄ris:
qui vt apoſtolus Petrus dicit: ſuſcitauit filium
ſuum a morte: ita ⁊ nos poſt baptiſmū noſtrum
(q̄ eſt quedā mors figuralis ⁊ moralis) in noui-
tate vite. i. in nouo modo viuendi/ ⁊ noua religio
ne chriſti ambulemꝰ ꝓficiētes de virtute in vir-
tutem. Hanc doctrinam tenebat Cōſtantinus et
alij fideles illiꝰ tēporis: qui poſt baptiſmū gen-
tilice ſupſtitioni renunciātes nouo modo viuere
ceperunt ſub iugo chriſti. vnde ſubdit. ſi eñ com
plantati facti ſumꝰ p̄ baptiſmū ſimilitudini mor
tis eius: vt declaratum ē per illā ſubmerſionem
in aquā. ſimul ⁊ reſurrectiōis eiꝰ: erimꝰ. i. eſſe de-
bemus ſil'es: quod ſignificat eleuatio ab aqua.
Ergo fidelis populus p̄ baptiſmū inſtruit ꝙ mo
raliter moriatur peccatis: hoc eſt dimittat pecca-
ta p̄terita mortificando appetitū carnalē. ⁊ reſur-
gat p̄ conatū bone volūtatis ad nouā vitā gratie
⁊ virtutis: ⁊ hoc eſt aſſimilari chriſto i morte ⁊ re-
Scd̄a ps
epiſtole.
ſurrectiōe eius. Et ſicut duplex eſt vita. ſ. vetꝰ cui
mori debemus: ⁊ noua ad quā reſurgere oportet
poſt baptiſmum: ſic duplex eſt primus parēs ho
minis. de primo qui fuit Adā iniciator peccati.
dicit. hoc ſcientes ſitis. ꝙ vetus homo noſter. i. vi
ta peccati quā hereditariam accepimꝰ ab illo ve-
tere homine. ſimul. i. ſil'r vt chriſtus crucifixus eſt
in nobis figuraliter p̄ baptiſmū: ⁊ moraliter p̄ de
teſtationem voluntatis. vt deſtruat corpus. i. totū
edificiū peccati. ⁊ vltra poſt baptiſmū non ſerui-
mus peccato ſicut ante ſeruiebamꝰ ydolis. q̄ eñ
ſic mortuus eſt. i. mortificatꝰ quo ad vitā veterē:
iuſtificatus eſt. i. iuſtus ⁊ ſcuſ factus eſt/ ⁊ mūdꝰ
a peccato. Si ergo ſic mortui fuerimus cū chri-
ſto. i. ad ſiĺitudinem mortis chriſti p̄ figuram ba-
ptiſmi. credimus ꝙ etiā ſimiliter viuemus noua
vita gratie cum ipſo. i. ad ſimilitudinē vite reſur-
rectionis eius: q̄ fuit glorioſa et incorruptibilis
corpore. vnde noſtra vita poſt baptiſmū eſſe de-
bet incorruptibilis mente: ſic ꝙ careat corruptiōe
peccati non ſolum originalis qđ ē corruptio na-
ture: ſed etiam actualis: qđ eſt corruptio ꝑſone.
Qualis autē fuerit vita chriſti poſt reſurrectionē:
ſitis ſcientes ꝙ chriſtus ſecūdus Adam de celo
celeſtis reſurgens ex mortuis: iam nō morit. i. nō
eſt amplius mortalis: nec mors. i. cauſa mortis q̄
eſt peccatum: illi vltra. i. iterū dñabitur: quia iam
non humiliabitur ad mortem ſuſtinēdam ꝓpter
peccata hoīm. i. ꝓpter liberationē eorum a pecca
tis. ꝙ enim mortuus eſt peccato. i. ꝓpter peccatū
remouendū a nobis: mortuus eſt ſemel: qꝛ vna
oblatione ſui corporis conſumauit ſanctificatos
homines in ſempiternū. ꝙ autē viuit p̄ ſuam re-
ſurrectionē nunq̄ȝ iterum moriturus: viuit deo. i.
apud deū ad interpellādū ꝓ nobis ne amplius
Tertia ps
epiſtole.
pereamus. Ex dicta ergo figura duplicis paren
tis noſtri: vnde vitā duplicē ſortiti ſumus: vos fi-
deles chriſti p̄ baptiſmū eius ſanctificati: exiſti-
mate vos ita. i. ſimiliter mortuos eſſe peccato. i.
q̄ȝtum ad vitam peccatricem: ſicut primꝰ parens
huius noſtre vite mortalis mortuus ē naturali
morte: ⁊ ſitis viuentes deo p̄ gr̄am ⁊ virtutes in
chriſto ieſu. i. ad ſiĺitudinem chriſti ieſu qui viuit
nunq̄ȝ amplius moriturus. Colligit ergo ex tota
hac ep̄la ꝙ baptiſmꝰ chriſti tollit ab hoībus im-
mūdiciā vite veteris quā accepimꝰ a p̄mo hoīe
terreno Adā: ⁊ renouat in eis vitam gr̄e quā no-
bis contulit nouus homo chriſtꝰ de celo veniēs.
hec ep̄la legitur ab eccleſia in hac dñica ad com
memorandū baptiſmū magni Cōſtātini quo ipſe
renouatus eſt carne ⁊ mēte. ⁊ tota chriſti eccleſia
renouata eſt ſeptuplici cōſolatione ſancti ſp̄ūs p̄
liberum miniſteriū ſacramentoꝝ: fuitqꝫ miracu-
loſa pace ſaciata: de qua ſaturitate euangeliū ſe-
Graduale
quens ſub figura loquitur. ¶ Sed in graduali. ſ.
Conuertere dñe. ⁊c. ex p̄s. 89. decantat ecclia illiꝰ
tēporis mirabilē mutationē dextere excelſi in to
to mundo: ⁊ ꝙ exaudierit p̄ces ſeruoꝝ ſuorū qui
bus multū fauorem dedit: Ideo ſequitur verſus:
Alleluia.
Dñe refugiū factus es. ⁊c. ex eodē pſal'. Cōſonat
ad idē alleluia. ſ. In te dñe ſperaui. ⁊c. p̄s. 30. que
iuſticiam dei allegat qua ſperantes in ſe fideles
non p̄mittit perire: ſed tandem eos liberat a peri
culis mūdi huius. talis fuit eccleſie chriſtiane ex-
altatio p̄ Conſtantinū facta poſt longā eius ꝑſe
Euange
lij argu-
mentum.
cutionē. ¶ Hanc eccl'ie libertatē et pacē denotat
euāgelium. Cum turba multa eſſet. ⁊c. Marc. 8.
ſub typo mire ſacietatis turbarū ex ſeptem pani
bus. et hoc trifariam. Primo inſinuat huius gr̄e
neceſſitatē. Secundo ibi: ⁊ reſponderūt. ⁊c. ſubiun-
git eius poſſibilitatem. Tertio ibi: ⁊ accipiens. ⁊c.
addit ipſius largam cōceſſionē. Nature humane
Prima
ps euan-
gelij.
infirmitas de q̄ chriſtus dixit: caro autē infirma:
requirit neceſſario diuinū adiutoriū confortans
hominē in tribulatiōe poſitum. ⁊ tandē liberans
eum lōga ſpectatione ſuſpēſum. alias deficeret a
virtutis rectitudine ꝓpter eius miſerā conditio-
nem. ſciens ergo chriſtus ecclīam ſuā iā fere tre-
centis annis ludibrio infideliū expoſitam: ⁊ diu-
turnis tribulationibus fatigatā: decreuit eā con-
ſolari/ honorare/ ⁊ ſublimare in bonis tēporalibꝰ
ſub imperio Cōſtantini magni: ⁊ tēpore Silue-
ſtri pape: de quo euāgeliū: in illo inquit tēpore. ſ.
Conſtantini ⁊ Siluеſtri. cū turba multa fideliū.
eſſet in ecclia cū ieſu p̄ fidem ⁊ charitatē. nec ha-
berent qđ manducarēt: qꝛ erant egētes ꝓpter ty-
rannoꝝ ꝑſecutiōes frequētes: Ieſus conuocatis
diſcipulis. i. p̄latis eccl'ie cōcordibꝰ ait illis expe-

rientia facti. miſereꝛeoꝛ ſup turbā fideliū afflictā. quia ecce ſuſtinēt me caſtigantē ꝑ tyꝛannos. iam triduo.i.tribus cētenarijs annoꝝ:nec habēt quod māducēt nō ſolū quoad coꝛpoꝛa: ſed etiā quoad animas: q2 nō libere vtuntur panibꝰ ſacramentoꝛum/⁊ p̄dicationū:impediētibꝰ tyꝛannis.⁊ ſi di miſero eos.ſ.ſubtrahēdo auxiliū:ieiunos.i.in tāta egeſtate cōſtitutos.in domo.i. intra domū ſuā que eſt eccl'ia:deficient in via religionis ⁊ fidei: hoc eſt cadent a firmitate eius nō valētes tā diu ſuſtinere laboꝛes ꝓpter me.⁊ hoc maxie verū eſt de gētilibus de nouo cōuerſis:qui nō erāt aſſueti ad virtutē patiētie pꝛopter deū.de talibus ergo dicitur:quidam enī ex eis.ſ.fidelibꝰ de longe venerant ad eccl'iam dei .i. de remota cōuerſatione a religione chꝛiſtiana:quia venerant de cōuerſatione ydolatrie ⁊ voluptuoſe vite. ideo ſi nō ſuccurratur eis ꝑ auxiliū gratie dei ⁊ alicuius cōſolationis coꝛpoꝛalis huius vite:facile redibūt ad

Secūda ꝑs euangelij.

pꝛiſtinā cōuerſationē ſuam ⁊ moꝛes p̄teritos.Verumtamē quidam p̄lati eccl'ie illius tēpoꝛis non multū ſperantes refectionē tēpoꝛalem huiꝰ mūdi(in quo pleriq; tyꝛāni crudeliſſimi tūc dominabantur ex diuina ꝑmiſſione)reſponderūt chꝛiſto talia deſcernenti/dicentes ei.vnde.i. qua potētia iſtos fideles ſic oppꝛ'ſſos a tam magnis tyꝛānis: poterit quis ſaturare panibus cōſolationū tēpoꝛalium in hac ſolitudine.i. deſerto gētilitatis hoꝛride/eiſq; inimice.q.d.valde difficile ē chꝛiſtianos ab hac miſeria liberari in hac vita.Ex quibꝰ patet quomodo in etate illa nō ſolum minoꝛes eccleſie:ſed etiam p̄lati iā deficiebant in fide:et frigeſcente charitate in eis incipiebant diffidere de m̄ia dei.Sed chꝛiſtus eccl'ie autoꝛ/⁊ gubernatoꝛ (cui nihil eſt impoſſibile)interrogauit eos incitādo tepidos ad ſpem euadendi dicens : quot panes ſacramentoꝝ/⁊ doctrinarū habetis in eccl'ia ex ꝓuiſione mea ad reficiendas aīas oībus bonis ſpūalibus:q.d.qui potuit tantā virtutē dare ſacramentis ad multiplicādū in vobis bona ſpiritualia que ſunt maioꝛa:poterit ⁊ vobis dare virtutem ad euadendū/⁊ ſupandū tyꝛānnoꝛum ſeuiciam vt liberemini ab eoꝛum anguſtijs.Pꝛelati autem r̄ndentes dixerunt ſeptē eſſe eccl'ie chꝛiſtiane ſacramenta vz baptiſmū quo naſcūtur fideles in chꝛiſto:cōfirmationē qua adoleſcūt ⁊ augentur:euchariſtiā qua cibant: penitētiam q̄ ſanantur:oꝛdinē q̄ gubernātur:matrimonium quo multiplicantur: ⁊ vnctionē q̄ ad p̄riam diriguntur.Septifoꝛmē quoq; eſſe ſanctiſpūs gratiā que doctoꝛes eccl'ie illuminat ad docēdū fideles.hoc eſt ſpūm ſapientie ⁊ intellectus: ſpūm conſilij et foꝛtitudinis:ſpūm ſcientie ⁊ pietatis: atq; ſpiritū timoꝛis dñi.his enim totum coꝛpus eccl'ie dei vegetatur/ ⁊ regitur in ſpūalibus.ſed in coꝛpoꝛalibus bonis eccl'ia chꝛiſti nihil videtur habere:imo potius omnibus cōſolationibꝰ carere. Chꝛiſtus ergo tempoꝛe magni Cōſtātini imperatoꝛis p̄cepit turbe gentiliū impulſu diuine motiōis cōuertendo coꝛda eoꝛum:vt diſcumberent ſup terram .i.ſeſe humiliarent/⁊ bona terrena contēnerēt/ac conculcarent/ eaq; dimitterēt ꝓpter chꝛiſtum in vſus pauperū/⁊ tandē honoꝛes mundanos viliꝑenderent:imo ⁊ chꝛiſtianos digniores ſe ad honoꝛes ꝓmouerent.patuit hoc in Cōſtantino p̄dicto q̄ Romana vꝛbe totaq; Italia dimiſſa dedit eam Silueſtro pape/⁊ ſuis ſucceſſoꝛibꝰ in patrimoniū ſedis ap'lice honoꝛificum. ſimilit ⁊ alij multi reges ⁊ principes in ſuis regnis ⁊ pꝛouincijs eccleſias munificētiſſime dotauerūt. et tunc impleta fuit Eſaie ꝓphetia cap'lo.60.Surge inquit illuminare Hieruſalē.⁊c̄.ſequitur:ambulabunt gentes.⁊c̄.ſequitur : tunc videbis ⁊ afflues ⁊c̄.ſequitur:inūdatio camelloꝝ operiet te.⁊c̄.hoc ergo denotat ꝙ p̄cepit turbā diſcūbere ſup terrā. Sed aduertendū ꝙ Joānes ⁊ Mattheus aliam refectionē populoꝝ narrantes a chꝛiſto factam ex quinq; panibus:dicūt ꝙ fecit eos diſcūbere ſuper fenū.q2 illa ſignificauit iudeoꝝ conuerſionē ad chꝛiſtū: q̄rū q̄nq; lex libꝛis Moyſi digeſta carnales delicias ꝓhibebat/⁊ ɔculcādas docebat ſignificatas ꝑ fenū viride:quia oīs caro fenum:de quibꝰ infra dñica.25. Septifoꝛmis vero ſpūſſancti gratia que gentiles conuertit: non ſolū carnē ſed terrena oīa docet cōculcanda ⁊ cōtemnenda ꝓpter deū:ideo merito refectio iſta q̄ ad gentiles ꝑtinet ex ſeptem panibus deſcribitur eſſe facta.

Tertia ꝑs euangelij

Chꝛiſtus itaq; volens eccl'iam ſuam honoꝛare et āpliare:accepit panes ſacramētoꝝ ⁊ doctrinarū .ſ.dando eis virtutē multiplicatiuā ppl'i fidelis.⁊ gr̄as agens ex gaudio ſalutis hoim. fregit.i.aperuit ſecretam virtutē eoꝝ:⁊ dabat diſcipulis.i.pꝛelatis eccl'ie: quibꝰ ex officio cōmiſit vt apponerēt turbis.i.miniſtrarēt eis ſacramēta/⁊ p̄dicarēt doctrinam.⁊ ipſi diligēter appoſuerūt turbe.i.multitudini gentiliū adeo ꝙ plenitudo gentiū circa tempoꝛa Conſtātini eccl'iam dei intrauerit. qua ſic augmentata p̄lati habebant piſciculos paucos.i. canones ⁊ decreta cōcilioꝝ ⁊ pōtificum ad regimen eccl'ie. et chꝛiſtus ipſos bn̄dixit.i.appꝛobauit ⁊ virtutem dedit. ⁊ iuſſit apponi fidelibus vt manducarent.ſ. panem gr̄e ⁊ doctrine ſalutaris.De iſtoꝝ piſciculoꝝ bn̄dictione habet Luc. 10.verbū chꝛiſti dicētis: qui vos audit me audit: ⁊ qui vos ſpernit me ſpernit.Sed fideles populi humiliter receperūt fidei ſacramēta/⁊ doctrinā eccl'ie:ſicq; ꝓfecerūt:ideo dicitur ⁊ ſaturati ſunt.ſ. pace ⁊ trāquillitate/ ⁊ rerum tēpoꝛaliū affluētia/ atq; etiā multiplici libꝛoꝝ doctrina.de qua ſubditur.⁊ ſuſtulerūt.i.acceperūt p̄lati eccleſie cū honoꝛe quod ſuperauerat.i.abūdauerat de fragmētis.i.ſanctoꝝ doctoꝛum doctrinis ⁊ libꝛis. ſeptem ſpoꝛtas.i.vniuerſitates ⁊ ſtudia multa in populo dei oꝛdinauerunt ad decoꝛē eccl'ie.Erant autem fideles qui māducauerant ſupꝛadictos panes et piſces:quaſi quattuoꝛ millia.i. ꝑfecti in doctrina euāgelica quattuoꝛ libꝛis complexa.vel dic.i. ex quattuoꝛ mūdi partibꝰ oꝛiente in Aſia/ occidēte in Europa/ meridie in Affrica/ ⁊ ſeptētrione in Scitia/⁊ tota Barbaria.nam ex his partibꝰ multa milia gentiliū fidem chꝛiſti recerperūt ⁊ eccleſiam dei ampliauerūt.⁊ ſic chꝛiſtus ꝓ illo tēpoꝛe



dimiſit.ſ.fideles a ꝑſecutionibꝰ liberos ⁊ pacifice eccl'iam dei regentes cum magno honoꝛe.Cōfirmatū eſt ergo tali tēpoꝛe regnū eccl'ie in manu Salomonis.i.chꝛiſti regis pacifici:⁊ ipſe cōfirmatus ē in regno ſuo:⁊ dñs erat cū eo : ⁊ magnificauit eū in excelſum vt dr̄ tertij Regum.3.⁊ ſecūdi Paralip.1.cap'lo.In tanta vero eccl'ie ꝓſperitate tempoꝛali:quid reſtabat fidelibꝰ niſi vt oꝛarēt deū ꝓ eiuſdē regni eccleſie ſtabilitate ⁊ duratione:ne foꝛte cito poſt dies illos ſcinderetur ī duo regna chꝛiſtianoꝝ:quēadmodum legitur in eodē tertio libꝛo Regū:ꝙ regnū Salomonis eo moꝛtuo diuiſum eſt in duo regna : quoꝝ alterū dicebatur regnū iuda in Hieruſalem : alterum vero regnū iſrael ī Samaria.

Offertoꝛium.

¶In offertoꝛio:Perfice greſſus meos:ex pſal'.16. ponitur p̄dicta eccleſie oꝛ̄o ad deum .ſ. vt deꝰ ſua gr̄a ꝑficiat greſſus.i. affectiōes ⁊ operatiōes oēs fideliū faciat ꝑfectas. in ſemitis.i.p̄ceptis ſuis que ſunt vie ad beatitudinem.tali ꝑfectiōe vt nō moueantur a fidei ⁊ religiōis firmitate incepta:imo nec a tēpoꝛali pꝛoſperitate iam habita:⁊ vt mirificet.i. mirabilē faciat miam cū eis que ſaluos eos cuſtodiat deinceps a malis tyꝛannoꝝ ⁊ ꝑſecutoꝝ ſuoꝛum:quod ipſi fideliter ab eo ſe ſperāt recepturos.

Communio.

¶Ad qd̄ obtinendū eccleſia in communiōe.ſ. Circuibo et immolabo.⁊c̄.ex pſal'.26.ſe ꝓmittit hoſtias pacificas nō aīalium brutoꝝ: ſed laudū ⁊ canticoꝝ hoim rationaliū oblaturam.In oꝛatione ſecreta: Pꝛopiciare dñe ſuppli.⁊c̄.optat eccleſia accepta eſſe deo fideliū ſacrificia q̄ in altari offerūtur: ad efficaciter obtinēdū petitionē p̄dictā ī offertoꝛio. Oꝛ̄o finalis:Repleti dñe:gratias agit de ꝑcepto ſacramēto petēs in virtute eiꝰ mūdari a peccato ⁊ muniri diuino auxilio.

Moꝛalitas.

¶Moꝛaliter aūt ꝓ fidelibus nr̄i tempoꝛis in hoc mēſe Auguſto accipit doctrina ex officio huius dñice:ꝙ ſicut colligunt noua frumēta ex terra ꝑ benedictionē dei multiplicata ſupꝛa ſemina q̄ ꝓiecta fuerāt:nō ſolū modo naturali ſed etiā ſup naturali miraculo multiplicationis panū ad ſatiandū turbas fidelium vt patet in euāgelio:ita etiam ad ſatiandas aīas ipſi debent ꝓcurare multiplicationē ſpūalis frumenti:quod eſt verbū dei.multiplicatur autē doctrina ſalutaris quādoq; quidē modo naturali ꝑ artificium p̄dicandi a doctoꝛibus eccleſie:qui ſepius aſſumpto vno paruo themate eliciūt ex eo magnum ſermonē:imo ⁊ multos ſermones quaſi colligentes multitudinē frumentoꝝ ex paruo ſemine. Nonnunq; vero eadem doctrina multiplicat̄ q̄ſi miraculoſe a deo/vel ꝑ interioꝛē inſpirationē de nouo in fundēdo ſciētiā deuotis ſuis: vel ex paucis v̄bis a p̄dicatoꝛe acceptis quaſi ex paucis panibꝰ augmētādo magnā frugē bonoꝝ operū.Sed aduertendū ꝙ hanc multiplicationē ſpūalis alimēti aiarū chꝛiſtus nō facit niſi turbis q̄ iam triduo ſuſtinuerūt laboꝛes penitētie ꝓpter eum.ſ.contri.confe.ſatiſfa.⁊c̄.

## ¶ Caput nonageſimum ſextū de officio octaue dñice : in quo apertio ſeptimi ſigilli Apoc.8. declaratur completa fuiſſe in hereticis ſub ꝓſperitate eccleſie exoꝛtis.

Argumētū officij



N libꝛis Salomonis ⁊ alioꝛum ſapiētium: qui in iſto menſe Auguſto legūtur in officio matutino: nō ſolum de vera ſapiētia fit ſermo/⁊ de catholicis eccl'ie doctoꝛibus: ſed etiā de falſa ſupꝛ'ſtitione/⁊ de hereticis in ꝓſperitate eccleſie exoꝛtis nōnulla interſeruntur. ¶Officiū igit̄ miſſale huius dñice(q̄ eſt ſecunda ſub hiſtoꝛia libꝛoꝝ ſapiētialium)mentionē facit de huiuſmodi hereticis ⁊ fallaci eoꝝ doctrina. Nam poſt moꝛtem magni Conſtātini imꝑatoꝛis catholici oꝛte ſunt quedam religiones in eccleſia dei:ex quibus floruit vita monaſtica heremicolarū/ſacra ſocietas cenobioꝝ/⁊ honeſtitas eccleſiarū cathedralium. ⁊ ſimul cum his ex inuidia diaboli pullularunt inter chꝛiſtianos diuerſe hereſes:quas velu zizania in medio boni ſementis ſparſerunt hereſiarche ſub ſpecie multe l'rature/magne ſanctitatis/ ⁊ deuote religionis.quibꝰ infecti non modo pauperes ⁊ infimi chꝛiſtianoꝛum. ſed etiā Romani imꝑatoꝛes vt Conſtātius filius Cōſtantini ⁊ quidam alij reges ⁊ p̄ncipes terre:fauoꝛem dederūt eis:vnde ſecuta ſūt ſciſmata multa inter chꝛiſtianos:ex quibus ⁊ ꝑſecutiones immaniſſime hereticoꝛum cōtra catholicos.Coꝛreſpondet aūt hoc officiū.8.cap'lo Apoca. vbi in apertiōe ſigilli ſeptimi pꝛimo deſcribuntur quattuoꝛ mali angeli tubis ſonantes.i.magno boatu/vel inflatiōe ſuperbie ſuas hereſes publicātes.Iſti fuerūt quattuoꝛ p̄ncipales hereſiarche:cōtra quos eccl'ia celebꝛauit quattuoꝛ cōcilia illis tēpoꝛibus.ſ.Nicenū cōtra Arriū ſub Cōſtantino auguſto/ Conſtantinopolitanū contra Macedoniū ſub Theodoſio ſenioꝛe/Epheſinū ɔtra Neſtoꝛiū ſub Theodoſio iunioꝛe/⁊ Calcedonēſe cōtra Euticem ſub Martiano p̄ncipe.de quibꝰ in decretis diſ.15.capitulo.1. Pꝛemittit tn̄ dictū cap'lm Apocalypſis ꝑſecutionē Juliani apoſtate ſub noie ſilentij in celo:quia eccl'ias chꝛiſtianoꝝ claudi fecit.Et oppoſitā conſolationē ſub papa Damaſo:q̄ cultum diuinū ⁊ cantus eccl'iarum ampliauit.⁊ hic vocatur angelus thurificās ān altare dei qui accepit incenſa.i.ſacra eloquia ſanctoꝝ ꝓphetarū/⁊ apoſtoloꝛum:⁊ poſuit ea ante altare dei in eccl'ia ſua cantanda die ac nocte a ſacerdotibꝰ in laudem dei.⁊ aſcendit fumꝰ.i.deuotio eoꝝ coꝛā deo: q2 ei placēt talia officia eccl'iaſtica. et tūc tempoꝛis facta ſunt in eccl'ia dei tonitrua p̄dicationū/ voces canticoꝝ/⁊ fulgura.i.claritates miraculoꝝ/ ⁊ terremotus magnus hoim terrena bona deſerētiū ⁊ ad heremi ſolitudinē/vel conuentus religionū tranſeuntiū ex magnitudine diuini amoꝛis.Sed tanto eccl'ie ꝓfectui diabolus inuidēs ſuſcitauit hereticos ⁊ eoꝝ fautoꝛes:ideo tūc ſeptem angeli mali.i.vniuerſi heretici miniſtri diaboli : qui habebant tubas plenas vēto ſupbie ⁊ inanis glie:

preparauerūt ſe vt tubis ſuarū p̄dicationū canerent. i. ꝑſonarent ſuos errores inter fideles eccl'ie dei. De quattuoꝛ p̄mis iſtoꝝ ſeptē agitur in p̄nominato capl'o. 8. Apoca. cui etiam hodiernū officiū miſſale correſpōdet. nam priores huꝰ officij partes ad religiōes ꝑtinent: que illis tēpoꝛibus floruerunt ſub ſanctis p̄tribus Antonio/Baſilio/Auguſtino/⁊ alijs in heremo. Euangeliū aūt et alie partes ſequentes clarius loquunt̄ de hereticis illius tēpoꝛis: qui ꝓ maioꝛe parte fuerūt religioſi aut ſaltē clerici honeſte vite/⁊ valde ſtudioſi in litteris. Officiū ergo hodiernū in p̄mis inſtituit modū ⁊ normā vere religiōis: q̄ conſiſtit in moꝛtificatione carnalis apetitus/⁊ fuga ſupbie/oīſq; mundane curioſitatis. nam occaſione talis phātaſie mūdane aliqui ex religioſis (vt diximꝰ) facti ſunt heretici. ſimiliter ⁊ aliqui ex clericis.

Introitꝰ miſſe.

¶ Introitus ergo miſſe: Oēs gētes plaudite: ⁊c̄. ex pſal'. 46. eſt vox Damaſi pape vel aliciꝰ alterius ſancti p̄lati illius tempoꝛis incitans fideles ſuos ad officium vere religionis: quod eſt puras manꝰ eleuare ad deum in ſecreta ōrone/diuinas laudes cātare in publico officio eccl'ie/⁊ ſacrificiū altaris in humilitate ⁊ coꝛdis ſimplicitate deo offerre. Verſus: Quoniā dn̄s excelſus: ex eodē pſal'. dat ratiōnē hoꝝ officioꝝ ex diuine maieſtatis excellentia ſup oēs principes totiꝰ terre habitabilis: vnde cōſtat q̄ ſit maioꝛ omni laude hūana.

Oratio.

Oratio: Deus cuiꝰ ꝓuidētia. ⁊c̄. referēs omnia q̄ fiūt in mundo ad diuinā ꝓuidentiā: q̄ ſemꝑ ea dirigit ad bonū finem: oꝛat ꝓ remotiōe hereſum ⁊ erroꝝ ab eccl'ia dei: q2 valde hominibus nocēt: ⁊ ꝓ fauoꝛe ⁊ augmēto bonaꝝ religionū q̄ multū ꝓſunt i eccleſia dei.

Epiſtole argumentum.

¶ Epiſtola: Humanum dico ꝓpter infirmitatē: Roma. 6. eſt p̄dicatio ſanctoꝛum illius tēpoꝛis ad retrahendum fideles a ſeculo ad religionē. In q̄ p̄mo ſalubꝛe conſiliū datur. Secundo ibi: cū enim ſerui. ⁊c̄. ratio conſilij redditur. Tertio ibi: nunc vero. ⁊c̄. fructus virtutis aperitur.

Prima ps ep'le.

Ponitur a ſanctis differētia in lege chꝛiſti inter p̄cepta ⁊ conſilia euangelica. nam p̄cepta ſunt de operibꝰ neceſſitatis ad deum ⁊ ꝓximum: ⁊ illa oēs fideles obligant in quolibet ſtatu. Conſilia vero ſunt de operibꝰ ſupercgatiōis: ad que ſoli ꝑfecti obligantur/⁊ non alij carnales. ad hec ergo ꝯſilia ꝑtinet ingreſſus religionis. ad quē ſanctus Baſilius vel quilibet alius religionis autoꝛ inuitās ait. fratres humanum conſiliū. i. de virtutibꝰ moꝛalibus: que ſunt humane/⁊ ratione humana fulcitū dico vobis. ⁊ hoc ꝓpter infirmitatē carnis veſtre. i. quia adhuc eſtis carnales ⁊ non poteſtis altioꝛa capere. Cōſilium humanū hoc eſt. ſicut eñ exhibuiſtis. i. libere ⁊ ſine difficultate applicaſtis in vita ſeculari mēbꝛa veſtra dico linguā/pedes/manus/⁊ ſenſus oēs. ſeruire. i. ad ſeruiendū ⁊ captiuandū vos ꝑ longā conſuetudinē: ſeruire dico immūdicie. i. gule/luxurie/⁊ iniquitati. i. ſuperbie/auaricie/inuidie: ad iniquitatē. i. ad malum finē oꝛdinando p̄dictos actus veſtros/hoc eſt ad malicie complementū in hoc ſeculo: ita. i. eadē facilitate ⁊ libera voluntate veſtra nunc in religione ad quā vocati eſtis: exhibete eadē membꝛa veſtra ꝑ bonā conſuetudinē ⁊ habitū inde generatū: ſeruire iuſticie. i. virtuti que digna eſt vt ei ſeruiatis: in ſanctificationem. i. ad ſanctū ⁊ bonū finem/⁊ ad bonitatis complementū. q. d. ſtatus religioſoꝛum: hec ratio naturalis et humana eſt ſatis ſufficiens infirmis: qui non multū ſapiūt diuina. ſ. q̄ tāto conatu voluntatis et ſi non maioꝛe ſe debēt exercere in operibus virtutū: quibus paulatim aſſueſcant et veniant ad firmitatē boni habitus: quanto ſe dederunt operibꝰ vitioꝝ carnalium ⁊ ſpūalium: ex quibus malum habitū acquiſierunt. nō enim videtur magis difficile hoīem aſſueſcere ad bonum q̄ ad malum. et ſi in vita vitioſa hoīes libēter ſuſtinuerunt aliquos laboꝛes/et difficultates ad obtinendū ſeu acquirendū aliq̄d malum deſideratū ab eis: quare nō ſimiliter eſſent tollerādi laboꝛes ſilēs liberaliter ꝓ virtute acquirēda ad ꝑueniēdū in ſeruitutē boni habitus: imo ꝟo multo magis: quia viri ſpūales iudicarēt multo maioꝛa pericula eſſe ſubeunda pꝛo acquirenda minima virtute: quā pꝛo lucrando maximo theſauro totius mūdi. infirmis tamen et impfectis ſufficit dicere q̄ tantum laboꝛēt pꝛo ſpiritualibꝰ bonis ſicut pꝛo coꝛpoꝛalibus: quia hoc dictū eſt rationabile et humanū. Et quia vita ſecularis cōmuniter ſuſtinet laboꝛes pꝛopter bona carnalia et terrena: religio vero laboꝛat pꝛopter bona ſpiritulia et celeſtia: optime ergo feceritis vos fratres in chꝛiſto ſi dimiſſa ſeculari vita ad religionē tranſeatis.

Scda ps epiſtole.

Cuius conſilij talē accipite rationē ex fine vtriuſq; vite: a quo in moꝛalibus ſumitur arguendi pꝛincipium. Cum eñ ſerui eſſetis peccati per malos habitꝰ vitioꝛum: liberi fuiſtis iuſticie. i. a iuſticia que ē virtus: quia ea carebatis. quem ergo fructum. i. finem bonum habuiſtis tunc ſeculariter viuendo in actibꝰ vicioſis: i quibus. i. de quibꝰ memoꝛatis poſt cōuerſionem veſtrā ad religionem nunc erubeſcitis: quia cognoſcitis illoꝛum actuum turpitudinem. nam finis illoꝛum operum ad quē ꝑuenitur ex oꝛdinatione diuine iuſticie: moꝛs eſt tam coꝛpoꝛis in hoc mūdo q̄ anime in futuro. ⁊ quia cuius finis malus eſt ipſum quoq; fugiendū eſt: conſequens erit vt vitam ſecularē dimittatis: ⁊ ſancte religioni vos mācipetis: cuius finis ē optimus de quo ſubditur.

Tertia ps epiſtole.

Nunc vero in religione liberati a peccato. i. a peccati ſeruitute ꝑ exercitium virtutum: ſerui autem facti deo: quia ſubiecti diſcipline religionis pꝛopter deum: habetis fructum veſtri laboꝛis in ſanctificationē. i. quia facti eſtis ſancti ⁊ firmi in virtute. finem vero huius vite ſancte habebitis vitam eternam in clara dei viſione/et fruitione. ad hoc enim tēdit omnis religioſa vita: vt ꝑ exercitium virtutū fideles recto tramite ad vitam illā perueniant: in qua moꝛs non erit vltra. econtra vita vitioſa habet finem malum de quo dicitur: ſtipēdia peccati. i. retributio iuſte debita peccato eſt moꝛs ⁊ pꝛeſentis vite in coꝛpoꝛe: ⁊ future in anima. quod notatum eſt in peccato pꝛimi hominis cuius pena fuit duplex moꝛs Geneſis. 2. Si comederitis: moꝛte moꝛiemini. at vero ꝓ vita virtuoſa dabitur hoībꝰ in p̄miū vita eterna: q̄ tm̄ bonū eſt vt nō attingat ad illā pꝛomerendā noſtra bona opera: ſed ex liberalitate diuine gratie nobis donabitur: ideo ſubdit: gratia aūt dei vita eterna dabitur bonis ⁊ religioſis in chꝛiſto ieſu dn̄o nr̄o. i. ꝑ meritum eius nobis applicatū in ſacramētis ⁊ alijs operibꝰ bonis.

Graduale

¶ Huic doctrine ep'le reſpōdet cantꝰ gradualis: Venite filij. ⁊c̄. ex pſal'. 33. introductus ex ꝑſona illoꝛum patrū q̄ religiōes p̄dictas inſtituerūt: ⁊ vocabant fideles ad eas. venite inquit ad viuendū i omni timoꝛe dei fugientes vitia/⁊ amplectētes virtutes. Verſus: Accedite ad deū. ⁊c̄. ex eodē pſal'. pꝛomittit diuinū fauoꝛē his q̄ religionē ingrediūtur. nā ipſe deus ſeruos ſuos illuminat ⁊ ꝯfoꝛtat ad bn̄ agendū vt poſtea nō ꝯfundant̄ in iudicio extremo.

Aleluia.

Aleluia: Oēs gētes. ⁊c̄. ex pſal'. 46. docet ꝓpꝛiū religioſoꝝ officiū. ſ. leuare manus ad deū in ōronibus/⁊ diuinas laudes cātare in voce exultatiōis.

Euangelij argumentum.

¶ Sed euāgelium ad hereticos reſpicit: q̄ ex religionibꝰ oꝛti ſunt. Attendite a falſis ꝓphetis. ⁊c̄. ex capite 7. Matthei: Ubi p̄mo figuraliter deſcribitur eoꝝ ficta ſanctitas. Secundo ibi: a fructibus eoꝝ. ⁊c̄. diſcooperitur eoꝝ occulta falſitas. Tertio ibi: nō oīs. ⁊c̄. adaptatur eis iuſta penalitas.

Prima ps euangelij.

Hereticus oīs ꝓpꝛie dictus voluntatē habet malā ad fideles chꝛiſti: qui ſunt oues paſcue eiꝰ. intendit eñ coꝛrumpere fidē illoꝝ/⁊ depꝛauare eos falſa ſua doctrina. alias doctoꝛ erroꝛis nō hereticꝰ: ſed errans potiꝰ dicendus eſt. ſed quia diabolus aperte nō poteſt venenū ſue malicie diffundere in tāto fidei fauoꝛe ſicut in tēpoꝛe p̄cedenti: per hoīes religioſe vite ⁊ magne l'rature: quos permittente deo ſeduxit: id efficere tentauit. de quibus pꝛelatus catholicus fideles admonet dicens: attēdite. i. attente ⁊ diligenter cauete a falſis pꝛophetis. i. doctoꝛibus eccleſie chꝛiſtiane. nam verus doctoꝛ ſpiritu ꝓphetie pollet: ideo ꝓpheta vocatur: non pꝛincipaliter ſed deriuatiue: q2 ea que de chꝛiſto antiqui ꝓpetarunt ipſe exponit: ⁊ hoc modo hereticus eſt falſus ꝓpheta: quia doctoꝛ falſus. i. falſe doctrine autoꝛ. ⁊ tales veniunt ad vos decipiēdum non aperte demonſtrādo maliciam ſuam: ſed occultando eam in veſtimētis ouium chꝛiſti. i. ſub ſpecie chꝛiſtianitatis/⁊ religionis ſimulate exterius: q2 oꝛant/ieiunant/⁊ cetera opera ſimilia faciunt. intrinſecus aūt. i. in voluntate interioꝛe: ſunt lupi rapaces. i. iniq̄ ſeductionis moꝛſu oues chꝛiſti dilaniāt. de quibꝰ etiā apoſtolus Paulus: ſcio inquit q̄ poſt diſceſſum meū intrabūt in vos lupi graues nō parcētes gregi Actuū. 20. q2 exterius ꝑſequent̄ fideles ſi copia dabit̄: vel adminꝰ interius fidem coꝛrūpent. q. d. q2 deus nō ſine iudicio vult ſeruos ſuos habere: ideo ꝑmittit tentationē hereticoꝝ: q2 vero non vult eos ꝑ ignoꝛantiam perire: p̄monet eos dicens: attendite a falſis ꝓphetis. ⁊c̄. nulla enim res eſt que ſic exterminet bonum ſicut ſimulatio. nam malum ſub ſpecie boni celatū dū nō cognoſcit̄ non cauetur.

Secūda ps euangelij.

Ad cognoſcendū ergo hereticoꝛum malum pꝛopoſitum occultatū additur aliud ſimile in arboribus. a fructibus. i. operibus eoꝝ cognoſcetis eos. ſ. eſſe malos. fructus autem ꝑ quos heretici cognoſci habent: non ſunt ōrones/ieiunia/eleemoſine q̄ bene ⁊ male fieri poſſunt: vnde ad veſtimēta ouiū ꝑtinēt. nā bono aīo facta oues chꝛiſti veſtiūt: cū autē malo fine. ſ. ad decipiendū fiūt: nō aliud q̄ lupos occultāt: ⁊ tunc nō ſunt eoꝛum fructus ex quo eis nō ꝓſunt. fructus ergo ꝓpꝛij hereticoꝝ ſunt quos ap'ls ad Galat. 5. enumerat: veneficia/inimicitie/cōtentiōes/emulatiōes/ire/rixe/diſſenſiōes/ſecte/inuidie/homicidia ⁊ his ſimilia. econtra vero fructus ꝓpꝛij ſeruoꝝ dei ſunt charitas/pax/patientia/fides/modeſtia/benignitas. ⁊c̄. Inter hec oīa p̄cipuus fructꝰ eſt ꝯfeſſio vere fidei. qui. n. ſcd̄m deum vocem humilitatis et vere cōfeſſionis emittit: ouis chꝛiſti eſt. q̄ aūt cōtra fidei veritatē blaſphemus: vlulat cōtra deū: lupꝰ eſt. vel dic q̄ bona opera exterioꝛa quibꝰ hoīes ſe veſtiunt: ꝑ ſuperueniētem tentationem cognoſci poterunt an ꝓpter deum vel ambitione aliqua fiant. Cum enim ceperint ea ipſa vel ſubtrahi vl' negari que iſto velamine ꝯſequuti ſunt/vel conſequi cupierunt: ſic neceſſe eſt vt appareat vtrū lupus in ouina pelle ſit: an ouis in ſua. nā in pace eccl'ie ypocrita ante oculos nr̄os religiōe veſtitur. ſi qua vero fidei tentatio erumpat: ſtatim lupi mēs rabida habitu ſe ouine pellis exſpoliat/⁊ cōtra bonos ſeuit. ſed q2 de fructibꝰ hoīm quaſi arboꝝ dictū eſt: ſequitur: nunq̄d colligūt. i. colligere poſſunt hoīes fideles de ſpinis. i. de hereticis (qui ſpinarū ſuarū aculeis fideles pungunt/⁊ cruentāt vel in coꝛpoꝛe/vel in mēte) vuas. i. opera charitatis/aut verba bone doctrine: que inſtar vini calefaciunt coꝛda pꝛoximoꝛum: aut poſſunt colligere de tribulis hereticoꝛum qui eccleſiam tribulant: ficus id eſt opera ⁊ verba amicitie et pacis. q. d. non eſt hoc poſſibile: quia heretici ſciſmata/et diſſenſiones ſeminant. in vua quidē feruoꝛ dilectionis: in ficu autē ſignificatur dulcedo amicitie/⁊ pacis. nam liquoꝛ vue caloꝛem affert: ficus vero ſub vno tegmine multa grana in dulcedine colligit. nunc autem clarum eſt q̄ heretici mens odium potius ⁊ diſſenſionē vult. Et quia in arboꝛe que homo eſt: opera fructus dicuntur: ideo voluntas hominis ex qua omnia eius opera naſcuntur radix huius arboꝛis dici debet: de qua ſubditur: ſic omnis arboꝛ. i. voluntas bona facit bonos fructus. i. bona opera. ⁊ econtra mala voluntas facit mala opera. ergo permutatim: non poteſt arboꝛ bona. i. fidelis ⁊ catholicus homo facere malos fructus. i. ſciſmata/⁊ diſcoꝛdias in eccleſia dei. nec arboꝛ mala qualis eſt hereticus: poteſt facere in eccleſia dei bonos fructus charitatis/et pacis. eſt enim logicoꝛum regula de pꝛedicatis et ſubiectis pꝛopoſitionum: q̄ ſicut pꝛopoſitum in pꝛopoſito: ita oppoſitum in oppoſito: et non econtra. erit ergo bonus fructus in bona arboꝛe: ⁊ malus in mala: non autem bonus in mala: ⁊ malus in bona: niſi foꝛte

a caſu/⁊ de ꝑ accidens.ſicut dicimus ꝙ contingit
aliquādo nō grāmaticū congrue loqui:qđ vocaṫ
rectum ab errore. Aduertēdū hic ꝓ ſenſu lr̄ali ꝙ
chriſtus non dixit ꝙ arbor bona non poſſit fieri
mala:aut mala bona : quia liberū hoīs arbitriū
eſt v̄tibile de bono in malū ⁊ ecōtra. nam hereti
cus pōt penitere et hereſi ſue abiurare : ſicut etiā
catholicus a vera fide in hereſim cadere poteſt.
ſed dixit chriſtus ꝙ arbor bona quādiu eſt bo-
na non poteſt malos fructus facere:nec mala (in
ſenſu cōpoſito vt dicūt logici) poteſt bonos fru-
tus facere:omnis ergo arbor humana poteſt bo
nos ⁊ malos fructus facere in ſenſu diuiſo:vt di
cunt logici: vl' in potētia remota vt dicūt phiſici.
et ideo nemo ſe excuſet a bono ope v̄tutis: alias
iuſte excidetur ab hac vita ꝑ mortē immaturam
corporis:⁊ ab eccl'ia fidelium per excōicationem:
⁊ in futuro ſeculo in ignē inferni mittetur in eter
num arſurus. Igitur ex p̄dicta ſimilitudine ar-
boris et fructus ſatis clarere poteſt: qualiter co-
gnoſcere poterim⁹ hereticos gerētes exteri⁹ ſpe-
ciē ſanctitatis:quia ex fructib⁹.i.operibus eorum
malis cōtra fidē/charitatē/ ⁊ pacē eccl'iaſtice vni-
Tertia ps euāgelij. tatis.Eſt aūt neceſſariū fidelib⁹ ꝙ eos cognoſcāt:
ne forte ex ignorantia periculoſe ſubijciaṫ eis
tanq̄ȝ bonis paſtoribus aīarum:cum potius ſint
expellendi a regimine eccl'iaſtico tanq̄ȝ lupi occi
ſores ouiū chriſti.vnde ſubditur: nō omnis chri-
ſtianus q̄ dicit mihi dn̄e dn̄e.i.p̄dicat chriſtū eſſe
dn̄m ſuū:intrabit ad regimē aīarum in regnū ce-
lorū:qđ eſt eccl'ia militans.ſed requiriṫ ad officiū
boni paſtoris in grege chriſti:ꝙ nō deuiet a fidei
rectitudine. nā ſi quis ꝯfiteretur chriſtū eſſe verū
deum:negaret aūt eū habuiſſe veram carnē aut
veram animā humanam: heretic⁹ eſſet ⁊ ꝑnicio-
ſus ad ſalutem animarum:quare nec admitten-
dus ad earum regimē in eccleſia dei. eadē ratio
eſſet de eo qui negata diuinitate chriſti cōcederet
eius humanitatem:quia talis ſua falſa doctrina
animas ꝑderet. ſolus ergo ille doctor q̄ facit vo-
luntatem patris mei: loquendo de voluntate ſi-
gni que ſunt p̄cepta eius.i. mandata eius obſer-
uat(quorum primum ad rectam fidem obligat)
qui pater meus in celis eſt.i.in ſanctis viris ha-
bitat ꝑ fidem ſinceram charitate formatā ab be-
ne operandum:ipſe intrabit ad officiū paſtorale
in regnū celorum .i. fideliū chriſtianorū quorum
vita celeſtis eſt.Hac itaq̄ȝ doctrina p̄moniti fide-
les ſub apertiōe ſeptimi ſigilli cauere ſibi potue-
rūt ab hereticis illorum tēporum: qui ſuis tubis
Offertorium. in eccl'ia dei ꝑſonabāt.¶Unde in offertorio:Si-
cut in holocauſtū.⁊c̄.Danielis.3. eccleſia dei cū
pueris fidelibus quaſi in fornace ignis heretico
rum poſita:orat deū ꝓ acceptiōe ſacrificij corpo-
ris ⁊ ſāguinis filij ſui pia ſibi fidei ſinceritate ob
lati ad obtinēdum ab eo gratiā ⁊ miſericordiam
cōtra hereticos:ſicut olim in le.ve.obtinebaṫ mul
tiplici ſacrificio agnorū/arietū/⁊ taurorum. nam
de⁹ talib⁹ obſequijs ſolet ſeruos ſuos liberare a
confuſione infideliū. Quam liberationē ab here
Communio. ticis etiam Communio.ſ. Inclina aurem.⁊c̄.ex
pſalmo.30. inſtantius expoſtulat ab eo. Secre-
ta orō:Deus q̄ legaliū.⁊c̄.conſonat offertorio cō-
parās ſacrificiū nr̄e euchariſtie ſacrificijs antiq̄ȝ
tam in lege Moyſi/q̄ȝ etiā i lege nature.⁊ ad im-
petrandam dei miam allegat ꝑfectionē maiorē
hui⁹ noſtri ſacrificij ſuꝑ oīa illa antiqua.Ultima
orō:Tua nos dn̄e medicinalis opatio.⁊c̄. ſuppli
cat ꝓ expurgatiōe a pctīs in virtute ſacrificij ve-
lut medicine cuiuſdā:ne forte pctīs nr̄is obſtāti-
bus a rectitudine fidei cum hereticis deuiemus.
¶Senſus moralis huius officij ꝓ p̄ſentib⁹ pa- Moralitas.
rum differt a ſenſu hiſtorico p̄dicto:niſi forte veli
mus addere:ꝙ nr̄a tēpeſtate hoīes ferme in oib⁹
ſtatib⁹ ppl'i chriſtiani poſſunt dici falſi ꝓphete:ſi
nō impleant vnuſquiſq̄ȝ ea q̄ ad ſuum ſtatū ꝑti-
nent:quē habitus exterior repreſentat.vnde ma-
lus epiſcopus vere ⁊ realiter eſt falſus ꝓpheta:
q: exterius habet veſtē ſanctitatis ⁊ boni paſto-
ris:ſed mores ei⁹ valde contrarij/ſunt mores lu-
pi rapacis:⁊ contra tales loquitur dominus per
prophetam Ezechielis.34.vbi dicit: ꝙ paſcunt
ſeipſos ⁊ non gregem dn̄i:imo ſpoliant gregem
lana ſua/comedūt lac/ ⁊ caſeū/ceteraq̄ȝ bona pe
coris:⁊ quod deterius eſt:comedunt carnes eius
occidentes omne quod craſſum eſt.⁊c̄. Eadē ra-
tione malus rex eſt falſus ꝓpheta:⁊ quilibet ma
lus iudex in eccl'ia dei:cuius opera cōtraria ſunt
inſignibus exterioribus iuſticie que p̄ſeferunt.
Idem diceretur de malo religioſo/ malo clerico/
malo ciue:⁊ quibuſcunq̄ȝ alijs.Notantur tamen
a doctoribus tres falſi ꝓphete omnium ꝑnci-
paliſſimi: diabolus/mundus/⁊ caro.quilibet eīm
iſtorum ꝓphetarum multa bona futura promit-
tit:que poſtea nō exhibet ſed cōtraria mala. ideo
oportet nos attendere a falſitatib⁹ eorum:ne de-
cipiamur. et iuxta doctrinam epiſtole: quicunq̄ȝ
hactenus decepti ſumus ab aliquo iſtorū: dein-
ceps exhibeamus membra/et omnes vires no-
ſtras ad ſeruiēdū deo ꝑ veram penitētiam emen
dantes in melius quod ignoranter geſſimus.⁊c̄.

## ¶Caput nonageſimūſe-
primum de officio none dn̄ice poſt pēthecoſten:
quo ꝑſecutio Gottorum/Hunnoꝝ/Uandalorū/
⁊ alioꝝ barbarorū/cōtra eccleſiam dei ſub aper-
tiōe ſeptimi ſignaculi enarratur: ⁊ punitio malo
rum prelatorum declaratur.

SEminatis i ec- Argumētū officij
cleſia dei hereſib⁹ p̄dictis:qui
dam imꝑatores ⁊ reges chri
ſtianoꝝ eis infecti ceperūt fa
uere hereticis:⁊ eoꝝ inductio
ne catholicos ꝑſequi apertis
bellis corporalib⁹. hoꝝ p̄m⁹
fuit valens imꝑator Cōſtātinopolitan⁹:q̄ etiā ro-
buſtiſſimam gentē Gottoꝝ/Uandaloꝝ et aliorū
ad hereſim Arrianā induxit:⁊ ꝯtra eccl'iam chri-
ſti incitauit:vt grauiſſimis bellis i ferro/ ⁊ igne fi
deles deuaſtarēt.alijq̄ȝ imꝑatores poſtea vt Leo/
Zeno/Anaſtaſi⁹ ſed⁹ cū p̄dictis Gottis intentes



cōtra eccleſiā dei coniurabāt poſt annos.400.
ere chriſti.Genſericus fuit p̄mus rex Uandaloꝝ:
qui eccl'ias grecie ꝑſequebatur.Totila rex Hun
norum contra Italiam. Halaricus rex Gottorū
contra Galliā ⁊ Hiſpaniā.De his itaq̄ȝ hereſum
fautoribus agitur in capitulis nono/decimo/ et
vndecimo Apocaly. ſub typo triū vltimoꝝ ange
lorū tubis canētium. De quito enim angelo ma
lo q̄ fuit valēs imperator dicitur in caplo.9.ꝙ da
ta ē ei clauis putei abyſſi.i.hereſis Arriane: ⁊ ſuo
fauore aperuit puteū iſtum:⁊ aſcendit fumus pu
tei.i.error ille in magnum fauorem mundanum:
⁊ ſol.i.chriſtus obſcuratus eſt in cordibus hoīm
a fumo illo:⁊ ſimiliter totus aer eccleſie catholi-
ce:⁊ tunc aperto illo puteo exierunt ab extremis
terre verſus ſeptentrionē locuſte Uandalorum/
Gottorū/⁊ Hunnorū:quorū diuerſitas pariter et
ferocitas ꝑ ſcorpiones/ equos/ ⁊ leones ibidē ſi-
gnificatur latiſſime.Huic.9.capitulo Apocaly.⁊
duobus ſequētib⁹ correſpondet hui⁹ diei officiū:
q̄ȝtum ad id qđ ibidē ſcribitur de imꝑatorib⁹ he-
reticoꝝ fautoribus. q̄ȝuis q̄ȝtum ad id qđ dicitur
in eiſdē capl'is de Gottis:⁊ Uandalis:alijſq̄ȝ bar
baris illi⁹ tēporis ꝓprie agat hiſtoria ſequēs li-
bri Job in ſeptēbri:⁊ dn̄ice ſub ea currētes.¶Et
q: hec dn̄ica menſis Auguſti cōiter eſt ꝓxima fe
ſto aſſumptionis virginis Marie:ideo introitus
Introit⁹ miſſe. miſſe huius die ad eā dirigitur dicēs. Suſcepi-
mus deus miam tuā.⁊c̄.ex pſal'.47.quo ⁊ virgo
Maria tēplum dei p̄dicaṫ:in cui⁹ medio.i. vtero
filiū dei ſuſcepimus q̄ eſt mia dei. ⁊ eccl'ia chriſti
catholica collaudaṫ: in cui⁹ medio.i.intra quam
miſericordiam dei.i.ſanam doctrinam catholice
fidei ſuſcepimus ad ſaluationē animarum/⁊ lau
dem dei.de qua ſubditur: ſecundū nomen tuum
deus ita ſit ⁊ laus tua.i. ſicut omnes chriſtiani tā
catholici q̄ȝ heretici inuocant nomen tuum vſq̄ȝ
ad fines terre:ita ſit in eis laus tua que eſt fides
recta ſine errore.nam omnis error in fide eſt con
tra honorem dei:quod vt faciat deus allegat ec-
cleſia iuſticiam eius : que requirit vt ipſe defen-
dat honorem ſuum dextera ſua puniens hereti-
cos ⁊ fautores eorum. Verſus:Magnus domi-
nus.⁊c̄.eſt principium eiuſdem pſalmi:quo red-
ditur ratio laudis dei predicte in ciuitate dei.i.in
eccleſia catholica:que edificata eſt in monte ſan-
cto eius.i.in altitudine fidei.⁊ ratio eſt/q: de⁹ eſt
valde magnus in maieſtate ſua:ideo eſt laudabi
lis nimis a fidelibus ſuis.imo vt ſapiēs dicit:eſt
maior omni laude humana.quare heretici ⁊ fau
tores eoꝝ oppoſitū faciētes/ ⁊ contra honorē dei
blaſphemātes veniunt puniēdi iuſto dei iudicio.
et hoc petebat eccleſia illius tēporis ſub apertio-
Oratio. ne ſeptimi ſignaculi.Oratio:Largire nobis que
ſumus.⁊c̄. petit ꝓ p̄ſentib⁹ grām ſanctiſpūs qua
fideles chriſti adiuti recte ſe habeāt in fide ⁊ mo-
ribus:ne forte decepti ab hereticis degenerent a
Epiſtole argumentum. chriſto ꝑncipe ſuo.¶Epiſtola:Debitores ſumus
non carni.⁊c̄.Roma.8.eſt ſermo ꝑlati illius tem
poris:⁊ in codē ſenſu confert p̄ſentibus: quo in-
ducit fideles ad modū viuendi ſpualiter:q̄tenus
efficiantur digni cōnumerari in eccl'ia dei:ne pro-
pter carnalem phātaſiā iuſto dei iudicio eijcian-
tur ab ea vt heretici.Et primo in hac epiſtola po
nitur prelati exhortatio. Secundo ibi: quicunq̄ȝ
enim.⁊c̄. additur dicti ratio. Tertio ibi:ſi autē fi-
lij.⁊c̄.eadem ratio confirmatur ex premio.Dice-
bant ergo prelati illius temporis fidelibus pre- Prima ps epl'e.
dicātes.fratres debitores ſumus.i.obligati ex le-
ge dei ad aliquam vitā ſeu modū viuēdi : ſed nō
carni vt ſecundū carnem viuam⁹.i.vt ſeq̄mur de
ſideria carnalia: ⁊ phātaſiam mundanam ꝑ cu-
rioſitatem ⁊ ſuperbiam: vt faciunt heretici.hunc
enim modum viuendi deus prohibuit Geneſis
4.dicēs:Subter te erit appetitus tuus et tu do-
minaberis illius:⁊ loquitur de appetitu carnali.
ideo peccat qui contrarium facit. ſtipendia autē
peccati mors.ergo ſequitur:ſi enim ſecundū car-
nem.i.carnalem appetitū vixeritis ſequendo ei⁹
inclinationem:moriemini hic ⁊ in futuro ſeculo.
ſi autem ecōtrario.ſpiritu.i.ratiōe recta.facta car-
nis.i.operationes ſenſuales mortificaueritis re-
ſtringendo appetitum carnalem:viuetis ſpūali-
ter ꝑ gratiam ⁊ in eccl'ia ꝑ reſidentiam:quia ha-
bebitis i ea officia ⁊ dignitates.Cuius ratio ſub
ditur: quicunq̄ȝ enim agūtur.i.diriguntur in acti- Secūda ps epl'e.
bus ſuis ſpū dei mouēte ſpūm humanū ad bo-
num:hi.i.tales filij dei ſunt adoptiui.nā de natu
rali ⁊ vero filio dei dr̄ Luce.3. ꝙ agebatur a ſpi-
ritu ſancto : ⁊ eadem ratio eſt de filio adoptiuo.
Preterea ꝓbatur hec filiatio ex donoꝝ differen
tia.non enim accepiſtis in lege euāgelica ſpūm
ſeruitutis .i. inſpirationē a deo qua inducamini
ad legis ſue obſeruātiā in timore.i.ex timore pe-
narum:iterum.i. ſicut in lege veteri q̄ data eſt cū
timoroſo tonitru in monte Sinai: ⁊ illa faciebat
homines quaſi ſeruos vt docet apl's Galat.4.
ſed accepiſtis in lege euangelica ſpūm adoptio-
nis filiorum.i. inſpirationē qua obſeruetis legē
dei ex amore ad modum bonorum filiorū in do
mo patris.in quo ſpū adoptionis eſtis iam rece
pti in filios dei cuſtodientes legē eius ex amore
charitatis:que foras emittit timorē ſeruilem.quo
ſpiritu adoptionis prediti clamamus .i. clama-
re poſſumus ad deum noſtrum abba.i.pater:qđ
non licebat in lege veteri.nunc autem chriſti do
mini noſtri inſtitutione edocti audemus dicere:
Pater noſter qui es i celis.⁊c̄.Mathei.6.in ve-
teri autem lege homines tanq̄ȝ ſerui meticuloſi
non audebant deum appellare patrē:ſed domi-
num quaſi terribilem.eſt enim pater nomē amo
ris:dominus nomen timoris.Probatur etiā no
ſtra filiatio ex mirabili efficatia dei ſuper nos:q:
ipſe ſpirituſſanctus regens eccl'iam dei teſtimo-
nium reddit per multa miracula fidem noſtram
confirmantia: ꝙ filij dei ſumus omnes bene te-
nentes fidem catholicam.quare heretici eam cor-
rumpentes non filij dei ſed ſerui nequam deo
odibiles ſunt.non ergo ſibi vendicant perfectio-
nem euangelice veritatis filiorum dei: imo nec
imperfectionem legalis ſeruitutis antique:quia
illi quāuis eſſent ſerui: erant tamen boni et deo

accepit:vt ꝓbat apl's Hebꝛe.3.heretici autē ſunt
Tertia ps epiſtole
ſerui nequā ⁊ reprobati apud deum. Eſt autem
conſuetudo in qualibet domo bñ gubernata: ꝙ
filius ⁊ ſeruus differunt ꝗ̄tum ad honorem ⁊ vti
litatem que retribuitur bene laborātibus in ea-
dem domo. nam ſeruo datur merces laboris a
domino:filio autem hereditas a patre.patet hoc
exemplo Geneſ.25. vbi dicitur ꝙ Abraham de-
dit omnem ſubſtantiam ſuam Iſaac filio ſuo he
reditatem:ſeruis autem ⁊ filijs concubinarū lar
gitus eſt munera. Hereditas vero iam diu pro-
miſſa fidelibus eſt eccl'ia chꝛiſtiana ſiue militās:
ſiue triumphans. ſi ergo nos fideles fuerimus
filij dei:erimus ⁊ heredes eccleſie ſue habētes in
ea regimen ⁊ ꝑlaturam. ⁊ reſpectu quidem pſo-
ne patris erimus heredes dei tanꝗ̄ filij. ſed re-
ſpectu pſone filij erimus coheredes chꝛiſti:quem
deus pater conſtituit heredem vniuerſoꝝ bo-
noꝝ ſuoꝝ: vt apoſtolus dicit Hebꝛe.1. Nos er-
go erimus fratres eius ſub eodem patre cohere
des.i. cōparticipantes ſecū in eadem hereditate
eccl'ie ſue.ita ꝙ ſicut ipſe chꝛiſtus habet officium
paſtorale in ſua eccl'ia:ita ⁊ nos ſub eo eandē di-
gnitatem habebimꝰ.heretici vero tanꝗ̄ mali ſer
ui verberati plagis multis eijcientur ab eccl'iaſti
Graduale
cis dignitatibꝰ. ¶Cantus gradualis:Eſto mihi
in deum.⁊c̄.ex.ps. 30.eſt vox illius eccl'ie petētis
a deo ꝓtectionem:⁊ locū refugij a ꝑſecutione he
reticoꝝ:ne ꝑ deceptiones eorum ſeducta confun
datur vt notat verſus ſequens: In te dñe ſpera-
Aleluia.
ui.Aleluia: Magnus dñs.⁊c̄. ex ps.47. repetit
quod dixerat in miſſe introitu de excellentia di-
uine maieſtatis:qua eſt dignꝰ laudari/atꝗ̄ hono
rari ſincera fide a fidelibꝰ eccleſie ſue:⁊ introduci
tur ex pſona ꝑlati ad alliciendū populū in amo
rem dei:vt permaneat firmus in fide catholica.
Euange lij argu- mentum.
¶Euangelium: Homo quidam erat diues.⁊c̄.
Luce.16. ꝑlatorum hereticoꝝ electionē a ſua di-
gnitate porpter nequitiam eorum ex rectitudine
iuſticie dei parabolice declarat. Ubi primo ꝓpo
nitur hereticoꝝ prauitas iuſte punienda. Secun
do ibi:ait autē villicus:oſtenditur ꝑlatoꝝ digni-
tas diſcrete corrigenda. Tertio ibi:⁊ ego dico vo
bis.⁊c̄. conculuditur ꝓximoꝝ charitas ſollicite
Prima ps euan- gelij.
requirenda. Exigit lex diuine iuſticie vt ille ꝗ ad
gradum/vel ſtatū honoris in eccl'ia dei aſſumptꝰ
eo male vtitur:vt inde remoueatur/⁊ alius loco
eius inſtituatur in eodē gradu:ꝗ bene vtatur con
ceſſa ſibi ptāte. Sic eñ iudeis dixit chꝛiſtꝰ Mat-
thei.21.auferetur a vobis regnū dei.i. regimē ec-
cleſie:et dabitur genti facienti fructus eius. Si-
mile ꝓbat de ꝑlatis hereticis parabola nr̄i euā-
gelij:quam in illo tempore.ſ. apertionis ſeptimi
ſignaculi poſt ānos chꝛiſti dñi.400. Ieſus dixit
non tam verbis ꝗ̄ experiētia facti:diſcipulis ſuis
fidelibus.ſ.chꝛiſtianis.homo quidā vnicus ⁊ ſin
gularis.ſ. filius dei habēs naturam humanam:
erat diues in terra latiſſima eccl'ie ſue poſſeſſiōe:
in qua habebat quendam villicum.i.diſpenſato
rem ſue doctrine ⁊ ſacramentorum.⁊ hic erat or-
do ꝑlatorum:de quibus apoſtolus Paulus lo-

quens.1.Corin.4.ait: Sic nos ꝑlatos exiſtimet
homo vt miniſtros chꝛiſti/⁊ diſpenſatores mini-
ſteriorum dei. hic ordo ꝑlatorum tunctempoꝛis
diffamatus eſt apud illum.i.clariſſime cognitus
ab eo: ꝙ diſſipaſſet/imo ⁊ peruertiſſet bona illi-
dogmata ⁊ ſacramenta.ſ.ꝑdicando errores/⁊ mu
tando ſacramentorum formas. et vocans illum
dominus ꝑ immiſſionē ꝑſecutionis contra eum:
ait illi:ꝗd hoc mali audio de te:q.d. inique agis
officium tibi cōmiſſum. redde rationē(ſi quā ha-
bes)villicationis.i.diſpenſatiōis tue.⁊ qꝛ nullam
bonam dare poteris:expellā te ꝑ miniſtros iuſti
cie mee ꝑncipes ſeculares:⁊ iam nō poteris am-
plius villicare.i.adminiſtrare in tuo gradu:quia
nō amplius ſuſtinebo iniquitatē tuā. Aduerten-
dum hic ꝙ ſacra ſcriptura ſepius figurate loqui-
tur de toto ratione vniꝰ partis.⁊ qꝛ in ordine ꝑla
torum aliꝗ erant heretici illo tēpore:ideo totus il
le ordo hic reꝑhenditur quaſi diſſipator bonoꝝ
eccl'ie dei ꝓpter hereticos eoꝝ. Itē qꝛ multi ꝑla-
torum illius tēporis erāt catholici ⁊ ſancti hoīes:
ideo ꝓpter eos ſubditur prudēs ⁊ diſcreta corre
Secūda ps euan- gelij.
ctio huius ordinis. Ait autem villicus.i. ꝑlatoꝝ
ſtatus intra ſe.i. rediens ad cor ſuum ꝑ peniten-
tiam.quid faciā ad placādum iram diuine vltio-
nis quā iuſte mereor:qꝛ dñs meus ieſus chꝛiſtus
aufert a me.i.auferre diſpoſuit ꝑ violentiam ꝑn-
cipum ſecularium:villicationē.i.adminiſtrationē
iſtam:difficile igitur erit mihi de remedio ꝓuide
re.nam fodere nō valeo.i.ſcindere corda heretico
rū indurata timore dei:niſi diuina gr̄a ipſa emo-
lliat.mēdicare erubeſco doctrinā veritatis a viris
catholicis (quia heretici ſuꝑbia elati erubeſcunt
⁊ dedignantur ab alijs edoceri) hoc ergo vnum
mihi supereſt conſiliū. ſcio ꝗd faciam erga ꝓxi-
mos mihi ſubditos.ſ.miſericordiā:qꝛ illa erit mi-
hi cauſa meritoria:vt cum amotus fuero vel per
mortem/vel ꝑ depoſitionē a villicatione iſta:reci
piant me.i. ꝓ me recipiēdo orent deū.in domos
ſuas.i.ſibi paratas in celo.de quibꝰ chꝛiſtꝰ Ioan
nis.14. In domo patris mei manſiones multe
ſunt.q.d.bona adminiſtratio ꝑlatorum erga ſub
ditos eſt cauſa meritoria ꝙ ipſi poſt hanc vitam
bene recipiantur in celo:iuxta verbū chꝛiſti:euge
ſerue bone ⁊ fidelis.⁊c̄.intra in gaudium dñi tui
Matthei.25. Ponendo ergo cōſilium in effectu:
conuocatis intra eccleſiam ſingulis debitoribus
domini ſui.i. fidelibus ſubditis:qui omnes ſunt
debitores deo:non ſolum ratione peccatoꝝ quo-
rum reatus habent ad penas: ſed etiam ratione
ꝑceptorum ad que omnes obligantur/⁊ ſunt eo-
rum debitores iuxta illud Luce.17. Cum feceri-
tis omnia que ꝑcepta ſunt.⁊c̄.dicite quod debui-
mus facere fecimus. His inquam debitoribus
adunatis in eccleſia.dicebat ꝑlatus tunctempo-
ris. primo.i.diuiti in ſeculo dicebat/ quātum de-
bes domino meo chꝛiſto.i.ad que ꝑcepta es obli
gatus ſecundū ſtatū tuum.at ille dixit edoctus a
ſuo paſtore:centum cados .i. amphoras olei de-
beo.hoc eſt ad opera miſericordie ꝓximis exhi-
benda ſum obligatus. nam oleū miſericordiam



ſignificat: centenarius vero pfectionem operis.
ex accumulatiōe enim denarij cōſurgit.ergo mi-
ſericordie opera decem ꝑceptis ſunt ex pfectione
accumulanda: que maxime diuitibꝰ pertinent ꝗ
habent ſubſtantiam huius mundi: ne claudant
viſcera ſua a proximis neceſſitatem patientibus.
Dixitꝗ̄ ꝑlatus illi ſubditorum ordini talia ope-
ra facienti.accipe cautionem tuam.i.obligationē
tibi datam a deo:diligēter exequere in proximos
vt abſoluaris ab ea.⁊ ſede cito.i. paulopoſt mori
turus eſto paratus.⁊ ſcribe quinquaginta .i. fir-
miter expecta iubileum tue plenarie abſolutio-
nis a deo pro tuis bonis operibus. Deinde pre-
latus dixit alio.i.alij ordini ſubditoꝝ.ſ. pauperi.
tu vero quantū debes.i.ad que precepta obliga-
ris in tuo ſtatu:qui ait edoctus a prelato. cētum
coros tritici.i. perfectam mortificationē carnis ꝑ
penitētiam. nam triticū mortificationē ſignifica-
re teſtis eſt qui dixit:niſi granum frumēti cadēs
in terram mortuum fuerit.⁊c̄.Ioāni.12. Aitꝗ̄ illi
ꝑlatus.accipe per diligentem operationem litte-
ras tuas.i. ꝑcepta obligatoria tibi data a deo vt
abſoluaris a toto debito:⁊ ſcribe.i. firma tibi ſpē
diuine retributionis:octoginta.i.beatitudinē per-
fectam in corpore ⁊ anima:ꝗ dabitur tibi in octa
ua etate reſurgentium.octonarius enim beatitu
dinum(que traduntur in euāgelio)ductus in de-
narium ꝑceptorum dei:pficit ſummā octogena-
rij:quia deuota obſeruantia mandatoꝝ dei cum
operibus ſupererogationis : que ſunt beatitudi-
nes vie: perducit hominem ad gloriā octaue eta
tis:de qua apoſtolus.1.Corin.15. oportet morta-
le hoc induere immortalitatē.⁊c̄. Et laudabit do-
minus ieſus chꝛiſtus villicum .i. ſtatū ꝑlatorum
taliter miniſtrantē verba ſalutaris doctrine ſub-
ditis ſuis. quāuis nihilominus i ſtatu illo eſſent
multi operarij iniquitatis i tempore ſupradicto.
laudauit inquam : quia prudēter egiſſet cum de-
bitoribus ꝓximis ſuadēs eis vt citius adimple-
rent quod debebant.nam vnicuiꝗ̄ monita ſalu
tis dedit in ordine ſuo. diuites enim ⁊ primates
populi quaſi magis delicati ad opera mie cum
proximis facienda directi ſunt.at pauperes ⁊ in-
feriores plebis:quia magis laboꝝ patiētes edo
cti ſunt:de laboribus penitentie. ⁊ hoc parabola
ſumpta ex vita ſecularium hominū: in qua filij
huius ſeculi.i.homines ſeculariter viuentes pru
dentiores/ vel aſtutiores/aut diligentiores ſunt
in generatione ſua.i.in ſuo modo viuēdi ad con-
ſequendū finem ſuum in hoc mundo:quam filij
lucis.i.homines ſpūaliter viuētes ac diuinis ob-
ſequijs mancipati:qui ad beatitudinem ſibi pro
miſſam minus diſcrete/minuſꝗ̄ diligenter pro-
perāt.ait enim Ambroſius:quid eſt hoc mali fra
tres:ſi promittam tibi pecuniam illico manum
porrigis:nunc vero redēptio anime ꝓmittitur:et
Tertia ps euāgelij.
nemo feſtinat. Super omnia tamen prelatorum
ordinem reddit deo acceptum charitas ꝓximo-
rum/⁊ amicitia ſubditorum. ideo ſequitur:⁊ ego
dico vobis certificando vos de re valde neceſſa-
ria.facite vobis amicos ſubditos veſtros.i. ꝓcu-

rate vt vos diligant tanꝗ̄ patres in chꝛiſto:⁊ hoc
facietis de māmona iniquitatis.i.de diuitijs ⁊ bo
nis huius ſeculi: que ideo dicunt iniquitatis: qꝛ
non ſunt vere diuitie ſed egeſtate plene:vl' quia
non ſunt diuitie niſi iniquis ⁊ malis hominibꝰ.
nam iuſti ſola bona celeſtia diuitias reputāt.vel
quia mundani inique eas retinent:quibus date
ſunt ad ſupplendas neceſſitates ꝓximoꝝ.⁊ diui-
tiarum noīe in ꝓpoſito intelligi debet omne bo
num nature/fortune/aut gr̄ie quo fratribus pro
deſſe valemus. Facite ergo vobis amicos mul-
tos fideles ꝓximos vr̄os exercēdo in eos opera
charitatis/vel corporalia/vel ſpūalia de bonis ꝗ
a deo recepiſtis i hoc mūdo:vt cū defeceritis ab
hac vita ꝑ mortem:recipiāt vos.i.recipi ꝓcurent
ſuis orōnibꝰ apud deū:in eterna tabernacula.i.
in beatitudinē eternā multis gradibꝰ diſtinctam.
Et quia ꝑlati eccl'ie abūdant diuitijs/ honoribꝰ/
lr̄is/conſilijs/ac verbis cōſolatorijs: debent mul
tum curare vt de his benefaciant ꝓximis ꝗ̄tum
poſſint.nā talibus operibꝰ reddetur eis deꝰ pro-
pitius/⁊ recipiet eos in ethereas manſiones poſt
curſum huius vite. ¶Cantus offertorij. Popu-
Offerto- rium.
lum humilem ſaluum facies.ex ps.17. eſt oratio
eccl'ie ad deum petēs vt diuerſis ꝑlatorum meri
tis diuerſa referat ſtipendia:quibus catholicos ⁊
humiles ſaluet a pſentibus tribulationibꝰ tyran
norum/⁊ a futuris penis infernoꝝ.econtra vero
hereticos/⁊ ſuperbos deꝑmat:adeo vt ſic vexati
cognoſcant quia non eſt alius deus in celo neꝗ̄
in terra preter eum quem colit fideliū chꝛiſtiano
rum eccl'ia. Oratio ſecreta. Suſcipe munera.⁊c̄.
cōſonat euāgelio petens a deo gr̄am ꝗ fideles ⁊
nūc ſancte viuāt: ⁊ poſtea digne recipiant in pre
Commu- nio.
mio eterno. ¶Cantus cōionis:Guſtate ⁊ videte:
⁊c̄.ex ps.33.ſuauem ⁊ benignum ꝑdicat deū his
qui recta fide colūt ipſum/⁊ ſperāt in eo. Orō fi-
nalis:Sit nobis dñe.⁊c̄.petit ſalutē corporis ⁊ aīe
fidelibꝰ ꝑ virtutē ſacrificij eucharistie : cuiꝰ recta
fide exequimur cultū ꝑter morem hereticoꝝ: qui
de hoc ſacramēto ⁊ quibuſdā alijs male ſentiūt.
Ex officio ergo huius dñice ſatis inſinuatur pra
uitas hereticoꝝ ꝑlatorum illius tēporis:propter
quā multi eoꝝ amoti ſunt a dignitate officij ſui
tanꝗ̄ diſſipatores bonorum chꝛiſti:in quoꝝ lo-
cū alij catholici ſubrogati vacabāt eleemoſinis/
ꝑdicationibꝰ/alijſꝗ̄ miſericordie operibꝰ in edifi
cationē ꝓximoꝝ: vt eoꝝ orationibꝰ impetrarent
ſibi admiſſionē in eterna tabernacula gl'ie. Fini-
ta eſt ergo ſecūda hiſtoria huius tēporis peregri-
nationis ꝗ eſt de libris ſapiētialibꝰ Salomonis
⁊ alioꝝ ſub tribus dñicis compꝑhenſa. ¶Ex qua
Moralis- tas.
ad ſenſum moralem ꝓ fidelibꝰ noſtri temporis
dici pōt ꝙ libri ſapiētiales Salomonis ⁊ alioꝝ
ſapiētū:ideo nobis legūtur in Auguſto mēſe ca-
lido eſtū carnaliū vitioꝝ ſignificāte:ad denotan-
dū ꝙ inter ea ſapiēter nos regere debeamꝰ: ſicut
in medio natiōis ꝑuerſe. ad hoc aūt bonum regi
men ꝑmo reꝗritur vt vitā nr̄am renouemus per
penitentiam : vt docet epiſtola prime dominice
huius hiſtorie .ſ. quicunꝗ̄ baptizati.⁊c̄.et illa eſt

anime refectio: q̄ in panib⁹ euãgelij ſignificatur
iuxta illd̃ pſal.41. Fuerũt mihi lachꝛyme panes
die ac nocte.ꝛc.his facile adaptantur alie partes
huius officij q̄ in choꝛo cantãtur/ꝛ in altari. Se-
cundo req̄ritur bonoꝝ operũ frequẽtatio: de q̄ in
epiſtola ſc̃de dñice: ſicut exhibuiſtis mẽbꝛa.ꝛc.ad
quoꝛum operũ pfectionẽ ptinet euitare ypochꝛi-
ſim: de qua in euangelio. attendite a falſis pꝛo-
phetis.ꝛc.Tertio requiritur vt in eccl̃ia dei fideli-
ter cõuerſemur tanq̃ filij/nõ coacte vt ſerui: quo
rum differentiam ep̃la tertie dñice explicat.nam
diſſipatoꝛes bonoꝛum eccl̃ie chꝛiſti expellunt a
ſuo miniſterio: vt euangelium declarat .ſ.homo
quidam erat diues. Alia omnia his facile cõcoꝛ-
dant vt patet ex pꝛedictis.

## ¶ Caput nonageſimum

octauum de officio decime dñice poſt pentheco-
ſten: quo eadẽ hiſtoꝛia pſecutionis Gottoꝝ ꝛ alio
rum barbaroꝛũ contra eccleſiã dei continuatur.

Argumẽ-
tũ officij

SIcut in veteri le-
ge poſt regnũ Salomonis fa-
ctum ẽ ſciſſma regni Iſrael in-
ter Roboã ꝛ Ieroboan/ꝛ dein
ceps in ſucceſſoꝛib⁹ eoꝝ: vt pa-
tet ex.3.libꝛo Regũ.ſic in eccle
ſia chꝛiſti poſt Cõſtantini tẽpoꝛa ꝛ alioꝛũ impera
toꝛum fidelium: facta eſt pꝛopter hereſes multas
diuiſio inter eccl̃iã grecoꝛum ꝛ latinoꝛum. nam
patriarcha Cõſtantinopolitan⁹ receſſit ab obe-
dientia romani pontificis faciens ſe caput gre-
coꝛũ velut alter Ieroboan: qui erexit ſibi caput
regni in Samaria cõtra domum Dauid: qui re-
gnabat in Hieruſalem/ꝛ cui coꝛreſpondet pꝛinci
patus romani pontificis. Hanc ergo eccl̃ie diui-
ſionem inſinuant hiſtoꝛie due que ponuntur in
ſeptembꝛi: videlicet hiſtoꝛia Iob p duas dñicas:
et hiſtoꝛie Thobie/ Iudith/Heſter p alias duas
dñicas eiuſdẽ menſis.per quas vult eccl̃ia mon
ſtrare grauiſſimas pſecutiones Gottoꝛum/Aga-
renoꝛum/alioꝛumq̃ contra fideles chꝛiſti in tota
Europa/ꝛ etiam in Affrica/ꝛ Aſia. Hec autẽ do
minica decima cum ſequẽte coꝛreſpondet nono/
decimo/ꝛ vndecimo capitulis Apocalypſis q̃tũ
ad id quod referunt de Gottis/Hũnis/ꝛ Uãda-
lis hereticoꝛum fautoꝛibus ꝛ fidelium pſecutoꝛi
bus.de quibus circa annos chꝛiſti quadringen-
tos et quinquaginta ſub Anaſtaſio imperatoꝛe
heretico eccleſiam tribulantib⁹: dicitur ad finem
capituli.9.Apocalypſis. Et ſextus ãgelus tuba
cecinit.ꝛc. ſequitur. ꝛ ſoluti ſunt quattuoꝛ angeli
qui parati erant vt occiderent tertiam partẽ ho-
minum.ꝛ numerus equeſtris exercitus eoꝛũ vi-
cies millies dena millia.ꝛc. per ſextum angelum
imperatoꝛ deſignatur. per alios quattuoꝛ ange-
los malos reges Gottoꝛum.ſ. in Grecia/Italia/
Gallia/ꝛ Hiſpania.quia tamen illi erãt tres bar
baroꝛum nationes.ſ. Uandali/Hunni/ ꝛ Gotti:
ideo ſequitur: ab his trib⁹ plagis occiſa eſt ter-
tia pars hominũ de igne/ fumo/ ꝛ ſulphure que

pcedebãt ex oꝛe ipſoꝝ. per ignem accipe zelum
ſue falſe doctrine.per fumum ignoꝛantiam veri-
tatis.per ſulphurem fetidam vitam: ꝛ turpia ver
ba eoꝛum. Hiſtoꝛia vero libꝛi Iob: que in matu- Matutini
tinis huius diei incipitur: figurat chꝛiſtum in ec-
cleſia ſua afflicta illis tẽpoꝛibus quaſi plagatũ
iacentem in ſterquilino deſpectionis/ ꝛ deriſum
ibi a falſis amicis: hoc eſt a chꝛiſtianis hereticis.
¶ Unde miſſe introitus: Ecce deus adiuuat me: Introitus
ex pſalmo.53.eſt vox patientiſſimi Iob.i. pꝛelati miſſe.
de miſericoꝛdia dei pꝛeſumẽtis: qui adiuuat ſer-
uos ſuos in tribulatione poſitos.ꝛ oꝛat p inimi
coꝛum diſperſione vt conuincãtur veritate mani
feſta fidei catholice. Uerſus: De⁹ in nomine tuo
ſaluum me fac.ꝛc.pꝛincipiũ eiuſdem pſalmi: pe-
tit liberari ab illa perſecutione in virtute iuſticie
dei iudicantis pꝛo fidelibus contra Gottos. Oꝛa Oꝛatio.
tio: Pateant aures ꝛc.exaudiri vult pꝛeces ſup-
plicantium fidelium p̃dictas.vel ſi iuſte nõ ſunt:
⁊ fratribꝰ ſpūalibꝰ ex charitate:metet vitā eternā
.i.premium eternum de ſpiritu ſancto.et ſicut pre
miū eſt eternum:ſic ⁊ nos bonū facientes proxi-
mis nō deficiamus.i.perſeueremꝰ cōtinue : q̄ et
ſi nō ſtatim ꝑmiamur:tēpore ſuo.ſ.in octaua eta-
te reſurgentiū metemus premiū / nō deficiētes.i.
eternaliter viuētes . Ergo quicunq; ſumus ſiue
ꝑlati erga ſubditos/ſiue equales ad coequales/
ſiue ſubditi ad ſupiores operemur bonū ad oēs
ſi facultates ſufficiūt:dū habemꝰ tēpꝰ merēdi in
hac vita.maxime aūt.i.prius ⁊ principalius debe
mꝰ benefacere ad domeſticos ⁊ cōciues fidei par
ticipes.ait enim apl̃us prime Thimo.5. q̄ ſuorū
⁊ maxime domeſticoꝝ curā non habet: fidem ne
Graduale. gauit/⁊ eſt in fideli deterior. ¶ Sequit̃ graduale:
Bonū eſt cōfiteri dño.⁊c.ex ꝑs.91.quo fideles in
eccl̃ia chriſti cōmonēt ſe ipſos ad ſeruiendū deo
per confeſſionē vere fidei catholice. quod maxi-
me fit in horis canonicis diurnis ⁊ nocturnis:vt
ſequens verſus declarat: ad annunciandū.⁊c.ex
eodē ꝑs.Huius cōmonitionis ratio redditur. in
Alleluia. Alleluia:quoniā deus magnus.⁊c.ex ꝑs.94.deꝰ
enim eſt rex regū ⁊ dñs dominātiū ſuper omnē
terrā.ergo ſibi potius q̄ alijs principibus ⁊ ꝑla-
tis eſt ſeruiendū/⁊ ab eius obediētia nō eſt rece-
Euāgelij argumentum. dendū. ¶ Euāgeliū vero: Ibat ieſus.⁊c.ex.7. ca-
pitulo Luce.deſcribit ſtatū imperialē velut vnicū
filiū ſancte matris eccleſie (que ſui ſponſi abſen
tia vidua dicitur) oſtenditq; in predicta etate ſta
tum ipſum fuiſſe mortuū multiplici hereſi tunc
craſſante:ſed propter eccleſie ſupplicātis cōſola-
tionē deus ſuſcitauit quoſdam catholicos princi
pes ⁊ fidei chriſtiane zelatores:qui mahumeticos
populos debellarent/⁊ a finibus romane ecclie
expellerēt:vt vel ſic defunctus filiꝰ redderet̃ viuꝰ
matri ſue: quo autore infideles deū timere inci-
perent/⁊ eccl̃iam dei magnificare.In quo euāge
lio primo oſtenditur caſus imperialis dignitatis.
Scd̄o ibi quā cū.⁊c.declarat̃ remediū diuine ma
ieſtatis.Tertio ibi:accepit autē.⁊c.addit̃ repreſſio
infidelitatis.In illo itaq; tēpore.ſ.annoꝝ fere ſex
Prima ps euāgelij. cētoꝝ ⁊ quinquaginta poſt chr̄ianū natalē: ibat
ieſus ꝑ virge correptionē in.i.cōtra ciuitatē ecclie
que tūc vocabatur Naim.i. fluctus vel cōmotio.
erat enim tunc magna romani imperij cōmotio
⁊ cōtra principes eius rebellio. fluctuabatq; illiꝰ
ſtatus.⁊ ibant tunc cū illo diſcipuli eius.i.prelati
ecclie ſuis predicatiōibꝰ increpātes maloꝝ chr̄ia
noꝝ improbitatē.et turba copioſa minoꝝ fideliū
in adiutoriū prelatoꝝ. Cū autē appropinquaret
porte ciuitatis.i.fidei catholice defendende.fides
em̄ eſt ecclie porta.extra quā ecce defunctus ſpi-
rituali morte efferebatur ſeductꝰ ab hereticis pre
latis Cōſtātinopolitanis : ſtatꝰ imperialis vnicꝰ
filius matris ſue ecclie.quia vnicus eſt chr̄ianoꝝ
imperator ſuper oēs alios reges eoꝝ. et hec mat̃
eccleſia vidua erāt.i. carens preſentia corporali
chriſti ſponſi ſui.ſed nō ideo ſolā ipſam reliquit:
quia turba ciuitatis ſuperne.ſ.angeloꝝ cuſtodiē
tiū ⁊ conſolantiū erat multa cū illa ad tranſeun-
dū per huius vite labores.vnde licet impatores/
⁊ alij reges ipam deſerāt abnegātes fidē ⁊ fauen
tes hereticis:tñ ſola nō remanet circūdata mul-
Scda ps euāgelij. tis ſanctoꝝ angeloꝝ turbis.Ipſe etiā chriſtꝰ ſpō-
ſus eius cōſolatur ipſam remedijs oportunis lo-
co maloꝝ principū bonos ſubſtituēs . eā ergo cū
vidiſſet dñs in tanto merore poſitā:miſericordia
motus ſuper illā dixit illi nō verbo vocis ſed ex-
periētia operis:noli flere quaſi deſperās de auxi
lio dei.et acceſſit ꝑ correctionē iuſtā:et tetigit locu
lū.i.ſoliū imperiale Conſtantinopolitanū multiſ
tribulationibꝰ ipm̄ afficiēdo. Hi aūt q̄ portabāt

imperatorem defũctum.i.hereſiarche ſteterũt: q̄
repreſſi ſunt a romanis prelatis ⁊ ſacris cõciliis.
et ait chriſtus per inſpirationem ſuam Charolo
Pipini regis Francorũ filio.adoleſcens per vi-
rium ſpiritualium augmẽtum:tibi dico ſurge in
adiutorium eccleſie/⁊ ad regimen romani impe-
rii.nam circa annos ere chriſti fere ſeptingentos
Stephanus papa ſecũdus ⁊ Leo tertius dimit
tẽtes imperatores grecos (quos diu ſuſtinuerãt
romani dure impantes)elegerũt Charolum pre
dictũ in imperatorẽ chriſtianoꝝ/.⁊ alios latinos
poſt eũ regnãtes.Et ſic reſedit ſtatꝰ impialis apd̃
latinos:q̄ in grecia iã erat mortuꝰ tã ĩ fide q̃ʒ etiã
in ſclari poteſtate:obſiſtẽtibꝰ ſibi tartareis turcis.
⁊ cepit ille ſtatꝰ loq̃ verba fidei catholice ĩ laudẽ
chr̄i ſui redẽptoris:quã antea ille ſtatus negabat
fauẽs hereticis.et chr̄us dedit illũ filiũ viuũ ma
tri ſue eccl̃ie:q̄ deíceps imperatorẽ habuit catho

Tertia ps euãgelii.

licũ ⁊ eccl̃ie romane fautorẽ.Carolus ergo acce-
pto imperio ſuccenſus zelo fidei ꝯtra Mahume
ticos ĩ fideles taliter dimicauit:ꝙ accepit eos oẽs
timor/et expulſi ſunt ab Italia et Gallia.fideles
aũt latini magnificabãt deũ de tãta victoria Ca-
roli dicẽtes.q̄a ꝓpheta magnꝰ.ſ.Carolus cogno
mẽto magnꝰ ſurrexit ad imperialẽ ſtatũ regẽdũ
in nobis latinis. et quia deꝰ viſitauit plebẽ ſuã
eccleſiã romanã dãdo ei tã catholicũ principẽ: q̄
reprimeret infideliũ ferocitas. ¶Cãtꝰ offertorii.

Offertorium.

Expectãs expectaui.⁊c.ex ps.39.eſt vox eccl̃ie ex
ultantis de nouo imperio latinoꝝ:quo ſpes eius
in dño ad impleta eſt ⁊ oro exaudita.vnde ⁊ im-
miſit in os meũ canticũ nouũ pro gratiarũ actio
ne.Secreta oro.Tua nos dñe ſacramẽta.⁊c.attri
buit totũ hoc bonũ virtuti euchariſtie q̄ in eccl̃ia

Coio.

latina deuotiꝰ offert.¶Cantus cõionis. Panis
quẽ ego:ex.6.caplo Joãnis:eidẽ ſentẽtie ꝯſonat.
Vltia oro:mẽtes nr̄as:cõmendat deo fideliũ mẽ
tes ⁊ corpa:orãs vt ꝟtute ſacramẽti euchariſtie ꝑ-
ueniãtur tuenda ab oibus peccatis ⁊ penis coꝝ.

Moralitas.

¶Ex toto ergo officio hodierno colligi põt mo-
ralis doctria q̄ pncipes ad ſubditos/⁊ ſubditi ad
pncipes eq̄nimiter ⁊ religioſe ſe habeant.incutit
etiã timor pctoribꝰ q̄ a ſuis pctis deſiſtãt:ne forte
ſupueniat eis diuie vltionis flagellũ:iuxta illud
deutero.32.ipi me ꝓuocauerũt in eo qui nõ erat
deꝰ: ⁊ ego ꝓuocabo eos in eo q̄ nõ eſt pplus/in
gẽte ſtulta irritabo eos.Tandẽ peccator mortuo
comparat:q̄a caret grã q̄ eſt vita aie.et ſicut mor
tuꝰ nõ poteſt reſuſcitari niſi p miraculũ a deo:ita
neq̃ʒ pctor põt naturaliter ad gratiã redire niſi
miraculoſe trahat a deo.hoc tñ nõ eſt eque diffici
le in oibus pctoribus.qd̃ egregie ſignificatũ eſt ĩ
tribus mortuis:quos euangeliũ narrat a chriſto
reſuſcitatos.nã filiã archiſinagogi intra domum
conſciẽtie mortuã chriſtus quaſi inſenſibiliter ſu
ſcitauit.filiũ autem vidue(de quo in hoc euange
lio) publica voce corã omnibus erexit extra por
tã ciuitatis:que eſt exterior operatio peccati. De
mum vero lazarũ quatriduanũ mortuũ non ſine
lachrimis et clamore magno a monumento vo-
cauit:quo cõſuetudinarius peccator ſignificatur.

## ¶Caput cẽteſimũ quintũ

de officio ſeptime decime dñice:proſequitur ma-
humetice gẽtis pſecutionẽ cõtra eccl̃iam:dei cor-
reſpõdenter ad capl̃m q̄rtũdecimũ apocalypſis.



Argumẽtũ officii.

Interpoſita gre-
corũ punitione:qui occaſionẽ
Mahumetice ſecte pbuerunt:
⁊ hoc in dominica precedẽte:
reuertitur hec dominica ad ex
plicãdam perſecutionẽ eccl̃ie
maxie orientalis ſub tyrãnide
mahumeti.hec autem perſecutio duplex fuit al-
tera ſpiritualis in fide ⁊ moribus.nam illo impe
rante tota pene fides ⁊ bona religio extincta eſt
in Aſia/Africa/⁊ Grecia.altera corporalis ĩ mul
titudine belloꝝ:quibꝰ totũ fere romanũ imperiũ
oppreſſit atq̃ʒ ſubiugauit. correſpõdet hec dñica
ſecũde medietati capl̃i.14.apocalypſis: vbi agit
de dãnatione eoꝝ qui propter illã perſecutionẽ a
fide catholica diſceſſerũt.⁊ cruciabitur inq̄t igne
⁊ ſulphure.⁊c.et fumus tormentoꝝ deſcendet.⁊c.
agitur etiã de patiẽtia meritis ⁊ premio fidelium
q̄ tũc paſſi ſũt martyriũ pro fide chr̄i.cũ dr̄ hic pa-
tientia ſanctoꝝ.⁊c.beati mortui qui.⁊c. ſola autẽ
latinoꝝ ꝓuincia ab infideliũ mahumeticoꝝ tyrã
nide tũc liberata fuit:q̄ neq̃ʒ fidẽ catholicã nega
uit/neq̃ʒ belloꝝ importunitati ceſſit:reſiſtentibus
catholicis regibus latinorum Pipino/⁊ Carolo
magno:q̄ angeli habẽtes falces acutas nominã
tur ad metendũ et vindemiãdum mahumeticos
exercitus:quos a finibus latinoꝝ expulerunt cũ

Introitꝰ miſſe.

magna eoꝝ ſtrage/⁊ ſanguinis effuſione vſq̃ʒ ad
frenos equoꝝ: vt dicit in fine illiꝰ capl̃i. ¶Huic
etiã hiſtorie ꝯſentit introitꝰ miſſe.ſ.miſerere mihi
dñe: ex ps.85. q̄ eſt vox eccl̃ie latinoꝝ miam dei
inuocãtis:vt ſubſiſtere poſſit contra perſecutionẽ
infideliũ mauroꝝ.Verſꝰ.Inclina dñe: eſt princi-
piũ eiuſdẽ pſalmi:quo prelatus illiꝰ temporis.ſ.
Adrianus/Anaſtaſius/vel alius orat deũ ꝓ ſua

Oratio

eccl̃ia poſita ĩ anguſtia/pauptate/⁊ inopia.Oro.
Tua nos dñe gratia: eſt petitio diuie gratie ſine
qua nemo reſiſtit tentationibus/nec liberatur ab

Epl̃e argumentũ.

aduerſitatibus/ nec intendit bonis operibꝰ fidei
⁊ religionis.¶Epl̃a:Obſecro vos ne deficiatis.
Ephe.3.eſt pdicatio plati qua ortatur fideles ad
pacientiã ⁊ cõſtantiã ne in aduerſis cadãt a fide
⁊ religione.Vbi primo orõnẽ pro eis facit.Scdo
ibi:vt poſſitis cõprehẽdere:fructum corroboratio

Prima ps epl̃e.

nis exponit.Tertio ibi:ei autẽ qui:laudẽ eccleſie
latinoꝝ adiungit. Alloquitur ergo fideles ſubdi
tos prelatꝰ dicẽs:obſecro vos ne deficiatis a fide
chriſti in tribulationibus que inſtant ab infideli
bus.tribulationibus inq̃ʒ meis:q̄a prelatꝰ princi
paliter affligit in pſecutione eccl̃ie.ſed ſunt mee
tribulatiões pro vobis.i. ꝓ exhortatiõe vr̄a. ſcd̃e
cori.pmo:ſiue eñ tribulamur ꝓ vr̄a exhortatiõe
⁊ ſalute:q̄ opat tolerãtiã earũdẽ paſſionũ:q̄s ⁊ nos
patimur.q̄a ſubditi animant in aduerſis exẽplo
boni plati.q̄ eſt glĩa vr̄a.i. facit ad honorẽ veſtrũ



corã deo ⁊ hoibꝰ:ꝙ patienter tolleretis aduerſita-
tes:huius rei gratia.i.propter hanc cauſam vt ſi-
tis cõſtantes:flecto genua mea in orõne tã publi
ca q̃ʒ ſecreta ad patrem dñi noſtri ieſu chriſti:ex q̄
omnis paternitas in celis.i.in angelis(quoꝝ alii
ſunt patres doctriue alioꝝ:q̄ eos illuminãt) ⁊ in
terra.i.in hoibus:quoꝝ plati ſunt patres ſubdito
rum.facio ergo orationẽ ꝓ vobis ſecundum diui
tias glorie ſue.i.ex quo ẽ diues ⁊ gl̃ioſus det vo-
bis virtutem.i.grãm p ſpũm eius: quia ſine illa
nullus poteſt ſuſtinere aduerſa. q̄ gratia faciat
vos corroborari ĩ aduerſis: ⁊ faciat habitare chri
ſtum in interiore hoie p fidem in cordibꝰ veſtris:
vt nõ deſeratis eã ꝓpter pſecutionẽ infidelium.
⁊ ſitis in charitate radicati ⁊ fundati: ſine q̄ fides

Secũda ps epl̃e.

non eſt meritoria. Sitis ergo conſtantes in fide:
⁊ radicati in charitate:q̄ inde magnũ reportabi-
tis fructũ.ſ.vt poſſitis cõprehendere.i.ſcire ⁊ ſenti
re cum oibus ſanctis.i.ſicut oẽs ſancti cõprehen
dunt:que ⁊ quanta ſit charitatis latitudo:q̄ ſeſe
extẽdit vſq̃ʒ ad inimicos diligẽdos:pſal.117.edu
xit me in latitudinẽ dñs.longitudo.i.pſeuerantia
charitatis:q̄ nunq̃ʒ excidit.ſublimitas:q̄ in altũ
erigit ſpem noſtram vſq̃ʒ ad deũ.⁊ ꝓfundũ diui-
ne predeſtinatiõis: vnde charitas habet ortũ:ec-
cleſiaſtici.1.Profundũ abyſſi quis dimenſus eſt:
ſitis itaq̃ʒ radicati in charitate vt poſſitis compre
hendere vel conſequi cũ oibus ſanctis: vt chari-
tas veſtra ſit tante latitudinis ꝙ ſe extendat ad
dilectionẽ inimicoꝝ.ſit tante longitudinis ꝙ non
deficiat vſq̃ʒ ad finẽ vite huius.ſit tante ſublimi-
tatis ꝙ erigat mentẽ ad ſummũ omniũ bonorũ.
ſit tante profunditatis ꝙ eius radix pertingat ad
abyſſum pdeſtinatorum.Talis enim charitas eſt
que vicit aduerſam fortunã: vt patet exẽplo chri
ſti de quo dicitur.vt poſſitis ſcire charitatẽ chriſti
erga nos ſupereminẽtem ſciẽtie .i. que exuperat
omnem ſciẽtiam humanã.quia nemo poteſt ple
ne ſcire q̃ʒtum chriſtus dilexerit nos:qui de ſeip-
ſo dicit Joan.15.Maiorem hac dilectionẽ nemo
habet:vt aiam ſuam ponat quis ꝓ amicis ſuis.
Cum ergo ex nimia charitate mortẽ ſubierit:tale
genus mortis elegit:in quo pdicte quattuor cha-
ritatis pfectiones ſignificantur.ſ.mortem crucis.
nã latitudo eſt in ligno tranſuerſo cui affixe ſunt
manus:q̄ opera nr̄a debent dilatare p charitatẽ
etiam vſq̃ʒ ad inimicos.longitudo eſt ĩ ligno ere
cto cui corpus innitebatur:q̄ charitatis pſeuerã-
tia vſq̃ʒ in finẽ ſuſtinet:Mat.10. Qui pſeuerauer-
rit vſq̃ʒ in finẽ hic ſaluus erit.ſublimitas eſt in li-
gno tituli quod ſupeminebat capiti chriſti: quia
ſpes noſtra debet eleuari ad eterna ⁊ diuina: di-
cente aplo Paulo caput viri chriſtus eſt.1.Cor.
11.profundum vero eſt in ligno qd̃ ſub terra late
bat/⁊ totam crucem ſuſtinebat/nec tamẽ videba
tur:q̄ ſecretũ ꝓfundum amoris diuini ſuſtinet
nos nec tamen videtur. ratio eñ pdeſtinationis
diuine latet intellectum noſtrum.ſitis etiam fun
dati in charitate vt p eam impleamini in omnẽ
plenitudinem dei.i. habeatis pfectam participa
tionẽ omniũ donorũ dei ſpũaliũ/⁊ virtutũ infuſa

Tertia ps epiſtole

rum que ſunt annexe charitati. Hic eſt itaq̃ʒ fru-
ctus ſeruorum dei qui in aduerſitatibus fidem ⁊
charitatẽ dei obſeruant.tales fuerunt populi la-
tinorum ſub pſecutione Mahumeti: de quibus
dicitur:ei autem.i.deo patri ⁊ chriſto eius ſit glo-
ria in eccl̃ia latinoꝝ:quam firmauit fide ⁊ chari-
tate:eo ꝙ potens eſt oia bona facere nobis fuis
ſuis ſupabundantius q̃ʒ petimꝰ.i.ſcimus petere
aut intelligere.quod ꝓbatur ex opere ipſo:ſecun
dum virtutem q̄ operatur in nobis.i. hoc appa-
ret verum ſi attendamus ad ea que operatus eſt
in nobis deus: que nec affectus/ nec intellectus
humanus potuiſſet capere. hoc eſt ꝙ deus fieret
homo: ⁊ homo fieret deꝰ particeps diuine natu-
re eccl̃iaſtici.18. Quis ſufficit enarrare opa illiꝰ:
quis inueſtigabit magnalia eiꝰ:ipſi ergo ſit glo-
ria in eccleſia quam fecit in chriſto.i.p chriſtum ⁊
ad honorem chriſti:non ſolũ in pſenti:ſed etiã in
omnes generationes ſeculi ſeculoꝝ .i. vſq̃ʒ ad fi-
nem omniũ ſeculorum pſeuerabit hec eccleſia.

Graduale

¶Huic eccl̃ie ꝯmẽdatiõi alludit graduale:Time
bunt gentes.⁊c.ex pſal.101. quo fidelis populus
inuehit contra gentes infideliũ maxime mauro
rum:ne audeant in eccl̃iam latinorũ:que nomen
chriſtianũ exaltat ⁊ gloriã dei quotidie decãtat:
qd̃ nomẽ infidelibꝰ eſt valde timendũ. Verſus:
Quoniã edificauit.⁊c.ex eodẽ pſal.p ſion eccleſia
chriſtiana intelligit in q̄ diuina maieſtas pdicat.

Aleluia.

Aleluia:Cãtate dño.⁊c.pſal.97.exhortatio fide-
lium eſt ad laudandũ deum de mirabili victoria
pncipum latinorũ Pipini/ ⁊ Caroli de Mahu-
meticis infidelibus. ¶Euãgelium:Cũ intraſſet

Euãgelii argumentum.

Jeſus.⁊c.Luce.14. ſub typo hydropiſis parabo
lice declarat pompam ac vanitatem Grecorum
eſſe curatam illa pſecutiõe Mauroꝝ. ac proinde
Grecis indignis eccl̃iaſticas prelaturas ãmotas
eſſe: ⁊ loco eorũ latinos humiliores ſublimatos
oſtendit in nuptiis chriſti ⁊ eccl̃ie.In quo primo
⁊ peccatũ ⁊ punitio grecoꝝ inſinuatur.Secundo
ibi:⁊ reſpondẽs.⁊c.diuina mia erga illos allega-
tur.Tertio ibi:dicebat aũt.⁊c.grecorum mira de-

Prima ps euãgelii.

preſſio ⁊ latinorum exaltatio intimatur.In pmi-
tiua namq̃ʒ eccleſia fides ⁊ religio chriſtiana val
de floruit ĩ Grecia relictis ibi multis ſanctis do-
ctoribus:doctrinas aploꝝ Pauli ⁊ Joannis
pdicantibus. vnde facta eſt Cõſtãtinopolis pa-
triarchalis eccl̃ia: ⁊ in caput regni ẽ erecta velut
olim altera Samaria ĩ regno Dauid.Roma au
tem in q̄ chriſtus iterũ crucifixus eſt:inſtar Hie-
ruſalem ſucceſſores apoſtoli Petri habuit pla-
tos: et caput regni eccleſiaſticorum/ latinorum
effecta eſt.quare populus grecoꝝ de tãta ſua ex-
cellẽtia elatus velut hydropicus tumeſcere cepit
⁊ gloriabatur ſuper populũ latinorum humilio-
rem:ſicut olim Samaria erecta eſt cõtra Hieru-
ſalẽ:adeo vt contẽdere vellet pmatum eccl̃iaſtice
plature Cõſtãtinopolitano epiſcopo deberi non
Romano põtifici.hinc hereſes multas/⁊ patriar
chas ſciſmaticos defendere voluit cõtra Roma
ni pontificis determinationẽ.ſicut Samaria vi-
tulos aureos cõtra ſedem Hieroſolymitanam.

Chriſtus ergo circa annos.700. ere ſue curare volens hanc grecoꝝ hydropiſim: exercitū infidelium Mauroꝝ ad eos miſit: quorum delictis vt p̄diximus illa ſecta ortū habuit: ſed ante talē curationē ſepius in pace ⁊ quiete illius regni per Romanos pontifices eos monuit. de qua monitione dicitur: cum intraret Jeſus p ſuos vicarios Romanos epiſcopos in domū .i. eccl'iam cuiuſdam p̄ncipis phariſeoꝝ.i. patriarche Cōſtātinopolitani: qui eſt p̄nceps grecoꝝ diuiſoꝝ ab obedientia Romani pōtificis. intrauit inquā ad eorum monitionem ſabbato.i. in requie ⁊ pace illi⁹ regni mā ducare panē charitatis/⁊ vnionis vniuerſalis eccl'ie. ſed ipſi greci contēnētes monitiones chriſti obſeruabāt eum.i. inſidiabantur ei: q₂ ſepius cōtra Romanū epiſcopū chriſti vicarium inſidias terēderunt. ⁊ ecce tunc tēporis in ꝓſperitate grecorum. homo quidā.i. ille ſingularis ⁊ excellens patriarcha: ydropicus .i. inflatus ſupbia erat ante eū.i. p̄ferebatur ei: quia gloriabatur ſupra vicarium ſuū Romanoꝝ epiſcopum. Et reſpondens Jeſus nō verbo ſed opere: dixit ad grecos legis peritos ⁊ phariſeos.i. diuiſos ab eccl'ia Romana. ſi licet curare hanc veſtrā hydropiſim ſabbato.i. in requie ⁊ pace regni veſtri.q.d. nō: ſed opus eſt pturbatiōe/⁊ pſecutione graui. at illi tacuerunt idest ſecure manſerunt nihil cogitantes de futura dei correptione. Ipſe vero chriſtus viſa proteruia illius populi: apphenſum inter anguſtias infidelium ſanauit eum ab illo tumore. nō enim gloriat̄ iam grecoꝝ eccl'ia/ nec intumeſcit ſuper latinos: cum ipſa ſubiecta ſit dure ſeruituti Mahumetis. ac dimiſit illum populum quaſi alienus ab eo. ⁊ videtur nihil curare de illo: quia

Secūda pars euāgelij.

ipſe receſſerat prius a chriſti vicario. Sed nec ſic captiuato grecoꝝ populo deus miam ſuā negat. nam reſpondēs ad illos.i. reddēs eis correſpondentē penā ꝓ qualitate delicti. dixit.i. declarauit bonitatē ſuā erga illos. cuius inquit veſtrū aſin⁹ aut bos. ⁊c̄.q.d. eodē modo chriſtus ſeruos ſuos grecos merſos puteo hydropiſis voluit cōtinuo extrahere ſalutari pena curās eorum ſupbiā: quorum alij erant plebei et ignorantes ſignificati p aſinum: alij diſcreti/ periti ſignificati p bouē qui vngulam diuiſam habet. nō ergo fuit de⁹ crudelis immittēdo eis pſecutionē turcarū: quia pene medicine quedam ſunt ad curādas aīas/⁊ ſi affligant corpora. ſed ipi deprauati voluntate mūdana: non accipiūt penā patiēter ad curationem aīarum: ſed potius cōtra deum murmurant: ⁊ latinos odio ꝓſequuntur: ideo nō poterāt reſpondere illi.i. non correſpondēt intentioni chriſti eos

Tertia ps euāgelij.

corripiētis: q₂ male accipiūt flagellū dei. Attrito ergo grecoꝝ imperio ꝓpter coꝝ ſupbiam exaltauit deus latinos humiles dando eis catholicos ⁊ valde ſtrenuos p̄ncipes: qui de infidelib⁹ triūpharent/ ⁊ eccl'iam Romanā exaltarēt. quod parabola de inuitatis ad nuptias optime declaratur. nam fideles oēs ad eccl'iam chriſti quaſi ad nuptias agni inuitati ſunt. in qua greci preſumpſerūt p̄mum locum tenere dignitatis ⁊ p̄lature eccl'iaſtice. Sed chriſtus qui latinos digniorē p̄latum habentes inuitauerat: dixit patriarche Conſtātinopolitano: da locū maioritatis huic Romano pontifici: qm̄ vicarius meus eſt generalis/ et ſucceſſor apl'i Petri in terra. ⁊ tūc declarato Romane ſedis p̄matu p exaltationē latinoꝝ/⁊ deiectionē grecorum: tenent greci in eccl'ia nouiſſimum locum: ⁊ cum rubore.i. verecūdia eoꝝ: quia ſubiecti ſpurciſſimis ſectatoribus Mahumetis. econtra vero latinoꝝ populus inuitatus ad eccleſie nuptias recubuit p humilitatem in nouiſſimo loco: q₂ multis tēporibus tollerauit patiēter grecoꝝ tyrannidem ac pſecutionē. ſed venit chriſtus circa tēpora Mahumetis: ⁊ pſecutiōe illa viſitauit inuitatos: depoſitiſq₃ grecis dixit latino populo. amice aſcende ſuperi⁹.i. ſuperiorē gradū in chriſtianitate obtine: ⁊ erit tibi gloria ⁊ honor coram omnib⁹ chriſtianis ſimul diſcūbentibus in conuiuio eccl'ie. quia hec lex dei iuſta eſt: vt omnis qui ſe exaltat p ſupbiam: humilietur a deo p flagellum in aliquā cōfuſionē. ⁊ qui ſe humiliat p patientiam tollerādo aduerſa: exaltet̄ in honorem. ſicut clare mōſtrauit deus in correctione ſuperbie grecoꝝ/⁊ p̄miatione humilitatis latinoꝝ.

Offertorium.

De hac ſua exaltatione loquit̄ eccleſia latinorum in offertorio ex pſal'.39. Dñe in auxiliū meū reſpice. ⁊c̄. ⁊ contra inuidos grecos: ⁊ contra infideles mauros. cōfundātur verecūdia greci/ ⁊ reuereantur .i. retrocedant mauri q̄ querunt aīam meam vt auferant eā. Secreta orō: Munda nos dñe. ⁊c̄. petit eccl'ia mūdiciā ſanctitatis ſue ex virtute ſacramenti euchariſtie.

Communio.

Cantus communionis: Domine memorabor. ⁊c̄. ex pſalmo.70. eccleſia memoratis bn̄ficijs receptis a deo a iuuentute ſua.i. tempore apoſtolorum: orat pro ſua perſeuerātia ⁊ conſeruatiōe vſq₃ ad finem mundi que dicitur ſenecta eius. Oratio finalis: Purifica domine. ⁊c̄. in virute eiuſdē ſacramēti petit auxiliū dei i tribulatiōe p̄ſenti ⁊ futura.

Moralitas.

Ex tota ſerie huius officij (qd̄ iuxta finē autumni fidelibus ꝓponitur) quando multis hoibus tumores accidunt ex febribus eſtatis p̄cedentis nō bene curatis) elicitur doctrina moralis contra guloſos/ luxurioſos/⁊ ſupbos/ ⁊ alios huiuſmodi peccatores fideles: qua ex ſiītudine naturalis morbi i corpore valeāt ipſi tumorē animi curare aut ſanare p humilē tollerantiā tribulationū ſupuenientiū ex diuina ꝓuidentia: aut ſaltem p deuotā contēplationē fragilitatis ſue: cui⁹ vires nō ſufficiunt ad aliqd boni agendū corā deo: niſi p̄ueniat excitans gr̄a dei/⁊ ſubſequat̄ cōcomitās bonum liberi abirtrij motū. Ad hoc enim ꝓpoſitū valet multum doctrina ep'le precedentis: cui etiā conſonat illud eccl'iaſtici.10. quid ſupbis terra ⁊ cinis: ⁊ quedam alia que ibi ſequuntur.

## Caput cētesimūſextum

de officio octauedecime dñice poſt penthecoſten: quo exceſſiua grecoꝝ malicia varieq₃ inſidie contra latinos enarrantur: ⁊ primatus Romane eccleſie reſpectu aliarū autoritate chriſti fundatur.



Argumētū officij

Viſo mirabili dei iuditio in humiliatiōe grecorum et exaltatiōe latinorum: creuit inuidia grecoꝝ: et non ceſſant cōtra Romanā eccleſiam oblatrare: a qua multis hereſibus diuiſi ſunt: et ideo phariſei vocati. Et quia illa grecoꝝ punitio proceſſit non ex culpa latinoꝝ: ſed ex iuſto dei iudicio: qui ſupbiētes humiliat: ideo in hac dñica de ipſorum grecorum culpa videtur agere eccleſia conſonans caplo.15. Apoca. in quo principaliter ponitur eccleſie latine recognitio/⁊ gr̄arum actio de iuſtis dei iudicijs i punitione peccatoꝝ. quia magna ⁊ mirabilia ſūt opera tua dñe: iuſte ⁊ vere ſunt vie tue rex ſeculorum. ⁊c̄.

Introit⁹ miſſe.

Similiter introitus miſſe huius: Juſtus es dñe: ex pſal'.118. cōmendat rectitudinem iuditioꝝ dei in caſu grecorum: ⁊ allegat miam eius in exaltatiōe latinorum: de quibus eſt verſus: Beati immaculati. ⁊c̄. principium dicti pſalmi.

Oratio.

Oratio: Da queſumus dñe. ⁊c̄. petit eccl'ie latine immunitatē a contagione infidelium: que fuit occaſio pditionis grecoꝝ: qui a deo vero receſſerūt ⁊ a ſuo vicario Romano pōtifice.

Epiſtole argumentum.

Epiſtola: Obſecro vos ego vinct⁹: ex caplo.4. Epheſ. hortatur fideles ad ſeruādā fidei vnitatē: ne contingant in eis ſicut in grecis diſſentiōes ſectarum aut hereſum. Et p̄mo inuitat eos ad humilitatē. Secūdo ibi: ſoliciti ſeruare. ⁊c̄. ſuadet vnanimitatē. Tertio ibi: vn⁹ dñs. ⁊c̄. allegat diuinā vnitatem.

Prima ps ep'le.

Quia ergo vt ſapiēs dicit: initiū omnis peccati ē ſupbia que facit hominem apoſtatare a deo: ne in latinis cōtingat tale peccatum: dicit p̄latus: obſecro vos ego vinct⁹ in dño.i. alligatus ⁊ obligatus legi dei. vt digne ambuletis in via morum vocatiōe.i. ſtatu chriſtianitatis: qua vocati eſtis a deo p ſuam miam nō p merita veſtra. ideo ambulate cū humilitate coram deo. cum manſuetudine erga ꝓximos/cum patientia in aduerſis. ſupportātes inuicē in charitate in neceſſarijs. nam he virtutes valent multum ad habendam gr̄am dei: ne cadatis in peccata grecoꝝ: quorum maximū fuit ſciſma eorum ab eccleſia Romana.

Scd̄a ps epiſtole.

Uos autem ſitis ſoliciti.i. valde diligenter curate ſeruare ſeu tenere vnitatem ſpūs.i. cōformitatē voluntatis in eadem fide ⁊ religione viuētes in vincuolo pacis.i. charitate q̄ eſt vinculum pfectionis vt d̄r Epheſ.3. et ſitis vnum corpus myſticū ieſu chriſti.i. vna eccl'ia indiuiſa: ſicut fuit veſtis chriſti inconſutilis: de qua ſcriptum eſt: nō ſcindamus eā. ſitis vnus ſpūs.i. vna voluntas oīm fidelium. dicitur enim.1. Corin.1. Idipſum ſentiatis omnes: ⁊ nō ſint i vobis ſciſmata.

Tertia ps epiſtole.

Additur ratio ex vnitate finis. q₂ vocati eſtis ad eccl'iam chriſti in vna ſpe retributionis glorie: q̄ erit p̄mium ⁊ finis vocatiōis veſtre.i. religionis chriſtiane ad quā vocati eſtis. Quod aūt oīm fidelium ſit idem finis poſt hāc vitam: ꝓbatur: quia vnus eſt dñs omniū: ergo ad eūdem finem vltimum dirigit oēs. ſicut patet exēplo p̄ris familias in vna domo: qui oēs familiares ſuos ad eūdem finem vltimū gubernat. Etiā eſt eadē ⁊ vna fides quam tradidit oibus ſuis. ⁊ eſt vnum baptiſma ſacramentū fidei chriſti quo oēs baptizati eſtis in eodem noīe chriſti: cōtra illos ſciſmaticos qui dicebant ego ſum Cephe/ego Pauli/ ego Apollo. ⁊c̄. ergo ſi omniū chriſtianoꝝ eſt vn⁹ ⁊ idem deus/eadem fides/eadē ſacramēta/idem finis: conſequens eſt eos debere ſeruare vnitatē eccleſie: ⁊ fugere diuiſiōes hereſum ⁊ ſectarū. qd̄ greci non faciunt diuiſi ab obediētia ſummi pontificis: qui eſt vnus cōis paſtor ouiū chriſti ſedēs in Petri apl'i cathedra: qui fuit gen̄alis vicarius dei. qui eſt vnus deus oīm p creationem/⁊ pater benignus ad oēs. qui eſt ſup omnes homines p potentiam/p omnia p ſapientiam/⁊ in omnibus p bonitatē: que ſunt tria attributa diuinarū pſonarum in vnitate eſſentie oīpotentis dei: qui eſt benedictus ⁊ gl'oſus in ſecula ſeculoꝝ: hoc ē in eternum.

Graduale

Predicte exhortationi p̄latoꝝ reſpōdet populus in graduali: Beata gens cuius. ⁊c̄. ex pſal'.32. ⁊ loquit̄ de latinis qui ē populus quē elegit deus in hereditatē ſibi eiectis grecis. Uerſus ex eodem pſalmo Uerbo dñi. ⁊c̄. ꝓmittentis benedictionē eccleſie ſue: celi.i. p̄lati celeſtes firmati.i. confirmati ſunt in ſuis dignitatib⁹: nō eiecti ab eis ſicut greci. ⁊ ſpū oris eius.i. gr̄a ſpiritus ſancti firmata eſt ois virtus ſeu virtuoſa operatio eorum in regimine eccl'ie latine.

Aleluia

Aleluia: Domine exaudi: pſal'.101. eſt ſupplicatio eccl'ie latine ad deū ne auertat faciē ſuā ab eis ſicut fecit in grecis.

Euangelij argumentum.

Euangeliū: Acceſſerunt ad Jeſum. ⁊c̄. ex.22. caplo Mat. notat grecos de trāſgreſſione legis chriſti: q̄ntum ad duo p̄cepta charitatis: quia nec deum diligunt: qui vicarium eius Romanum pontificē nō honorāt: neq₃ ꝓximum populū latinoꝝ: arbitrantes eum cauſam eſſe ruine ſue. Primo ergo explicatur grecorum ſupba deriſio vel deriſoria interogatio. Secundo ibi: ait illi. ⁊c̄. adaptatur latinoꝝ reprehenſoria reſponſio. Tertio ibi: cōgregatis aūt. ⁊c̄. de poteſtate Romani pon. mouetur victorioſa queſtio.

Prima ps euangelij.

Quia ergo ſicut dictum eſt in p̄cedente dñica: regnū grecoꝝ ꝓpter abundantiā plurium doctoꝝ: vt Gregorij Nazanzeni/ Origenis/ Chriſoſtomi/ Athanaſij/ Baſilij: ⁊ alioꝝ in doctrina euāgelica ⁊ in ſacris l'ris: ſupbia elatū eſt/ ⁊ ceteros oēs populos deſpexit maxime latinos/quos velut ydiotas reputauit. ideo interrogatiōes deriſorias facere ſolēt greci latinis circa intelligentiā ſanctarū ſcripturarum. acceſſerunt namq₃ greci dicti phariſei ad ieſum nō in ſe: ſed in ſuo corpore quod eſt latinorum eccl'ia. ⁊ interrogauit eum nō vt diſceret: ſed tentans eum vt derideret. maxime vnus ex eis ſingularis ⁊ excellens.ſ. patriarcha Cōſtātinopolitanus legis doctor. q₂ fere ſemp illa ſedes habuit egregios doctores legis chriſti. licet plures ex eis ꝓpter ſupbiam ſuam i hereſim ſint lapſi. ⁊ interrogans/magiſtrū vocat cuius dedignatur eſſe diſcipulus. ⁊ de maximo legis mādato querit: qui nec minimū obſeruat. magiſter inquit qd̄

*Secũda ps euangelij.*

eſt magnũ mãdatum in lege dei vt videã ſi eam intelligas ⁊ obſerues: Sed latinoꝝ populus tentationem grecoꝝ cernens talẽ adaptat reſpõſionem: qua ⁊ interrogatiõi ſatiſfaciat ⁊ interrogantis maliciã aperiat: ait ergo illi Jeſus in ſuo corpore.i.latinorum ecclia. hoc eſt maximũ ⁊ primũ mãdatũ legis dei.ſ.diliges dñm deũ tuum.ſ. Jeſum chriſtũ filiũ dei: taliter ꝙ vellis ei bona ſua adeſſe ⁊ honorem ſui ⁊ ſuorum defendere/⁊ ꝓcurare. ex toto corde.i.volũtate rationali/ex tota anima.i.appetitu ſenſuali/⁊ ex tota mẽte.i.cogitatione intellectuali.tota dico ſic: vt quicquid cogites/quicq̃d vellis/quicquid appetas/⁊ quicquid facias totũ ordines ad dei honorẽ. Secũdum mandatum ſimile eſt huic: q2 de dilectiõe loquit̃ ſicut ꝑmum.ſ.diliges ꝓximum tuũ maxime fidelem hominẽ ſicut teipſum. hoc eſt ad idem bonũ ad qđ teipſũ diligis.ſ.ad beatitudinẽ/ad aliaq3 bona ſpũalia q̃ ſunt media ad beatitudinẽ. ita ꝙ vellis ei quicquid boni tibi teneris velle/⁊ facias ei amicabiliter quicquid tibi fieri vellis ab amicis tuis: q̃uis nõ tenearis ad hoc eque intenſo amore ſicut teipſum ⁊ tua diligis. in his duob⁹ mandatis tanq̃ in vniuerſalib⁹ legis nature pŕincipijs pendet vniuerſa lex poſitiua.i.oĩa alia mandata particularia q̃ in lege ⁊ ꝓphetis ſunt.ſ.ad maiorem explicationem horum ꝓceptoꝝ vniuerſaliũ. Et quia in illa etate erat manifeſtiſſimũ ꝙ greci Romanũ pon. chriſti vicariũ in terris dehonorabant/⁊ latinos ꝓximos ſuos contẽnebant: cõſequens eſt ex p̃dicta reſpõſione grecos tũc fuiſſe preuaricatores legis dei q̃tum ad maxima eius

*Tertia ps euãgelij.*

mãdata: licet in exponẽdis ſcripturis legis eſſent magni doctores. Propterea de dignitate Romani pontificis i quo honorat̃ chriſtus recte ſubiungitur queſtio. ꝓ cuius intelligẽtia ſciendũ ꝙ greci ꝑuerſe ſentiunt de poteſtate ſpũali romani põtificis: quia p̃ter illam tẽporalẽ dñationem quã accepit a Cõſtãtino ⁊ ab alijs romanis imperatoribus in Italia: nõ reputãt eum habuiſſe a chriſto maiorẽ iuriſdictionẽ in ſpũalib⁹ q̃ alij cõmunes epiſcopi ab eo acceperit ſuꝑ animas fideliũ ſubditorum. qđ manifeſte falſum eſſe cõſtat non ſolum ex verbis chriſti in euãgelio: ſed etiam ex his que romanus imperator dicit in ſua coronatione: vbi papam vocat dñm ſuum: ſicut Dauid loquebatur de chriſto vocãs eũ dñm ſuum. et q2 greci impatores non ſolũ nõ vocabant papã dominum: ſed etiã reputabãt eum contẽptibilẽ ſeruum/⁊ ꝑſequebant̃ eum: ideo iuſte ecclia ꝑuauit grecos imperiali dignitate ⁊ trãſtulit eam ad latinos. quorum ꝑmi Gallorum reges eam tenuerunt aliquãdiu. ſed quia poſtea illa abutebãtur in ꝑniciem ecclie ꝑſequẽtes romanos põtifices: merito etiam ablata eſt eis ⁊ data Germanis cũ certis conditionib⁹ que tangũt honorẽ ſedis romane apoſtolice: maxime vt papa recognoſcatur dñs ſuꝑ impatorẽ. His ſuppoſitis optime facit queſtio latinorum ad grecos. nam his pharíſeis congregatis.i. iam cõcluſis ſub infideliũ potentia: interrogauit eos Jeſus ꝑ ſuos ſeruos latinos: dicens. quid vobis videtur de chriſto.i.romano epiſcopo: quẽ de⁹: vnxit p̄ alijs epiſcopis ſuis ⁊ coronauit glĩa ⁊ honore: queritur a vobis cui⁹ fili⁹ eſt.i.heres poteſtatis quã habet plus q̃ oẽs alij epiſcopi in eccleſia: hoc eſt querere: a quo habet talem poteſtatẽ/talẽue dignitatis gradũ. dicunt Greci eum eſſe filium Dauid.i.imperatoris manufortis: qui dedit ei patrimoniũ magnũ in Italia: vnde habet maiorem honorẽ ſuꝑ omnes alios p̄latos.ſ. quia eſt ditior eis ⁊ potẽtior in tẽporalibus. Sed iſta reſponſio excluditur ipſius Dauid teſtimonio: ſi bene notentur verba eius. ait ergo latinus populus reprobãdo grecorum opinionẽ dicẽs. quomodo ergo Dauid.i.imperator in ſpiritu.i.ſpũaliter vocat romanum pontificem dñm: quãdo in ſua coronatione ait: dixit dominus.i.deus oĩpotẽs dño meo pape ſede a dextris meis.i.in potiorib⁹ bonis ecclie mee: donec ponam grecos inimicos tuos humiliatos velut ſcabellum pedum tuorũ. ex qua autoritate manifeſte colligitur ꝙ ſi imperator vocat eũ dñm: excellẽtia pape nõ eſt ideo ꝙ fili⁹ ei⁹ eſt.i.habẽs dominiũ tẽporale ab eo. nam ſi nõ aliunde papa haberet poteſtatẽ excellentie quã ex dñatiõe temporali imperatoris: poti⁹ deberet imperator vocare papam filiũ: imo vaſſallũ ⁊ ſeruũ potius q̃ dñm. Non enim videretur rationabile ꝙ prudẽtiſſimus impator Cõſtantin⁹ tam excellenter ditauerit romanũ pon. ſuꝑ oẽs alios epiſcopos eccleſie chriſtiane: niſi certitudine fidei cognouiſſet ei datam eſſe a deo maiorem poteſtatem q̃ alijs epiſcopis. Cognouit ꝓculdubio poteſtatem ei⁹ ſpũalem quã ſua dotatiõe voluit ꝓfiteri ⁊ honorare: ac dominũ ⁊ patrẽ eũ vocare. hec ratio tam vrgens eſt in moralibus argumẽtis: ꝙ nemo grecorum poterat ei reſpondere verbũ alicuius apparentie. ac perinde latinũ populum cepit timere nec auſus fuit quiſq̃ coꝝ ex illa die q̃ deus latinos exaltauit ampli⁹ interrogare deriſorie/ſed potius revereri videns in ecclia latina excellẽtiſſimos doctores Auguſtinũ/Ambroſiũ/Hieronymũ/Gregoriũ/Hilariũ ⁊ alios plurimos qui grecis theologis valeant iure equiperari. Cantus offertorij: Orau dñm. ⁊c. ex. 9. caplo Danielis: eſt vox romani pontificis orãtis ꝓ ſuo ſtatu ⁊ toti⁹ ecclie latine que eſt ſanctuariũ dei: ⁊ populus ſuper quem inuocatũ eſt nomẽ dei. Daniel autem vir deſideriorũ eſt: quod nomen pape cõuenit: q̃ ꝓ ſe ⁊ ꝓ alijs orat ⁊ bona deſiderat.

*Offertorium.*

Cantus cõionis: Vouete ⁊ reddite. ⁊c. ex pſal. 75. exhortatio eſt populi fidelis ad ſeruiendũ deo ex memoria terribilis iudicij quod de⁹ fecit in grecis ꝑncipibus. Secreta oratio: Maieſtatem tuã. ⁊c. ſilr et vltima oratio: Sanctificationib⁹ tuis. ⁊c. ꝓ emũdatiõe a delictis orãt.

*Communio.*

Moralis doctrina ꝓ preſentibus colligit̃ ex hoc officio: ꝙ ſeruent vnitatem fidei catholice ⁊ religiõis chriſtiane ſub obedientia vnius romani pon. nam faciẽtes ſciſmata/⁊ diuiſiones in ecclia dei/vel etiam in republica vnius dioceſis aut ciuitatis iuſto dei iudicio inſtar grecorum redigent̃ ad magnã ſeruitutem

*Moralitas.*



etiam in hoc mundo. hanc vnitatẽ fidei ⁊ religionis/ſimiliter ⁊ pacis in republica facit charitas dei ⁊ ꝓximi: que vnicuiq3 tribuit quod ſuũ eſt ſecundum iuſticiã: hoc eſt deo ⁊ p̄latis obediẽtiam atq3 honorẽ/equalib⁹ amicis/⁊ cõciuib⁹ dilectionem ⁊ bonã conuerſationẽ: inferiorib⁹ aũt filijs/ſeruis/⁊ aliter ſubiectis miam ⁊ pietatem. ⁊c.

De ieiunio quattuor temporũ in autumno.

Poſt p̃dictam dñicam ponitur in ꝑncipio autumni ieiunium ſimiliter ⁊ officiũ quattuor tempoꝝ in feria quarta/ſexta/⁊ ſabbato hui⁹ hebdomadis. Quorum ratio generalis ſuperius poſita eſt in tertia hebdomade aduentus dñi. vbi etiã data eſt ratio ſpecialis quare ponantur due lectiões ꝓ epiſtola in quarta feria: ⁊ ſex in ſabbato quo fiũt ordinationes clericoꝝ. Et q̃uis in oĩbus quattuor tẽporibus anni ſit equalis numerus lectionũ in p̃dictis ferijs: tamẽ lectiones ipẽ nõ ſunt eedẽ vbiq3: ſed variantur in diuerſis anni tẽporib⁹ ſecũdum materiã ſubiectã. Quia igitur in in autũno collectis iam meſſibus agri/⁊ ꝑfecta earum tritura colligũtur etiam vinearũ fruct⁹ ⁊ fit vindemia: ideo in hoc ieiunio autũnali lectiones p̃dictarũ feriarum pro maiore parte cõmemorant p̃dictoꝝ fructuum terre collectionẽ pariter ⁊ cõſeruationem.

*De quarta feria.*

Nam in feria quarta huius ſeptimane introitus miſſe: Exultate deo. ⁊c. ex ꝑs. 80. cum ſuo verſu ſequente ſignificat leticiam fideliũ colligentium fruct⁹ iuxta illud pſal. 125. venientes aũt venient cum exultatiõe portãtes manipulos ſuos. Orõ: Miſericordie tue remedijs. ⁊c. attribuit hos fructus mĩe dei non meritis noſtris. Prima lectio: Ecce dies veniunt. ⁊c. ex. 9. caplo Amos: tẽpori cõuenit que loquitur de calcatore vue ⁊ de ſeminatore. Graduale: quis ſicut dñs de⁹. ⁊c. ex pſal. 112. conuenit ordinãdis q̃ exaltantur ad dignitatem eccliaſticã. Alia oratio ieiunio adaptat̃: Preſta q̃ſum⁹ dñe. ⁊c. Secũda lectio: congregatus eſt. ⁊c. ex. 8. caplo Neemie: congruit tẽpori in eo qđ loquitur de mẽſe ſeptimo: in quo comedit populus pinguia ⁊ bibit muſtũ. cõuenit etiam ordinandis in eo quod dicit de libro legis/de Eſdra ſacerdote legente/⁊ de leuitis adminiſtrantib⁹. Graduale: beata gens. ⁊c. ex. pſal. 32. etiã eſt de ordinãdis quos de⁹ elegit in ſeruos ſuos. Euãgeliũ: reſpõdens vnus. ⁊c. Marci. 9. caplo. cõuenit exorziſtis vbi loquitur de illo demoniaco diſcipulis chriſti oblato/cõuenit etiã ieiunio in fine vbi dicitur in oratione ⁊ ieiunio. Offertorium: meditabor. ⁊c. ex pſal. 118. eſt vox ordinandi q̃ ꝓmittit ſe meditaturum in deo. Cõio ſumitur ex lectiõe ſcđa: comedite pinguia. ⁊c. conuenit tempori autũni de collectione fructuũ. Secreta orõ: huius te dñe. ⁊c. et oratio vltima: ſumẽtes dñe: Dona ſpũalia petũt poſt hec tẽporalia q̃ colligũtur.

*De ſexta feria.*

Feria ſexta eſt ferme tota de ſancta vita ordinandoꝝ: q̃ in introitu: Letetur cor. ⁊c. ex pſal. 104. inuitant̃ ad querendum deũ ⁊ laudandũ. Oratio: Preſta q̃s: petit ꝓ ordinandis grãm ſeruandi regulã ſui ſtat⁹ cũ mũdicia mẽtis ⁊ corporis. Lectio epſe: Conuertere iſrael. ⁊c. ex. 14. caplo Oſee: officium ordinãdorum explicat in legendis ſacris libris. ⁊ fruct⁹ terre ꝓmittit ſeruis dei. Graduale: Cõuertere domine. ⁊c. ex pſal. 89. et cõio: Aufer a me. ⁊c. ex ꝑs. 118. ſunt orõnes electorũ ad ordines de his que ꝑtinent ad ſtatũ ſuum. Euangeliũ: Rogabat Jeſum. ⁊c. ex. 7. cap. Luce. penitentiã et ordinandorum/et ieiunãtium explicat: ad quã ſequit̃ remiſſio peccatorum/et mundicia cordis q̃ neceſſaria eſt eccleſiaſticis. Offertorium: Benedic aĩa mea ⁊c. ex pſal. 103. eſt conſolatio ordinãdoꝝ et grãrũ actio de nouitate vite ſue. Secreta orõ: Accepta ſint. ⁊c. offert deo ieiuniũ ⁊ penitentiã ordinãdoꝝ: ⁊ petit eis grãm. Ultima orõ: Queſumus oĩpotẽs deus. ⁊c. eſt grãrũactio de beneficijs receptis.

Sabbati quoq3 officiũ ad doctrinam ordinandorum refertur .ſ. ne ſint ſteriles vt arbor fici infructuoſa: et vita eoꝝ non ſit terrenis implicita ſicut mulier incuruata: de quib⁹ in euãgelio Luc. 13. et ſic miniſtrent i tabernaculis eccleſie militãtis: vt poſtea dño p̄ſentent̃ in tabernaculo ecclie triũphãtis: ideo epſa: Tabernaculũ factũ ẽ. ⁊c. Hebre. 9. loquit̃ de ꝑmo ⁊ ſcđo tabernaclo.ſ. Moyſi ⁊ Salomonis. Et alludit hoc officiũ figure ve. le. q̃ in mẽſe ſeptembri fiebat tabernaculorũ obſeruatio. Legitur etiam beatũ Petrũ apoſtolũ ordinationem feciſſe in ſeptembri ſex epiſcoporũ/decem preſbyteroꝝ/et ſeptẽ diaconoꝝ. Alie lectiões cauſam inſtitutionis huius ieiunij ſeptembris et eius vtilitates explicãt. Prime due.ſ. decimo die ⁊c. a quitodecimo die. ⁊c. ex. 23. cap. Leuitici. Alie due ſunt ex ꝓphetis.ſ. Dñe deus. ⁊c. ex. 7. caplo Michee. Factũ eſt verbũ. ⁊c. ex. 8. cap. Zacharie. Quinta lectio: Angelus dñi. ⁊c. ex. 3. cap. Daniel. Cetera oĩa que cantant̃ in choro ſunt exhortationes/orõnes/⁊ cõſolationes ordinandoꝝ: et ſumũtur ex pſalmis/excepto graduali quito qđ ſumitur ex capitulo quinte lectionis. ⁊ cõmuniõe que ſumitur ex lectione ſecunda.

*De ſabbato ordinũ.*

Aduertendũ hic ꝙ iſta quattuor tempora ieiuniorũ olim ſic ordinabant̃ ab eccleſia: nam ieiuniũ veris ponebat̃ in ꝑma hebomade Martij. Jeiuniũ eſtatis in ſecũda Junij. Jeiuniũ autũni i tertia hebdomade Septẽbris. Jeiuniũ hiemis in quarta hebdomade Decembris. et ratio erat quia iſta ieiunia fiũt ab eccleſia ꝓpter clericos ordinandos.ſ. ad impetrandam eis grãm. et quia ordinati quodãmodo generant̃ vt chriſto attineant q̃ſi conſanguinei: ꝓpterea tẽpora ordinationis eoꝝ correſpondebant ꝑncipalibus ꝑſonis in genealogia chriſti poſitis. Prima fuit Abraham initiũ ꝑme teſſeredecadis. Secunda fuit Dauid in ꝑncipio ſcđe q̃rtedene. Tertia fuit Jeconias i principio tertie. Ultima fuit ieſus chriſt⁹. quoꝝ nominũ interp̄tationes ordinãdis cõueniũt. Abraham pater multorum/Dauid fortis/Jeconias ꝑparatio dñi dicitur. quia ordinati debẽt eſſe patres alioꝝ/fortes ⁊ ꝑparati ad euãgeliũ chriſti. ⁊ ſicut ab vna iſtaꝝ ꝑſonarũ ad aliã fuerũt quattuordecim gñatiões: ſic ⁊ ab vno iſtorũ ieiunioꝝ vſq3 ad aliud intercipiũtur fere quattuordecim hebd. ſed de his ſatis.

*Notabile.*

## ¶ Caput cẽteſimumſeptimum de officio decimenone dñice: quo ſpes promittitur grecis lapſis: vt tandem liberẽtur a ſua captiuitate per dei miſericordiã. et correſpondet 16.17.18.ꝛ.19. cap̃. Apocalypſ.

Argumẽtũ officij

SIcut olim in lege veteri captiuatis decẽ tribubus iſrael a rege Aſſyriorũ: in ſola tribu Juda cum rliquijs Beniamin remãſit fides/ religio/ ꝛ ſacramẽtorum legis obſeruatio in templo Hieroſolymitano: eodẽ modo ꝑ correſpondẽtiam figure ad figuratũ in lege noua: oppſſis grecis cũ alijs orientalibus Aſiaticis (quaſi decẽ tribubꝰ ecclie chriſti) a ꝓfluuio maurorum (qui ſpeciem Aſſyriorum habent in nouo teſtamẽto) remãſit fides ꝛ religio chriſtiana in latino populo: cuius principale caput eſt romana ſedes velut altera Hieruſalem in tribu Juda/ et regno Dauid. que tribus ſepiꝰ a diuerſis nationibꝰ tam infidelium maurorꝫ etiam fidelium Longobardorꝫ/ Francorꝫ/ Alemanorꝫ/ ꝛ aliorum vexata fere ꝑ trecẽtos annos in fide chriſti pſeuerauit. cuiꝰ pſecutiões particulares caput.16. Apocalypſis in ſeptem angelis phialas habentibus deſcribit. nã ꝛ religioſi põtifices romani/ ꝛ catholici ꝑncipes latini imperij angeli dicũtur: miſſi a deo: vt phialas iracundie ſeu vltiõis diuine effunderent ſuꝑ hoſtes pſecutores eccleſie: qui nomine terre/ maris/ aeris ꝛ aliorꝫ corporum ibidem ſignificantur. ſic factũ eſt vt ecclia romana in ꝑdicto tẽporis interuallo: hoc ẽ ab anno chriſti octingenteſimo vſqꝫ ad annũ milleſimũ centeſimũ alternatis vicibꝰ pace ꝛ tranquillitate donaretꝭ merito fidei catholice/ ꝛ religionis ſancte: quã inter pſſuras pſequentiũ ſuſtinuit cũ certa ſpe liberationis ſue ab eis. ¶ Jdeo introitus miſſe huius

Introitꝰ miſſe.

quem Zacharias papa fertur ordinaſſe: ita habet. Da pacem inquit dñe ſuſtinentibus te. ſ. latinis fidelibus: vt ꝓphete. i. ꝑlati tui inueniantꝭ fideles in ſuo miniſterio corã te: ꝛ ſumitur ex.36. capło Eccliaſtici. Exaudi ꝑces ſerui tui romani pontificis/ ꝛ plebis tue Jſrael. i. latine ecclie que continue orat ꝓ pace. Verſus: Letatus ſum. ꝛc̃. ex pſal.121. eſt vox ꝑlati de pace ecclie letificati.

Oratio.

Orõ: Dirigat corda nr̃a. ꝛc̃. ſuppoſita pace petit gratiam ad bene ſeruiendũ deo: quia hoc ſine illiꝰ adiutorio nõ poſſumꝰ implere bene. ¶ Epła: Gr̃as ago. ꝛc̃. ex ꝑmo cap̃.1. epiſtole ad Corin. eſt ꝑdicatio ꝑlati illorꝫ temporum: qua cõgratulatur eccleſie latine de pſeuerantia eius in fide certa et religione vera inter varias pſecutiões malorum.

Epiſtole argumentum.

Jn qua ꝑmo datur gratulatiõis ratio generalis. Secundo ibi: qui in omnibꝰ. ꝛc̃. explicatur cauſa ſpecialis. Tertio ibi: expectantibus. ꝛc̃. ꝓmittitur pſeuerantia finalis. Sicut enim pater naturalis gaudet/ ꝛ deo gratias agit de ꝓbitate filij ſui: teſte illo qui dixit: filius ſapiens eſt gloria patris: ſic ꝑlatus q̃ eſt pater ſpũalis gaudet cum videt ſuos ſubditos ꝓficere in fide ꝛ religione chriſti. ideo dicit fratres mei in chriſto fideles latini gratias ago deo omniũ creatori et gubernatori: ſed ſpecialiter meo conſolatori. ago inquã gr̃as ſemper in ꝑparatione animi: ſed ſpecialiter in certis horis mihi ad orationem deputatis: pro vobis de quibꝰ gaudeo. in gratia. i. ſuper gr̃a dei que data eſt vobis pluſqꝫ grecis: in chriſto ieſu. i. ꝑ chriſtum medratorem dei ꝛ hominum.

Prima ps eplẽ.

Et quia gr̃a eſt nomen generale: particularius explicat de qua gr̃a fideliũ latinorꝫ gaudeat ꝑlatꝰ. quia in oĩbus bonis ſpũalibus diuites facti eſtis in illo. i. ꝑ illũ mediatorem. ſ. in omni verbo ꝑdicationis: qꝛ eccleſia latina abundat ꝑdicatoribꝰ multimodis. hoc eſt planis moralibꝰ/ ꝛ ſpeculatiuis eleuatis. quorꝫ alij acriter arguunt vitioſos/ alij leuiter obſecrant modeſtos. ꝛ hi quidẽ elegãtes ſunt ꝛ grãdiloqui/ illi vero pedeſtri ſermone contenti. Et qꝛ verbũ ꝑdicationis prerequirit eruditionẽ ſcientie: ideo latini effecti eſtis diuites in omni ſcientia ꝛ ſeculari acquiſita/ ꝛ eccleſiaſtica reuelata. nã vniuerſitates et ſtudia plurima ſunt apud latinos: euerſis iã ſcholis ꝛ gymnaſijs grecorꝫ. Fertur. n. Carolũ magnũ Athenarũ vniuerſitatẽ in Galliam tranſtuliſſe: que nunc Pariſeorꝫ academia dicitur: ĩ qua ꝑcipue theologorum ſacra facultas viget. de qua ſequitur: ſicut teſtimoniũ ieſu chriſti. i. euangeliũ cõfirmatũ eſt in vobis. i. valde firmum ꝛ certum legitur apõ vos. ita ergo diuites eſtis in bonis ſpũalibus ſciẽtiarum/ ꝛ virtutũ/ ac donorũ: vt nihil vobis deſit in vlla gratia neceſſaria ad religionem chriſtianã bene obſeruãdam.

Scđa ps epiſtole.

Et licet eccleſia latinorũ ſimilis tribui Juda in veteri lege ꝓpter peccata ſua captiuanda credatꝭ in babylonẽ ſpũalem (prout apoſtolus Joãnes in ſua Apocalypſi conformiter vaticinio Hieremie deſcribit) tamen poſt taxatum numerum annorũ ſeptuaginta reuertetur populus dei ad propria: vt reedificet templũ ꝛ ſanctã ciuitatem duraturam vſqꝫ ad chriſti aduentũ. hanc ecclie latine ſpem explicans ꝑlatus dicit. teſtimoniũ chriſti confirmatũ eſt expectantiꝰ vobis reuelationẽ dñi noſtri ieſu chriſti. i. quando ipſe reueletꝭ in vobis liberãdo vos a pſecutiõe ſecte Mahumetee q̃ Apoca.17. euertenda ꝑdicitur ſub nomine magne meretricis ꝛ babylonis: qui ieſus chriſtꝰ cõfirmabit vos latinos in ſua fide ꝛ religione ſine crimine hereſis vſqꝫ ad finẽ huiꝰ ſexte etatis: qui erit in die aduentus dñi noſtri ieſu chriſti. ſ. quando ad iudicium veniet in gloria ſue maieſtatis.

Tertia ps epiſtole.

¶ Conſequenter ergo ad hanc ꝑdicationẽ ſequitur in graduali ex pſal.121. vox leticie populi chriſtiani: Letatus ſum in his que dicta ſunt mihi: de cõfirmatiõe fidei ꝛ religionis mee. Sequitur verſus ex eodẽ pſalmo. Fiat pax in virtute tua. i. in ecclia latina deſtructis infidelibꝰ. ꝛ abundãtia bonorum ſpũaliũ in turribꝰ tuis. i. prelatis ꝛ doctoribus ecclie.

Graduale

Aleluia timebũt gentes. ꝛc̃. ex ꝑs.101. ad infidelium maurorꝫ euerſionẽ ptinet: quã de proximo futurã expectat ecclia prout habetur in capło.18. Apoca.

Aleluia.

¶ Euãgeliũ: Aſcẽdens dñs Jeſus in nauiculam: ex.9. cap̃. Matthei: promittit grecorũ conuerſionẽ ab erroribus ſuis oratione latinorꝫ impetrandã; quorũ hereſis paralyſi ſignificatur: in qua aufertur ſenſus recte intelligentie/ ꝛ motus operationis bone.

Euangelij argumentum.

poſtqꝫ enim greci fuerint diutius contriti ꝛ purgati oppſſione turcharũ: tãdem ſurget populus ille a lecto ſui erroris/ ꝛ verã fidem confitebitꝭ ſub obediẽtia romane ecclie. ꝛ hoc poſtqꝫ infideles turche/ ꝛ alij mahumetici fuerĩt deleti mirabili potẽtia dei: vt promittitꝭ in capło.19. Apocalypſis. Jn hoc ergo euãgelio ꝑmo inſinuatur latinorꝫ charitas ꝛ deuotio. Secundo ibi: videns ieſus. ꝛc̃. adiungitur grecorum interna cõuerſio. Tertio ibi: vt autem ſciatis. ꝛc̃. concluditꝭ illorꝫ finalis ꝛ perfecta liberatio.

Prima ps euãgelij.

Habet hoc virtus pfecta cũ gratia ſeu charitate: vt doleat de aduerſitate ꝓximi etiam ſi fuerit inimicus/ ꝛ pſecutor uirtuoſi/ ꝛ conetur eũ a ſua miſeria liberare quoad poſſit. Latinorꝫ ergo ſancta ecclia q̃uis pſecutiones plurimas a grecis ſuſtinuerit: dolet de caſu enormi grecorꝫ ꝛ dura ſeruitute ſub potẽtia turcharꝫ: ideo ꝯtinuis orationibꝰ ꝓ grecis apud deũ intercedit donec liberentꝭ miſericorditer a ſua captiuitate/ ꝛ veniãt ad eccleſie vnitatem: ſic etiã in ve. lege tribus iuda in tẽplo Hieroſolymitano continuas ꝑces fundebat ad deũ ꝓ decẽ tribubꝰ captiuatis ſub potẽtia Aſſyriorum vt liberarentꝭ: q̃uis ante illam captiuitatem paſſa ſit tribꝰ iuda multas pſecutiones ab eis dum ſeruirẽt regibus iſrael: ꝛ vitulis aureis.

Hanc ergo latinorũ charitatẽ erga fratres ſuos grecos cõmendans eccleſia in hodierno euãgelio: in illo inquit tempore: quo grecorꝫ imperium propter ſua peccata ſub poteſtate Mahumetis euerſum eſt/ ꝛ quaſi paralyticũ factum. aſcendẽs ieſus in Petri nauiculam: que eſt latina ꝛ romana eccleſia: eam ſublimando ꝛ honorando tã armorũ potentia qꝫ religionis obſeruãtia: trãſfretauit ſeu tranſitũ ſeſe facere oſtendit a grecis/ quaſi derelinquens eos. ꝛ venit in ciuitatẽ ſuã. i. eccleſiam catholicã ſuorꝫ fideliũ. ꝛ ecce continuo poſt grecorum derelictionẽ: offerebãt ei latini deuotis ſuis orationibꝰ: paralyticũ populũ grecorꝫ iacentem in lecto erroris multiplicis: tam moralis qꝫ etiam intellectualis: de agendis ꝛ credẽdis. iacẽtem etiam ꝛ oppſſum in lecto dure ſeruitutis vt ſeruiat dijs alienis turcharũ infideliũ. ſicqꝫ iacebit donec tribulationis diuturnitate vexatio det ei intellectum / ꝛ reſipiſcat ac cõteratur in corde ſuo.

Scđa ps euangelij.

Et tunc nõ ꝓpter ſua merita: ſed videns ieſus fidem rectã illorꝫ: qui ꝓ eis orant: dicet paralytico grecorꝫ populo. ꝯfide fili. ſ. de tua liberatione futura ab hac ſeruitute. ſed prius reſcindere oportet cauſam effectiuã vel potius demeritoriã huius tue egritudinis. ſ. peccata ꝓpter que te deꝰ ſic ꝑcuſſit: ideo remittuntur tibi peccata tua ꝑuia cõtritione tua: q̃ diſponat ad futurã confeſſionẽ: iuxta illud pſalmi.31. Dixi confitebor aduerſum me in iuſticiã meã dño: ꝛ tu remiſiſti impietatem pcti mei. Et ecce tali ſpe liberatiõis grecorꝫ publicata quidã de ſcribis. i. ſapientibꝰ turcharũ dixerunt intra ſe. hic q̃ talia ꝑdicat blaſphemat. i. impoſſibile dicit: videlicet q̄ iſte grecorum populus tam ſubiectꝰ ꝛ inermis liberari debeat a nr̃a ſeruitute: qui tantã habemus mũdanã potentiam. dixit enĩ meretrix Apoca.18. ſedeo regina / ꝛ vidua non ſum/ ꝛ luctum non video. Sed cum vidiſſet ieſus cogitationes eorꝫ vanas: dixit ꝑ ſuos ꝑdicatores. vt quid cogitatis mala cõtra potentiam dei in cordibus veſtris: quaſi volentes ſentire q̄ deus chriſtianorum non poſſit ſeruos ſuos liberare de manibꝰ veſtris quando volet. nã angelus ille q̃ Apoca.18. in fortitudine clamat: dicet: cecidit cecidit babylon magna. ꝛc̃. qꝛ fortis eſt deꝰ ꝛ iudicabit illã. quero enĩ a vobis quid horum duorum eſt facilius deo. ſ. dicere dimittũtur tibi peccata tua: qđ ſepiſſime facit ſuppoſita peccatoris contritione. an dicere captiuo ſurge a miſeria ꝛ ambula in tua libertate: q. d. vtrumqꝫ eſt deo eque facile cuius potentia eſt infinita. ſi ergo ꝑmum horũ facere poteſt: ꝛ ſcđm facere poterit. ſimiliter econtrario ſi ſecundũ: ꝛ primũ: Sed ꝑtinatia infideliũ negat ꝑmum a deo chriſtianorũ: quare ꝛ ſecundum etiã credit ei impoſſibile. ideo tempore a diuina ſapiẽtia ꝑfinito vtrũqꝫ euidenter ꝓbabitur eis conuenire deo noſtro. quãdo finita grecorꝫ penitẽtia populus ille a ſeruitute illa facillime liberabitur ex miſericordia dei. ex q̃ liberatione arguetur neceſſario q̄ ipſe eſt qui remittit peccata ꝛ peccatorꝫ penas. ꝛ tunc dicetur infidelibꝰ turchis.

Tertia ps euãgelij.

vt autẽ ſciatis. i. credatis ꝑ euidentiam facti. quoniã filius hominis: q̃ idem eſt filius dei/ chriſtianorꝫ deꝰ: habet poteſtatẽ nõ ſolum in celo ſed etiam in terra dimittẽdi peccata ſeruis ſuis penitẽtibꝰ: tũc. i. tempore illo ſoli deo cognito dicet paralytico grecorum populo: ſurge ab hac ſeruitute in qua miſerabiliter iaces: tolle lectum tuum. i. reijce a te errorem vite ꝛ doctrine hereticalis. ꝛ vade in domum tuã eccliam catholicam: ꝛ recõciliare ei a qua hactenꝰ diuiſũs eras: Et illico mãdante ꝛ volente deo ſurrexit. i. ſurget populus grecorũ a ſeruitute turcharum: ꝛ abijt. i. ibit liber in domum ſuã matrẽ eccliam confitendo fidem catholicã recte ꝛ ſine errore. quod videntes infidelium turbe timuerunt/ ꝛ glorificauerũt deũ chriſtianorꝫ. i. timebũt ꝛ glorioſum ꝑdicabũt. qui talem poteſtatẽ. ſ. liberatiõis ſue dedit hominibus ſue religionis chriſtiane: ad hoc facit clare ꝑncipiũ capituli.19. Apocalypſis.

¶ Moralitas huius euangelij ꝓ ꝑſentibus requiratur ex voragine ꝛ vincẽtio ſatis docte. Cõſonat Ariſtoteles in ꝑmo Etticorũ qui paraliticũ compat incontinenti.

Moralitas.

¶ Sequitur in offertorio gaudiũ populi latinorum de grecorꝫ cõuerſione ꝛ liberatione ex cap̃.7. libri Numerorꝫ. Sanctificauit inq̃t Moyſes. i. ꝑlatus ecclie ꝑparauit altare domino ad celebrandũ euchariſtie ſacrificium: in gr̃arum actionẽ ꝓ tanta dei mia cum grecis. offerens holocauſta ꝛ immolãs victimas deo. i. grecorũ aĩas deuotas ꝛ fecit ſacrificiũ veſpertinũ. i. ad finẽ mũdi. in odorem ſuauitatis dño: quia valde placet ei peccatorũ conuerſio in cõſpectu filiorum iſrael. i.

Offertorium.

latinoꝝ qui ſortiti ſunt iſraeliticam dignitatem.
Communio. ¶ Similiter ⁊ cōmunio: Tollite hoſtias.⁊c̄.ex pſ.
95.inuitat grecos vt ſeipſos offerant deo hoſtias
pacificas/ ⁊ adorent ipſum in eccl'ia catholica q̄
eſt aula ſancta eius. Finalis orō: Gratias tibi.⁊c̄.
ad idem ꝑtinet agens grās de bn̄ficijs acceptis.
Secreta orō: Deus qui nos ꝑ huius.⁊c̄.attribuit
virtuti euchariſtie totam eccl'ie latine fidem/ ⁊ re
ligionem quam ſeruat: petens etiam permanen
tiam in futurum.

## ¶ Caput cēteſimum octauum de officio vigeſime dn̄ice poſt pēthecoſten:

quo ortus religionū mēdicantiū in eccl'ia dei cir
ca finem ſexte etatis declaratur conformiter ad
20.capitulum Apocalypſis.⁊c̄.

Argumētū officij



Jrca menſis o
ctobris kalendas ponitur in
eccl'ia romana hiſtoria Ma
chabeorum in officio matuti
no: que hiſtoria deſcribit gra
uiſſima bella et ꝑſecutiones
immanes eccl'ie veteris ſina
goge a regibus Syrie: quorum crudeliſſimꝰ fuit
Anthiochus epiphanes ſacri templi expoliator/
ꝓphanator/ ⁊ legis dei violator. quod deus ꝑmi
ſit imo ⁊ immiſit ꝓpter multa ⁊ peſſima pecca
ta iudeorum tribus iude in eccl'ia Hieroſolymi
tana. de quibus peccatis ſtatim in ꝑncipio eiuſ
dem hiſtorie fit mētio. Hec autem in figura facta
ſunt noſtri in quos fines ſeculorum deuenerunt.
nam Antiochus ille antichriſtū figurauit: vt cla
re docet ꝓphetia Danielis capite.xi. ideo eccl'ia
in quattuor dn̄icis menſis octobris: q̄ cum ꝑdi
cta hiſtoria concurrunt: intendit ſignificare cala
mitates romane eccleſie in hac noſtra tempeſta
te.ſ.ab annis chriſti fere.1200. vſq; ad ātichriſtū:
qui ſecundum ſcripturas ꝑdicatur venturus ꝑſe
cutor/ profanator/ ⁊ violator religionis chriſtia
ne quaſi miniſter dei: in vindictam innumerabi
lium peccatorū populi chriſtiani: maxime eccle
ſiaſticorum latinorū: qui vt dicitur.1.Machabeo
rum.1.cap̄.eamus inquiunt ⁊ diſponamus teſta
mētum cū gentibꝰ ſeculariū q̄ circa nos ſunt.⁊c̄.
⁊ edificauerunt ſibi gymnaſiū ſecundū leges na
tionum: ⁊ fecerūt ſibi ꝓputia: ⁊ receſſerunt a teſta
mēto: ⁊ iuncti ſunt nationibꝰ ⁊ venūdati ſunt vt
facerent malū. Veruntamē diuina ꝓuidētia vo
lens tollere excuſationē malorū coram deo: ordi
nauit in ꝑncipio huius miſere tēpeſtatis nouas
religiones apud latinos: he ſunt fratum mendi
cantium: qui predicent in eccl'ia contra enormia
peccata latinorum cōminādo eis futuram anti
chriſti ꝑſecutionē: que vt chriſtus ait: erit talis ac
tanta tribulatio qualis nunq; fuit ab initio mū
di. De his autem nouis religionibꝰ mēdicantiū
in eccleſia ortis poſt annū chriſti milleſimū du
cēteſimū: agit miſſale huius dn̄ice officium corre
ſpondens ꝑncipio capl'i.20.Apocalypſis. vbi an
gelus deſcēdēs de celo/ ⁊ habēs clauē abyſſi: in
telligitur romanus pontifex q̄ regebat eccleſiam
circa ortum dictarū religionū vt Innocētius ter
tius/ vel Honorius/ vel Gregorius nonꝰ.⁊c̄. hic
accepit catenā magnam religioſorū mendican
tium i manu ſua: quia eos approbauit et ad pre
dicandū miſit. ⁊ apprehendit draconem ſerpen
tem antiquum qui eſt diabolus: et ligauit eum:
quia repreſſit eius potentiam ⁊ fallaciam ꝑ an
nos mille.i.quorum numerus eſt perfectus ⁊ deo
certus. quo temporis interuallo viſus eſt diabo
lus recludi ⁊ mitti in abyſſum: vt nō ſeducat am
plius gentes ad incitandum nouas hereſes: do
nec cōſumantur ꝑdicti mille anni. nam poſt hoc
tempus oportet ad ꝓbationē fideliū illum ſolui
a ſuo carcere modico tēpore.ſ.apparitionis anti
chriſti. interim tn̄ ſunt in eccleſia ſedes ꝑlatorum/
et ſederunt ſuꝑ eas quiete et in pace: et iudicium
datū ē illis a deo: in tantū q̄ iſto tempore pluſq;
in alijs etatibus viguit in eccleſia dei ſcientia iu
ris canonici et ciuilis. et creuit ſupra modum iu
riſperitorum numerus: libri quoq; decretalium
quinq; a Gregorio nono/ liber ſextus a Clemen
te quinto/ liber Clemētinarū a Johāne.22.publi
cati ſunt et ad vniuerſitates miſſi: poſtea vero a
varijs pontificibꝰ varie decretales edite ſunt q̄
dicuntur extra vagātes. Hinc cōmentariorū mul
titudo maxima inundauit: que varias et multi
plices intelligentias cuilibet textui iuris adhibe
rent: adeo vt gloſſe ſuꝑ gloſſas vix ſufficiāt mul
tiplicate. Nam āte illa tēpora ſoli theologi eccle
ſiam dei regebant plano modo cauſas determi
nātes: ſine ſtrepitu et figura iudicij. nūc autē ma
gis exacte ⁊ intricate cauſe omnes geruntur ſub
quibuſdam modis ꝓceſſuum. ⁊ hoc ideo q2 iudi
cium inquit datum eſt illis. In hoc etiam tēpo
rum interſticio aīe ſanctoꝝ martyrum ⁊ cōfeſſoꝝ
regnant cum chriſto in ꝑma reſurrectione aīarū
expectantes beatā reſurrectionē ſuorum corpo
rū q̄ erit ſecunda. ¶ De his ergo nouis religioni
Introitꝰ miſſe. bus vt ꝑdiximus miſſa huius dn̄ice agere inten
dit: cuius introitus: Salus populi.⁊c̄.ex diuerſis
ſcripture locis aſſumptus: fideles alloquit̄ ſpem
diuine mīe allegans qua ſeruos ſuos in tribula
tione ad eū clamātes exaudire ſolet: vt poſtea in
ꝑſecutione antichriſti non deſperent vel deijcian
tur puſillanimitate: ſed ſtent firmi in lege chriſti.
Jdeo ſequitur verſus ex pſal'.77. Attendite po
pule meus legem meā: quā vobis ꝑdicant reli
gioſi: ad quoꝝ ꝑdicationē inclinate aurē veſtram
Oratio. in verba oris mei. Oratio: Omīpotens ⁊ miſericors
deꝰ.⁊c̄. correſpōdet ꝑdicte exhortationi: ideo ē pe
titio eccl'ie ad deū vt ⁊ aduerſas ꝑſecutiones ex
cludat/ ⁊ legē dei fideliter exeq̄ faciat ꝑ ſuā grām.
¶ Ep'la: Renouamini ſpū.⁊c̄.ex.4.ca.ad Ephe.
Epiſtole argumentum. inuitat fideles ad religiones ꝑ quas renouātur
mentes hoīm depoſita vite ꝑoris vetuſtate. In q̄
ꝑmo oſtendit̄ in quo cōſiſtat religioſe vite noui
tas. Scd̄o ibi: propter quod.⁊c̄. indicitur religioſe
ꝑſone māſuetudo ſeu mititas. Tertio ibi: nolite lo
cum dare.⁊c̄. ꝑcipitur eiſdē reſtitutio ſeu libera
litas. Sicut.n. in vita corporis naturali deꝰ ſexto
die cir



Prima ps ep'le. die creauit hoīem: poſt aues piſces/ ⁊ beſtias ter
re ad imaginē ſuam: ſic in vita aīe ſpūali grā ſal
uatoris chriſti in hac ſexta mundi etate ad finem
eius creat hominē ꝑ ſuorum religioſorum ꝑdica
tionem ad imaginem ſuā poſt mores beſtiales.
Ceſſante ergo in eccleſia dei ꝑdicatione ꝑlatoꝝ/
⁊ alioꝝ curatorum ceperūt noui religioſi ꝑpl'os fi
delium ad nouitatem vite inuitare dicēte. fratres
renouamini ꝑ nouam religionē: nō in carne/ ſed
in ſpiritu mentis veſtre: ⁊ ſicut exteriꝰ in religio
nis ingreſſu induitis nouas veſtes: ſic interiꝰ in
duite nouum hominem.i. nouam vitam virtutū
humanarum: qui nouus homo interior creatus
eſt: nō in eſſe naturali: ſed in eſſe morali per gra
tiam chriſti: ſecūdum deum.i. ad imaginem dei:
que conſiſtit in iuſticia mandatorū legis q̄ ſunt
de actibus virtutum. ⁊ in ſanctitate.i.perfectione
conſiliorum: que ſunt de operibꝰ ſupererogatio
num. ſanctitate inquam veritatis/ non ſimulate
hypochriſis: q̄ aliena eſſe debet a bonis religio
ſis. quia licet homo q̄libet in eſſe naturali ſit crea
tus ad imaginem dei ꝑ intelligētiam/ memoriā/
⁊ voluntatem: tamē per peccatū illa imago teſte
Auguſtino: ita deformis ⁊ obſcura facta eſt: vt iā
nulla eſſe videatur. qui ergo ꝑ gratiam dei illu
ſtratur/ ⁊ a peccato mūdatur/ ac iuſtificatur: qua
ſi tunc de nouo creatur ad imaginem dei. ⁊ hoc
fit in deuoto religionis ingreſſu ꝑ indulgentiam
plenariam omnium delictorū tam a pena q̄ etiā
Scd̄a ps epiſtole. a culpa. Jnchoata autem noua vita in religione:
primū oportet cauere a peccatis murmuratiōis/
⁊ inuidie: q̄ ſunt labes ⁊ corruptelle religioſorū.
ꝓpter quod fratres ſitis deponentes mēdatium
de ore veſtro/ et loquimini veritatem vnuſquiſq;
cum ꝓximo ſuo. quoniam ſumus in religiōe ad
inuicem membra eiuſdem corporis myſtici. ideo
debemꝰ nos inuicē iuuare/ ⁊ cuſtodire/ nō men
tiendo decipere. Et ſi propter diſtantiam cōple
xionum ⁊ etatum aliqui religioſi ſint vobis one
roſi: ſitis patientes ⁊ manſueti ad eos. ⁊ ſi iraſci
mini nolite peccare per exceſſum contra virtutē
manſuetudinis vt dicitur in pſalmo.4. ſed repri
mite paſſionem ire quanto citius fieri poſſit: iux
ta conſilium ſapientis: Sol non occidat ſuꝑ ira
cundiam veſtram Jacobi quarto: ſed ante ſolis
occaſum eam deponite. Secundo oportet in reli
Tertia ps epiſtole. gione cauere a peccato auaricie ſeu cupiditatis:
vbi fit ꝓfeſſio paupertatis. nolite ergo dare locū
diabolo tentanti vos de auaritia: vt conſentiatis
tentationi eius ſicut olim in ſeculo. ideo qui fura
batur iniuſte acquirendo per vſuram/ vel aliam
illicitam rei aliene vſurpationem: iam non talia
faciat in religione. magis autem.i.potius laboret
operando manibus ſuis: quod bonum eſt.i. de
cet religioſum ſeruata ſua honeſtate: et peractis
diuinis officijs. et ſic in ſudore vultus ſui come
dent panem. ⁊ labor ſuus etiam vtilis erit alijs
.ſ. vt habeat aliquid lucri ex ſuo opere: vnde tri
buat pauperi neceſſitatem famis pacienti/ quod
Gradual e eſt opus magne charitatis. ¶ Hac exhortatione
concitatus nouus religioſus intendit deuotioni
dicens in graduali illud pſalmi.140. Dirigatur
dn̄e orō mea.⁊c̄. Verſus: Eleuatio manuū mea
Alleluia. rum.⁊c̄.ex eodem pſalmo. Alleluia: Confitemini
dn̄o: ex pſalmo.104. eſt declaratio exercitij bo
nis religiōi.ſ. i laudibꝰ diuinis ⁊ obſecrationibꝰ
Euāgelij argumentum. ꝓ ſe ⁊ ſuis ꝓximis. ¶ Euangelium: Loqueba
tur Jeſus.⁊c̄. Matthei.22.capitulo. parabolice di
ſtinguit varios ꝑdicatorum ordines: quos ab ini
tio naſcentis eccleſie chriſti deꝰ miſit in mundū.
quorū vltimi religioſi mēdicātes egreſſi ad exitꝰ
viarū in q̄bus hoīes multipliciter delinq̄bant: cō
gregauerunt varios hoīes ad religionē ⁊ penitē
tiam: adeo vt tota fere eccl'ia latinorū nouis reli
gioſis impleretur. ſed nec illi oēs bene ſeruaue
runt regulam ſue religiōis ad quam fuerāt inui
tati: ideo in fine euangelij ſubditur malorū reli
gioſorum pena. Diuiditur ergo euāgelium i tres
partes iuxta tres ꝑdicatoꝝ ordines ibi bē nota
tos.ſ. ap'los/ doctores/ ⁊ religioſos mēdicātes. Se
cunda ibi: iterū miſit alios.⁊c̄. Tertia ibi: tunc ait
Prima ps euangelij. rex. In illo itaq; tempore quo chriſtus in terris
agēs eccl'iam ſuā fundabat: loquebat̄ cum diſci
pulis de ſtatu militantis eccleſie i parabolis di
uerſis: ſed aliarum hec aptiſſima eſt ad ꝓpoſitū
nouarū religionū mēdicantiū: de quibꝰ in ꝑſenti
officio dominicali agimus. Simile inquit factū eſt
regnū celorū.i. eccl'ia chriſtianorū militans: homi
ni regi qui fecit nuptias filio ſuo.i. regno hoīs q̄
ſuū filiū vnigenitū voluit glorioſis nuptijs exal
tare. nā eodē modo deus pater ꝑ incarnationem
filij ſui vnigeniti (in q̄ deꝰ cū natura humana cō
traxit in thalamo vteri virginalis) voluit illū nō
in ſe ſed in hoīm opinione exaltare ꝑ totū mun
dum. Et ideo poſt aſcenſionē ſuam miſit ſeruos
ſuos ap'los vocare inuitatos.i. vocando inuitarēt
hoīes ad nuptias chriſti ⁊ eccleſie ſponſe ſue. De
hac miſſione habetur Mat. ⁊ Marci vltimo cap̄.
Jte in mundū vniuerſum ꝑdicate euangeliū om
ni creature.⁊c̄. ſed multi tam ex iudeis q̄ ex gēti
libus ſic ab ap'lis ⁊ alijs ꝑdicatoribꝰ ꝑmitiue ec
cleſie inuitati: nolebant venire ad fidem chriſti/ ⁊
ſacramenta ſue eccl'ie. imo indignabant̄ ꝑſequen
tes ſeruos chriſti. ⁊ hec ꝑma inuitatio pariter ⁊ in
dignatio durauit fere ꝑ trecentos annos: de qui
bus in ſex ꝑmis dn̄icis poſt penthecoſtē cū hiſto
Scd̄a pars euāgelij. ria regum diffuſe dictum eſt. Poſtea vero cum
hereſes varie inſurgerent in eis quos ꝑmi predi
catores vocauerūt: iterum deꝰ miſit alios ſeruos
ſuos.ſ.doctores theologos: de quibus in domini
cis que cum libris ſapiētialibus cucurrerūt ꝑus
actum eſt. et precepit illis vt dicerēt inuitatis he
reticis. ecce prandium meum paraui.i. mēſam ſa
cramētorū in eccl'ia: quorum maximum.ſ. eucha
riſtia in ſpeciebus prādij inſtitutum eſt: ⁊ dicitur
ſacrum conuiuium. tauri mei.i. precepta moralia
vngula diſcretionis diuiſa/ ⁊ altilia id eſt conſilia
euangelica altiora. occiſa.i. corrupta ſunt a vobis
varijs erroribus/ et omnia neceſſaria ad ſalutem
animarum.i. prompta ad recte intelligendū ſine
ambagibus errorū. venite ad nuptias eccleſie di
miſſis erroribus. hec ſuadebāt catholici doctores

hereticis: quoꝝ ſapiẽtiſſimꝰ Auguſtinꝰ arguebat
eos per illud pſ.4. Filij hoĩm vſqꝫquo graui coꝛ
de:vt quid diligitis vanitatem ⁊ queritis menda
tiũ.⁊c̄. ſed illi obdurati ĩ ſua vanitate neglexerũt
conuerti. abieruntqꝫ per varios errores alius in
villam ſuam.i.phantaſiã ſuperbie/ ⁊ inanis glo-
rie.alius vero ad negotiationẽ ſuam.i.cupiditatẽ
auaritie et mundani lucri. reliqui nec querentes
honoꝛem neqꝫ lucrum per ſuas hereſes : ſed ſti-
mulati inuidia contra ſeruos dei catholicos te-
nuerunt eos in carceribꝰ/⁊ contumelijs affectos
occiderunt. In qua diuerſitate hereticoꝛum greci
notantur: qui vel ꝓpter ſuperbiam/ vel pꝛopter
auaritiam varias perſecutiones exercuerũt cõtra
latinos catholicos. Ideo rex chꝛiſtus cũ audiſſet
ꝑſecutiones eoꝛum per clamoꝛẽ latinoꝛũ: iratus
eſt cõtra grecos/ ⁊ miſſis exercitibus turcharum
ſuis quidẽ miniſtris.ꝑdidit homicidas illos:⁊ ꝑ
.i.ſuccendit ciuitatẽ ⁊ regnũ illoꝝ. nã ferro ⁊ igni
infideles expugnauerunt grecos:quaſi exſecuto
Tertia ps euãgelij.
res diuine iuſtitie in vindictã delictoꝛũ. Quibꝰ ſic
iuſte punitis tunc ait rex eccleſie chꝛiſtus ſeruis
ſuis.i.p̄dicatoꝛibus vltimis religioſis mendican
tibꝰ.nuptie quidẽ eccl'ie parate ſunt oĩbꝰ viatori-
bus ad ſalutem. ſed multi qui inuitati erant ad
eccleſiaſticas dignitates.i.iudei ⁊ greci nõ fuerũt
digni tanto beneficio honoꝛis.:ergo loco eoꝛum
gẽtiles latini ſubrogãdi ſũt.ideo ite ad pꝛedican-
dum populo latinoꝛum ad exitus.i.exceſſus via
rum.i.moꝛum humanoꝛum. nam tũc in eccleſia
erant magna vitia in moꝛibus hominum cõtra
virtutes moꝛales:que hic dicũtur exitus.ſ.a me-
dio virtutũ:⁊ contra illa miſſi ſunt pꝛedicare men
dicantes.ſ. cõtra ſuperbiam/auariciam/et luxu-
riam:de quibus Joãnes apoſtolus.omne quod
eſt in mũdo: aut ẽ cõcupiſcentia carnis/aut ocu-
loꝛum/aut ſuperbia vite:⁊ quoſcunqꝫ inueneritis
paratos audire vos:vocate ad nuptias ꝑ ingreſ-
ſum religionis. et egreſſi ſerui eius pꝛedicti pꝛe-
dicatoꝛes ad veſperam huius ſexte etatis ad pꝛe
dicandum in vias hominũ varias.ſ. virtutum et
vitioꝛũ:cõgregauerunt ad religiones oẽs quos
inũenerunt dociles tam ex bonis/q̄ꝫ ex malis et
publicanis. ⁊ implete ſunt nuptie eccleſie latine
diſcumbẽtium religioſoꝝ:iuxta illud pſalmi .39.
Anunciaui et locutus ſum : et multiplicati ſunt
ſuꝑ numerum religioſi in eccleſia: adeo vt rũpe-
retur aliquãdo rete religionis ꝑ diſcoꝛdias ⁊ iur
gia fratrum: quia non omnes vocati ad religio-
nem ſeruant eam bene in charitate:que eſt p̄cio-
ſa veſtis anime: quare intrauit rex per viſitatio-
nem pꝛelati religionis: vt videret diſcumbentes
religioſos:⁊ inter bonos vidit ibi hominem.i.hu-
mana ſapientẽ:nõ veſtitũ charitate veſte nuptia
li:⁊ ait illi p̄latus zelans bonum religionis.ami-
ce.i.qui vocatus es vt eſſes amicus ⁊ frater alio-
rum.quomodo.i. qua intentione huc intraſti ad
religionem:non habẽs charitatem dei ⁊ ꝓximi:
que ẽ veſtis interioꝛ religioſi. at ille accuſatus a
pꝛopꝛia conſcientia obmutuit conuictus de ſuo
erroꝛe:vel nihil reſpondit ꝑtinens ad correctionẽ
ſuam:hoc eſt noluit coꝛrigi.tũc ergo rex.i.p̄latus
rectoꝛ religionis ait ſuis miniſtris alijs fratribꝰ,
hunc ligatũ manibꝰ ad bona opera/⁊ pedibꝰ bo
narũ affectionũ:mittite extra religionem in tene
bꝛas exterioꝛes ſecularis vite tenebꝛoſe:qꝛ etiam
ipſe habet in ſe tenebꝛas interioꝛes male conſciẽ
tie:nã ibi in ſeculo erit ſibi fletus multarũ tribu-
lationũ.⁊ ſtridoꝛ dentiũ multoꝝ eũ moꝛdentium.
Sic enim antiquitꝰ regebant̃ bene iſte religiões
mendicãtiũ :expellendo diſcholos ⁊ inquietos a
ſua ſocietate:vt conſeruaret̃ honeſtas religionis
⁊ fructus eius in eccleſia dei. nã licet multi ſint
ad religiones vocati:pauci tñ ſunt electi ⁊ ꝓbati
in eis. ¶ In offertoꝛio: Si ambulauero.⁊c̄.ex p̄s.
Offertorium.
137. deuotus religioſus ꝯfitetur ꝙ ieiunia/cili-
cium/diſciplıne/⁊ alie tribulationes religionis q̄
videnꝫ moꝛtificare coꝛpoꝛa:viuificant aĩas.⁊ reſi-
ſtũt ire inimicoꝛũ hoc eſt carnis/mundi/⁊ demo-
nis/vt ſaluet̃ religioſus a pericl'o inferni. ¶ Cõio:
Communio.
Tu mãdaſti.⁊c̄.ex pſal'.118.eſt oꝛõ boni religioſi
ad deũ:vt dirigat eum ꝑ grãm ſuam ad bene ſer
uãdum ſuam regulam:ſuꝑ qua habet ſtrictũ dei
mãdatũ. Secreta oꝛõ: Hec munera.⁊c̄. Et vltima
oꝛõ: Tua nos dñe.⁊c̄.hoc idẽ petũt ſibi cõcedi vir
Moralitas.
tute euchariſtie. ¶ Ex pꝛedicto officio clariſſime
notatur ꝓ p̄ſentibꝰ doctrina moꝛalis:ꝓ refoꝛma
tiõe vniuſcuiuſqꝫ hoĩs in vita ſua maxĩe in ſene-
ctute:quando appꝛopinquat ad moꝛtẽ.quod eñ
de tota eccl'ia dicitur: conſimiliter intelligi poteſt
de ſingulis partibꝰ ſeoꝛſum. Unde rep̄henditur
homo/q̄ ſepiꝰ vocatus a deo aut ꝑ interioꝛes in-
ſpirationes/aut ꝑ exterioꝛes p̄dicatiões/vel ꝑ cõ-
ſilia p̄uata ꝑ ꝓſperitates/vel tribulatiões:noluit
venire ad deum:aut ſi foꝛte venit nõ bene ſerua
uit ſtatũ vocationis ſue. Quare opus eſt vt vnuſ-
quiſqꝫ ſibi conſulat ⁊ ꝓuideat de remedio opoꝛ-
tuno:quod nullũ aliud ẽ q̄ꝫ vera penitẽtia: q̄ p̄ce
dentes negligentias purgat:⁊ habilem facit ho-
minẽ vt ſedeat ad mẽſam chꝛiſti in nuptijs eccle
ſie:q̄ quotidie peragũtur vſqꝫ ad finem ſeculi: et
figurate fuerũt in cõuiuio nuptiali Aſſueri regis
Aſſyrioꝝ: de quo habetur ĩ p̄ncipio libri Heſter.
nam ille Aſſuerus (qui beatꝰ interp̄tatur) chꝛiſtũ
ſignificauit:⁊ regina Heſter eccl'iam ſpõſam eiꝰ.

## ¶ Caput cẽteſimum nonũ

de officio vigeſimeꝓme dominice poſt pẽthecoſten: in quo agitur de refoꝛmatione religionum in eccleſia latina poſt earũ lapſum: etiam iuxta vigeſimum capitulum Apocalypſis.

Etſi pꝛedicte re-
Argumẽtũ officij.
ligiones noue ſancte ⁊ bone
fuerint a ſuis p̄mis fundato
ribꝰ inſtitute:tamẽ poſt moꝛ
tem eoꝝ ſui ſucceſſoꝛes:q̄dã
inerti ſecuritate paulatim a
perfectione religionis lapſe
ſunt.nã vt inquit Hieronymꝰ:timoꝛ virtutum cu
ſtos eſt:ſecuritas ad lapſum facilis. ⁊ iudicũ.18.
dixit quidam / nullus erit laboꝛ intrabimus ad



ſecuros. Hinc diuus Auguſtinꝰ.nemo inquit de-
bet eſſe ſecurus in hac vita q̄ tota tẽtatio noĩatur.
et Bernardus ad religioſos. nuſq̄ꝫ eſt ſecuritas
fratres neqꝫ in celo neqꝫ in paradiſo:multo minꝰ
in hoc mũdo.nam in celo cecidit angelus a pꝛe-
ſentia deitatis/Adam in paradiſo de loco volu-
ptatis/Judas in mũdo de ſchola ſaluatoꝛis:apo
ſtolus etiam dicit: qui ſe exiſtimat ſtare videat ne
cadat.hoc accidit pꝛedictis religioſis qui putan-
tes ſe ſtare in ꝑfectione ſanctitatis: rigoꝛem diſci
pline regularis remiſerunt:⁊ ſic paulatim a per-
fectione ſua ceciderunt.adeo vt poſt centum fere
annos a ſua inſtitutiõe omnino viderentur iſte
religiones lapſe:quare opus fuit eas iterum re-
foꝛmari a ſuis p̄latis autoꝛitate apoſtolice ſedis.
De qua refoꝛmatione eſt ſermo in officio miſſa-
li huius dñice:q̄ etiã inſinuata ẽ in p̄dicto capl'o
Apoca.in eo q̄d dictũ eſt:datũ eſt eis iudicium ⁊
poſite ſunt ſedes:⁊ ſederũt ſuꝑ eas.⁊c̄.ꝑ iudicium
enim vindicta ⁊ coꝛrectio ſignificat̃ in qua refoꝛ-
matur oĩs religio. Hec refoꝛmatio religionũ mẽ-
dicantiũ incepit fieri in eccl'ia circa annos chꝛiſti
1350. p̄dicantibꝰ diuinis religioſis Uincẽtio in
Hiſpania ⁊ Gallia/⁊ Bernardino in Italia cum
alijs ſocijs ⁊ diſcipulis eoꝝ. Quoꝛum vocẽ introi
Introitꝰ miſſe.
tus miſſe ꝓtendit: Oĩa q̄ feciſti nobis dñe.⁊c̄. Da
niel'.3.vbi p̄mo allegat̃ hoꝝ religionum lapſus ⁊
pena eis iuſte a deo inflicta. deinde ſupplicat̃ ꝓ
diuina mĩa ĩ refoꝛmatiõe fiẽda. Uerſus: Magnꝰ
dñs.⁊c̄.ex.pſal'.47.eſt cõfidentia diuini adiutoꝛij
ex magnitudine bonitatis diuine erga ciuitatẽ
ſuam/ que eſt eccleſia latina:⁊ maxime ſacra reli
gio q̄ d̄r mons ſanctus dei. Uerſus aliꝰ eſt: Bea
ti immaculati .⁊c̄.p̄ncipiũ pſal'.118. ⁊ laudat reli-
gioſos refoꝛmatos q̄ immaculati ambulãt in re-
Oratio.
gula ſua que eſt lex dñi. Oꝛõ: Largire q̄s dñe.⁊c̄.
idem petit alio modo.ſ.indulgẽtiam religioſis q̄
deliquerunt : ⁊ grãm bene viuendi in poſterum.
Epiſtole argumentum.
¶ Ep'la: Uidete quomõ caute.⁊c̄. Ephe'.5.cap̄.
eſt p̄dicatio p̄dictoꝛũ refoꝛmãtiũ religiones. In q̄
p̄mo ponitur exhoꝛtatio genalis. Sc̄do ibi: ꝓpte
rea nolite.⁊c̄.ſpecificat̃ retractio a malis. Tertio
ibi:ſed impleamini.⁊c̄.ſubiungit̃ cõfirmatio ĩ bo
Prima ps ep'le.
nis. Pꝛelatꝰ refoꝛmatoꝛ vidẽs ſecuritatẽ ⁊ negli
gentiã religioſoꝝ cauſam fuiſſe lapſus eoꝛũ:oꝛdi
tur ſermonẽ a cautela virtuoſa.fratres inquit vi-
dete deinceps cum magna diligentia quomodo
caute ambuletis in religioſa vita: circũſpiciendo
oĩa pericula vitioꝛum ⁊ non negligatis remedia
quaſi inſipientes ⁊ deſides : ſed illico pꝛouidete
quaſi ſapientes.i.pꝛudentes in moꝛibꝰ.ex memo
ria p̄teritoꝛum/⁊ intelligentia p̄ſentiũ pꝛouideas-
tis futura mala euadere.⁊ ſitis redimẽtes.i.recu
perantes tempus ꝑditum in lapſu veſtro:dupli-
cando bona opera virtutũ ꝓ iſto ⁊ pꝛo illo tẽpo-
re.qm̃ dies huius vite ſunt mali.i.periculoſi ⁊ ple
ni calumnia. nã vbiqꝫ parant̃ homini inſidie vt
Secũda ps ep'le.
cadat.caute ergo ambulandum eſt ⁊ non ſecure.
Sed quia in moꝛibus ſermones generales mi-
nus valent: veniamus ad particularia conſilia.
pꝛopterea nolite fieri impꝛudentes circa virtutẽ
temperantie:que reſpicit cibum ⁊ potum.ſed ſitis
intelligentes.i.intime legentes ⁊ inquirẽtes que
ſit volũtas dei ideſt pꝛeceptum dei datum vobis
in vſu cibi et potus:quod dicitur voluntas ſigni
in deo.nam regula temperantie in religioſis an
guſtioꝛ eſt q̄ꝫ in laicis ⁊ clericis ſecularibus: qui
non ſic pꝛofitentur euangelicam perfectionem ſi
cut vos:ideo multa licent eis in cibis ⁊ potibus:
que vobis eſſent illicita:quam regulam tempe-
rantie non aduertentes/ſed rigoꝛem abſtinentie
laxantes ad ſimilitudinẽ ſecularũ mẽſam vobis
parabatis : ⁊ hinc alia vitia in vobis oꝛta ſunt.
ſicqꝫ a perfectiõe veſtra lapſi eſtis . Redite ergo
ad veſtram abſtinentiam maxime in potu:vini.⁊
nolite inebꝛiari.i. faciari vino: in q̄ tanq̄ꝫ in cau-
ſa eſt luxuria quam vos ex voto euitare tenemi-
ni.vinum enim multos ſpiritus generat/animo
ſitatem cauſat/ ⁊ facit homines ꝑ talenta loqui
vt dicitur.2.Eſdre.3.que omnia ad luxuriam ꝑti
Tertia ps epiſtole.
nent. Contra hanc vini ⁊ alioꝛum ciboꝛum ſpiri-
tuoſitatẽ vitioſam: potius vos debeatis pꝛocura
re vt impleamini ſpirituſancto:qui facit deuotio
nis feruoꝛem Roma.12.ſpiritu feruẽtes/loquen-
di audatiã Actuũ.2. Repleti ſunt omnes ſpiritu
ſc̄to ⁊ ceperunt loqui. vnde ⁊ qui eos audiebant
putabant ebꝛios vino/gaudium ⁊ leticiam. Ro-
ma.14. Pax et gaudium in ſpirituſancto. Mo-
dus autem repletionis ſpirituſſancti conſiſtit in
dilectiõe dei et ꝓximi. de qua vtraqꝫ ꝓſequitur.
nam in dilectione dei ſunt tria. Pꝛimum eſt ſpi-
ritualis meditatio:de qua dicitur:loquentes vo-
biſmetipſis.i.intra voſipſos meditando in recta
opatione quid faciendũ:hoc ſignificat ĩ pſalmis
.i.bonis operibus/ in diuina laude quid imitan
dum:ideo in hymnis.i. laudibus diuinis/de ce-
leſti iocunditate q̄d ſperadum:ideo in cãticis ſpi-
ritualibꝰ.ſ.de ſpe eternoꝛũ. Sc̄dm eſt ſp̄ualis ex-
ultatio:de qua d̄r:cãtantes.⁊c̄.qꝛ ex frequẽti me-
ditatione accẽditur ignis charitatis in coꝛde iux
ta illud pſal'.38. In meditatione mea exardeſcet
ignis. ex hac inflãmatione cauſatur leticia ſpiri-
tus in coꝛde: ideo dicit cantantes et pſallentes
in coꝛdibus veſtris dño. Tertium eſt gratiarum-
actio:quia ex hoc ꝙ aliquis ſic afficitur ad deum
recognoſcit ſe omnia habere a deo.ſitis ergo gra
tias agentes deo pꝛo omnibus donis eius tam
in pꝛoſpera q̄ꝫ in aduerſa foꝛtuna. in nomine do
mini noſtri ieſu chꝛiſti:per quem habemus pacẽ
⁊ alia bona a deo:quia eſt mediatoꝛ dei ⁊ homi-
num. In dilectione pꝛoximi repletio ſpirituſſan-
cti pꝛincipaliter oſtenditur vt ſitis ſubiecti inui-
cem minoꝛes maioꝛibus / non pꝛopter timoꝛem
ſeruilem aut mundanum : ſed in timoꝛe filiali
chꝛiſti. hec et alia multa ſimilia confirmant reli-
Graduale.
gioſos in obſeruantia ſue regule. ¶ Ad pꝛedi-
ctam exhoꝛtationem de temperantia ciboꝛum et
potum religioſoꝛum additur graduale: Oculi ho
minum.⁊c̄.ex pſalmo.144. confirmans ſenten-
tiam epiſtole autoꝛitate pꝛophetica: ne ſint reli-
gioſi nimis ſoliciti dicentes : quid manducabi-
mus/ aut bibemus paupereſ:quia deus curam

habet paſcendi ſeruos ſuos ſperantes in ſe.
Verſus: Aperis tu manum tuam ⁊c. ex eodem
Aleluia. pſalmo. promittit abundantiam neceſſariorum
ex liberalitate diuina. Aleluia: Paratũ cor meũ
⁊c. ex pſalmo. 107. eſt vox religioſi reformati offe
rentis ſe promptum ad officia religionis: qꝛ can
Euãgelij argumentum. tabo ⁊ pſallam in gloria. ¶ Euangelium: Erat
quidam regulus. ⁊c. ex. 4. capitulo Joãnis: mo
dum reformandi religiones explicat. In quo pri
mo reformator prelatus implorat diuinum au
xiliũ gratie dei ſine qua cõuertẽte corda hominũ
nulla eſt poſſibilis bona reformatio religioſorũ.
Secũdo ibi: dixit ergo Jeſus: addit ſigna ⁊ pro
digia increpationum ⁊ diſciplinarum quibus ar
ceatur temeritas diſcolorum. Tertio ibi: iã eo de
ſcendente: concludit in reformato religioſo ꝙ ex
ceſſiuus calor mundane concupiſcentie (que fe
bris dici poteſt) reprimitur ⁊ ſanatur per ſeptifor
mem gratiã ſpiritusſancti que hora ſeptima dici
tur: ⁊ ſic filius talis prelati viuit in conſortio bo
Prima ps euangelij. norum. In illo itaqꝫ tempore quo religiones erãt
reformande erat quidam regulus .i. paruus rex
ſeu rector p̄latus in eccleſia dei. ſ. prelatꝰ religio
nis qui minor eſt epiſcopo dioceſano: ideo non
rex ſed regulus dicitur. cuius filius religioſus in
firmabatur lapſus a perfectione ſue religionis
per varia vicia. capharnaum. i. in agro pinguedi
nis: aut villa conſolationis hoc eſt in pinguedi
ne mundane delectationis contraxit ſpiritualem
infirmitatem grauiſſimam vſqꝫ ad mortem ani
me. Hic ergo prelatus cum audiret ꝑ diuinam
inſpirationem ꝙ ieſus adueniret mittendo pre
dicatores vocantes ad religionis perfectionem/
a iudea. i. ab eccleſia romana in qua eſt fidei ca
tholice vera confeſſio: in Galileam. i. transmigra
tionem melioris vite que eſt ſacra religio. q. d. cũ
audiret ꝙ deus mitteret nouos p̄dicatores Vin
centium/ Bernardinum et alios qui autoritate
romani pontificis vbiqꝫ p̄dicarent contra lapſus
religionum: abijt per deuotam orationẽ ad deũ
⁊ rogabat eum vt deſcenderet per ſue gratie in
fuſionem ⁊ ſanaret filium eius religioſum diſco
lum. quia infirmitas ſpiritualis peccati non ali
ter ſanari poteſt niſi per gratiam ſaluatoris. non
eſt inquit apoſtolus volentis neqꝫ currentis: ſed
dei miſerentis. ⁊ Hieremias conuerte nos domi
ne ad te et conuertemur alias moriemur. ideo di
citur de religioſo diſcedente a gratia dei ꝙ inci
piebat mori per malam conſuetudinem in pec
catis. Sed deus vult ꝙ homo faciat quod i ſe eſt
⁊ ſic diſpoſito dat gratiam ſanantem. dixit ergo
Secũda pars euãgelij. Jeſus per internam hoc eſt interiorem inſpiratio
nem ⁊ ꝑ externam experientiã: niſi videritis vos
diſcoli religioſi ſigna. i. verba increpationum: et
prodigia diſciplinarum ſeu flagellorum nõ cre
ditis predicatoribus meis miſſis ad vocandum
vos. q. d. induratis his tuis religioſis neceſſaria
eſt caſtigatio vel a deo/ vel ab homine que diſ
ponat ⁊ molliat corda eorum ad gratiam dei: et
tunc credent reformatoribus ſuis. Dixit ad eum
regulus. i. prelatus religionis domine etiam ad
illam diſpoſitionem preuiam eſt neceſſarium au
xilium gratie tue. nã Pharao rex Egypti ſepius
a te flagellatus non ſe diſpoſuit ad gratie tue in
fuſionem: quia induratum erat cor eius/ a q̃ gra
tiam iuſte ſubtraxeras. deſcende ergo cum gra
tia tua diſponente priuſqꝫ moriatur filius meꝰ ꝑ
obſtinationẽ in peccato. Tunc ieſus vidẽs fidem
deuotionem et inſtantiã orantis dixit ei. i. cõceſſit
vtramqꝫ gratiam et diſponentẽ ⁊ ꝑficientẽ. vade
inquit ſecurus. i. perge in officio reformatiõis. nã
filius tuus religioſus iam viuit bene reformatus
in ſua religiõe: credidit ergo homo ille religioſoꝝ
p̄latus ſermoni. i. ꝓmiſſiõi dei: ⁊ ibat. i. ꝓcedebat
in ſua reformatiõe fiſus de diuina grã auxiliãte
Tertia ps euãgelij. ⁊ coperante. Nã prelato in tali opere iã deſcẽden
te ad tollendam ſuorum religioſorũ imperfectio
nem: inuenit magnum ꝓfectum. ⁊ ſerui eius alij
boni religioſi bene ei ſeruientes in religione oc
currerunt cooperantes in reformatiõe. ⁊ nuncia
uerunt bona dicẽtes: qꝛ filius eius q̃ prius iacue
rat ⁊ quaſi mortuus erat: iam viueret in bona re
formatione. Interrogabat ergo admiratꝰ de tan
to ꝓfectu. in qua hora. i. in qua tẽporis oportuni
tate. melius ſe habuerat. i. ſeſe correxerat religio
ſus lapſus. ⁊ dixerunt ei: quia heri. i. vite ſue ma
le preterite memoria: ⁊ hora ſeptima. i. cũ grã dei
ſeptiformi reliquit eũ febris mũdane concupiſcẽ
tie. Cognouit ergo pater religionis: qꝛ illa hora
. i. talis diſpoſitio erat in qua dixerat ei deus filiũ
eſſe viuificandũ. ⁊ credidit. i. fiduciam magnã ac
cepit de diuino auxilio ipſe p̄latus ⁊ domus. i. reli
gio eiꝰ tota ꝓpter experientiã precedẽtis ꝑfectus.
Offertorium. ¶ Offertoriũ: Sup flumina baby. ⁊c. ex ps. 136.
eſt vox religioſoꝝ reformatoꝝ qui memores ſue
male vite p̄terite (in qua bibebãt flumina baby
lonis. i. confuſionis peccata) plangunt tempus
amiſſum ex conſideratione ſanctimonie et quie
tis reformate religionis: q̃ dr̃ ſion. i. ſpecula vel
contẽplatio diuinorum: in q̃ felicitas magna cõ
Communio. ſiſtit. ¶ Cõio. ſ. Memẽto verbi tui. ⁊c. ex ps. 118. eſt
grãrũactio p̄lati reformantis de certitudine diui
ne ꝓmiſſionis ex opere impletiõis ⁊ magne cõſo
latiõis ſue. Secreta oõ: Celeſte nobis. ⁊c. orat ꝑ
virtutem myſterij eucharíſtie dari religioſis cele
ſtẽ medicinã ad purgandũ cordis vitia. Vltima
Moralitas. oõ: Vt ſacris dñe. ⁊c. petit grãm ad bene ſeruan
dũ mãdata religionis. ¶ Ex p̄dicto officio ſatis
clara habeť doctrina moralis ꝓ penitẽtibꝰ fideli
bus: q̃ poſt acceptã grãm baptiſmalẽ (q̃ eſt ꝓfeſ
ſio in religiõe chriſtiana) lapſi ſunt ab ea ꝑ diuer
ſa peccata actualia: quare indigent reformatio
ne ꝑ veram penitẽtiam: q̃ medicina ſalubris eſt
ad ſanãdas febres peccatorũ. vnde nõ inepte ſu
mitur analogia ex febribꝰ corporalibꝰ ad pecca
ta ſpũalia. eſt. n. febris corporalis (vt medici dicũt)
calor extraneꝰ ⁊ p̄ter naturalis in corpore huma
no faciẽs diſtemperiẽ in q̃ttuor humoribꝰ. ⁊ ſimi
liter in voluntate humana exceſſiua cupiditas
bonorum temporalium auertens hominẽ a deo:
facit diſtemperiẽ in q̃ttuor virtutibꝰ cardinalibꝰ.
Et ſicut in corporalibꝰ medici diſtingũt ſeptem



ſpecies p̄ncipales febriũ: eodem modo theologi
diſtingunt ſeptẽ vitia capitalia ſeu principalia.
ita ꝙ Febris quotidiana ſit peccatũ gule. Ephi
mera peccatũ ire. Erratica peccatũ inuidie. Ter
tiana peccatum luxurie. Quartana peccatum ſu
ꝑbie. Cõtinua peccatũ auaritie. Ethica peccatũ
accidie. He enim adaptationes ſeu cõbinatiões
facile colligentur ex ſumma de exemplis ⁊ ſimi
litudibibus rerum corporaliũ: que analozantur
ad res ſpirituales. Hora autem ſeptima in qua
chriſtus febricitantem ſanauit: eſt gratia ſpũſſan
cti quã ſeptiformẽ Eſaias deſcribit cap. 11. Spiri
tus ſapientie ⁊ intellectus. ⁊c. hanc gratiam ne
mo ſuis meritis recuperare poteſt: ſed neqꝫ alie
nis de condigno. iuuant tamen ad hoc multum
deprecatiões ſpũalium patrum ⁊ p̄latorum ſub
typo reguli de quo in euangelio. ⁊c.

## ¶ Caput cẽteſimum deci-

mum de officio vigeſimeſecũde dñice: quo pecca
ta grauiſſima tyrannoꝝ noſtre tẽpeſtatis repro
bantur iuxta finem. 20. capituli Apocalypſis.

Argumẽtũ officij



Eligioſorũ offi
cijs i correctiõe vitioꝝ apud
chriſtianos iam expletis: atqꝫ
poſt reformatiões ipſis iterũ
taliter deprauatis: ꝙ magis
opus ſit iam religioſis predi
cationes audire q̃ꝫ alijs p̄di
care: relinquitur totus ferme mundus in hac no
ſtra tempeſtate poſitus in maligno per immani
tatem multiplicium peccatoꝝ ſiue contra deũ/ ſiue
contra ꝓximos: adeo vt fides iam fere nulla ſit
in terra/ ⁊ charitas pene tota frigeſcit in homini
bus/ cum ceteris virtutibꝰ moralibus. conſequẽs
ergo eſt inſtare in eccl'ia tempora periculoſa que
apoſtolus Paulus predixerat. De quibꝰ etiam
beatus Joannes Apocalypſis. 20. circa mediũ.
⁊ cum conſumati inquit fuerint mille anni. i. an
ni ꝑfectionis religionum: ſoluetur Sathanas de
carcere ſuo. ⁊ exiens ſeducet omnes gentes que
ſunt ſuper quattuor angulos terre. adducens ſe
cum Gog/ ⁊ Magog. i. tectum ⁊ detectum: hoc eſt
hypocriſim ⁊ tyrãnidem. ⁊ cõgregabit eos in pre
lium quorum numerus eſt ſicut arena maris. et
aſcenderunt ſup latitudinem terre: ⁊ circuierunt
caſtra ſanctorũ. i. viros eccleſiaſticos/ ⁊ ciuitatem
dilectam. i. latinã eccl'iam: que inſtar veteris ſina
goge eſt in periculo damnatiõis mortis peiori q̃ꝫ
fuit illud contra populum iſrael ſub oppreſſione
Aman crudeliſſimi tyranni: de quo in libro He
ſter. in q̃ periculo ſeruus dei Mardocheus ſimul
cum regina Heſter oõne ſua miam dei impetra
Introitꝰ miſſe. uerunt. ¶ Quare ⁊ Ro. pon. cũ latina eccl'ia hoꝝ
deuotã oõnem in officio huius dñice proponit:
In volũtate tua dñe. ⁊c. Heſter. 13. caplo. vbi alle
gat dei oipotentiã cui oia ſubiecta ſunt: ⁊ nullus
ei reſiſtere poteſt. vnde ſi decreueris ſaluare nos
continuo liberabimur. Verſus: eſt p̄ncipiũ pſal.
47. Magnus dñs. ⁊c. ⁊ ꝯfirmat dei potentiã ex
magnalibꝰ q̃ egit in eccl'ia latina q̃ ẽ ciuitas dei
nr̃i in mõte ſancto ciuitatꝭ romane fundata. Oõ:
Oratio. Familiã tuã ⁊c. pietatẽ dei exorat: q̃ familia chriſti
ab aduerſis ꝓtegať: ⁊ i bonis cõfirmeť. ¶ Ep'la:
Epiſtole argumentum. Confortamini in dño. ⁊c. Epheſ. 6. eſt. predicatio
neceſſaria fidelibꝰ i hac miſera tẽpeſtate: qꝛ opor
tet ſeruos dei conſtãter armari ſpũali armatura:
ad reſiſtendũ magnis tentationibꝰ diaboli: q̃ nũc
(ſoluto Sathana) craſſantur ⁊ ſubrepũt. In qua
p̄mo ſpũale bellum indicitur. Secũdo ibi: Quo
niã non eſt. ⁊c. hoſtiũ nr̃orum poteſtas deſcribi
tur. Tertio ibi: propterea. ⁊c. armatura nr̃a ꝑ ſuas
Prima ps ep'le. partes diſtinguitur. In magnis. n. periculis ⁊ ani
mi fortitudine ⁊ cõſilio prudẽtie opus eſt. vtrũqꝫ
nobis eccl'ia ꝓponit: de p̄mo ꝯfortamini (inquit)
nõ ſiũ de propria virtute naturali: qꝛ bellũ vobis
indicitur ſup naturale: ſed cõfortamini in dño/ et
pro. i. in potẽtia virtutis eiꝰ q̃ maxima eſt ad vin
cendum hoſtes vr̃os. De ſcdo ait: induite vos ar
maturã dei. i. virtutes q̃ ad Roma. 13. dicunť ar
ma lucis. vt cũ illis poſſitis ſtare firmi in religio
ne chriſti aduerſus inſidias diaboli hoſtꝭ veſtri:
qui iſto tẽpore deo ꝑmittente q̃ſi liber et ſolutus
multas cõtra fideles chriſti inſidias parat. Ecce
Scda ps epiſtole. q̃le bellũ ⁊ quis hoſtis nobis indiciť ꝓpugnan
dus: qm̃ nõ eſt nobis colluctatio ſeu pugna iſto
tẽpore (quo eccl'ia chriſti ab infidelibꝰ ⁊ hereticis
videť eſſe pacata ⁊ ſecura) aduerſus carnẽ ⁊ ſan
guinẽ. i. aduerſus hoies debiles ⁊ morituros: ſed
aduerſus p̄ncipes demonioꝝ et ꝑtãtes ſpũales:
q̃ tales ſunt vt nulla ſit poteſtas ſup terrã q̃ eis
valeat cõparari Job. 41. aduerſus etiã rectores
mundi. i. mũdanoꝝ hoim: qui ſunt incole tene
brarum harum. i. aeris. caliginoſi hic prope nos
exiſtentis in loco generatiõis nubiũ. item cõtra
ſpũalia nequitie. i. ſpũales nequitias: ſeu contra
malignas creaturas ſpũales habitantes ad pro
bationem noſtram et exercitiũ: in celeſtibus. i. in
aere iſto vſqꝫ ad diẽ iudicij. propterea ergo qꝛ bel
lum eſt tam difficile: iterũ cõſulo vobis accipere
arma ſpũalia dei: vt poſſitis reſiſtere hoſtibus in
die malo. i. difficili tentatiõe et in oibꝰ virtutibus
Tertia ps epiſtole. perfecti ſtare. Armatura ſpũalis ſit hec. ſtate ſuc
cincti lũbos vr̃os. ⁊c. ad ſilitudinẽ armature mili
tis corporalis. que triplex eſt. nam quedã arma
ſunt quaſi indumenta ad tegẽdum corpus: que
dam ad protegẽdum extrema membra/ alia ad
impugnandum hoſtes. ad induendum corpus
tria concurrunt. ſ. veſtis breuis/ cingulũ ſeu bal
theus militaris/ et depoſitio longioris toge. ſed
qꝛ in bello ſpũali prius requiriť ꝙ ſeruus dei re
ſtringat concupiſcẽtias carnales qḋ eſt lumbos
ꝑcingere: qꝛ prius eſt vincẽdus hoſtis ꝓpinquus
q̃ꝫ remotus: ideo p̄mo dicit ſtate ergo ſuccinti lũ
bos vr̃os: in qbꝰ viget luxuria: ꝑ tẽperãtiam: q̃ gu
le ⁊ luxurie contraria eſt. ⁊ hoc in veritate. ſ. recte
intentionis non ſimulate. Secundo requiritur
veſtis breuis iuſticie que reſtituat vnicuiqꝫ ſua.
ideo dicit: ſitis induti loricam iuſticie que abſti
net ab alienis. Tertio deponẽda eſt ſupflua cu
ra temporalium q̃ impedit in exercitio virtutum

et bello ſpūali:ideo ſequitur: calciati pedes affe-
ctionum ꝑ ſandalia eleuantia a terrenis:in p̄pa-
ratione euangelij pacis .i. doctrine eccl'ie: q̄ ſuis
filijs annunciat pacē. In armis ꝓtegentibus ex
trema ſunt duo mēbra principaliter ꝓtegenda q̄
ſunt p̄ncipia vite.ſ.pectus vbi eſt cor/⁊ caput vbi
ſunt ſenſus omnes: ideo in pectore ponit̄ ſcutū/
in capite galea.ſpūale cor hoīs eſt voluntas que
ꝓtegitur fide : que eſt ſubſtantia ſperandarū re-
rum.ideo dicit:in oībus tentationibꝰ ſitis ſumen
tes ſcutū fidei .i. fidē q̄ eſt ſcutū in corde. in quo
.i.cū quo ſcuto poſſitis oīa tela tētationū ignea.i.
adurentia prauis cōcupiſcētijs extinguere.ſ.alle-
gādo ſacrā ſcripturam:ſicut fecit chriſtus ad oēs
diaboli tentatiōes. fides ergo extinguit oēs tēta-
tiones carnales ⁊ tranſitorias ꝑ ſacram ſcriptu-
rā: que ꝓmittit bona ſpūalia ⁊ eterna.ſpirituale
caput hoīs eſt vltimus finis oīm agibiliū de quo
eſt ſpes.ideo dicit ⁊ ſumite galeam ſalutis .ſ. ſpē
in deo ſalutari.Aduertendū ꝙ arma virtutū mo
raliū vt temperantie q̄ eſt lūbos p̄cingere/⁊ iuſti-
cie q̄ eſt lorica/⁊ aliarū: valent ſolū ad vincendū
hec mala terrena ab hoībꝰ illata. ſed arma virtu
tum theologicarū:vt fidei/ſpei/⁊ charitatis valēt
p̄ter hoc ad vincendū ignea tela diaboli nequiſſi
mi.In tertio genere armorū.ſ.ad offendendum ⁊
impugnandū hoſtes ponit̄ gladius in corporali
bus:⁊ verbū dei.i.p̄dicatio in ſpiritualibꝰ:de quo
ſubditur.⁊ ſumite gladium ſpūs.i.ſpūalem quod
eſt verbū dei.de q̄ ap'ls Hebre.4. viuus ē ſermo
dei penetrabilior omī gladio ancipiti.⁊c̄.Sic er-
go fideles ī eccl'ia chriſti habemꝰ arma q̄bꝰ de-
fendamur a carnalibꝰ hoſtibꝰ.ſ.gula/⁊ luxuria ꝑ
tēperantiā q̄ eſt cingulū:⁊ quibꝰ vincamus cupi
ditates terrenas auaritie ꝑ iuſticiā q̄ eſt lorica ſeu
veſtis.⁊ puritatē affectus q̄ nos retrahat etiā a li
citis per volūtariā paupertatē:q̄ eſt calciamentū.
Itē habemꝰ arma quibꝰ ꝓtegamur ab erroribꝰ
⁊ a demonibꝰ.ſ.fidē q̄ dicitur ſcutū:⁊ q̄bus cōfir-
memur in bonis ſpiritualibꝰ.ſ. ſpem q̄ dr̄ galea.
Item arma quibꝰ ipſos hoſtes impugnemus .ſ.
verbū dei:q̄d in p̄dicationibꝰ auditū corda pecca
toꝝ penetrat:⁊ inde expellit aciē vitiorū ⁊ demo-
num.¶In graduali.ſ.Dn̄e refugiū factus es.⁊c̄.
ex pſal'.89. eccleſia agit gr̄as deo de p̄dictis ar-
mis/q̄bus ipſe refugiū nobis eſt in periculo bel
li ſpūalis. Verſus:Priuſq̄ mōtes.⁊c̄. ex eodem
pſal':ꝓbat deū eſſe potētiorem hoſtibꝰ nr̄is: quia
priuſq̄ fierēt mōtes.i.demones.⁊ anteq̄ formare
tur terra ⁊ orbis.i.mūdus ſiue mali homines:tu
es deus a ſeculo ⁊ in ſeculum. Aleluia:In exitu
iſrael.⁊c̄.ex pſal'.113.cōfirmat hoc ꝑ experientiam
facti in miraculoſa victoria ppl'i iſrael cōtra pha
raonē ⁊ totū exercitū egyptiorum.¶Euangeliū:
Simile ē regnū celorū homini regi.⁊c̄.ex.18.cap̄.
Mat.enumerat peccata grauiſſima chriſtianorū
latinorū maxie p̄ncipū et p̄latorū:ſub parabola
magni debiti tot milliū talentorū.⁊ exceptis pec
catis q̄ cōtra deū ipſi cōmiſerūt(nā illa facile per
peniām remitti poterant ſibi)tamē euangelium
valde aggrauat in eis peccatū oppreſſionis ſub-

Graduale

Aleluia.

Euangelij argumentum.

ditoꝝ ⁊ tyrannidē ſuā.ad cuius punitionē denun
ciatur venturus; antichriſtus vindex ⁊ executor
iuſticie dei cū ſuis ſequacibꝰ:q̄ ꝯtra ſeruū nequā
vocantur tortores. In q̄ euāgelio p̄mo deſcribit̄
peccatū p̄latoꝝ cōtra deū. Scd̄o ibi:egreſſus aūt
⁊c̄.adiungit̄ eoꝝ peccatū contra proximū.Tertio
ibi:vidētes aūt.⁊c̄.cōcluditur ipſoꝝ pena ⁊ ſuppli
cium.Differenter valde ſe habent prelati in eccle
ſia: ⁊ quoad deum:et quoad ſubditos in hac nr̄a
etate ⁊ in p̄oribꝰ ſeculis p̄mitiue eccl'ie. nam tūc
p̄lati pro maiore parte erant ſancti in ſe/⁊ deuoti
ad deū/et laborioſi ſuꝑ gregē ſibi cōmiſſum:ha-
bebantq̄ pauciſſimos redditus:ex quibꝰ tn̄ lar-
gas eleemoſinas faciebant in pauperes ſue dio
ceſis.nunc aūt ecōtrario fere oēs p̄lati ſunt pom-
poſi/curiales/vicioſi/indeuoti/habētes magnos
redditus:in quibus recuperandis magnā adhi-
bent diligentiā/ etiam cū magna vexatione ſub
ditoꝝ: nec curāt neceſſitates pauperū ſuorū. De
his ergo eccl'ie p̄latis orditur eccl'ia parabolam.
ſimile inquit eſt regnū celoꝝ.i.eccl'ie militantis ⁊
chriſti in ea regnantis:ſimile inquam homini re
gi q̄ voluit rationem ponere de villicatione/ vel
adminiſtratione ſibi cōmiſſa :cum ſeruis ſuis.ſ.
prelatis adminiſtratoribus inſtante iā fine mun
mūdi:et appropinquāte die iudicij(qui erit dies
huius rationis)et cum cepiſſet rationem ponere
.ſ.per mala precedentia ante finem mundi: que
cōmemorat Lucas capitulo .21. dicens ſed non
ſtatim finis.⁊c̄. oblatus eſt deo ab angelis pro-
uinciarum cuſtodibus:vnus ſeruus .ſ. ordo p̄la-
torum in eccleſia latina : qui debebat ei ex mala
vita ſua decem millia talenta.i.multa millia pec
catorum contra decem dei p̄cepta.cum autē non
haberet vires naturales vnde reddere et ſatiſfa-
cere poſſet deo ꝑ condignā peniām: iuſſit eū do-
minus venundari ſub oppreſſiōe tyrannoꝝ tā fi-
deliū q̄ infideliū inſurgentiū contra eccl'iam dei.
et vxorem .i. ſponſam eius eccl'iam/et filios ſpi-
rituales.i.ſubditos eius. et oīa bona tēporalia q̄
tyranni diripiāt ⁊ ſic reddi.i. ſatiſfieri deo ꝑ peni
tentiam amaram. Procidens in oratiōe ſeruus
ille prelatus rogabat dn̄m dicens. patientiā ha-
be in me.i.ſuſtine me paululū liberando ab hac
tyrannide:et omnia reddam tibi ſatiſfaciēdo per
alium modum penitentie in pace eccleſie.hoc.n.
modo ſepius p̄lati eccleſie latine ad deum exo-
randum conuerſi ſunt in tribulationibꝰ eccleſie.
Miſertus autem dominꝰ ſerui illius.ſ.p̄lati ⁊ ſui
gregis tribulati:dimiſit eū.i. liberauit ab illa ve-
xatiōe:⁊ etiā debitū peccatoꝝ dimiſit illi.ſ.mitten
do multas ⁊ magnas indulgētias a ſede ap'lica
in hac nr̄a etate plus q̄ in alijs p̄oribꝰ.ſicq̄ eccle
ſia pacata ē excluſis tyrānis ab ea. Quare p̄lati
iā immemores mie recepte dilatant iterum fim-
brias pompe ſue:ad quā ſuſtinendā ipſi tyranni-
zant in ſubditos ſuos.ideo dicit̄ ꝙ egreſſus.ſ.per
gloriā exteriorem mūdi ſeruus ille p̄latus: inue-
nit vnū de cōſeruis ſuis.i.populū ſibi ſubditū cū
quo p̄latus ipſe etiā eſt ſeruus eiuſdē dn̄i.q̄ ſubdi
tus debebat p̄lato ſolū centū denarios .i.cēſum

Prima ps euāgelij.

Secūda ps euangelij.



ſibi debitum ex decimis ⁊ p̄micijs fructuū ſuoꝝ.
⁊ tenēs eū obligatum ꝑ arrendationē ſuffocabat
eū lata ſentētia excōicatiōis/ ⁊ alijs penis eccl'ia
ſticis.dicēs ei valde importune. redde q̄d debes
mihi de iure decimarū ⁊ p̄miciarū.⁊ ꝓcidens ſer
uus ille ſubditus cū magna humilitate:rogabat
eū dicēs:patientiā habe in me.i. expecta me ali-
quādiu:q̄r do monō poſſū ſoluere p̄ſſus pauper-
tate:ſed cum venero ad pinguiorem fortunā oīa
reddā tibi.ille aūt prelatus noluit expectare. ſed
abijt ſtatim mittens ſuos miniſtros ⁊ poſuit eū
in carcerē donec fame ibi periret.Hec eſt magna
crudelitas.tyrannis/⁊ ſubditoꝝ opp̄ſſio quam fa
ciūt p̄lati nr̄o euo:de qua ꝓximi ſcādalizati/ ⁊ vi
dentes que fiebant a p̄latis:cōtriſtati ſunt valde
murmurantes contra eos.⁊ venerunt clamantes
ad deum:⁊ narrauerūt dn̄o ſuo omnia que facta
fuerant:quorum voces audiens dn̄s ieſus reſpō
det illud quod olim Exodi.3.Vidi afflictionem
populi mei ⁊ clamorem eius audiui ꝓpter duri
ciam eorum q̄ p̄ſunt operibꝰ:⁊ ſciens dolorē eius
deſcendi vt liberem eum de manibꝰ eoꝝ.tunc er-
go vocauit p̄latum dominus voce predicatoris/
et ait illi:ſerue nequam contra dominum tuum:
vt patuit ex debito decem miliū talentorū:quare
fuiſti tam ingratus ei: quia omne peccatorū de-
bitum dimiſi tibi facili penitētia: quoniā rogaſti
me:nōne ergo oportuit ⁊ te miſereri ꝓximi tui ſi
cut ⁊ ego miſertus ſum tui:q.d. debebas hoc fa-
cere ꝓximo in recognitionem beneficij recepti a
deo.Et iratus dn̄s eius.i.exequēs vindictā cōtra
p̄latos:tradidit illū ſtatū tortoribꝰ miniſtris anti-
chriſti: q̄ affligent eū quoadusq̄ reddat vniuerſū
debitum.i.plenā ⁊ condignā faciat penitentiam
peccatoꝝ ſuorū contra deum : ſacro teſtante elo-
quio:ſecundū menſurā delicti erit ⁊ plagarū mo
dus.Et q̄r vnuſquiſq̄ fideliū ſuo modo eſt p̄latꝰ
ſuꝑ alios in multo vel in pauco : ideo parabola
p̄latoꝝ epiſcoporū omnibus fidelibꝰ adaptatur.
ſic ⁊ pater meꝰ celeſtis(ait eccl'ia)faciet vobis pu
niendo ingratos opp̄ſſores ſubditorū:ſi non re-
miſeritis vnuſquiſq̄ debita fratri ſuo humiliter
ſupplicanti ⁊ in neceſſitate conſtituto : deponen-
do rancorem ⁊ tyrannidem de cordibus veſtris.
¶Offertorium: Vir erat.⁊c̄.Job.1.cap'lo. plāgit
ſtatum eccl'ie noſtri tēporis in quo Sathanas ſo
lutus de carcere ſuo accepta poteſtate a deo mul
tipliciter vexat Job.i.chriſtū in facultate ⁊ in car
ne eius que eſt eccl'ia chriſti. ⁊ fere iā p̄didit om-
nem ſubſtantiam eius.i.doctrinam fidei que eſt
ſubſtantia rerum ſperandarum.⁊ filios.i.chriſtia
nos per baptiſmū adoptatos. carnem quoq̄ eiꝰ
.i.corpus eccleſie graui vlcere peccatorū vulnera
uit vt ꝓbatum ē de p̄latis: ⁊ ꝓbabit̄ etiā de ſub
ditis.¶Cōio:In ſalutari tuo.⁊c̄.ex pſal'o.118. eſt
ſupplicatio eccl'ie ꝓ liberatiōe ſua ab iniq̄s pſe-
quētibus.de q̄ auxilio ipſa eccl'ia dicit ſe magnā
ſpē habere ex v̄bis chriſti. Secreta or̄o: Suſcipe
dn̄e.⁊c̄.optat reſtitui eccl'iam in ſuā ſalutē ꝓ qua
hoſtias imolat. Ad idē ꝑtinet vl'ia or̄o:Immor-
talitatis alimoniā.⁊c̄.¶Ex p̄dicto officio clariſſi

Tertia ps euāgelij.

Offertorium.

Communio.

ma habet̄ moralitas de inſtructiōe p̄latoꝝ ⁊ dn̄oꝝ
tēporaliū:q̄liter ſe debeāt habere erga ſubditos ⁊
vaſſallos.nā eoꝝ regula deſcribit Luc.3.in p̄dica
tiōe Joānis bap. vbi dr̄ ꝙ venerūt ad eū milites
dicētes:q̄d faciemꝰ:⁊ ipſe r̄ndit.neminē cōcutia-
tis/nulli calūniā faciatis/cōtenti eſtote ſtipēdijs
vr̄is. ꝑ primū ꝓhibet̄ eis oīs violētia ſeu violēta
iniuria ꝑſonalis in ſubditos.ꝑ ſcd̄m ꝓhibentur
fraudes litigioꝝ ⁊ cauſarū contra eos/⁊ oēs falſe
criminatiōes ad deſtruēdū ſubditos: q̄lis fuit cri
minatio regine Gezabel ꝯtra Nabot vt auferret
vineam eiꝰ vt paret ex. 4. libro Regū. per tertiū
ꝓhibetur eis oīs iniuſta impoſitio vectigaliū ſeu
exactionū ſuꝑfluaꝝ vltra iura ſua cōſueta.in oībꝰ
.n.his caſibꝰ p̄ter iniuriā factā ꝓximo cōtra liber
tatē eius:tenetur dn̄s tēporalis ad reſtitutionem
pecuniarū faciendam ſi vult animam ſuam ſal-
uare. alias (vt dicit ſcriptura) potentes potenter
tormenta patientur.

## ¶Caput cēteſimum vndecimum de officio vigeſime tertie dn̄ice: quo erro-
res vulgariū et plebeoꝝ nr̄i tēporis declarātur:
qui etiam notati ſunt in eodē.20. cap'lo Apoca.



N tanta prelatorum malicia non,eſt poſſibile
ſincerā eſſe ſubditorū vitā : q̄
ꝓpe ſemꝑ in fauorē ſuperio-
rum declinat.nā eis miniſtrā
tibus p̄lati ſuas explent ne-
quicias.ſicut ergo precedens
dominica ad prelatorū peccata:ita hec ꝑtinet ad
ſubditorum delicta. et correſpondet eidem cap'-
tulo.20.Apocalypſis loquēti de horrida hac no-
ſtra tempeſtate:in his verbis: que premiſſa ſunt
de ſolutione Sathane/ et de ſeductiōe omnium
fere gentiū. ¶Videns ergo eccleſia tantam pec
catorum inundationem ſeu diluuium in homini
bus:conuertit ſe ad deum eius propiciationē ex-
orans in miſſe introitu. Si iniquitatem obſerua
ueris domine.⁊c̄.ex pſalmo.129.quia ſecūdū hu-
manam fragilitatem que labilis eſt in peccata:
ſi deus nimis obſeruaret iniquitates noſtras ad
puniendū ſecundū rigorem iuſticie:nemo poſſet
ante eū ſubſiſtere:dicēte pſalmographo: Nō in-
tres in iudicium cum ſeruo tuo domine:quia nō
iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.
Verſus:De profundis.⁊c̄.eſt principium eiuſdē
pſalmi/ quo eccl'ia ꝯfitetur ſe clamare ad deum
ex profundo peccatorū:⁊ orat ſe exaudiri.Oratio:
Deus refugium.⁊c̄. allegat dei pietatē qua ſolet
eſſe fidelium ſuorum refugium:ideo orat petitio
nem ſuam concedi.¶Epiſtola: Confidimus in
domino ieſu.⁊c̄. Philip.1.hortat̄ ſeruos dei pſe-
uerare in fide ⁊ religione chriſtiana ꝓmittēs eis
legē chriſti vſq̄ ad finē ſeculi duraturā:q̄uis dia
boli ⁊ mundi aduerſe pſecutiōes contra eccl'iam
crebreſcāt:ita vt videat̄ Petri nauicula in medijs
fluctibꝰ periclitari.In q̄ ep'la p̄mo cōmendat̄ fide
lium vita p̄cedens. Secundo ibi: ſicut enim.⁊c̄.

Moralitas.

Argumētū officij.

Introitꝰ miſſe.

Oratio.

Epiſtole argumentum.

induciťur eccleſie chriſtiane charitas feruēs. Tertio ibi: ⁊ hoc oro. ⁊c. adiūgitur eccľie oratio vt meliořetur vita ſequens. Stilus oratorum habet vt

Prima ps epľe.

in pſuaſione hominis deprauati ⁊ nimis corrupti circa regulas morum: incipiat orator non a dura increpatione ſuorum vitiorū: ſed potius a laude ſuoꝝ geſtorum: ſi qua bona in eo pfuerint: ne ſtatim exaſperatus refugiat audire pſuadentem: ⁊ vt laudatus efficiatur docilis ⁊ beniuolus ad capienda bona conſilia corripientis: iuxta illud Prouerbiorū. 26. Non reſpōdeas ſtulto iuxta ſtulticiam ſuam: ne efficiaris ei ſimilis. ⁊c. hoc etiam modo ſancta mater eccleſia videns plurimos filiorū ſuoꝝ deprauatos: pſuaſionem ſuam ad eos orditur a cōmendatiōe dicēs: Fratres confidimus in dño ieſu de vobis. i. ex precedēti vita veſtra bona ⁊ laudabili ſpem ⁊ fiduciā concepimus: q deus qui cepit in vobis per gratiam ſuā vos mouentē ad opus bonū ſecundū tenorē chriſtiane religionis: confidim⁹ inquam q pficiet. i. continuabit deinceps: ⁊ deducet ad cōplementū vſq in finem ſeculi ⁊ diem iudicij chriſti ieſu. quare oramus vos vt q̄tum in vobis erit laboretis ne cadatis a precedente dignitate veſtra in vitia inhoneſta ⁊ turpia. Et ne miremini q tanta vehementia ego mater eccleſia pſuadeo vobis hoc.

Scda ps epiſtole.

ſicut enim mihi iuſtum eſt. i. decet me hoc ſentire pro omnibus vobis. i. curam de hoc habere: ⁊ ſolicitam eſſe de ſalute veſtra. eo q ſicut pia mater habeam vos in corde per intimam dilectionem. etiam ſi poſita ſim in vinculis multorum malorum que me circūſtant p defenſione ⁊ confirmatione euangelij. i. doctrine chriſti. ⁊ vellem ſocios gaudij mei (quod eſt de perſeuerantia fidelium) omnes vos eſſe. teſtis eſt mihi deus q nō hoc dicam blandiens ⁊ frauduleter: ſed quia veraciter cupiam vos omnes diligere p charitatem in viſceribus ieſu chriſti. i. ad laudem ⁊ gloriam eius: vel cupiam vos participare viſceroſam charitatem chriſti: in qua ſtat ſalus veſtra. ſ. vt chriſtum intime diligatis ⁊ ab eo diligamini. Et quia hoc

Tertia ps epiſtole.

non bene poteſtis ſine auxilio dei: ideo hoc oro p vobis vt charitas veſtra ſi non ſit: habeatur a vobis. ſi vero eā habetis: continue magis ac magis abūdet. i. pficiatur adeo: vt ex charitate abundetis in omni ſcientia ſpeculatiua de credendis: ⁊ in omni ſenſu. i. prudentia de agendis. vt pbetis. i. diſcernatis non ſolū bona a malis: ſed etiā inter bona ea q̄ ſunt potiora: vt opera conſiliorū. ⁊ ſitis ſinceres. i. ſine carie ⁊ macula quoad vos. ⁊ ſine offenſa quoad proximos: vſq in diem iudicij chriſti. per charitatem etiam ſitis repleti fructu iuſticie. i. operibus virtutum que omnes iuſticie dicuntur. ⁊ hoc non ex meritis veſtris: ſed per chriſtum ieſum qui pro omnibus meruit gratiā. ⁊ hec omnia bona veſtra optamus vobis in laudem ⁊ gloriam dei: non in laudem noſtram: qui potius meremur confuſionem q̄ laudem ex noſtris operibus. ¶ Predicte exhortationi de charitate correſpondet graduale: Ecce q̄ bonum. ⁊c.

Graduale

ex pſal. 132. quo laudatur concordia fidelium in eccleſia chriſti. Verſus: Sicut vnguentum. ⁊c. ex eodem pſal. comparat charitatem q̄ a chriſto deriuatur ad omnes fideles: vnguento ⁊ oleo ſancto quo in veteri lege vngebantur ſacerdotes in capite. i. chriſto: a quo capite deſcendebat in barbam: ⁊ ab vna barba i aliam vſq ad oram veſtimenti. ⁊c. hoc eſt a chriſto ad plątos: ⁊ a quibuſdam prelatis in alios: ⁊ ab eis per totam eccleſiam vſq ad infimos fidelium. hoc eſt verum in bonis prelatis ⁊ ſubditis: quoniā in malis econtrario deſcēdit malicia a ſuperiorib⁹ in ſubditos: quoꝝ oīm caput eſt diabolus. Aleluia: Qui confidunt in dño. ⁊c. ex pſal. 124. laudat firmiter pſe-

Aleluia.

uerantes in religiōe chriſtiana / ⁊ confidentes in auxilio dei: quia illi in tribulationib⁹ tuti erūt ſicut mons ſion ⁊ non cōmouebuntur a fide ſua. Vel: aleluia eſt: Qui timēt dñm ſperent. ⁊c. ex pſ. 113. ⁊ eſt eadē fere ſententia. ¶ Euāgeliū: Abeuntes phariſei. ⁊c. ex. 22. capľo Mat. explicat ſimulatas tentationes malorum ad decipiendū ſimplices: quib⁹ eos conantur inclinare ad agēda ea q̄ ſunt contra legem dei ⁊ veritatem religionis chriſtiane: ⁊ hoc in fauorem principum ⁊ plątorum.

Euāgelij argumentum.

Ubi primo oſtenditur peruerſorū malicioſa cogitatio. Secūdo ibi: magiſter ſcimus. ⁊c. aperitur eorum fraudulēta interrogatio. Tertio ibi: cognita autem. ⁊c. adaptatur fidelium ſimpliciū reſpōſio atq euaſio. In illo itaq tempore ſexte etatis quo pląti tyrānide / hypocriſi / alijſq vitijs abundant: ne videantur ſuis ſubditis abominabiles: ipſi abeuntes. i. recedentes a lege dei. phariſei. i. diuiſi ⁊ diſſimiles ſimplicibus fideliū: conſilium malignum inierunt vt caperent. i. deciperent ieſum non in ſe ſed in ſuo corpore: iuxta illud Actuum. 9. Saule Saule qd me. i. meos pſequeris. querebant ergo modum quo poſſent ſeruos chriſti decipere ⁊ trahere eos ad ſimilitudinē vite ſue male: quod eſt eos decipere. in ſermone. i. pdicatione. nam cū pląti ſermonib⁹ ſuis deberent fideles cōuertere ad deum: ecōtrario ſuis malis exemplis ⁊ pſuaſionib⁹ nitunt eos peruertere et ſeparare a deo. et q p ſeipſos non audent tentare fideles: ideo mittunt eis diſcipulos. i. ſequaces ſuos eccľiaſticos cum herodianis. i. ſecularibus dicētes. i. interrogātes doloſe vľ inſidioſe.

Prima ps euangelij.

Magiſter. i. reuerēde aut honorāde frater ſcimus ex publica relatiōe multorū: q verax es in vita tua ſine hypocriſi. et viā dei. i. mādata dei in veritate doces. i. ad rectā et ſanā intelligētiā q̄tū ad doctrinā tuoꝝ ꝯſilioꝝ. ⁊ nō ē tibi cura de aliq̄ cōtrario q̄tū ad vitatē iuſtitie i pferēda ſentētia recta. nō. n. reſpicis. i. acceptas pſonā hoīm q̄tumcūq fuerit honorabilľ ⁊ i dignitate ꝯſtituta: vt ppť eā deuies a iuſticia. dic nobis ad informationem nrām: q̄ tuā conſcientiā imitari cupim⁹: qd tibi videtur in modo viuēdi cū noſtris plątis ⁊ ſuperioribus. licet dari a nobis cenſum. i. debitum ſeruicium honoris ⁊ tributi. ceſari. i. principi vel plato malo cedēti ſubditos ſuos p tyrannidem: an nō licet ei ſeruire nec vitam eius imitari? ſed potius ab eius obedientia recedere / eiq aduerſari.

Secūda pars euāgelij.



Hic eſt modus peruerſoꝝ cū decipere volūt ſimplices. nā primo eos laudant / deinde q̄ſtionē periculoſam ſuſcitant: qua vel ſuaſioni ſue conſentiant: vel in magnū vite ſue diſcrimen ꝯtra ſuperiores ſuos aliquid dicāt aut faciant. et quia hac noſtra tēpeſtate irā dñoꝝ nemo audet ſuſtinere: cōſequens eſt vt maloꝝ ſugeſtioni de imitandis malis prelatis adhereant. quod eſt ſimplices decipere atq corrūpere in fauorē prelatoꝝ maloꝝ. et quidē multi ſimplicium tali modo tentationis ſcandalizantur ⁊ cadunt. Sed fideles ⁊ deuoti fiduciā ſuā in deo ponentes ad neutrā queſtionis

Tertia ps euāgelij.

partē declinant. ſ. q nec malos prelatos imitantur / nec debitā eis obedientiā ⁊ ſeruitutē negant: via quadā media virtuoſa incedētes vt laqueos diaboli euadant. Unde ſubditur. cognita aūt nequitia eoꝝ ait ieſus per ora ſuoꝝ fideliū: quid. i. cur me tentatis veſtra queſtione. ypocrite. i. ſimulati ⁊ ficti: q. d. bene ſentio quo tēdat veſtra interrogatio: ſʒ hoc a me nō poteritis habere. ad q̄ſtionē ergo veſtrā talē vobis tēpero reſpōſionē. oſtēdite mihi. i. declarate mihi numiſma cēſus. i. qualitatē et conditionem ſeruicij vel honoris debiti meo prelato. at illi obtulerunt. i. allegauerunt ei denariū mandatoꝝ dei / in quoꝝ primo includiť obligatio de ſibi ſoluēdis decimis ⁊ primicijs. in quarto vero ſub nomie patris honorari iubetur a ſubditis. hoc ergo admiſſo ait illis fidelis ſeru⁹ dei. vos qui a me licet fraudulenter queritis informationē: dicite vlterius cuius eſt imago hec. i. cuius gerit ſimilitudinē prelatus hic / ⁊ cuius eſt hec ſuperſcriptio. i. titulus ſui ſtatus vel dignitatis. ſ. q intitulatur papa / cardinalis / patriarcha / epiſcopus. ⁊c. dicunt mundani q prelatus noſtri tēporis gerit ſimilitudinē ceſaris. i. dñi tēporalis ⁊ tyranni querentis ditari ⁊ honorari a ſubditis. Tunc his ſuppoſitis. ſ. q plątis debeātur a ſubditis reddit⁹ et honores. et ipſi hec iportune erigāt a ſuis quaſi ceſares. i. cedentes eos ſi non ſtatim ſoluāt: tunc ergo ait illis bonus fidelis. tale vobis do cōſiliū (ſi a virtute declinare nō vultis) reddite que ſunt ſibi debita ceſari. i. prelato vr̄o in bonis tēporalib⁹. et ea que ſunt dei. i. ſpiritualia bona virtutū: que vobis precepit in lege ſua: hec reddite deo ſeruando bene mandata eius ⁊ declinando a vicijs ⁊ a malis exēplis mundanorum. hac inquā reſponſione nec malis prelatis conſentimus imitando peccata eoꝝ: neq eis debitū honorē ⁊ ſeruiciū negamus auferendo redditus ipſoꝝ. ¶ Ad hoc ppoſitū fideliū facit offertoriū. ſ. recordare mei dñe. ⁊c. ex. 14. capitulo. heſter. quo fi-

Offertorium.

delis ſeruus dei liberatus a tētatione maloꝝ ſupra dicta: inuocat diuinū auxiliū quo bene poſſit reſpondere ad ſimiles queſtiones fraudulentas: vt verba ſua prelatis placeāt ⁊ vt deus corda prelatoꝝ cōuertat in odiū ſuoꝝ maloꝝ miniſtroꝝ: ſicut fecit regi Aſuero cōtra Aman perſecutorem iudeoꝝ. ¶ Cōmunio: Ego clamaui: ex pſ. 16. eſt

Cōio.

gratiaꝝ actio fidelis ſerui dei ⁊ toti⁹ eccľie de ſua exauditione: quia per gratiā dei liberat⁹ eſt a tētatione malorum. Secreta oratio. Da miſericors deus. ⁊c. petit in virtute Euchariſtie. ſeruos dei liberari: ⁊ a peccatis ⁊ ab aduerſis hypocritis. Ultima oratio: Sumpſimus dñe. ⁊c. poſtulat auxiliū in infirmitate noſtra ad reſiſtendū tentationibus maloꝝ. Hactenus ergo de periculis noſtre etatis vſq ad perſecutionē antichriſti incluſiue. de qua multa dicta ſunt in dñica. 2. aduentus. et adhuc aliqua dicētur infra in dñica. 25. huius temporis. ¶ Quia vero hoc officiū in ſenſu litterali pertinet

Moralitas.

ad hoīes noſtri temporis: non opus eſt alia eius intelligentia morali preter eā que poſita eſt litteralis. ſ. de debita obedientia ſeruāda ad ſuperiores noſtros: in his que pertinent ad regimen eccleſie: tam in rebus ſecularib⁹ / q̄ in eccleſiaſticis ſcdm rectas leges patrie / ⁊ ſtatuta canonū eccľie. hoc enim precipit chriſtus in euangelio Luce. 12. qui vos audit me audit / ⁊ q vos ſpernit me ſpernit. Si aūt iudices et pląti ſua mala vita ⁊ moribus deprauatis conarētur ſeruos chriſti trahere ad peccata / ⁊ trangreſſiones mandatoꝝ dei: nullatenus debent eis conſentire: ſed potius reſiſtere: aut faltē (ſi infirmiores ſint) ab eis declinare / ⁊ diſſimulare: vt patet exēplo Thobie qui ſub rege iniquo conſtitutus non adorabat vitulos aureos in Samaria: ſed adorabat dñm deū patrū ſuorū in Hieruſalem vt habetur Thobie primo. ⁊c.

## ¶ Caput cēteſimum duodecimū de officio vigeſime quarte dñice poſt penthecoſten: quo vltimā eccľie dei reformationē circa finē mūdi / atq īfideliū oīm ꝯuerſionē pnūciat iuxta pncipiū vigeſimi pmi capitis apocalypſis.



Oſt antichriſti perſecutionē atq fallaciā expectatur circa finē mūdi vniuerſalis reformatio / atq renouatio eccleſie chriſtiane in omnibus ſtatibus hominū. nā predicantibus Enoch et Helia: qui conuertēt corda patrū in filios: erit generalis cōuerſio iudeoꝝ / ⁊ alioꝝ infideliū. et tunc auferet deus velamen cecitatis ⁊ proteruie a cordibus eoꝝ: vt ſcripturas ſuoꝝ prophetaꝝ recte intelligant. vnde nō immerito eccleſia legit in officio matutino in mēſe nouēbri Ezechielē / ⁊ alios prophetas: quoꝝ oracula tunc omnino implebūtur. de qua iudeoꝝ cōuerſione et eccleſie renouatione circa finē mundi loquitur. 21. capľm apocalypſis. Et vidi inquit nouū celū ⁊ terrā nouā. ⁊c. per celū clerus / per terrā laycus populus intelligitur: que per reformationē religionis chriſtiane noua dicentur: adeo q prius celū et prior terra. i. priores vite dictorum ſtatuū amplius nō appareant: ⁊ mare turbationū ſeculariū iam nō ſit. Et ego inquit Joānes vidi ciuitatē ſanctā Hieruſalem. i. eccleſiā chriſtianā nouā deſcēdentē de celo: cetera clara ſunt. Eccleſia etiam in officio miſſali haꝝ dñicarum nouembriū materiam pertractat. vnde eaꝝ oīm idē eſt miſſe introitus / Graduale / Aleluia / idē offertoriū ⁊ cōmunio. Licet orōnes

Argumentū officij.

Introit⁹ miſſe. ep̄le et euangelia varientur. ¶Introitus miſſe.
Dicit dñs ego cogito.ꝛc. ex.32. capl̄o Hieremie:
loquitur ad iudeos cōuertendos:ego inquit dñs
deus veſter(a quo tamdiu receſſiſtis) cogito ſuper
vos cogitationes pacis et nō afflictionis veſtre.
nā hec captiuitas veſtra tā diuturna ⁊ prolixa in
ſexta mundi etate: prouidētia mea ordinatur ad
correctionē veſtrā:vt digeratur dura veſtra ꝑter=
uia.qua dimiſſa inuocabitis me et ego exaudiā
vos.quia reducā captiuitatē veſtrā de cunctis lo
cis diſperſionis veſtre.reducā enim vos ad terrā
promiſſionis que eſt fideliū eccleſia. reducā.i.re=
uocabo nō tantū corpora quātū aias veſtras ad
cognitionē vere fidei.nam corporali motu veſtro
nō indigetis ſicut olim in egypto ⁊ Babylone a
quibus veniſtis in paleſtinā ſirie terrā patribus
veſtris promiſſam a deo. nūc aūt alia melior ter
ra eſt vobis requirēda.ſ.eccl'ia ſanctoꝝ de qua ſe=
quitur.Verſus.Benedixiſti dñe terram tuā.ꝛc.ex
ps.84.ad hanc ergo terrā reducēdo eos auertiſti
captiuitatē Jacob.i.populi iudeorū qui orti ſunt
ex ſemine Jacob. Huius enim conuerſionis iu=
deoꝝ figura preceſſit in Egypto in filijs Jacob:
quando Joſeph multis diebus loquēs cū fratri=
bus ſuis nō eſt cognitus ab eis: ⁊ tandē ſeſe ma
nifeſtauit eis dicens: ego ſum Joſeph frater ve=
Oratio. ſter quē vendidiſtis in egypto Geneſ.47.Orō.
Abſolue queſumus dñe.ꝛc. eſt eccleſie chriſtiane
vox qua orat pro abſolutione iudeoꝝ alioꝝq; po
puloꝝ infideliū/allegans ad hoc benignitatē dei
qui vult omnes homines ſaluos fieri/et ad agni
Ep̄le argumētū. tionē veritatis peruenire. ¶Epiſtola.Imitatores
mei ſtote.ꝛc.ex.3.capl̄o. philip. Deſcribit carnalē
vitā ⁊ ſenſum iudeoꝝ īfideliū:qui nihil preter ter=
rena ſapiunt: promittitq; futurā eorū cōuerſionē
⁊ eccl'ie toti⁹ reformationē.In qua ep̄la p̄mo hor=
tatur eccl'ia fideles ad obſeruantiā legis chriſti.
Scđo ibi:multi enim.ꝛc.oſtendit diſſimilē vitam
iudaici populi.Tertio ibi: vnde etiā.ꝛc. promittit
Pria ps epiſtole. reformationē eccl'ie corporꝭ miſtici. Prelati ergo
qui ſunt principaliores in eccleſia debent alijs
prebere exēplū bene viuendi. primo Thimo.4.
exēplum eſto fideliū in verbo/in conuerſatione/
in charitate/in fide.ꝛc.ideo bonus prelatus q̄ fu=
turus eſt tunc tēporis alloquitur fideles dicens/
fratres eſtote imitatores mei facti forma gregis
chriſti.et ad hoc benefaciendū obſeruate.i. diligē
ter attēdite eos fideles in eccleſia qui ita ambu=
lant.ſ. imitando bonos prelatos.quod poteritis
cognoſcere ſicut habetis formā.i.normā noſtram
quā ſepius in alijs epiſtolis dñicalibus dedim⁹
vobis.ſ.de tollerandis aduerſitatibus/ de obſer=
Scđa ps ep̄le. uanda lege ⁊ fide chriſti/de euitandis maloꝝ ten
tationibus/⁊ alijs huiuſmodi regulis bonis.Ra
tio huius monitionis eſt:q2 multi mali ambulāt
inter fideles quoꝝ mala vita poſſet vos corrum=
pere in moribus:hoꝝ deteriores ſunt iudei perfi=
di/quos ſepe dicebam vobis in prioribus dñicis
poſt penthecoſtē. et nūc in vltimis dñicis eiuſdē
tēporis peregrinationis iterū dico flens.i. compa
tiens eis de ſua perditione: quos ſcio inimicos
crucis chriſti eo q̄ predicāt legis veteris cerimo
nias:vt circuncıſionē/⁊ alias eſſe ad ſalutē aiarū
neceſſarias.que doctrina euacuaret fructū paſſio
nis chriſti ſi vera eſſet.iuxta illḋ ap̄li:ſi data eſſet
lex moyſi que poſſet iuſtificare hoīes ſcđm eam
viuentes:chriſt⁹ gratis.i.ſine cauſa ⁊ fruſtra mor
tuus eſſet ad Galat.3. in tali ergo falſa doctrina
iudei ſunt inimici crucis.i.paſſionis chriſti quoꝝ
finis.i.finalis pena eſt interitus.i.perditio corpo
rum ⁊ animaꝝ ſuaꝝ.quoꝝ deus.i. principalior fi
nis ſue intentionis eſt venter.i.bona tēporalia q̄
ventri ꝓueniunt.et quoꝝ gloria quā querunt eſt
mundana in cōfeſſione.i.ignominia ipſoꝝ q̄ ſola
terrena ſapiunt.nā oēs promiſſiones legis ⁊ pro
phetaꝝ intelligunt ipſi iudei de bonis terrenis ⁊
fere nihil de celeſtibus.quo cōtra de ſanctis pa=
trib⁹ eoꝝ dicitur hebre.11. fide qui vocatur abraā
obediuit exire in locū quē accepturus erat in he
reditatē:⁊ demoratus eſt in terra promiſſiōis tā=
q̄ in aliena:in caſulis habitando cū Yſaac ⁊ Ja
cob coheredibus promiſſiōis eiuſdē. expectabāt
enim fundamenta habentē ciuitatē cuius artifex
⁊ cōditor de⁹.ꝛc.iuxta fidē defuncti ſunt oēs iſti
nō acceptis repromiſſionibus:ſed a longe eas aſ
picientes ⁊ ſalutantes: ⁊ cōfitentes q2 peregrini
ſunt ſuper terrā.in quo ſignificant ſe patriā que=
rere:non quidē eā de qua exierant:ſed meliorem
appetunt.i.celeſtē.parauit enim illis deus ciuita
tem.hec ibi ap̄lus ⁊ plura alia ad hoc propoſitū.
Hi ergo iudei proterui nō ſunt imitandi. ſed po=
tius debetis bonos prelatos eccleſie chr̄i emula
ri qui ſunt viri ſpūales ⁊ celeſtia meditanſ. vnde
ſequitur.noſtra aūt cōuerſatio.i. frequens cogita
tio ⁊ affectio eſt in celis.i.bonis celeſtibus.Et q̄a Tertia ps epiſtole.
maloꝝ finis erat interitus/quia ſtipēdia peccati
mors: ecōtra ergo bonoꝝ chriſti fideliū finis erit
vita eterna. vnde etiā nos chriſtiani ſaluatorē ex
pectamus dñm noſtrū ieſum chriſtū qui circa fi=
nem mundi reformabit corpus eccl'ie miſticū:qđ
nunc videtur abiectū ⁊ vile inter preſſuras perſe
quentiū maloꝝ: ideo dicitur corpus humilitatis
noſtre:⁊ faciet corpus eccl'ie honorabile ⁊ glorio
ſum:configuratum.i.proporcionatū in moribus:
corpori claritatis ſue.i.ſuo corpori glorioſo in do
tib⁹ quaꝝ precipua eſt claritas.nā ſicut ille qua=
tuor dotes glorie faciunt corpus naturale chriſti
precioſum ⁊ honorabile quod prius fuerat mor=
tale/⁊ paſſibile/humile/⁊ abiectū:ſic etiam dotes
ſpirituales anime que ſunt gratie ⁊ virtutes ⁊ do
na ſpūſſancti facient corpus chr̄i miſticū.i. eccl'iā
ſuā glorioſam ⁊ honorabilē cūctis gentib⁹ iuxta
illḋ Eſaye.60.Surge illuminare Hieruſalē.ꝛc.
quando ad eā veniēt iudei ⁊ alij oēs infideles cō
uerſi ad fidē ſcđm operationē chriſti diuinā: qua
poteſt ſubijcere ſibi oīa corda hoīm. in chriſto ie=
ſu dño nr̄o.id eſt ipſo mediatore inter deum ⁊ ſer
Graduale uos ſuos fideles. ¶Et tunc chriſtiani cantabūt
qđ in graduali ſequitur.Liberaſti nos dñe.ꝛc.ex
ps.47.ex affligentibus nos.ſ.iudeis ⁊ alijs infi
delibus. et eos qui nos oderunt iudeos confu=
diſti.i.confuſos ⁊ cōuictos ad te cōuertiſti.Verſ.



In deo laudabimur.ꝛc.ex eodē ps. eſt gratiaꝝ ac
Aleluia. tio ad deū pro illoꝝ cōuerſione.Aleluia. De pro
fundis clamaui ad te dñe.ꝛc.ex ps.129.eſt inuo=
catio eccleſie qua petit exaudiri pro iudeoꝝ con=
uerſione.ideo clamat de ꝓfundis.i.ex intimis vi
ſceribus charitatis.vel de profundis tribulatio=
Euāgelij argumē. nū ſuaꝝ memor ſalutis animaꝝ eoꝝ.¶Euange=
lium.Loquente ieſu ad turbas:ex.9.capl̄o. Mat
thei.ſub parabola duplicis ſemine a chriſto cura
te:conuerſionē duplicis eccleſie infideliū.ſ. ſina=
goge ⁊ gētilitatis inſinuat.quaꝝ vna iā preceſſit:
quādo plenitudo gētiū eccl'iam chr̄i itroiuit:alte
ra vero circa finē mundi expectatur:quando reli
quie ſeu feces iſrael cōuertentur.et tūc/iuxta apo
ſtolū omnis iſrael ſaluus erit.In hoc ergo euā=
gelio eccleſia primo oſtendit ſalutē et verā fidem
pri⁹ fuiſſe iudeis ꝓmiſſam.Scđo ibi:⁊ ecce mu=
lier.ꝛc.declarat eā prius fuiſſe gentilibus conceſ
ſam.Tertio ibi:⁊ cū veniſſet in domū: concludit
promiſſionē etiā in iudeis eſſe implendā. Cauſa
Prima pars euāgelij. principalis primi aduentus filij dei in mundum
fuit(teſte apoſtolo)vt peccatores ſaluos faceret tā
iudeos q̄ gentiles:ſed promiſſio illi⁹ſalutis ſolis
iudeis facta fuit:ideo veniens in mundū chriſtus
perſonaliter iudeos viſitauit/eis predicauit/⁊ mi
racula fecit promittens ſalutē animaꝝ: ſimiliter
cū poſt aſcenſionē ſuā diſcipulos ad predicandū
miſit:prius precepit eis vt predicarent in Hieru=
ſalem/⁊ in omni iudea/⁊ ſamaria:deinde per gē
tiles vſq; ad vltimū terre.Hūc ergo aduentū chr̄i
ad iudeos in principio huius ſexte etatis: euāge
liū explicans ait:in illo tempore veteris legis lo
quente ieſu ꝑ ſuos prophetas ad turbas iudeoꝝ:
ecce princeps ſinagoge Moyſes. vnus.i.ſingula
ris ⁊ precipuus:acceſſit ad eū per fidē ⁊ debitam
ſeruitutē:vnde et adorabat eū cultu latrie ꝑ fidē
ſpem ⁊ charitatē ad eū.dicens ei deuota oratiōe.
dñe filia mea ſpiritualis.ſ. ſinagoga iudeoꝝ mo=
do.i.continue ⁊ frequenter defuncta eſt per ydo=
latriā ⁊ alia peccata multa:⁊ ego nō valeo eā ſu=
ſcitare.ſed veni tu per incarnationē/⁊ īpone ma=
nū tuā miracula operādo ſuper eā/⁊ noua ſacra
menta ſalutis inſtituendo: et ſic viuet per gratiā
tuā. Et ſurgens ieſus a quiete ſue eternitatis in
fine quinte etatis mūdi.ſ.poſt annos.5200. fere
a principio mundi:⁊ hoc per noſtre humanitatis
aſſumptionē:ſequebatq; moyſen in modo viuēdi
inter homines.nā circunciſus eſt:⁊ alias cerimo
nias legis obſeruauit vſq; ad vltimā cenā ſuā in
hoc mundo.et diſcipuli eius principales hoc eſt
apoſtoli etiam ſequuti ſunt cerimonias q̄diu in
Scđa ps euāgelij. iudea predicarunt.Sed nolentibus iudeis predi
cationē apoſtoloꝝ recipere ideoq; ſinagoga ī ſua
morte detenta: exierunt apoſtoli ad predicandū
gentilibus.et ecce ſubito/prompte/⁊ faciliter mu
lier.i.gētilitas que patiebatur fluxū ſanguinis.i.
peccati.nā ex peccato ydolatrie fluxit in peccata
alia cōtra naturā ſatis abominabilia. et hoc iā a
duodecim annis.i.ab eo tempore quo filia dicti
ꝓncipis ſinagoga nata fuerat(q2 etiā puella duo
denis erat).ſ.a tp̄e abrahe.nā tūc Ninus rex Aſi
rioꝝ incepit exercere cultū ydolatrie:et alias va=
nitates gentilicas.Hec inq; gētilitas audita pre
dicatione ap̄loꝝ acceſſit ad ieſum non per faciē:
q2 eū predicantē nō vidit:ſed retro.i. in abſentia
eius per nuncios ſuos.⁊ tetigit fimbriā veſtimēti
eius.i.fidē incarnationis accepit. nā humanitas
chriſti eſt veſtimentū diuinitatis: iuxta illud ap̄li
habitu inueſtitus vt homo.dicebat enim gentili
tas intraſſe per internā deuotionē cōceptā ex au=
ditu predicatiōis apoſtolice. Si ego tetigero per
manū fidei tantū.i.ſolū ſine clara euidentiq; no
ticia.veſtimentū eius.i.miſteriū hūanitatis eius:
hoc eſt vitā/ꝑaſſionē/ reſurrectionē ⁊ alia multa
miſteria:ſtatī ſalua ero ab infirmitate hac ſpūali
⁊ tā diuturna. Pro qua ſanāda (vt dicūt Marc⁹
⁊ Lucas) multa paſſa fuerat a medicis/⁊ omnē
ſubſtātiā ſuā in medicos erogauerat/ nec quicq;
profecerat in curatione ſua/ſed deterius ſe habe
bat:q2.ſ.quanto magis gētilitas vires naturalis
induſtrie ad philoſophos ſuos expendit(qui re=
cte viuendi precepta hominibus ſe dare promit
tebant) tanto minus poterat a ſanguinibus pec
catoꝝ liberari:nā philoſophi quaſi hominib⁹ cō=
ſulendo ingerebant demones pro dijs colēdos.
quib⁹ audiendis naturalis induſtrie vires vane
expendebant/⁊ deterius ſe habebant q̄ ſi in pu=
ris naturalibus vixiſſent.Sed vbi celeſtem me=
dicū cognouit adeſſe:cepit remediū ſperare et q̄=
rere.⁊ ſalutē iudeis paratā preripuit gētilitas. ac
ceſſit enim/credidit/⁊ dixit:q2 his tribus fide ver
bo ⁊ opere omnis ſalus adquiritur. At ieſus vi=
dens.i.approbās fidē ⁊ deuotionē eius(quia po=
pulus quē nō nouerat in auditu auris obediuit
ſibi.)dixit gentilitati cōfide filia de mīa dei:quia
fides tua qua in me credidiſti:te ſaluā fecit a pec
catoꝝ profluuio:nō aliqua induſtria legis natu=
ralis/nec doctria philoſophali.et ſic per fidē ieſu
chriſti ſalua facta eſt gentilitas ex illa hora qua
credere cepit in ieſū.Adhuc aūt loquēte ieſu verba Tertia ps euāgelij.
ſalutis ad gentiles in eccleſia ſua per ſuos pre=
latos in ſexta etate.hoc eſt ante finē ſeculi:veniūt
quidā nūcij.i. annunciatores vel predicatores le
gis Moyſi ad ſenſum ſpiritualem dicentes ei:q2
filia tua.i.ſinagoga iudeorū omnino mortua eſt
per finalē reprobrationē a deo eā odio habente.
ſed non eſt talis conditio dei:qui adhuc memor
eſt ſanctitatis priſcoꝝ patrū ſinagoge:ꝓpter quo
rum merita adhuc reſpicit oculis mie ſemē eorū
quāuis malū.Jeſus ergo audito hoc verbo illoꝝ
predicatoꝝ ait archiſinagogo Moyſi.noli timere
finalē reprobrationē olim iudeoꝝ. et cū veniſſet ꝑ
inſpirationē gratie ſue in domū eius.i.in populū
hebreoꝝ.et vidiſſet tibicines.i. predicatores eorū
merore ſuo alios demulcētes. nā tibicines olim
in exequijs mortuoꝝ carmen lugubre agebant/
vt alioꝝ corda ad fletū demulcerent.et cū vidiſſet
etiā turbā iudeoꝝ tumultuātē.i.aduerſus doctri=
nam chriſti recalcitrantē:quoꝝ voces ſunt quaſi
plorantiū et vlulantiū. econtra vero fideles chr̄i
ſemper letantur in canticis eccl'ie: iuxta illḋ pſal
mi.5.letentur omnes qui ſperāt in dño in eternū

exultabit ⁊ habitabit in eis.hāc ergo leticiā dñi-
ce inhabitationis amiſit ſinagoga merito ſue in
fidelitatis.et ſic quaſi inter flētes ⁊ eiulātes mor
tua iacet. hec ergo cū vidiſſet ieſ⁹ dicebat iudeis
predicatoribus.recedite.i.dimittite perſuaſiones
has:quia quicquid menciamini de chriſto:electio
ſalua erit.vnde ait nō eſt mortua puella per fina
lem reprobationē a deo : ſed dormit ſopore ob-
ſtinationis ſue a qua tamen aliquādo ſuſcitabi-
tur deo excitante eos per ſuā miam.⁊ derridebāt
eū talia predicantē multi ex mundanis putātes
deo fore impoſſibile ꝙ reſuſcitet ſinagogā a ſom
no culpe/⁊ proteruie ſue. vnde licet eis videatur
omnino mortua:deo tamē nō eſt mortua ſꝫ dor-
mit,quia adhuc reſurget ad vere fidei ꝓfeſſionē.ſ.
in fine mundi poſt antichriſti ꝑſecutionē de qua
ſequitur. Et cū eiecta eſſet ab eccleſia turba infi-
deliū ſequaciū antichriſti. et dimiſſis irriſoribus
iudeoꝝ:intrabit chriſtus per gratiā illuſtrantē in
ſinagogā iudeoꝝ.et tenuit.i.accipiet manū eius.
quia manus iudeorū ſanguine multorum pecca
torū pollutas mundabit ⁊ eorū bona opera acce
ptabit.et ſic dicēt fideles ecce iā ſurrexit puella.i.
ſinagoga hebreorū a ſua infidelitate.nā predicat
chriſtū ⁊ cōfitetur fidē catholicā. et exijt fama hec
tanti miraculi ⁊ tanti gaudij eccl'ie in vniuerſam
terrā.ad quā tūc iterꝝ dilatabitur predicatio euā-
gelij chriſti ſicut in tēpore apoſtoloꝝ: de quibus
dicitur: ꝙ in omnē terrā exiuit ſonus eoꝝ/⁊ in fi-
nes orbis terre verba eorū. nā iudei poſt conuer-
ſionē ſuā nō minus ꝗ̄ gētiles chriſtū valide pre-
dicabūt/⁊ feruēter miam eius inuocabūt. ¶ Elū
Offertorium. offertoriū.De profūdis clamaui.⁊c. ex ps.129. eſt
vox puelle reſuſcitate.de profundis hūilitatis et
abiectionis mee clamaui.⁊c.et geminatur princi
Coio. pium ad denotandā orantis ſinagoge affectionē.
¶ Cōmunio: Amen dico vobis:ex.7.cap.Mat-
thei eſt reſponſio chriſti ad predictū clamorem iu
deorū conuerſorū ꝙ.ſ.ipſe eſt paratus eos exau-
dere/⁊ cōcedere petitionē eorū dū modo recte cre
dant ⁊ ſeruēt bene religionē chriſtianā. Secreta
oratio.Pro noſtre ſeruitutis.⁊c.eſt eccleſie ſuppli
catio vt ſacrificij euchariſtie oblatione deus velit
numerū ſeruorū ſuorū augere per cōuerſionē in-
fideliū.Vltima oro. Queſumus oipotēs de⁹.⁊c.
petit eccleſie liberationē ab vlterioribus perſecu
Moralitas. tionibus.ſ.poſt mortē antichriſti ⁊ ſuorum.¶ Ex
iſto officio poteſt ſummi doctrina moralis ꝓ pre
ſentibus fidelibus.primo vt conuertantur cito a
peccatis ſuis ne ſint obſtinati vſqꝫ ad finem vite
ſue inſtar proteruie iudeorum qui indurati ſunt
vſqꝫ ad finē mūdi. Scđo ad conſequendā perfe-
ctā anime ſanitatē oportet accedere ad tangēdas
fimbrias veſtimēti chriſti tactu quodā ſpirituali.
Veſtis chriſti fuit vita virtuoſa de qua apoſtol⁹.
Rom.13.induimini dūm ieſum chriſtū.hec veſtis
habet quattuor fimbrias deorſum:que ſunt quat
tuor virtutes morales ſeu cardinales: in pte aūt
ſuperiori veſtimēti tres fimbrie ſūt virtutes theo
logales fides/ſpes/⁊ charitas.et virtutū moraliū
hic ordo eſt.Fimbria āterior eſt prudētia q̄ cauet
mala futura.fimbria poſterior iuſticia q̄ ſatiſfacit
de p̄teritis pcc̄is. Dextra fimbria eſt tēperātia in
ꝓſperitate. Siniſtra ē fortitudo i aduerſitate.⁊c.

## ¶ Caput cēteſimūtertium

decimū de officio vltime dñice poſt penthecoſtē:
que cōformiter ad penultimū caput apocalypſis
loquitur de vltima renouatione eccleſie dei quā
tum ad omnes ſtatus hominum.



Argumentū officij. Acta promiſſio
ne renouationis eccl'ie ⁊ con
uerſionis iudeoꝝ ⁊ alioꝝ in-
fideliū:hec dñica.25. et vltia
poſt penthecoſtē/ ⁊ proxima
aduētui ſtatū finalē eiuſdem
eccleſie militantis in hoc ſcl'o
deſcribit:in tēpore nouiſſimo ⁊ proximo aduētui
iudicis chriſti ad vniuerſale iudiciū oim hominū.
de quo etiā tēpore videtur agere reſiduū.21.capl'i
apocalypſis.ſ.ab eo loco veni oſtēdā tibi ſpōſam
agni.⁊c.vbi notatur ſtructura ciuitatis ſante:que
eſt eccleſia chriſtiana.⁊ inter cetera dicitur de mu
ro eius habente portas duodecim:in quibus ſcri
pta ſunt nomia duodecim tribuum filioꝝ iſrael.
dicitur etiā de fundamēto facto ex duodecim la-
pidibus precioſis diuerſarū ſpecierū:in quib⁹ ſūt
ſcripta ⁊ ſculpta nomia duodecim apl'orum. Ex
quibus verbis opinamur ſignificari bis duode-
nos predicatores vel prelatos futuros in eccl'ia
tēpore illius nouiſſime reformationis ſue: ad ſi-
militudinē illoꝝ duodecim pricipū tribuū iſrael:
ſub quibus hebrei terrā promiſſionis ingreſſi ſūt
preuijs duobus ducibus Joſue ⁊ Caleph. Simi-
liter ⁊ illoꝝ duodecim gentiliū diſcipulorū quos
Paulus inuenit in Epheſo ciuitate Aſie: vt pa-
tet actuū.19.cap.qui etiā repleti ſpirituſancto lo-
quebantur linguis ⁊ predicabāt chriſtū introdu-
centes in fideles in terrā promiſſionis.i.in eccl'iā
gentiliū poſſidendam preuijs duobus ducibus
Paulo ⁊ Barnaba. Pari ergo forma expectādi
ſunt ex iudeis cōuerſis ad chriſtū duodecim pre
dicatores ad introducendū totū genus hebreorū
in eccleſiā preuijs duobus ducib⁹ Enoch ⁊ He-
lia.et totidē ex gentilibus fidelibus qui alios in-
fideles conuertant ⁊ introducant in eccleſiā. pri-
mi ſignificātur in apocalypſi per duodecim por-
tas muri ciuitatis ad quattuor ventos per terna
rios diſtributas:quia iudei ex quattuor angulis
terre vocādi ſunt ad chriſtū:⁊ per has.12.portas.i.
predicatores in eccleſiā introducēdi. Alij vero ſi-
gnificantur per duodecim fundamēta ciuitatis/
⁊ per duodecim lapides precioſos/⁊ per duode-
cim nomina apl'oꝝ.Quod aūt ibidem dicitur de
menſura ciuitatis per calamū aureū.⁊c.:regimen
eccleſie illius temporis ſcđm virtutes morales ⁊
theologicas protendit. ¶ Ad hoc etiā propoſitū
Introitus miſſe. adducitur miſſale officiū huius diei:cuius introi
tus.⁊ cetera q̄ in choro cantari habent iā dicta ſunt
Oratio. in precedēti dñica.Oro: Propria eſt: Excita dñe
tuoꝝ fideliū:⁊c.qua eccl'ia orat ꝓ illis ꝑdicatorib⁹



bis duodenis vt fructū multū faciāt excitādo in
Ep'le argumentū. fideliū mētes a ſomno culpe.¶ Ep'la. Nō ceſſa-
m⁹ ꝓ vobis.⁊c.ex primo capl'o.ad coloſeñ.eſt pre
dicatio illoꝝ:quos ex iudeis predicatores futu-
ros credimus in eccleſia chriſti : qua ceteros ſui
generis alloquuntur fideles exhortando eos ad
fidei ⁊ religionis chriſti obſeruantiā/⁊ vite mora
lis perfectionē/⁊ hoc per modū orationis ad deū
ꝓ eis.Vbi primo eis petit cognitionē veritatis.
Scđo ibi:vt ambuletis.⁊c.operationem virtutis.
Tertio ibi:in oi paciētia.⁊c.tollerātiā in aduerſis.
Bone orationis tres ſunt cōditiones ibi notate.
prima ꝙ ſit tempeſtiua i neceſſitate : ideo dicitur
ex die qua audiuim⁹ cōuerſionē veſtrā ad chr̄m.
ſcđa ꝙ ſit continua:ideo ponitur/nō ceſſamus ꝓ
vobis.tertia ꝙ ſit integra ex corde ⁊ ore: ideo ad
ditur/orantes ⁊ poſtulātes.oro ad cor/poſtulatio
refertur ad os.talis oratio eſt propriū officiū pre-
latoꝝ ⁊ predicatoꝝ pro ſuis ouibus quas paſcūt.
Triplex eſt cognitio neceſſaria fidelibus/ prima
eſt agendoꝝ:vt impleamini agnitione volūtatis
dei.i.bene ſciatis precepta dei que ſunt ſigna vo
luntatis ſue.ſcđa eſt cognitio diuinoꝝ:qꝛ in om-
ni ſapientia que eſt contemplatio diuinoꝝ ſcđm
Auguſtinū.tertia eſt cognitio ſpiritualiū donoꝝ:
qꝛ ⁊ in omni intellectu ſpirituali.i.rerꝝ ſpiritualiū
nō harū corporaliū.nos inquit apl'us non ſpūm
Scđa ps epiſtole. huius mūdi accepimus:ſed eū qui ex deo eſt. pri
me cor.2.Et quia nō ſufficit cognoſcere :q̄a ſciēti
bonū ⁊ nō operanti peccatū eſt illi Jacobi.4.: ſed
oportet virtuoſam operationē adeſſe:ad quā tria
concurrūt.primū eſt actualis executio de qua di-
citur:vt ambuletis per bona opera digne.i. ſicut
decet filios dei.ſecūdū eſt recta intentio/ideo ſe-
quitur:deo per oia placentes non hoibus.tertiū
eſt ꝓficiendi deliberatio:ideo in omni bono ope
re fructificātes.ad fructificationē aūt ſequit aug-
mentū ſcientie agibiliū.vnde ⁊ creſcētes in omni
ſciētia dei.Et qꝛ ad virtutē nō ſolū requiritur ſci-
re ⁊ velle operari:ſed etiā immobiliter perſeuera
re:ideo additur in omni virtute dei confortari ſe-
cundū potentiam claritatis eius.i. filij ſui qui eſt
Tertia ps epiſtole. ſplendor patris.nā ipſe per gratiā ſuā vos cōfor-
tabit vt ꝑſeueretis in omni opere bono. Hec oia
dicta in proſperitate valent.ſed in aduerſa fortu
na tria requirūtur. oportet enim primo ꝙ bene
tolleretis aduerſa quoꝝ cauſa nō recedatis a vir
tute.hoꝝ quedā habent in ſe difficultatē : ad que
vos habeatis in omni paciētia. quedam premij
dilationē:ad que habeatis longaminitatē.i. lōgā
ſpem rei que differtur.quedā cōtriſtationem: ſed
vos per oppoſitū ſuſcipite illa cū gaudio ꝓpter
deū.et ſitis gratias agentes pro talibus tribula-
tionibus deo ⁊ patri.i.ei qui ſimul eſt dñs per ti
morē ⁊ pater per amorē. vnde ſi flagellat vos vt
dñs/tamen diligit vos vt pater. cuius ſignū eſt:
qui per gratiā ſuā dignos vos fecit in patrē ſor-
tis.i.congregationis ſcoꝝ.i.ſeruoꝝ ſuoꝝ in lumi
ne fidei catholice.qui etiā eripuit vos de poteſta
te tenebrarū.i.diuerſoꝝ erroꝝ.et tranſtulit vos in
regnū dilect.i.in eccleſiā chriſtianā que eſt regnū
dilectiōis filij ſui.i.dilecti filij ſui.in quo vero deo
⁊ vero homie habemus nos fideles redēptionē
a ſeruitute diaboli in quantū eſt homo.et remiſ-
ſionē pcc̄oꝝ ratiōe diuinitatis.Hec per ieſum/fi-
liū virginis marie/chriſtū.i.meſſiā in lege promiſ
ſum:dñm noſtrū per creationē/redēptionē/et gu-
Euāgelij argumentum. bernationē.¶ Euangeliū.Cū videritis abomina
tionē.⁊c. ex vigeſimo q̄rto. capl'o Matthei.a tpe
antichr̄i vſqꝫ ad iudiciū ⁊ finē ſexte etatis ac toti⁹
mūdi ꝯcludit hiſtoriā eccl'iaſticā ⁊ hoc ad ꝯſolatio
nē ⁊ doctrinā iudeoꝝ:ne āpli⁹ terrena deſiderēt:ſꝫ
ad celeſtē hieruſalem aſpirēt. Jn quo primo eis
enarratur terreſtris Hieruſalē deſtructio p̄terita.
Scđo ibi:orate aūt.⁊c.eis prenūciatur antichriſti
Prima ps euangelij perſecutio futura.Tertio ibi:ſtatim autē.⁊c. ipſis
declaratur iudicis chr̄i diſcutio matura. Doctria
precedentis ep'le impediri poſſet in nouiter con
uerſis ex iudaiſmo propter eoꝝ auariciā et rerū
tēporaliū cupiditatē:cui dediti ſunt ex ſua radice.
hoc impedimētū in euāgelio tollitur dupliciter/
primo rememorando eis excidiū ⁊ perditionem
ciuitatis ſancte Hieruſalem ⁊ totius regni terre
promiſſionis per romanos pricipes/de quo pre-
dixerat Daniel capl'o.9. ſcđo predicendo eis fu-
turā antichriſti perſecutionē de qua idē propheta
cap.11.Jn illo ergo tēpore nouiſſime cōuerſionis
iudeoꝝ dixit ieſus per ſuos predicatores diſcipu
lis ſuis de genere iſrael.cū videritis iā factā abo
minationē deſolationis.i.deſolationē cū abomi-
natione vel profanatione infideliū.ſtantē in loco
tēpli ſancto:in quo poſitū eſt abominabile ydo-
lum imperatoris:poſtea vero effectū eſt templū
abominatiſſimi Mahumetis.q̄ deſolatio ⁊ abo-
minatio predicta eſt a Daniele cap.9. hiſ v̄bis.
Poſt hebdomades ſeptuaginta occidetur chri-
ſtus/⁊ non erit eius populus qui eū negaturus
eſt.et ciuitatē et ſanctuariū diſſipabit popul⁹ cū
duce venturo. et finis eius vaſtitas. et poſt finē
belli ſtatuta deſolatio.⁊ erit in tēplo abominatio
deſolatiōis/⁊ vſqꝫ ad conſumationē ⁊ finē ſeculi
perſeuerabit deſolatio/hec ille.qui ergo hāc pro-
phetiā:legit intelligat ex facto eā eſſe cōpletā. et
tunc qui in iudea fuerunt fideles chriſti fugerūt
monitione angeloꝝ:quoꝝ hec vox in tēplo Hie-
roſolimitano audita eſt.tranſeamus ab his ſedi
bus:ſed alij perfidi iudei per romanū exercitū oc
ciſi et venundati ſunt.fugerūt inqꝫ ſerui dei ex iu
dea ad montes circumiacentiū regionū tā repēte:
vt qui in tecto domus ſue erat:inde fugeret non
deſcendens tollere aliquid de domo ſua.et q̄ ara
bat in agro remotus a tunica ſua:nō reuerſus ſit
eā tollere:quia non habuit tempus ſufficiēs pre
anguſtia perſequentis.ve aūt pregnātibus ⁊ nu
trientibus feminis in illis diebus: qꝛ omnes ille
perierunt ibi non valentes fugere.ecce ꝗ̄ cito ha
bitatores terre iudeoꝝ ſpoliati ſunt omnibus bo
nis tēporalibus:deo permittente ⁊ puniente eos
propter ſua peccata.vnde non eſt ponenda ſpes
ſeruis dei in bonis tā fluxis/que tā celeriter au-
Scđa ps euāgelij. feruntur. Nec valet ſi dixeris ꝙ illa deſolatio iā
preterita eſt. et propter peccatū infidelitatis pri-

eoꝝ iudeoꝝ euenit eis: ſed moderni ſeu iuniores
illoꝝ ſucceſſores iã recte credunt chriſto/ꝛ ſeruiũt
ei fideliter in eccleſia. ideo iã nõ permittet eos ſic
ſpoliari: ſed potius augebit diuitias eoꝝ. Cõtra
hoc predicitur eis futura antichriſti perſecutio: ꝗ
vt dicitur Danielis. 8. vltra ꝙ̃ credi poteſt vniuer
ſa vaſtabit. et non modo iudei: ſed etiã alij boni
ſerui chriſti amittent omnia hec tẽporalia. Orate
autẽ pro conſeruatione diuitiaꝝ ſpiritualiũ que
ſunt vere diuitie. ꝛ ſi contingat vos fugere a facie
perſequentis: vt olim patribus veſtris contigit
in iudea: orate deũ ne fiat fuga veſtra in hyeme. i.
frigiditate charitatis ꝛ fidei: vel in ſabbato. i. ocio
aut vacatione ab opere virtutis. q. d. orate ne in-
ueniat vos illa perſecutio indeuotos/ꝛ frigidos/
aut vacuos virtutibus. tunc enim magna virtute
opꝰ erit ſeruis dei ad reſiſtendũ tante tentationi.
erit enim tunc. ſ. quando reuelabitur ille iniquꝰ:
tribulatio magna in eccleſia dei: qualis non fuit
ab initio mũdi vſq; ad illud tẽpus: nec poſtea fu
tura eſt vſq; ad finẽ ſeculi. dicitur enim Danie. xi.
ꝙ eleuabitur ꝛ magnificabitur perſecutor ille ex
diuina permiſſione aduerſus oẽm deũ/oẽmq; re
ligionẽ/ꝛ ſectã: ꝛ cõtra deũ deoꝝ. i. maximũ deum
chriſtianoꝝ loquetur magnifica. i. magnas blaſ-
femias. et dirigetur in ſua perſecutione/ atq; pro
ſperabitur donec impleatur iracundia dei cõtra
peccatores ſue eccleſie. et capitulo. 8. eiuſdẽ dicit
ꝙ interficiet robuſtos fideliũ: et populũ ſanctoꝝ
ſecundũ ſuã voluntatẽ: et dirigetur. i. proſperabit
dolus in manu eius: ꝛ cor ſuũ magnificabit: ꝛ in
copia rerũ oĩm occidet plurimos. hec ibi. Sequit
in textu euangelij. ꝛ niſi breuiati fuiſſẽt dies illi. i.
illius perſecutionis ex diuina diffinitione: nõ fie
ret ſalua a peccato infidelitatis omis caro: qꝛ nul
lus homo poſſet euadere illã tentationẽ quin ca
deret a fide chriſti. ſed propter electos aut prede-
ſtinatos: ne forte illi etiã cadant: breuiabunt dies
illi ex diuina mĩa. de qua abreuiatione dicit Da-
niel. 7. ſermones cõtra excelſum loquetur/ꝛ ſan-
ctos altiſſimi cõteret/ et putabit ꝙ poſſit mutare
tẽpora ꝛ leges/ꝛ tradẽtur in manu eiꝰ hoĩes vſq;
ad tẽpꝰ ꝛ tẽpora ꝛ dimidiũ tẽporis. i. vſq; ad tres
annos cũ dimidio. Preter hanc aũt corporalem
perſecutionẽ antichriſti erit alia peior ſpũalis cõ-
tra fidẽ: de qua ſubditur: tunc enim ſiquis ex mi
niſtris antichriſti dixerit vobis tentãs fidẽ vr̃am:
ecce hic eſt chriſtꝰ. i. ſaluator vr̃ in hoc loco vocãs
vos: aut illic. i. in illo alio loco: nolite eis credere
vt recedatis a fide ꝛ religione veſtri ſaluatoris iã
cogniti ꝛ indubitati. dicitur aũt hic ꝛ illic: qꝛ vna
queq; hereſis et ſecta falſa habet certas mundi
partes in quibus preualet: nõ aũt totũ vniuerſũ
ſicut doctrina chriſti. Surgẽt enim in tẽpore illo
multi pſeudo. i. falſi chriſti: ſimiliter ꝛ pſeudo pro
phete. i. predicatores eoꝝ: ꝛ dabũt. i. facient ſigna
ꝛ ꝓdigia magna. i. mira quedã opera: que videã
tur miracula: ad confirmandã doctrinã ſuã falſã:
ita vt in errorẽ falſe doctrine inducantur multi
conuicti falſis miraculis/ ꝛ ſophiſticis argumen
tis/ vel etiã tormentis: que nõ ſolũ ſufficerent in-
ducere ad errorẽ cõtra fidẽ cõmunes chriſtianos:
ſed etiã electos. i. predeſtinatos/ꝛ iã confirmatos
in gratia ſi hoc deus permitteret. quod tamẽ nõ
faciet. qꝛ reſeruabit ſibi quoſdã in quibus perſe-
uerabit fides catholica vſq; i finẽ. ſi ergo pſeudo
prophete dixerint vobis ecce i deſerto dogmate
philoſophoꝝ eſt chriſtꝰ: nolite exire a fide ad au-
diendũ eos. et ſi dixerint ecce in penetralibus. i.
ſecretis hereticoꝝ: ꝗ ſe iactant archana dei noſſe:
nolite credere. quia fides chriſti ab oriente in oc
cidentẽ in catholicis fulget clara ꝛ manifeſta: nõ
ergo eſt chriſtus in deſerto vel in penetralibus.
ſicut enim fulgur. i. ſplẽdor ſolis exit ab oriente:
ꝛ non ſiſtit ibi: ſed dilatatur vſq; in occidentẽ: ita
eſt claritas fidei chriſti: ꝛ ita erit aduentus ſcd̃us
filij hominis ad iudicium: qꝛ apparebit in forma
humana glorioſa ꝛ cunctis manifeſta: ſicut quã-
do aſcendit in celũ. Nã ſicut vbicũq; eſt aliquod
corpus animalis aptũ cibare aues: illuc congre-
gantur aquile/ vultures/ ꝛ alie aues: ſic etiam vbi
apparuerit chriſti humanitas glorioſa/ illuc con-
gregabuntur omnes ſancti: quia ipſe eſt cibꝰ ſpi
ritualis eoꝝ. erit ergo aduentus eius manifeſtꝰ ꝛ
nõ occultꝰ. de quo eiꝰ aduẽtu ad vniuerſale iudi
ciũ ſequit. Statim aũt. i. poſt paucos dies mortuo — Tertia ps euãgelij.
antichriſto/ꝛ poſt tribulationẽ dierũ illoꝝ. i. annoꝝ
triũ quibꝰ ſua perſecutio tribulabit eccl'iam dei:
apparebunt ſigna mirabilia aduẽtus chriſti. nã
ſol obſcurabitur per frequentes eclypſes ꝛ in ſo
litas. et ſimiliter luna non dabit lumen ſuum. et
ſtelle. i. comete magni cadẽt de celo. i. de aere me
die regionis. et virtutes. i. influentie ꝛ cõſtellatio
nes celeſtiũ planetaꝝ cõmouebũtur. ſ. ad faciẽdũ
mirabiles effectus in hoc mũdo inferiori. Et tũc
poſt illa ſigna hoĩes admonentia apparebit ſi-
gnũ filij hominis. i. crux chriſti/ claui/ ꝛ alia ſigna
paſſionis ſue in celo aereo. vt clare videant iu-
dei illũ in quẽ confixerũt: iuxta Zachariã ꝛ Ioã
nem. et tunc apparente ſigno chriſti plangẽt nõ
ſolũ iudei qui noluerunt cõuerti: ſed etiã oẽs tri-
bus terre. i. generationes gẽtiliũ/ qui vel nõ rece
perunt baptiſmũ vel poſt ſuſceptũ/ fidẽ ꝛ religio
nem non bene ſeruauerunt. plangent inq; ſuam
ingratitudinẽ qua fructũ paſſionis chriſti inani-
ter perdiderunt. et videbunt omnes hoĩes filiũ
hoĩs. i. chr̃m in humana forma venientẽ ad iudi
ciũ generale in nubibus celi ſplendẽtibus cum
virtute magna celeſtis militie et maieſtate glie.
Sed ante iudiciũ mittet ãgelos. i. nũcios ſuos ſpi
ritꝰ celeſtes cũ tuba/ꝛ pro. i. voce magna preconũ
qua dicent: ſurgite mortui venite ad iudicium.
ꝛ ſic congregabũt ad vallẽ Ioſaphat prope Hie
ruſalẽ electos eius ad gloriã. reprobi etiã citabũ-
tur ꝛ cõparebunt. ſ; nõ cõgregati ꝛ ordinati vt ele
cti: ꝛ angeli congregabũt eos a quattuor vẽtis. i.
partibus terre. ſ. oriente/ occidente/ ſeptentrione/
ꝛ meridie. a ſummis. i. extremis celoꝝ hoc eſt ab
oĩbus terminis orizontis vſq; ad termios oppo-
ſitos eoꝝ. i. celoꝝ. Vt aũt predicta omnia videan
tur dicta iudeis ad eoꝝ cautelã. ait illis: dicite pa
rabolã ab arbore fici. i. a ficulnea. ſ. cui male di-



xit chriſtus: et facta eſt arida infructuoſa vſq; ad
finẽ mũdi. hec eſt ſinagoga iudeoꝝ. ſignum ergo
proximi aduentus chriſti ad iudiciũ eſt: cũ iam ra
mus eius hoc eſt filij eius tener fuerit. i. dimiſe-
rint cordis duriciem emolliente eos gratia dei. et
folia fuerint ei nata. i. verba vere cõfeſſionis fidei
catholice apparuerint in ſinahoga: ſcitis. i. ſcire
poteſtis tãq; ſigno certiſſimo: ꝗa ꝓpe eſt eſtas. i.
tempus collectionis meſſiũ hoc eſt dies iudicij.
Ita ergo vos cum videritis in mundo hec ſigna
aduentus chriſti fieri: ſcitote quia prope eſt chri-
ſtus veniens: in ianuis domus veſtre. dixi vobis
certiſſimũ ſignũ aduentus ſecũdi fore iudeoꝝ cõ-
uerſionẽ. amen. i. certiſſime dico vobis: quia non
preteribit. i. non deſinet generatio hec. ſ. iudeorũ
in ſua perfidia viuentiũ: donec fiant oĩa prophe
tata ſuper eccl'iam chriſti in hac ſexta mundi eta
te tã a chriſto ꝙ̃ a Ioanne euangeliſta. q. d. quã-
diu eccleſia durauerit in hoc mundo: nondũ cõ-
pletis eius miſterijs omnibꝰ etiã vſq; ad perſe-
tionẽ antichriſti: ſemper erunt inter chr̃ianos iu
dei permixti: ꝛ hoc ordinauit ſapiẽtia diuina ad
confirmationẽ fidei nr̃e apud gẽtiles. quia iudei
chriſtianoꝝ inimici afferũt in mediũ corã eis teſti
moniũ certiſſimũ ſue fidei. ſ. figuras ꝛ ꝓphecias
veteris teſtamenti. ſicut econtra miracula chriſti
facta inter gentiles confirmant fidẽ eccleſie ſue
apud iudeos: qui ſemper ſigna querunt: etiã nũc
ſicut ꝛ tẽpore chr̃i: gentiles aũt teſtimonijs ſcrip
turaꝝ contenti ſunt. Ergo quãdo iudei iam fere
omnes ad fidẽ chriſti conuertentur: erit ſignũ cer
tiſſimum ꝙ finis mundi iã appropinquat: et ꝙ
eccleſia chriſti parũ durabit in hoc mũdo: et cito
erit aduentus chr̃i ad iudicium generale in fine
mundi. cuius ſtructura nõ eſt tã firma in ſuo ſta
tu: ꝙ̃ verba chr̃i/ꝛ alioꝝ ꝓphetaꝝ i ſua veritate.
ideo ſeq̇t in fine euãgelij: celũ ꝛ terra trãſibũt. i.
poſſent citius euerti ꝛ deſinere eſſe. ꝙ̃ verba mea
que nunq̃ preteribunt. i. cadẽt a ſue veritatis cer
titudine. Si ergo hec chr̃i verba fideliſſima ſunt:
manifeſte cõſtat ex dictis in hoc officio finẽ mũ-
di appropinquare: in quo bona oĩa tẽporalia ho
minibus auferentur. vos itaq; fideles ex iudeis
ad chr̃um cõuerſi nolite ponere cor vr̃um ad di-
uitias tẽporales: ſed potius eas cõtẽnite: ꝛ alias
meliores querite. ſ. ſpirituales: de quibus in ep̃la
loquuti ſumus. qꝛ iſtas ꝛ nõ illas in eternũ poſ-
ſidere valebitis. Secreta orõ. Eccl'ie tue propitiꝰ
eſto dñe. ꝛc. de fidelibus preſentibus loquens pe
tit per gr̃am dei cõuerti eoꝝ corda a terrenis cu-
piditatibus ad celeſtia deſideria. Vltima oratio.
Concede nobis dñe. ꝛc. idẽ petit cũ precedẽte ora
tione ſub alijs verbis. ¶ Quedã eccl'ie in hac vl-
tima dñica aliã ep̃lam: ꝛ aliud euangeliũ legunt
etiã ad idẽ propoſitũ de cõuerſione iudeorũ circa
finẽ mundi. ¶ Epiſtola eſt: Ecce dies veniũt. ꝛc.
Alia ep̃la — ex. 23. cap. Hieremie. in cuiꝰ prima parte aduẽtꝰ
chr̃i ad iudiciũ ꝓmittit. in ſcd̃a ibi: in diebꝰ illis
ↄuerſio iudeoꝝ ante diẽ iudicij p̄dicit. i tertia ibi:
Aliud euã-gelium. — propterea: conuerſorũ ex iudaiſmo ſpiritualis in
telligentia et loquela deſcribitur. ¶ Euangeliũ
aũt: Cũ ſubleuaſſet oculos ieſus. ꝛc. ex. 6. cap'lo.
Ioãnis: eſt de miraculo quinq; panũ ex quibus
ſaciauit chriſtus quiq; milia hominũ. et facit ad
propoſitũ de cõuerſione iudeoꝝ. nã ſcd̃m expoſi-
tionẽ Auguſtini: duplex illa refectio dñica ex qui
q; ꝛ ſeptẽ panibꝰ: duplicis populi iudaici. ſ. ꝛ gẽ-
tilis conuerſionem ad fidẽ ſignificat. vnde hinc
inde ſunt notande quedã differentie in ſimilitu-
dine miraculi: vt differentẽ ſignificet conditionẽ
iudeoꝝ ꝛ gentiliũ. nã in primo miraculo ſunt pa
nes quinq;: in ſcd̃o ſunt ſeptẽ panes/ illi quidem
ordeacei: hi vero triticei/ illic duo piſces: hic ſine cer
to numero pauci piſces nominantur/ illic homi
nes ſuper fenũ: hic ſuper terrã diſcũbere iuſſi ſũt/
ibi quiq; milia: hic quattuor milia hoĩm ſaciant/
ibi duodecim cofini: hic vero ſeptẽ ſporte fragmẽ
toꝝ colliguntur. Primi igitur miraculi miſteria
ad iudeos pertinent: quoꝝ doctrina quinq; libris
Moyſi: ꝛ duobus alijs. ſ. prophetaꝝ ꝛ pſalmorũ
continetur. at gentiles ſeptiformi ſpũſſancti gr̃a
ſanctificante cũ alijs gratijs gratis datis ſine nu
mero reguntur in eccleſia: quod in ſeptẽ panibꝰ
ꝛ paucis piſcibus ſecũdi miraculi cõtinetur. Itẽ
panes illi ordeacei erant: quia libri Moyſi miſte
ria chr̃i ſub palea figurarũ occultabant. ſed gr̃a
ſpirituſſancti corda fideliũ reuelans inſtar grani
triticei eadẽ aperta docet. Lex itẽ vetꝰ licet car-
nem domãdã p̄cipiat que per fenũ (teſte Eſaya)
intelligitur. ſed gratia euãgelica oĩa terrena con-
culcanda demonſtrat. niſi quis inquit renũciaue
rit omnibus que poſſidet nõ poteſt meus eſſe di
ſcipulꝰ. ꝛc. inſuper iudei ſenſibus corporis dediti
quinario miliarioꝝ: gentiles autẽ euãgelicã per-
fectionẽ adepti quaternario numerãt. In duode
cim cofinis ap'li ex iudeis orti: in ſeptẽ ſportis an
geli ſeptẽ eccl'iaꝝ predicatores gẽtiliũ explicant.
Quia igitur ſupra dñica. 6. poſt trinitatẽ de genti
lium conuerſione ad chriſtũ ſub parabola mira- — Euãgeliũ argumẽ.
culi ſeptẽ panũ diſputatũ eſt in primitiua eccl'ia
tẽpore Cõſtantini magni: ideo in hac dñica vltĩa
(que deſignat finẽ mundi) conuerſio iudeoꝝ mi
raculo quinq; panũ demonſtratur in euangelio
predicto. Vbi primo difficilis oſtẽdit iudeoꝝ ſatu
ratio. Scd̃o ibi: dixit ergo. ꝛc. liberalis aperit er-
ga eos chriſti operatio. Tertio ibi: vt aũt impleti
ſunt. ꝛc. duodẽnalis ex iudeis ꝓmittitur predica- — Prima pars euã-gelij.
toꝝ ordinatio. Antiqua enim iudeorũ proteruia
difficilẽ facit eoꝝ cõuerſionẽ. qꝛ deus videtur ab
eis faciẽ ꝛ oculos auertiſſe. ſed in illo tempore cir
ca finẽ mundi: ſubleuabit ieſus oculos mĩe ſue:
qꝛ videbit ꝙ̃ magna iudeoꝝ mĺtitudo parata eſt
venire ad eũ cõmota reſpectu gratie ſue. dicetq;
ad prelatũ vel predicatorẽ qui eſt Philippus. i.
os lampadis eccl'ie. vnde ememus panes doc-
trinaꝝ vt manducent/ et ſaturentur taliter vt ſint
contenti venire ad nos. ſed hoc dixit ad proban
dum fidẽ eiꝰ: que modica eſt erga iudeoꝝ ſalutẽ.
ipſe enim ieſus ſcit quid ſit facturus ad ſaciandũ
eos. ſ. immittere cordibus eoꝝ gratiã. Philippus
aũt reſpondet nõ ſufficere iudeis panes doctorũ
ducentorum: qui varias / et multiplices edidere

expoſitiones ſpirituales ſuper veteri lege: que
denario mandatoꝝ cõprehenditur: ita vt iudeoꝝ
vnuſquiſqꝫ modicũ quid accipiat.i.guſtet de illis
expoſitionibus.deſperat ergo gentilis de iudeoꝝ
ſalute. Quare dixit vnus ex diſcipulis chri.ſ.fide
lis ex iudeis cõuerſus/ꝛ magis confidens de ſa-
lute ſuoꝝ:ideo vocatur andreas.i.reſpõdẽs Pa-
bulo.et frater Simonis Petri:in quo iudeorum
genus ſignificatur.dixit.eſt puer vnꝰ hic.ſ.Moy-
ſes doctrinã puerilẽ imperfectoꝝ ſcribẽs. qui hꝫ
qnqꝫ panes.i.quiqꝫ libros legis:ordeaceos.i.figu
rales.et duos piſces.i.pſalmos ꝛ prophetas. ſed
hec documenta rudia quid ſunt.i. parũ proſunt
inter tantos.i.grandes viros ſpirituales.q.d.illa
doctrina Moyſi licet ſapiat iudeis:tamen nõ po
teſt iudeos ad perfectionẽ adducere/ nec eos ſa-
Scda ps euãgelij. ciare. Sed nihilominus libri Moyſi/ꝛ alioꝝ pro-
phetarũ ſpiritualiter itellecti:excuſſis granis mi
ſterioꝝ chri ex palea figuraꝝ:mirabiliter ſapiunt
ꝛ ſatiãt fideles.ergo ieſus(q̃ venerat legẽ Moyſi
implere.i.ad perfectionẽ adducere)dixit ad ſuos
predicatores eccleſie.facite per veſtrã doctrinam
homines.i.humana ſapiẽtes iudeos diſcũbere.i.
humiliari ad terrenoꝝ contemptũ. erat aũt fenũ
multũ.i.carnalis concupiſcentia in loco iudeoꝝ.
Ergo preueniente grã chri per eccleſie doctrinã
circa finẽ mundi diſcubuerũt ex iudeis numero
quinqꝫ millia.i.qui erant dediti exercitio quinqꝫ
ſenſuum.et ieſus accepit panes ordeaceos legis
Moyſi per ſuã doctrinã explicandos:quãdo ape
ruit diſcipulis ſenſum vt intelligerẽt ſcripturas.
gnificātur martyres ꝓpter zeli feruorem / et fidei
calorem. de quibus apłus Hebre. 11. dicit ꝙ ꝑ fi-
dem vicerunt regna / operati ſunt iuſticiam / ade-
pti ſunt repromiſſiones. ⁊c. quia pro chriſto paſſi
ſunt multipliciter / conſtanter / ⁊ vtiliter ſibi ⁊ no-
Confeſſores ſeptentrio. bis. Per aquilonē denotantur cōfeſſores ꝓpter
abſtinētie rigorem: de quibus ad Roma. 10. cor-
de creditur ad iuſticiā / ore autē cōfeſſio fit ad ſalu
tem. ⁊c. confeſſi ſunt enim chriſtū corde recte cre-
dēdo / ore ipſum publice ꝑdicādo / ⁊ opere ipſum
Virgines occidens. in vita ⁊ in moribus imitando. Per occidentem
virgines ſignificantur ꝓpter mūdicie nitorē. al-
beſcit enim polus ſole occiduo. ipſis etiā omnia
mundana gaudia occidūt. de his apłs loquitur
ꝑme. Corin. 7. De virginibꝰ ꝑceptum dn̄i nō ha-
beo: cōſiliū autē do: volo aūt vos ſine ſolicitudi-
ne eſſe: qui ſine vxore eſt ſolicitus eſt q̄ dn̄i ſunt
quomodo placeat deo. ⁊ mulier innupta / ⁊ virgo
cogitat q̄ dn̄i ſunt vt ſit ſancta corpore ⁊ ſpū. et ſa
pientie. 4. O q̄ pulchra eſt caſta generatio cum
claritate: immortalis eſt enim memoria illius. ⁊
in ꝑpetuū coronata triumphat incoinquinatorū
certaminum premium vincēs. ⁊c. virgines eni q̄
ſunt ſponſe regis cōparantur angelis / preferunt
coniugatis / ⁊ multis gaudent priuilegijs / ambu
lant cum agno in veſtibꝰ albis. ⁊c. Sed quo arti
culatiꝰ ſingulos ſanctoꝝ ordines diſcernamus:
apoſtolis euangeliſte annectunt. i. qui euangelia
autentica cōſcripſerunt. Martyrum etiam officia
duplicia ſunt. ſ. de vno martyre / ⁊ de pluribus.
Confeſſorum itidem alij fuerunt pontifices / alij
ſimplices ſacerdotes / aut laici humiles vel reli-
gioſi ⁊ abbates. Pōtificum iterum duo ſunt offi-
cia: hoc eſt de vno ⁊ pluribus eorum. Eādem ſi-
mili diſtinctione facta in officio virgnū videlicet
de vna ⁊ de pluribus virginibꝰ. ad numerū no-
uenarium ꝓportionaliter ad ordines angelorū
officia ſanctoꝝ hominū extendemꝰ: ab apoſtolis
nō immerito ꝑncipiū ſumētes. ¶ Apoſtolus gre
ce interꝑtatur miſſus latine. Inde illi primi chri-
ſti ſectatores diſcipuli apoſtoli dicti ſunt: quia ab
eo miſſi



eo miſſi fuerunt ꝑdicare grām fidei ſue ꝑ vniuer
ſum orbē Joannis. 15. Ecce ego mitto vos vt ea
Duplices apoſtoli. tis ⁊ fructū afferatis. ⁊c. ¶ Duo tn̄ apłorū genera
colit eccleſia. quidam enim fuerūt ab ipſo chriſto
electi adhuc in humanis degēte vt Petrus / An
dreas / ⁊ alij vſq̧ ad Matthiam loco Jude Sca-
rioth ſubrogatum ante Penthecoſten. et ſic non
enumerant niſi duodecim apoſtoli: q̄ etiā primū
fidei ſimbolū condiderunt. ſ. ſinguli ſingulos ar-
ticulos proferentes: vel forte ſinguli oēs articu-
los ⁊ oēs apłi ſingulos. Alij fuerūt apłi a ſpiritu
ſancto poſt pēthecoſten vocati iam chriſto in ce-
lo glorioſe reſidente vt Paulus / ⁊ Bernabas: de
quibꝰ Actuū. 13. dixit ſpūſanctꝰ ſegregate mihi
Saulū / et Bernabā in opus ad quod aſſumpſi
eos. ⁊c. et ipſi quidē miſſi a ſpūſancto abierūt. ⁊c.
ecce miſſi et apłi vocantur poſt illos duodecim
priores. Et ſic in vniuerſo ſunt quattuordecim
apłi. ꝓpter q̄s doctores aliq̄ articulos fidei quat
tuordecim diſtinxerūt. His ꝯuenit figura de duo
decim filijs Iſrael q̄s ab Egyptiaca ſuitute duo
alij patriarche Moyſes vz et Aaron eduxerunt.
Jacob etiā preter duodecim filios ſuos: Manaſ-
ſem / ⁊ Ephraym i filios adoptauit Geneſ. 48.
⁊ hec eſt ratio quare in bullis papalibꝰ Petrus
ad ſiniſtrā / ⁊ Paulus ad dexterā figurant: qꝛ cū
eoꝝ apoſtolatꝰ genē differrēt: eoꝝ differētia mon
ſtrari debuit figuratiōe congrua. quippe beatus
Petrus a chriſto adhuc in ſiniſtra viuente vita
paſſibili vocatꝰ eſt ad apicē apoſtolatꝰ: ſed Pau
lus ab eodē iā in dextera pr̄is ſedēte electꝰ eſt in
apłum dicēte ipſo Roma. 1. Paulus apłs Jeſu
chriſti. ⁊c. Eccła ergo Ro. de q̄buſdā iſtoꝝ apłoꝝ
fecit ſpecialia ⁊ ꝓpria officia. vt de beato Petro
ꝓpter autoritatē paſtoralis dignitatis. de beato
Paulo ꝓpter ꝑuilegium magnifice ꝑdicatiōis.
De ſancto Andrea ꝓpter deuotionē mirabilem
crucis. et de ſancto Joāne ꝓpter excellentiā diui
ni amoris / et caſtitatis ꝟginalis. de alijs fere om
nibꝰ apłis cōmune officium ordinauit eccła: et
olim faciebat cōmune feſtū eoꝝ in Kał' Maij: vt
dies varij nō viderent diuidere quos eadē chri-
ſti mēſa / eadē doctrina / ⁊ eadē apoſtolica digni-
Matutini tas fecerat cōformes. ¶ In cuiꝰ officij cōis matu
tinis legunt nouē pſalmi fere ſinguli de ſingulis
ferijs ſeptimane: exceptis tertia et quarta ex qui
bus bini dicunt pſalmi ad complementum no-
uenarij. Sed rationem quare potius illi pſalmi
q̄ alij de apoſtoli cantent: antiphone ex eiſdem
ſumpte declarant: que ſunt aptiores verſus pſal
morū in laudē apoſtolorum explicant. Lectiones
cōmunes ſumunt ex ſermone alicuiꝰ doctoris ec
cleſie: vel ex Actibꝰ apoſtoloꝝ. Sed ꝑter has ſin
gula apoſtoloꝝ feſta ꝓprias habent lectiōes ex
hiſtorijs eorum. Reſpōſoria omnia fere ſunt ver-
ba chriſti ad eos ex euangelijs ſūpta: vt Ego mit
to vos ⁊c. Mat. 7. et Tollite iugū meū ibidem ca
pitulo. 11. et Dū ſteteritis ante. ⁊c. Luce. 12. ⁊ Bea
ti qui pſecutionem. Matthei. 5. ⁊ Beati eritis. ⁊c.
Luc. 6. et Vos eſtis lux. ⁊c. mixtum eſt ex verbis
Matthei. 5. et Luce. 6. et. 22. ⁊ Hoc eſt preceptum
meum. ⁊c. Joannis. 15. et ſic de alijs multis. que-
dam tamen eorum ſumunt ex predictis pſalmis
matutinalibus: vt Nimis honorati. ⁊c. et In om
Laudes. nem terram. ⁊c. et Non ſunt loquele. ⁊c. Antipho
ne de laudibus fere oēs ſunt ex Joānis cap. 15.
vt Hoc ē preceptum meum. ⁊c. Similiter ⁊ ꝑ ho
ras diei ex alijs euangelijs. Capitula etiā matu
tinis / et in horis diei plura ſunt. vt illud: Jam nō
eſtis hoſpites. ⁊c. Epheſ. 2. et illud: Non vos me
elegiſtis. ⁊c. Joannis. 16. et illud: Scimus quo-
niam diligentibus. ⁊c. Roma. 8. et illud: Ibant
apoſtoli. ⁊c. Actuum. 5. et illud: Per manus apo
ſtolorum fiebant ſigna. ⁊c. ibidem. et alia multa
ſcdm varietatē epiſtolarū q̄ dici ſolent tam i die-
bus apſtolorū q̄ in eorū vigilijs. nā oēs fere apo
ſtoli habent vigilias / et octauas: ad ſignificandū
ꝙ ſi compatimur eis: et cōregnabimus. exceptis
Joanne / Philippo / et Jacobo: quoꝝ vigilie pro
pter rationabiles cauſas nō ieiunant. In veſpis
ex diuerſis ferijs colliguntur pſalmi magis apti
ad honorem dignitatis apoſtolice: quoꝝ vltimꝰ
eſt ei ꝓpriiſſimus. ſ. Dn̄e probaſti me. ⁊c. ꝑs. 138.
Introitꝰ miſſe. ¶ Ergo in officio cōmuni miſſe apłice a vigilia
eoꝝ cōmuni ordiendū eſt. que duplex ponitur in
miſſali romano: altera dr̄ in vigilia vnius apoſto
li / et altera in vigilia plurū apłorum. Prime vi-
gilie introitus miſſe talis eſt. Ego aūt ſicut oliua
fructifera. ⁊c. ex pſal. 51. vbi notatur fructus / ⁊ vti
litas / et meritum cuiuſlibet apłi dum in hac mi-
ſera vita peregrinaretur: et non attribuit proprie
virtuti ſed miſericordie dei: qui talem grām fru-
ctificandi in eccleſia ſibi dedit. Verſus eſt ꝑnci-
pium pſalmi. ſ. Quid gloriaris in malicia. ⁊c. quo
arguitur malicia damnabilis cuiuſlibet tyranni
Oratio. apoſtolū perſequētis. Oratio: Da queſumus om
nipotens deus. ⁊c. ſupplicat deum vt ieiuniū pre
ueniens ſolemnitatē apoſtoli ſit nobis meritoriū
ad deuotionis augmentum pro ipſa principali
feſtiuitate melius celebranda. Alie eccleſie dicūt
orationem: Concede q̄ſumus oīpotens deus vt
beatus. ⁊c. que petit illius apłi interceſſione ieiu-
nantibus dimitti peccata / ⁊ remoueri pericula.
Epiſtola ¶ Epiſtola eſt: Benedictio dn̄i ſuper caput iuſti
ex cap. 10. Prouerbio. Sequitur: Dabit illi dn̄s
hereditatē. ⁊c. Vſq̧ induit eū dn̄s coronā glie. ex
cap. 44. et. 45. Eccleſiaſti. ad lrām ſunt laudes
Jacob / et Moyſi / et Aaron que cantātur in lau-
dem cuiuſlibet apoſtoli qui ſimul fuit pater ſpiri
tualis ppli dei ſicut Jacob / glioſus in miraculis
et ꝑdicationibꝰ vt Moyſes / et ſacerdos dei mini
ſterq̧ teſtamenti eterni vt Aaron. Alie eccłie di-
cunt epłam: Beatus homo qui inuenit ſapientiā
⁊c. ex cap. 3. Prouerb. que laudat apłi ſapientiā
tam in docendo q̄ in operando. ⁊c. vel potius lo
quitur de ſapientia dei increata: que ē filius: cuiꝰ
primi fructus fuerunt apoſtoli quos ipſe dei fi-
lius quaſi celos ſtabiliuit ſuꝑ terrā. i. eccleſiam
ſuam quam fundauit fide. ⁊ fuerunt ei quaſi nu
Graduale bes irrigantes eam. ⁊c. ¶ Graduale eſt: Juſtus
vt palma florebit. ⁊c. ex pſalmo. 36. nam ex quo
in introitu apoſtolus fuerat ꝯparatus oliue fru-

ctiſere: iã ꝯparat palme/ ⁊ cedro arborib⁹ ꝑcioſis. Verſus: Ad annũciãdũ.⁊c. ex eodẽ ps. declarat predictam comparationẽ ex officio predicatiõis apoſtolice. Non dicitur aleluia ꝓpter ieiunium: ſicut nec gloria in excelſis/ neq; ite miſſa eſt: que

Euãgeliũ

ſunt cantica leticie. ¶ Euangelium ex capl'o.15. Joannis. Hoc eſt preceptũ meum. duo precipue notat de quolibet apoſtolo. ſ. quanta fuerit dilectio chriſti ad eum: quia elegit ipſum ad tantum culmen dignitatis: ⁊ quãt⁹ fuerit apoſtoli ſic electi fructus in eccleſia dei ſuis ꝑdicationibus et myraculis: qui vſq; modo manet. Quedam eccleſie legunt illud Matthei.19. Dixit Simõ petrus ad Jeſum.⁊c. vbi notatur ſimul ⁊ meritũ cuiuſlibet apoſtoli in relinquẽdo mũdana omnia propter chriſtũ: et premium glorie celeſtis: que ẽ melior in centuplo ꝙ̃ totus hic mundus.

Offertorium.

¶ Offertorium ex pſalmo.8. Gloria ⁊ honore.⁊c. decantat honorẽ ap'lice dignitatis ſup omnes alios eccleſie gradus. Secreta oȓo: Ap'lici culminis.⁊c. clarã habet intelligentiã petẽs ſuffragia apoſtoli.

Communio.

¶ Cõmunio: Magna eſt gl'ia eius.⁊c. ex ps.36. laudat ap'li gloriam quam in hoc ſeculo habuit. nam de gloria paradiſi loqui magis pertinet ad feſtum ꝙ̃ ad vigiliã eius. Vltima oratio: Sancti apoſtoli tui ⁊c. petit a deo ſupplicatione apoſtoli mediante: et veniam peccatorum/ et premiũ noſtrorum ieiuniorum.

Introit⁹ ſecunde miſſe.

¶ In vigilia plurium apoſtolorum introitus miſſe cõmunis ex ps.78. eſt: Intret in cõſpectu tuo dñe.⁊c. proponens ap'lorũ labores in hac vita: et eorum gloriam in futura quã vocat ſanguinis eoꝝ vindictã. verſus: Deus venerunt gentes.⁊c. eſt principiũ eiuſdẽ pſalmi: velut querimonia coram deo de pſecutione eccleſie ſue ab infidelib⁹: quam vocat hereditatẽ dei.

Oratio

Oratio: Concede queſumus omnipotens de⁹ vt ſicut apoſtoloꝝ.⁊c. petit fideles preueniri in ſuis neceſſitatibus interceſſiõe illorũ apoſtolorũ: quorum ieiunãdo ipſi feſta preueniunt.

Epiſtola.

¶ Epiſtola: a quibuſdam dicitur illud Actuũ cap.5. per man⁹ apoſtoloꝝ.⁊c. vſq; curabant omnes. et clara ẽ ſententia in laudem ap'lorum myracula faciẽtium. Alij legunt illud Epheſ.1. Benedict⁹ deus/ ⁊ pater.⁊c. vſq; ſupabundauit in nobis. vbi ap'li laudant deum de ſua electione/ ꝑdeſtinatione/ ⁊ vocatione ad dignitatẽ apoſtolatus. Alijs placet illud prime Corin.4. Spectaculum facti ſumus. ⁊c. vſq; moneo in chriſto ieſu dño nr̃o. que ẽ enarrati olaborum quos apoſtoli ſuſtinuerunt in hoc mundo ꝓpter eccleſiam dei edificandam/ honorandam/ ⁊ pacificandam. et concordat labori ieiunantium.

Alleluia.

¶ Graduale. Vindica dñe.⁊c. declaratum eſt in huius miſſe introitu. verſus ex eodẽ pſal'. poſuerũt mortalia.⁊c. exclamatio ⁊ querella

Euãgeliũ

eccleſie ẽ ſup ap'loꝝ cedibus. ¶ Euangeliũ: Ego ſum vitis vera.⁊c. ex cap.15. Joãnis. pulchra comparatiõe de vite ad ſuos palmites: refert ap'lorũ maximã vnitatem ad chriſtum/ ⁊ fructũ quem in toto mundo fecerũt.

Offertorium.

¶ Offertorium: Exultabunt ſancti in gl'ia.⁊c. ex pſal'.149. ad premium ptinet ap'lorum pro/ ſuis laborib⁹. Secreta oȓo: Muneribus nr̃is.⁊c. merita ap'lorum optat interuenire ad munerũ oblatoꝝ acceptationẽ a deo: ne impediantur peccatorũ nr̃orum obſtaculis.

Coio.

¶ Communio: Poſuerũt mortalia.⁊c. ex ꝑdicto ps.78. plangit ap'loꝝ martyria vt oſtendat eos dignos magna gloria. Vltima oȓo: Sumpto dñe.⁊c. effectũ ſacramenti euchariſtie in nobis petit impleri ap'lorum precibus quoꝝ veneramur memorias.

Introit⁹ tertie miſſe.

¶ In die tranſit⁹ apoſtolorũ (qui dicitur natale eoꝝ) introitus miſſe ſumit' ex pſal'.138. Mihi autẽ nimis.⁊c. decãtat honorẽ ⁊ dignitatẽ gradus apoſtolici ſup oẽs alios ſtatus fideliũ: q2 ſunt ꝓ̃cipes oĩm fidelium. Verſus eſt ꝓ̃cipiũ eiuſdem pſalmi: Dñe probaſti me.⁊c. quo ap'ls quilibet allegãs ſuã paſſionẽ: q̃ a deo tentat⁹ ⁊ probat⁹ eſt: petit ſuã reſurrectionẽ ad gloriam poſt tam diuturnã ſeſſionem in terra.

Oratio.

Oratio de quolibet feſto ap'lorum eſt propria: ſed preter eas ſolet poni oȓo cõis de vno ap'lo: Queſum⁹.o.d. vt beat⁹.⁊c. iam declarata ẽ in vigilia. De plurib⁹ vero ap'lis oratio cõis: Deus q̃ nos annua.⁊c. petit a deo auxilium gr̃e: quo eorum inſtruamur exemplis de quorũ gaudem⁹ meritis.

Epiſtola

¶ Epiſtola huius feſti multiplex ponit'. prima eſt: Jam non eſtis hoſpites.⁊c. Epheſ.2. que dicit ap'los fundatores eccleſie chriſtiane: ꝑſuppoſito tñ ꝓ̃cipali fundamẽto ac ſummo angulari lapide chriſto ieſu. Alia ep'la Vnicuiq; noſtrũ data eſt gr̃a.⁊c. Epheſ.4. diſtinguit varias gr̃as datas hoibus a deo ſecundum diuerſos ſtat⁹ fideliũ: in qb⁹ ap'li ꝓ̃mum habent locum et ampliores gr̃as: q2 acceperũt ꝓ̃micias ſpũſſancti ⁊ tempore prius ⁊ ceteris abũdantius. Alia ep'la eſt: Scim⁹ quoniã diligentib⁹ deũ.⁊c. Roma.8. q̃ multas ꝓſequit' laudes ap'lorum. ſ. eorũ ꝑdeſtinationẽ a deo/ vocationẽ/ iuſtificationem/ et magnificationẽ in multis ꝓ̃uilegijs ſpiritualib⁹. ex quib⁹ habuerũt virtutẽ ad reſiſtendũ oibus mundi pſecutionibus. maxime ꝓpter nimiã charitatẽ dei: q̃ et diligebant' a deo/ ⁊ ipſi ardenter eũ diligebãt: ac firmiter ĩ eo permanebãt. Preter has ep'las aliq̃ ap'li ꝓprias habẽt.

Graduale

¶ Graduale etiã multiplex eſt. primum: Cõſtitues eos ꝓ̃cipes.⁊c. ex ps.44. habet eandẽ ſentẽtiam cũ ꝓ̃ma ep'la. verſus: Pro pr̃ibus tuis.⁊c. ex eodem pſal'. cõfirmat idem alijs vocabulis. nã ap'li fuerũt eccl'ie fundatores/ ꝓ̃cipes/ patres/ paſtores/ doctores.⁊c. Aliud graduale eſt: Nimis honorati ſunt.⁊c. ex ps.138. et eſt idẽ cũ introitu miſſe. verſus ex eodem ps. Dinumerabo eos ⁊c. alludit ad ꝓmiſſionẽ factã Abrahe Geneſ'.22. q̃ cõpleta eſt in ap'lis: quoꝝ ſemen ſp̃uale multiplicatũ eſt ſup arenã maris/ ⁊ ſup ſtellas celi. Aliũ graduale: In oẽm terrã.⁊c. ex. ps.18. cui⁹ verſus ẽ ꝓ̃cipiũ eiuſdem pſal'. Celi enarrãt.⁊c. eſt ꝓ̃cipalit' de laude ꝑdicatiõis ap'loꝝ q̃ repleuit totã terrã habitabilẽ et gl'iam dei ꝓp'lis enarrauit.

Aleluia.

Aleluia multiplex ponit'. nã q̃dã eoꝝ coincidũt cũ ꝑdictis g̃dualib⁹. vt Cõſtitues eos ꝓ̃nci.⁊c. Nimis hono.⁊c. Alia ſumunt' ex euangelio: vt Hoc eſt ꝑceptũ meum.⁊c. Joan.15. Ego vos elegi. ibidem cap.16. vos eſtis q̃ ꝑmãſiſtis Luce.22. Vltimũ aleluia ſumitur ex



autoritate eccleſie: Te gl'ioſus ap'lorũ chorus.⁊c. quoꝝ oĩm ſentẽtia eſt ſatis clara. et cedit in lau-

Euãgeliũ

des ap'loꝝ. ¶ Euangeliũ quoq; multiplex ponit' in miſſali romano. primũ: Hec mando vobis.⁊c. ex Joannis cap.15. vbi ⁊ ap'loꝝ magna charitas ad deũ ⁊ ꝓximũ oſtendit'/ ⁊ pſequẽtium eos malicia declaratur/ ⁊ malignãtium peccatũ et pena cõcluditur. Aliud euãgeliũ: Ego ſum vitis vera. ⁊c. Joan.15. de quo ſupra in vigilia. Aliud: Ecce ego mitto vos.⁊c. Mat.10. oſtendit propriũ ap'lorum officiũ/ ⁊ multiplicẽ tribulationẽ mundi aduerſus eos ꝓpter chriſtũ. et tandem gl'iam eorũ propter ſuam pſeuerantiã. Aliud euangeliũ: Dixit Simõ petrus.⁊c. Mat.19. de quo ſupra in vigilia. Alie eccleſie legunt illud Joannis.15. Hoc eſt ꝑceptum meum: de quo etiã ſupra in vigilia.

Offertorium.

¶ Offertorium multiplex eſt. ſ. Mihi autẽ nimis ⁊c. Cõſtitues eos.⁊c. In oẽm terrã.⁊c. ⁊ oia patẽt ex ꝑdictis. Orationes ſecrete petunt ap'lorũ precibus et meritis acceptari a deo ſacrificia ꝓ ſanctificatiõe celebrãtiũ.

Communio.

¶ Cõmunio tandẽ multiplex ponitur ſed ſemp ex euangelio. ſ. Ego ſum vitis vera.⁊c. Ego vos elegi de mũdo.⁊c. Amen dico vobis q̃ vos qui reliquiſtis oĩa.⁊c. Vos qui ſecuti eſtis me.⁊c. et patẽt ſentẽtie ex ſupradictis in declaratiõe euãgelioꝝ. Vltĩe oȓones: Clamãt deũ ꝓ beneficijs obtinẽdis ex interceſſiõe ap'loꝝ.

## ¶ Caput cẽteſimũnonum decimum de cõi officio euangeliſtarum.



Oſt apoſtolos eccleſia in ordine ſecũdo veneratur euangeliſtas. i. eos q̃ euãgelia autẽtica ſcripſerũt. Dicitur notãter autentica: q2 (vt Lucas narrat in ꝓ̃cipio ſui euãgelij) multi ſcripſerũt euangelia. i. hiſtoriã vite chriſti/ ⁊ geſtorũ eius: ſed apud fideles ſola euãgelia quattuor. ſ. Matthei/ Marci/ Luce/ et Joãnis ſunt autẽtica. q2 illa ſola robur diuine autoritatis habent: alia vero omnia apocripha cẽſent'. cui⁹ ratio eſt multiplex. tũ quia alia ſunt de veritate ſuſpecta/ vel propt' imperitiam ſcribẽtium ea/ vel ꝓpter maliciam hereticoꝝ ea deprauantiũ. tum q2 non inſtinctu ſpiritusſancti neq; ex mãdato dei ſpeciali edita ſũt ſicut iſta quattuor. tum q2 alij ſcriptores euangelioꝝ ſolã hiſtoriã vite chriſti narrare intẽdebant/ et nihil ſp̃uale ex ea elicere: iſti xo quattuor magis voluerunt aliquid ſp̃uale de chriſto/ et eccl'ia ſignificare quã hiſtoriã texere. tum deniq; q2 iſte numerus in ve. teſta. eſt multipliciter figuratus. vt in quattuor fluuijs paradiſi qui irrigãt totam terrã/ in quattuor anulis arce federis dñi/ in quattuor prophetis maioribus/ in quattuor aĩalibus quattuor facierũ q̃ vidit Ezechiel/ et in quattuor rotis/ et in q̃drigis Aminadab de quibus in canticis/ in quadrigis Zacharie q̃ egrediebant' de medio duorum montium. i. duorum teſtamentorum. Deniq; Joannes in apocalypſi ciuitatem ſanctam Hieruſalem in quadro poſitam deſcribit.⁊c. Dicitur aũt euangeliſta: quia ſcripſit euangelium. i. bonũ nunciũ de reparatiõe humani generis ꝑ chriſtũ. Quia igitur euangeliſte ſunt tantum quattuor: quorũ quilibet habet propriũ officium: nõ curat miſſale romanum officiũ ponere cõmune euangeliſtarum. Sed alie quedã eccleſie de his in quibus euangeliſte cõmunicant ediderunt cõmune officiũ eoꝝ.

Matutini

¶ Vnde in matutinis oĩa reſpõſoria ſumpta ſunt ex ꝓ̃mo cap. Ezechielis de viſione illorum quattuor animalium. Pſalmi tam ĩ matutinis ꝙ̃ in veſperis ſicut de alijs apoſtolis. Antiphone ex euãgelio Luc.10. de quo poſtea dicemus.

Laudes.

In laudibus antiphone Dilecti deo .⁊c. oẽs fere ſumpte ſunt ex cap.45. Eccleſiaſti. et loquit' de miniſterio ſue ꝑdicatiõis tam vocalis ꝙ̃ ſcripte ab eis. Per horas diei antiphone cõſonãt ꝑdictis in matutinis. Capitula fere oia ſumuntur ex capitulo.15. Eccleſiaſtici. ſ. In medio eccleſie.⁊c. Cibauit illũ dñs.⁊c. Jocunditatẽ ⁊ exultationẽ.⁊c. In ꝓ̃mis veſꝑis antiphona ad magnificat ex apoc.4. cap. Ecce ego Joãnes.⁊c. de qua dicem⁹ in ep'la. In ſcd̃is veſperis antiphona ad magnificat: Tua ſunt hec chriſte opera ⁊c. fundat' in.1. cap: Ezechiel'. de quo ſtatim in epiſtola.

Introit⁹ miſſe.

¶ Introitus miſſe cõis: Os iuſti meditabitur ſapientiã: ex ps.36. facit mẽtionem de ſapientia/ iudicio/ ⁊ lege dei quã euangeliſte ſcripſerũt. Verſus eſt ꝓ̃cipiũ eiuſdẽ pſalmi. ſ. Noli emulari in malignãtibus .⁊c. q̃ notat vel falſos legiſlatores vt Mahumetũ. vel peccatores q̃ legẽ non obſeruãt. Alius introit⁹ ſolet poni ex.15. cap Eccleſiaſti. ſ. In medio eccl'ie aperuit os ei⁹. ⁊c. qui eſt generalis ad oẽs doctores vniuerſalis eccleſie: qui repleti ſunt ſpũ ſapiẽtie. verſus: Bonũ eſt confiteri dño.⁊c. eſt ꝓ̃cipiũ pſal'.78. ⁊ laudat doctrinam euãgelicã q̃ tota eſt cõfeſſio diuine veritatis.

Oratio.

Oȓo nulla eſt cõis: q2 quilibet euangeliſta habet ꝓpriã: ſed oẽs ille implorant a deo gr̃am ſane intelligẽtie doctrine euãgelice ꝑcibus illi⁹ ſancti obtinẽda.

Epiſtola.

¶ Epiſtola ex.4. cap. apoc. Ecce ego Joãnes vidi oſtiũ.⁊c. vel ex.1. cap. Ezechiel'. Silitudo vultus quattuor aĩalium.⁊c. in q̃ vtraq; euangeliſte figurant' ꝑ illa quattuor aĩalia: quoꝝ quodlibet habebat q̃ttuor facies. ſ. hominis/ leonis/ vituli/ ⁊ aquile: quia quilibet euãgeliſta de chriſto notat quattuor myſteria videlicet natiuitatẽ: quia homo ex matre: ꝑdicationem ⁊ myracula q̃ſi leo rugiens: paſſionẽ qua immolatus ẽ vt vitulus. reſurrectionẽ/ ⁊ aſcenſionẽ ad modũ aq̃le volãtis in celũ. Verum harũ facierũ prima. i. facies hominis eſt proprior Mattheo: q̃ magis inſiſtit circa humanitatem chriſti. vnde et euãgelium ſuum exorditur. Liber inquit generationis humane ieſu chriſti.⁊c. Secũda facies leonis conuenit appropriate Marco q̃ a predicatiõe ꝑcurſoris ⁊ ſaluatoris aucupat ſui euãgelij ꝓ̃cipiũ dicẽs: Vox clamãtis ĩ deſerto.⁊c. Tertia facies vituli appropriat' Luce q̃ magis late ⁊ deuote myſteria paſſiõis ꝓſequit': vnde ⁊ a ſacrificio ſacerdotis incipiẽs ait: Fuit in dieb⁹ Herodis ſacerdos

quidam.ꝛc. ipſe etiã Lucas crucis mortificatio-
nem iugiter in ſuo corpore ꝓ noie dei portabat:
vt dr in orone eius. Quarta facies aquile magis
ꝓpria eſt Joanni: q̃ ṗncipaliꝰ agens de diuinita
te chriſti: a natiuitate eterna filij dei ex patre ſui
euãgelij ṗncipium habet dicens: in ṗncipio erat
verbũ.ꝛc. ideo iſte euangeliſta ceteris altius vo-
Graduale. lauit vt aquila. ¶ Graduale: Beatus vir q̃ timet
dñm. ps.111. Verſus ex eodẽ. Potẽs in terra erit
ſemen.ꝛc. vbi agiť de ſemine verbi dei/ ⁊ bonorũ
operum/ ⁊ multoꝝ fideliũ: vnde ſequiť generatio
rectoꝝ benediceť: quia euãgeliſte filios dei gene-
rant q̃ ſunt benedicti. Aleluia ex cap̃.41. Eſaye.
Aleluia. Primus ad ſiõ dicet ecce adſum ⁊ Hieruſalem
euangeliſtã dabo: clara eſt autoritas accipiendo
ſion et Hieruſalẽ ſpũaliter ꝓ eccleſia chriſtiana.
Alij cantant aleluia: Beatus vir: et eſt idẽ cum
Euãgeliũ graduali. ¶ Euangeliũ: Deſignauit dñs alios ſe
ptuaginta duos diſcipulos.ꝛc. Luce.10. eſt de offi
cio ⁊ dignitate euãgeliſtarũ. Primo q2 ſunt mi-
noris ſtatus q̃ apli ſed immediate poſt eos. Se-
cundo q2 miſſi ſunt p̃dicare ⁊ verbo/ ⁊ ſcripto: ad
modũ agricolarũ qui ex labore ſuo multũ fructũ
colligunt. vnde ſubdiť: et dicebat illis meſſis qui
dẽ multa.ꝛc. rogate dñm meſſis vt mittat ope-
rarios.ꝛc. ecce ego mitto vos.ꝛc. Tertio q2 dat eis
poteſtatem vt de euãgelio viuant .i. accipiãt ne-
ceſſaria victus ⁊ veſtitus ab his quibꝰ euangeli-
zãt. ideo ſubditur: nolite portare.ꝛc. q2 poteſtis ta
lia de iure petere a fidelibus. ſequitur: dignus eſt
Offertorium. operarius.ꝛc. ¶ Offertoriũ: Poſuiſti dñe ſup ca-
put eius.ꝛc. ex pſal.20. eſt de premio magne glo
rie doctoris euãgelici. ¶ Similiter cõio: Magna
Cõio. eſt glia eius.ꝛc. ex eodẽ pſal. Orones ſecrete ⁊ fi-
nales exponende ſunt ſicut de aplis.

## ¶ Caput centeſimũ vigeſimum de cõmuni officio vnius martyris.



Ertium gradũ inter ſanctos noui teſtamẽti habent martyres chriſti: eo q̄ poſt viros aplicos et euãgelicos ipſi teſtimoniũ exhibuerunt chriſtiane fidei et religionis: nõ tam verbis / aut ſcriptis/ q̃ factis. hinc martyr grece teſtis eſt latine.
Ex martyribꝰ aũt pauciſſimi hñt officia ꝓpria in
miſſali romano. ſ. Stephanꝰ/ Laurẽtius/ ⁊ decol
latio ſcti Joãnis Baptiſte. ⁊ ſolus inter eos Lau
rentius habet vigiliã ⁊ octauã. Diſtinguť autẽ
ibi plura officia de martyribꝰ. ſ. de vno et de plu-
ribus ſimul: et iterum quodlibet illoꝝ eſt duplex
.ſ. officiũ cõmune p totũ annũ: ⁊ ſpeciale ꝓ tẽpo-
re reſurrectionis. Item officiũ cõmune vniꝰ mar-
tyris eſt duplex. ſ. aliud pro martyre pontifice: et
aliud ꝓ non pontifice. Sed hec differentia dun-
taxat ponitur in officio miſſe. nam in alijs horis
Matutini nocturnis ⁊ diurnis officium vniꝰ martyris vni-
forme eſt ꝓ q̃libet vno martyre. ¶ In matutinis
dicuntur oẽs nouẽ pſalmi ex officio dñicali. ⁊ an-
tiphone ſunt verſus pſalmorum q̃ magis expli-
cant martyris meritũ aut p̃mium. vt in lege dñi
fuit volũtas eiꝰ. ex ṗmo pſal. ⁊ ſic de alijs. Lectio
nes ſunt ex ſermone alicuius doctoris ſancti de
laudibus martyrij: q̃lis eſt ſermo ſancti maximi
epi q̃ incipit: Ad diuinũ exhibẽdum veſtre cha-
ritati ſmonẽ feſtiuitatis huiꝰ martyris.ꝛc. Reſpõ
ſoria fere oia ſumunť ex pſalmis nocturnorũ: vt
dñe preueniſti eũ.ꝛc. poſuiſti dñe.ꝛc. gloria et ho-
nore.ꝛc. exceptis paucis q̃ ab ecclia edita ſunt ex
ꝟbis euãgelij/ aut apli Pauli. vt iſte ſanctus ꝓ
lege dei.ꝛc. hic ẽ vere martyr.ꝛc. iſte ſanctꝰ digne.
ꝛc. In laudibus oẽs antiphone ſunt ex euange- Laudes.
lio: vt qui me cõfeſſus fuerit.ꝛc. qui ſeqtur me.ꝛc.
ſi quis mihi miniſtrauerit.ꝛc. Per horas diei ſilr
antiphone ſunt euãgelice. Capla ptinent ad epi
ſtolas miſſe de quibus dicemꝰ. In veſperis col-
liguntur pſalmi aptiores ex diuerſis ferijs. Anti-
phone ſunt verſus pſalmoꝝ magis appropriati.
¶ Ad miſſam introitus pro martyre põtifice eſt Introitꝰ miſſe.
illud Eccleſia.45. Statuit ei dñs. Verſus: Me-
mento dñe Dauid.ꝛc. de q̃ in officio ꝯfeſſoꝝ dice-
mus. vel illud Daniel.3. Sacerdotes dei benedi
cite dñm.ꝛc. Verſus. Benedicite oia opa dñi.ꝛc.
ibidẽ. de q̃ etiã poſtea erit dicendũ. Sed pro mar-
tyre nõ põtifice introitꝰ miſſe fere ſemp ẽ ex pſal-
terio: vt In virtute tua letabiť iuſtꝰ.ꝛc. ex ps.20.
vl: Glia ⁊ honore coronaſti.ꝛc. ex pſal.8. vl: Leta
bitur iuſtus in dño.ꝛc. ex pſal.63. vel iuſtus non
cõturbabiť.ꝛc. ex ps.36. Et in quolibet iſtoꝝ. ver-
ſus eſt ṗncipiũ illius pſalmi ex quo ſumiť offi-
ciũ: et denotat conſtantiã/ et patientiã/ ac virtutẽ
illius martyris cum auxilio dei cõfortantis eum.
In tempore tamẽ reſurrectiõis chriſti pro quoli-
bet vno martyre introitꝰ miſſe eſt: Protexiſti me
deus.ꝛc. ex ps.63. cuius verſus eſt ṗncipiũ eiuſdẽ
pſalmi. et eſt eadẽ ſententia eiꝰ ſicut in alijs p̃di-
ctis officijs: niſi q̄ hic ponunť plura aleluia in
introitu propter gaudiũ reſurrectiõis chriſti. Ora- Oratio.
tio ꝓ martyre põtifice: Infirmitatẽ nr̃am reſpice
ꝛc. orat ꝓ noſtra corroboratione ad vincẽdũ pon
dus peccati p̃cibꝰ illius martyris: quẽ corrobora
uit ad vincenda tormẽta. Alia oro: Deus q̃ nos
annua beati.ꝛc. petit diuinã ꝓtectionẽ in aduer-
ſis interuẽtu illiꝰ martyris.ꝛc. Pro martyre non
pontifice oro: Preſta.q.o.deus: vt q̃ beati.ꝛc. vel
Preſta q̃s.o.d. vt intercedẽte beato.ꝛc. et eãdem
petitionem faciunt cum p̃cedentibꝰ. ¶ Epiſtola Epiſtola
multiplex poniť. Prima: Juſtus cor ſuũ tradidit
ꝛc. ex.39. cap̃. Eccle. et facit magis ꝓ martyre põ-
tifice ⁊ doctore: q̃lis fuit Ciprianꝰ: ⁊ quidã alij: q2
notat deuotas orones/ et ſacrificia q̃ in vita ſua
faciebat ꝓ ſe ⁊ pro alijs. notat etiã ſapiẽtiã ⁊ p̃di
cationẽ ſuã fructuoſam. Alia epla: Beatꝰ vir qui
inuentꝰ ẽ ſine macula.ꝛc. Eccle.31. eſt magis pro
pria martyri ſeclari vt Hyppolito/ Romano.ꝛc.
et cõmendat in eo vniuerſalẽ contemptũ oim bo
norũ tẽporaliũ propter chriſtũ. Alia epla: Beatꝰ
homo q̃ inuenit ſapientiã Prouer.3. laudat ſa-
pientiam martyrum in contemnẽdo omnia pro-
pter chriſtum: quos tamen mundani homines



reputabãt eẽ fatuos. ideo notat diuitias ſpũales
quas martyr quilibet iſta ſua ſapientia inuenit.
Alia epla: Beatꝰ vir q̃ in ſapiẽtia morabiť.ꝛc. ec-
cleſiaſti.14.⁊.15. q̃ alios mirabiles effectꝰ ſapien
tie martyrũ explicat. ſ. ſatietatẽ ſpũalẽ/ et honorẽ/
ac ſecuritatẽ immortalẽ hois in ſuis bonis. Alia
epla: Juſtũ deduxit dñs p vias rectas.ꝛc. eccleſia
ſtici.10. declarat q̄ martyriũ licet appareat acer-
biſſimum: imponit finem omnibꝰ penalitatibus
huiꝰ vite: ⁊ facit hoies triumphare de hoſtibus/
atq; ꝑuenire ad charitatem ſeu gloriam eternã.
Alia epiſtola: Benedictus deus ⁊ pater.ꝛc. 1. Co
rin. ṗmo. declarat q̄ in tribulationibꝰ martyrum
adeſt ꝯſolatio diuina: q̃ operať tollerãtiã paſſio
nũ cũ gaudio ꝓpter deũ. Alia epla: Memor eſto
dñm.ꝛc. 2. Thimot.2. declarat ꝓpter q̃d permiſit
deus ſeruos ſuos ita pati in hoc mundo. tũ pro-
pter conformitatẽ ad chriſtum. tum ꝓpter exem-
plum ⁊ confortationem aliorũ fidelium. tum de-
niq; ꝓpter purgationẽ aliquarũ impfectionum.
declarat etiam virtutes reqſitas ad verũ marty-
rem. Alia epla ibidẽ cũ p̃cedente: Nemo militãs
deo.ꝛc. Alia epla: Juſtus ſi morte p̃occupatꝰ.ꝛc.
ſapien.4. Alia epla: Bñdictio dñi ſup caput.ꝛc.
prouerbio.26. ⁊ alie plures. Sed in tẽpore reſur-
rectiõis legiť illa epla ſapien.5. Stabunt iuſti in
magna. eo q̄ faciat mentionẽ de reſurrectiõe ſan
ctoꝝ. ⁊ qualiter tũc temporis boni ⁊ mali appare
Graduale bunt mutatis ſortibꝰ ⁊ vicibꝰ. ¶ Graduale ꝓ mar
tyre pontifice eſt: Inueni Dauid ſeruũ meũ.ꝛc. ex
pſal.88. verſus: Nihil ꝓficiet inimicꝰ.ꝛc. ibidem:
que duo ſimul declarãt eũ eſſe pontificẽ cõſecra-
tũ/ ⁊ martyrẽ inuictũ. Sed ꝓ alio martyre gradua
le eſt: Juſtꝰ vt palma florebit.ꝛc. ex ps.91. verſus
ibidẽ: Ad annũciandũ mane.ꝛc. q̃ fructũ martyrij
demonſtrat ſub typo arboris: q̃ poſtq̃ detruncať
⁊ videtur ſiccari: tunc floret et germinat. nã mar-
tyr ad vtrãq; fortunã bene ſe habet: q2 in mane
ꝓſperitatis laudat dei miam: ⁊ nocte aduerſita-
tis eiꝰ iuſticiã. Alie ecclie dicunt: Poſuiſti dñe.ꝛc.
ex pſal.20. Verſus ex eodẽ: Deſiderium.ꝛc. Ale-
Aelluia. luia ꝓ põtifice: Tu es ſacerdos i eternũ.ꝛc. ex ps.
109. pro alio martyre aleluia: Beatꝰ vir q̃ timet
dñm.ꝛc. ps.111. vl Juſtus vt palma florebit.ꝛc. vl
Glia ⁊ honore.ꝛc. ex ps.8. vel: Letabiť iuſtus.ꝛc.
Euãgeliũ ps.36. vl: Juſtꝰ nõ cõturbabiť.ꝛc. ps.63. q̃ oia de-
clarata ſunt in miſſe introitu. ¶ Euangeliũ huiꝰ
officij multiplex poni ſolet. Primũ ꝓ põtifice: ni
ſi granũ frumẽti.ꝛc. ex cap̃.12. Joan. ſub parabo-
la frumẽti: martyriũ p̃lati dicit eius ſeminationẽ
in terra vt fructificet: et ſic videtur p̃di: cũ potius
ſeruatur. deniq; talis miniſtri gloriam explicat.
Aliud euãgeliũ ad idem ꝓpoſitũ/ et in eadẽ ſen-
tentia. Si quis vult venire poſt me.ꝛc. Mat.16.
Alia duo ſumunť ex cap̃.10. Mat. ꝓ martyre nõ
pontifi. Nolite arbitrari: q2 venerim pacẽ mittere
ꝛc. vbi occaſionẽ martyrij explicat chriſtꝰ propter
ſue fidei defenſionẽ/ et vniuerſalem cõtemptum
oim mũdanoꝝ ad martyrẽ ꝑtinere. Alterũ ẽ: Ni-
hil opertũ q̃d nõ reueleť.ꝛc. ibidẽ. vbi martyrẽ cõ-
ſolatur dupliciť. Primo q2 ſua innocẽtia et iuſti-
cia nõ erit occulta ſed publica toti mũdo. Scdo:
q2 licet vitã p̃dat corporis: recupabit eam cũ ma
gno lucro et melioratione in vtroq; hoie. Aliud
euãgeliũ: Si q̃s venit ad me et nõ odit.ꝛc. Luce
14. vniuerſalẽ oim bonoꝝ huiꝰ vite cõtemptum
martyri eſſe neceſſariũ declarat. et ad hoc duplex
enigma pulcherrimũ de edificatore/ et bellatore
adaptat. ois enim ſeruus chriſti maxime martyr
ſpũale quoddã ⁊ altũ edificiũ (q̃d turri cõparať)
teneť cõſtruere. Sed q2 in hoc opere ſepiꝰ ab ho
ſtibꝰ ſpũalibꝰ impediť: neceſſe habet bellare/ ⁊ ar
ma debita querere. modo chriſtꝰ declarat ſumptꝰ
edificij/ ⁊ arma belli eadẽ eſſe. ſ. abrenũciationem
oim bonoꝝ corporaliũ ꝓpter acqſitionẽ ſpũaliũ.
In tẽpore reſurrectiõis legiť euãgeliũ: Ego ſum
vitis vera.ꝛc. ex.15. cap̃. Joãnis. q̃d eple ſue cõfor-
me eſt: q2 gaudiũ reſurrectiõis noiat q̃d erit ple-
num in ſanctis/ cũ modo ſit ſemiplenũ in vnica
ſtola glie. Cõparat ſe etiã chriſtꝰ viti ex qua vir-
tus deriuať ad oẽs palmites. i. ſãctos ſuos ſi mõ
p infidelitatẽ nõ fuerint ab eo abſciſi acerbitate
ꝑſecutionis. q̃ tñ ſanctos martyres non potuit a
chriſto ſeparare: ſed potiꝰ in ipſo fixi mãſerũt.ꝛc.
¶ Offertoriũ põtificij martyris: Veritas mea.ꝛc. Offertorium.
vel: Inueni Dauid.ꝛc. ex pſal.88. vt ṗus. Pro
alio martyre: In virtute tua letabiť.ꝛc. vel: Deſi-
derium aie eius.ꝛc. ex pſal.20. vel: Glia ⁊ honore
ex ps.8. et patet iã declaratio. ¶ Cõmunio põtifi- Communio.
cis: Dñe quinq; talenta.ꝛc. ex euãgelio Mat.26.
de quo alias dicemus. vel: Semel iuraui in ſcto
meo.ꝛc. ex ps.88. vel: Poſuiſti dñe in capite.ꝛc.
ex pſal.20. Pro alio martyre cõio ex euangelio:
Qui vult venire poſt me.ꝛc. Mat.16. vel: Qui mi
hi miniſtrat Joannis.12. vel ex pſal.20. Magna
eſt glia eius.ꝛc. vel: Letabiť iuſtꝰ in dño.ꝛc. ps.63.
q̃ oia declarata ſunt ⁊ ex ſe clara. Orones ſecrete
⁊ finales quid petant notiſſimum eſt.

## ¶ Caput cẽteſimum vigeſimũprimum de officio cõi pluriũ martyrum.



Iffert hoc officiũ a p̃cedẽte ſicut numerus pluralis a ſingulari. ergo in laudẽ martyrij oẽs autoritates ſacre ſcripture loquẽtes ſingulariter collecte ſunt in officio vniꝰ martyris. loquẽ-
tes aũt pluraliť ꝑtinent ad hoc officiũ pluriũ aut
plurimoꝝ martyrũ. ⁊ nulla eſt alia in eis differen
tia q̃ de eodẽ ſanctoꝝ gradu loquunť. vnde in ra
tionali ſpeculatoris hec duo officia ꝓ vno poſita
ſunt. ſ. officiũ de martyribꝰ. ¶ In horis ergo no-
Matutini cturnis huiꝰ officij pluriũ martyrum cantanť illi
pſalmi qui magis explicant eoꝝ labores ⁊ ꝑſecu
tiones certamina ⁊ victorias. et inueniunť tales
pſalmi plures in pſalterio p oẽs ferias eiꝰ: ideo
alia breuiaria in hoc varijs modis diſcrepant a
romano pluſq̃ in alijs officijs cõibus ſctoꝝ. An-
tiphone pſalmorũ fere ſemp ſunt notabiliores
verſus eorũ vel in eadem forma verborum: vel

ſaltē in eadē ſententia. qualis eſt illa primi pſal. Secus decurſus aquarū plantauit vineā iuſtoꝝ: ꝛ in lege dn̄i fuit volūtas eoꝝ: ꝛ ſic de alijs. Reſpōſoria fere oīa ſunt vl' ex pſalmis/vl' ex apoca. Joannis: q̄ de laboꝛibꝰ martyꝛum plura ſcripſit in numero plurali: q̄dā etiā ſunt ab eccl'ia edita Lectiones ex ſermone ſancti Auguſtini: vel alterius doctoꝛis. qualis ē ille: Quotienſcūq̄ꝫ fratres chariſſimi ſanctoꝝ martyꝝ ſolēnia celebꝛamꝰ. ꝛc.

Laudes.

In laudibꝰ antiphone varie ſunt: q̄dam ex libꝛo ſapiētie: alie ex Apocalypſi: alie deniq̄ꝫ ex pſal'is laudū. Per hoꝛas diei ātiphone oēs fere ſunt ex euāgelijs: ſicut etiā ad benedictꝰ: et ad magnificat. Capitula ex ep'lis varijs huiꝰ officij: de q̄bus dicemꝰ. In veſpis adaptant̄ pſalmi ex diuerſis ferijs: quoꝝ antiphone ſunt aptioꝛes verſus eoꝝ. ſed ꝓpꝛijſſimus eis eſt pſalmus. 139. Eripe me domine. ꝛc.

Introitꝰ miſſe.

¶ In miſſa communi martyꝛum introitus ē multiplex: nam canitur: Ecce oculi domini ſup timētes. ꝛc. vel Sapiētiam ſanctoꝝ. ꝛc. eccleſiaſti. 44. vel Judicant ſancti. ꝛc. ſapiētie. 3. in quibꝰ ſemp verſus eſt pͥncipiū pſalmi. 32. Exultate iuſti in dn̄o. ꝛc. vbi eccleſia cōgratulat̄ ſanctis martyꝛibꝰ de p̄mio magne gloꝛie ſue: quam explicat introitus. Aliud officiū: Clamauerūt iuſti. ꝛc. vel: Multe tribulatiōes: ꝛc. vel: Timete dominum. ꝛc. et ſemp ꝟſus eſt pͥncipiū pſalmi. 33. vnde ſumunt̄ iſti introitus .ſ. Benedicā dn̄m in omni tēpoꝛe. ꝛc. vbi cōmendat̄ patientia et cōſtātia martyꝛū in omni tēpoꝛe etiā in aduerſitatibꝰ: quod ꝑtinet ad magnū eoꝝ meritum. Aliud officium: Salus aūt iuſtoꝝ. ꝛc. ex p̄s. 36. verſus ē pͥncipiū eiuſdem pſalmi: Noli emulari. ꝛc. notat auxilium dei quo adiuti fuerūt ad patienter ſuſtinēdum toꝛmēta ſine querimonia cōtra deū. Aliud officium: Juſti epulent̄. ꝛc. ex p̄s. 67. verſus ē pͥncipium eius. Exurgat deꝰ. ꝛc. iam loquit̄ de futura martyꝛum reſurrectiōe glorioſa. Aliud: Intret in cōſpectu tuo. ꝛc. ex p̄s. 78. verſus ē pͥncipium eius: Deus venerunt gētes. ꝛc. q̄rimoniam ꝓponit cōtra tyꝛānos martyꝛum interfectoꝛes. Aliud Laudate pueri dn̄m. ꝛc. p̄s. 112. verſus ex eodem: Sit nomen dn̄i benedictū. ꝛc. eſt gr̄arumactio ex parte martyꝛū ad deum ꝓ ſua victoꝛia. In tempoꝛe autē reſurrectiōis introitus eſt: Sancti tui dn̄e benedicēt te. ꝛc. cum verſu: Exaltabo te dn̄e. ꝛc. p̄s. 29. q2 ibi fit mētio de gl'ia regni dei.

Oratio.

Oꝛatio Deus q̄ nos ꝯcedis ſanctoꝝ. ꝛc. vel: Deus q̄ nos annua ſanctoꝝ. ꝛc. vel ſi vterq̄ꝫ fuerit pōtifex oꝛatio eſt. Beatoꝝ martyꝛum tuoꝝ pariterq̄ꝫ pōtificū ꝛc. q̄ oēs petunt a deo gr̄am et gl'iam obtinendā eoꝝ p̄cibus.

Epiſtola

¶ Epiſtola multiplex ponit̄: pꝛima eſt. Lingua ſapiētum oꝛnat ſcientiā. ꝛc. ꝓuer. 15. et laudat martyꝛum ſapientiā: ꝛ tyꝛannoꝝ ſtulticiā: cum tn̄ mundani ꝯtrarium iudicarēt. ¶ Secunda ep'la: ſapien. 5. Juſti autē in ꝑpetuum viuent. ꝛc. declarat p̄mium magne gloꝛie martyꝛū. Tertia: Juſtoꝝ aīe. ꝛc. ſapien. 3. eandē ſententiam habet cum vtraq̄ꝫ p̄cedētium. ſed verbis claꝛioꝛibꝰ. Quarta ep'la: Expectatio iuſtoꝝ leticia. ꝛc. pꝛouer. 11. ponit multas differentias inter ſc'os martyꝛes/et tyꝛānos mundanos: q̄ ſunt ꝯtrarie his q̄ mūdꝰ iudicat de illis. ¶ Quinta ep'la: Reddet deꝰ mercedē laboꝝ. ſapiē. 10. exēplo filioꝝ iſrael quādo exierunt de Egyptioꝝ captiuitate coꝛpoꝛali ꝑ viam maris rubꝛi: laudat trāſitum martyꝝ ꝑ fluuium ſanguinis q̄ exierunt de miſeria huiꝰ vite. ¶ Sexta ep'la: Hi ſūt viri mie ꝛc. eccleſiaſti. 44. memoꝛiā eternā martyꝝ in eccl'ia chꝛiſti dignam eſſe ꝓpter merita eoꝝ. Septima ep'la: Qui timēt dn̄m. ꝛc. eccleſi. 2. cauſam p̄cipuā tāte ꝟtutis martyꝝ chꝛiſti timoꝛē dei eſſe affirmat. Octaua ep'la: Sapiētiā antiquoꝝ. ꝛc. eccleſiaſti. 39. imitandam p̄dicat vitā ꝛ doctrinā ſc'oꝝ martyꝝ quā ſapiētiā vocat: ꝛ eoꝝ exēpla parabolas noīat. Nona ep'la et due ſequentes ſunt iā ex nouo teſta. ab ap'loꝝ apicibꝰ Petro ꝛ Paulo de laudibꝰ martyꝛū. vnde. 1. Petri cap̄. 1. Benedictꝰ deus. ꝛc. Alia ep'la: Abſterget deꝰ. Apoc. 7. alia: Quis nos ſeparabit ꝛc. Roma. 8. hoꝛtant̄ fideles ad martyꝛiū exēplo chꝛiſti: q̄ ꝑ breuē paſſionē ꝑuenit ad magnā gloriā et reſurrectionē. Decima ep'la: Rememoꝛamini p̄ſtinos dies. ꝛc. Hebꝛe. 10. laudat eos q̄ ꝓpter chꝛiſtū multa obpꝛobꝛia et dāna paſſi ſunt in tēpoꝛalibꝰ vt acciperēt ſp̄ualia. Ultima ep'la: Sancti ꝑ fidē vicerūt. ꝛc. Hebꝛe. 11. enarrat multa genera penalitatū coꝛpoꝛaliū q̄ ſuſtinuerūt martyꝛes chꝛiſti: et in oībus fuerūt victoꝛes ꝑ ꝟtutem fidei. adeo vt multa regna acq̄rerēt deo ſuo ꝑ ſanguinē ſuū. In tēpoꝛe reſurrectiōis ep'la et euangeliū ſicut de vno martyꝛe in eodē tēpoꝛe.

Graduale

¶ Graduale multiplex ꝛ variū eſt in hoc officio. ꝛ fere oīa ſumunt̄ ex pſalmis allegatis in miſſe introitu. aliq̄ tn̄ eoꝝ excerpta ſunt ex libꝛo ſapiētie vt patet ex ep'lis.

Aleluia.

Aleluia itē multiplex ex pſalmis p̄dictis: ꝛ ex libꝛo ſapien. ꝛ ſentētia ē clara ex dictis.

Euāgeliū multiplex

¶ Euāgeliū etiā huiꝰ officij variū eſt. Pꝛimū Mat. 5. videns Jeſus turbas. ꝛc. multa et diuerſa martyꝛū genera enumerat: ꝛ eoꝝ p̄mia q̄ vocant̄ beatitudines. Sc'dm euāgelium Mat. 24. Sedēte Jeſu ſup mōtē. ꝛc. declarat ante diē iudicij ꝛ finē mūdi multa debere mala p̄cedere in hoībus: ad ſignificādū aliq̄liter malū eterne dānatiōis/ ꝛ penarū inferni: inter q̄ mala enumerat multas ſanctoꝝ dei ꝑſecutiōes nō ſolū ab infidelibꝰ/ſed etiā a fidelibꝰ ꝛ amicis. Tertium euāgeliū Luc. 6. Deſcēdēs Jeſus de mōte. ꝛc. eſt fere ſil'e p̄mo ex Mat. ſed addit q2 deꝰ ad gl'iam ſc'oꝝ martyꝛum multa miracula oſtēdit ad ſepulchꝛa eoꝝ ꝛ ſacras reliquias. Quartū euāgeliū Luc. 11. Dicebat dn̄s Jeſus turbis. ꝛc. repꝛobat mūdanos chꝛiſtianoꝝ q̄ in exterioꝛi cultu honoꝛāt feſta ꝛ ſepulchꝛa martyꝝ: et tamē in actibꝰ moꝛalibus/et qualitate vite eis aduerſant̄: facti ſocij eoꝝ q̄ martyꝛes occiderūt. q̄re et penas ſil'es eis luēt. ſic etiā Paulus cōtra p̄cōꝛes arguit dicēs: q2 iterū crucifigūt filiū dei. Quintū euāgeliū Luc. 12. Attēdite a fermēto phariſeoꝝ ꝛc. ꝛ nihil opertū. ꝛc. conſolat̄ martyꝛes ex duobus. tum q2 eoꝛum ſancta innocentia toti mundo manifeſtabitur. tum quia eoꝛum coꝛpoꝛa integra ꝛ glorioſa eis reſtituentur vſq̄ꝫ ad minimum capillum. Sextum euangeliū Luce. 21.



Septimū euāgeliū.

Cum audieritis p̄lia ꝛ ſeditiones. ꝛc. expꝛeſſius habet penitus eandem ſententiam cū ſecundo euāgelio: ꝛ addit aliquid de quinto. Septimū Mat. 11. Confiteboꝛ tibi pater celi/ et terre. ꝛc. comēdat abſconditā ſapientiam martyꝛū chꝛiſti quaſi magnam gr̄am dei eis reuelatā: ꝛ magnis in ſeculo dn̄is ꝛ ſapientibꝰ abſcōditam. ꝓmittitq̄ꝫ martyꝛibus magnā conſolationē poſt laboꝛes. Octauum euāgeliū Luce. 10. Qui vos audit me audit ꝛc. explicata obediētia quā fideles debēt ſuis ſuperioꝛibus p̄latis/ꝛ pͥncipibus/ſiue fidelibꝰ ſiue infidelibꝰ: oſtendit non ideo p̄latos/ ꝛ pꝛincipes mundi eſſe ſanctos ꝛ deo acceptos: q2 talē acceperunt poteſtatem etiam ſi vera miracula facerēt: quia omnes iſte gratie non ſunt gratū facientes hominē. ſola ergo gr̄a ſp̄uſſancti: qua homo recte viuit/ꝛ vitā eternā pꝛomeret̄ etiam ſi nullā p̄dictarum poteſtatū habeat: facit hoīem ſanctū/ ꝛ deo gratum. et tales fuerūt martyꝛes chꝛiſti ſubiecti poteſtatibus dn̄oꝝ tempoꝛalium.

Offertorium.

¶ Offertoria multa ſunt ꝛ fere omnia ex pſalmis ſuperius allegatis: que clara ſunt i laudes martyꝛum.

Cōio.

Similiter et cōmuniones plurime ponuntur ꝛ fere omnes ex euangelijs pꝛedictis: licet quedam accipiantur ex pſalmis/ꝛ ex libꝛo ſapientie. Oꝛationes deniq̄ꝫ tā ſecrete q̄ꝫ finales in hac miſſa clariſſime petunt a deo ꝛ acceptari hoc ſacrificiū/ ꝛ donari nobis gratias pꝛecibꝰ ꝛ meritis ſanctorum martyꝛum: quoꝝ feſta celebꝛamus gaudentes de triumphis eoꝛum.

## ¶ Caput centeſimū vigeſimūſecūdū de officio cōi vnius ꝯfeſſoꝛis pōtificis.



uartꝰ gradus ſanctoꝝ noui teſtamenti ſunt ꝯfeſſoꝛes chꝛiſti nō martyꝛes. q̄les fuere p̄lati/ et doctoꝛes eccleſie/ p̄dicatoꝛes/ſancti religioſi/heremite/cenobite/cōiugati et alij qui ſine ferro et ſanguinis effuſione: ꝓ fidei defenſiōe: ex hoc mūdo tranſierunt miraculis clari. Et dicunt̄ cōfeſſores. i. laudatoꝛes dei: quia ꝛ verbis/et ſcriptis/et factis ſuis deum glorificauerunt/ enarrantes virtutes ſaluatoꝛis noſtri ieſu chꝛiſti/ꝛ totius eccleſie vnice ſponſe ſue. De his autē cōfeſſoꝛibꝰ duo officia tn̄ ponunt̄ in miſſali/ac bꝛeuiario Romano. ſ. de pōtificibꝰ: ꝛ de alijs minoꝛis ſtatꝰ clericis/ religioſis/laicis ſanctis viris. Sed alie eccl'ie ſicut in martyꝛibus ita et in ꝯfeſſoꝛibꝰ diſtingunt officia de vno ꝛ de pluribꝰ cōfeſſoꝛibus: pꝛopter auctoꝛitates ſacre ſcripture q̄ nō ſolum in ſingulari ſed etiam in plurali de talibꝰ ſanctis loquuntur. vt ergo oīa ꝑticularius digeramꝰ tria officia confeſſoꝝ cōmunia declarabimꝰ. Pꝛimū de vno cōfeſſoꝛe pontifice: vt de beato Martino/aut Nicolao: q̄d officium clare habetur in miſſali romano. Sc'dm de pluribus confeſſoꝛibus pon. vt patet in miſſali Toletano/ꝛ Ceſarauguſtano: quod in quarta die Apꝛilis ſimul agit de beatis Ambꝛoſio/ꝛ Jſidoꝛo. et in p̄mo die Maij de ſanctis Toꝛquato/Jndaletio/ꝛ alijs ep̄is ſanctis. ꝛ in pꝛimo die Octobꝛis de Remigio/Germano/ꝛ Appollinaris pōtificibꝰ. Tertiū erit de vno cōfeſſoꝛe nō pon. q̄les fuere Benedictꝰ/Frāciſcus/ꝛ alij. ꝛ hoc iteꝝ enarrabimꝰ ſc'dm tenoꝛē romane eccl'ie.

Matutini

Ergo de vno confeſſoꝛe pon. in hoꝛis nocturnis pſalmi fere idē ſunt ꝛ de vno martyꝛe. Antiphone ſunt verſus aptioꝛes pſalmoꝝ in laudē pontificis: ſed alij quā dicebātur ꝓ martyꝛe. Lectiones ex ſermone alicuiꝰ ſancti doctoꝛis: q̄lis eſt p̄mo maximi ep̄i. ſ. Sanctoꝝ patrū memoꝛias religioſis conuentibus honoꝛantes. ꝛc. Reſpōſoꝛia diuerſa ſunt. quedā ex pſalmis: vt iurauit dn̄s. ꝛc. poſui adiutoꝛium ſup potētem. ꝛc. quedā ex euāgelijs: vt euge ſerue bone: ꝛc. ſint lumbi veſtri. ꝛc. quedam ex libꝛis ſapiētialibus: vt ecce ſacerdos magnus. ꝛc. elegit eum dn̄s. ꝛc. que poſtea in epiſtolis/et in euāgelijs declarabūtur.

Laudes.

In laudibus antiphone fere oēs ſunt ex euāgelijs declarādis. ſil'r et ꝑ hoꝛas diei. i. in veſperis pſalmi ſunt p̄ciſe idem qui et de vno martyꝛe. ſed antiphone varie ex pſalmis pꝛo exigentia materie. ad benedictus et ad magnificat antiphone euangelice ſunt. Capitula oīa in hoꝛis nocturnis ꝛ diurnis ſumuntur ex epiſtolis q̄ declarabūtur.

Introitꝰ miſſe.

¶ Introitus miſſe: Statuit ei dn̄s teſtamentū. ꝛc. ex cap̄. 45. eccleſiaſti. loquitur de dignitate pontificali q̄ pꝛelatus eſt. diſpenſatoꝛ ſacramētoꝝ noui teſtamenti q̄d d̓r teſtamentū pacis inter deū ꝛ hoīes. Uerſus eſt pͥncipiū pſal'. 131. Memēto dn̄e Dauid. ꝛc. in quo fit ſpecialis mētio de ſacerdotibꝰ. Alius introitꝰ eſt: Juſtꝰ vt palma floꝛebit. ꝛc. ex pſal'. 91. vbi notant̄ fructus boni p̄lati q̄ multiplicat filios eccl'ie. Uerſus eſt pꝛincipiū eiuſdē pſal'. Bonū ē cōfiteri dn̄o. i. habere cōfeſſoꝛis officium ꝛc.

Oratio.

Oꝛo: Da q. o. deus vt beati. ꝛc. petit gr̄am deuotionis ad bene celebꝛandam ſolēnitatē illius ſancti. petit etiam eiꝰ meritis ſalutē in vtroq̄ꝫ homine ꝓ fidelibꝰ ipſum colētibꝰ. Alia oꝛo: Exaudi. q. dn̄e pꝛeces n̄ras quas in ſancti. ꝛc. petit abſolutionē a peccatis obtinendā meritis ꝛ interceſſione illiꝰ ſancti.

Epiſtola prima.

Epiſtola multiplex ponitur in miſſali romano. Pꝛima eſt: Teſtificoꝛ corā deo ꝛ chꝛiſto ieſu. ꝛc. 2. Timo. 4. que dicit̄ ſolum quādo confeſſoꝛ ille fuit doctoꝛ eccl'ie. alie vero ep'le oēs indifferentes ſunt ꝓ epiſcopo ſancto ſiue doctoꝛe ſiue nō. In hac ergo p̄ma ep'la declarat̄ pꝛimo intētio boni doctoꝛis: q2 debet p̄dicare ꝛ ſcribere ꝓpter chꝛiſtū. Sc'do q̄lis debet eſſe ſua doctrina: q2 ſana ꝛ ſancta. Tertio quātam diligētiā debet habere i ſuo miniſterio. Quarto ſubdit̄ pꝛemium boni doctoꝛis: q2 coꝛona iuſticie. q̄ alias d̓r aureola. i. ſpeciale gaudiū de aliq̄ excellēti opere ꝓpter deū. Unde triplex ponit̄ ſc'oꝝ aureola. ſ. doctoꝝ ꝓpter excellētiā in parte rationali. martyꝛū pꝛopter excellētiam in iraſcibili. virginū ꝓpter excellētiā in cōcupiſcibili.

Epiſtola ſecunda.

Secūda ep'la: Dilectus deo ꝛ hoībꝰ. ꝛc. eccleſiaſti. 45. ad l'ram loquit̄ de laudibus Moyſi pꝛincipis iudeoꝛum ꝛ legiſlatoꝛis ex parte dei. ſed adaptantur pꝛelato ſancto

qui ductoꝛ populi chriſtiani multa fecit miracu-
la/⁊ claruit ſãctitate vite corã pplo ſuo:eiuſqꝫ orõ
nes deꝰ exaudiuit multipliciter ⁊ pro ſe/⁊ ꝓ alijs.
Epiſtola tertia. ¶Tertia epla:Dedit dñs confeſſionẽ.ꝛc.eccliaſti.
47.applicat bono plato laudes/⁊ excellentias
regis Dauid. Primo qꝛ multa dixit ⁊ ſcripſit in
laudẽ dei:q̃ hic dicit cõfeſſio eius.Secundo quia
ornauit totũ officiũ cultꝰ diuini in tẽplo dei.Ter-
tio addit finis eple ex cap.24.eiuſdẽ libri.ſ.Sa-
pientia laudabit aiam ſuã.ꝛc.vbi cõmendat eius
ſapiẽtia ⁊ pdicatio glioſa.vnde inter oẽs cõfeſſo-
res põtifices hec epla magis poteſt appropriari
ſancto Gregorio pape:q̃ totũ eccliaſticũ officiũ or
Epiſtola quarta dinauit.¶Quarta epla:Juſtꝰ ſi morte pocupa-
tus fuerit.ꝛc.Sapiẽ.4. laudat platum iuuenẽ ⁊
ſanctũ q̃ paruo tẽpore vixit in ſuo miniſterio lau
dabili:⁊ q̃re deus tã cito eũ trãſtulit ab hoc ſecu-
Epiſtola quinta. lo.¶Quĩta epla: Benedictꝰ deꝰ/⁊ pr̃.ꝛc. Epheſ.
1.q̃ declarata ẽ in vigilia aploꝝ. ⁊ ſilr põt ad hoc
Epiſtola ſexta. ꝓpoſitũ adaptari.¶Sexta epla:Ecce ſacerdos.
ꝛc. nõ eſt textꝰ cõtinuꝰ alicuiꝰ caplĩ:ſed ex multis
locis diuerſoꝝ capituloꝝ collecta.pncipia tñ eius
excerpta ſunt ex cap.44.eccliaſti.vbi laudantur
excellẽtie patriarchaꝝ.ſ.Noe q̃ in tẽpore iracũdie
.i.diluuij factꝰ eſt recõciliatio ſiue recõciliatoꝛ dei
⁊ hoim.Abrahaam qꝛ nõ eſt inuentꝰ ſilis illi qui
cõſeruaret legẽ.i.mãdatũ excelſi dei:⁊ iureiurãdo
fecit illũ dñs.ꝛc. Jſaac qꝛ benedictionẽ oim gen-
tiũ dedit illi dñs quando.ſ.pmiſit Abrahe hunc
filiũ ſibi naſciturũ: in quo vocaret ei ſemen:et in
ſemine illo benedicerent oẽs gẽtes. Jacob qꝛ te-
ſtamentũ ſuũ ꝯfirmauit ſup caput eius.nam lex
vetus q̃ ⁊ vetus teſtamẽtũ:ſolis filijs Jacob da-
ta eſt.ideo cognouit eũ in benedictionibꝰ.ꝛc.vſqꝫ
magnificauit eũ.ꝛc.qꝛ hoc iã eſt in cap.45.eccle-
ſiaſti.in laudẽ Moyſi ⁊ Aaron. q̃ ponunt in fine
eple ſunt de quibuſdam alijs platis ve.le.in ſe-
quẽtibꝰ caplis. et oim iſtoꝝ laudes ſimul iuncte
adaptant bono plato in ecclia chriſti: in q̃ illa bo
na oia/facit ⁊ plures pſonas gerit loco prĩarchaꝝ.
Epiſtola ſeptima ¶Septĩa epla:Sapiẽtia laudabit aiam.ꝛc.eccle
ſiaſti.24. pſequimur laudes chriſti q̃ ẽ ſapiẽtia
increata.⁊ manifeſtata ẽ fidelibꝰ pplis in ſanctis
ꝯfeſſoribꝰ.ideo dr ꝙ i multitudĩe electoꝝ.i.platoꝝ
q̃s elegit hẽbit laudẽ.⁊ poſtea dicit ſapiẽtia Ego
q̃ſi Terebintꝰ extẽdi ramos meos.ꝛc.ſ.platos.ꝛc.
Graduale ¶Graduale ſilr ponit multiplex.ſ.Ecce ſacerdos
ꝛc. vt ſupra cũ ſuo ꝟſu nõ ẽ inuuẽtꝰ.ꝛc. Aliud ex
pſ.109. Jurauit dñs.ꝛc.ꝟſus:dixit dñs.ꝛc.ſede a
dextris meis .i. in dignitate ⁊ honore eccliaſtico.
Aliud:Jnueni Dauid ꝛc.ex pſal.88.loquit de cõ
ſecratione pon. cũ oleo ſcõ.Verſus ex eodẽ.Ni-
hil pficiet.ꝛc.notat grãm ei datã.Aliud:Juſtꝰ vt
palma.ꝛc.ex pſal.91. cũ ſuo ꝟſu ad annũciandũ
Aleluia. mane.ꝛc.declaratũ eſt i introitu.Aleluia fere oia
coincidũt pdictis.ſ.tu es ſacerdos.ꝛc.Juſtꝰ vt pal
ma.ꝛc.inueni Dauid ſuũ meũ.ꝛc.iuſtus germina
Euãgeliũ primum. bit.ꝛc.dñe q̃nqꝫ talẽta.ꝛc.¶Euãgeliũ pmũ ꝓ cõ
feſſore doctore ecclie.Vos eſtis ſal terre.ꝛc.Mat.
5.declarat q̃lis fuerit eiꝰ vita/ qualis doctrina/⁊
chriſti ſequella. ſanctitas ſue vite eſt in q̃ttuoꝛ q̃
ſunt diſcretio in agendis:qꝛ ſal terre/intellectꝰ in
docẽdis:qꝛ lux mũdi/fortitudo in aduerſis:qꝛ ci-
uitas ſup montem poſita/edificatio in exẽplis:qꝛ
ſic luceat lux vr̃a.ꝛc. Qualitas doctrine i duobꝰ
maxime.ſ.qꝛ ipſe priꝰ fecit ꝙ docuit.ideo ait:noli
te putare qꝛ veni ſoluere legẽ.ꝛc.⁊ qꝛ ſup alios ſo
licite vigilauit. ideo ſeq̃tur iota vnum/aut vnus
apex.ꝛc.Chriſti ſequela notat in fine euãgelij:cũ
enim ſit aliquis platꝰ q̃ male viuit/⁊ male docet:
de quo dr qui ergo ſoluerit.ꝛc. illi diſſimilis fuit
hic bonꝰ platꝰ qui ⁊ bene vixit/⁊ bene docuit.ꝛc.
de quo ſubditur:qui autem fecerit/⁊ docuerit:hic
magnꝰ vocabit i regno celoꝝ.i. in eccleſia dei:qꝛ
bene ſequutꝰ eſt chriſtũ.¶Secundũ euangeliũ: Euãgeliũ ſecundum
Homo quidã pegre.ꝛc.ex cap.25.Mat.conuenit
cuilibet ſancto epiſcopo:cui dñs bona ſua ſacra-
menta grẽ tradidit diſpenſanda in domo dei: li-
cet in hoc ſtatu prelatoꝝ nõ eq̃liter omnibꝰ com-
miſſa ſit cura huiꝰ miniſterij cũ ſint diuerſi gra-
dus eoꝝ.vt prĩarcha/archiepiſcopꝰ/ epiſcopꝰ.ꝛc.
ſub vno ſummo põtifice q̃ repñtat chriſtum in
eccleſia. nam patriarche ſunt cõmiſſi ad minus
quinqꝫ archiepiſcopatꝰ/archiepiſcopo/ duo epiſ-
copatus adminus/epiſcopo vna tantũ dioceſ.q̃
per talenta auri metaphorice ſignificantur:q̃ ali
quis magnus mercatoꝛ cõmiſit factoribꝰ ſuis.ad
negotiandũ/⁊ lucrandũ cũ eis.bonus ergo platꝰ
fideliter laborans ſup oues ſibi cõmiſſas multas
aias lucratur:dño ſuo chriſto.⁊ ideo magnã mer
cedem glie recipiet ab eo in die ſue mortis:quã-
do ponet deꝰ rationẽ cum eo/ diceťqꝫ ei:euge ſer
ue bone.ꝛc.malus aũt platus qui abiẽs fodit in
terram.i.q̃ſiuit terrena bona:audiet increpationẽ
q̃ ſequit poſt hoc euangeliũ in eodẽ cap.ſ.ſerue
nequam de ore tuo te condẽnabo.Jſte aũt ſanctꝰ
de quo hoc euangeliũ cantat:quia fuit bonꝰ ada
ptat ſibi illã partẽ que mercedẽ pmittit.ideo nõ
extendit hoc euãgeliũ vltra:quia de malo plato
